108

Leg. 14

Nº - 144

R. 8
5/10

laudabit dm̄

Sa[illegible]

Petri Longobardi, MAGISTRI SENTENTIARVM, PARISIENS. QVONDAM EPISCOpi, in omnes D. Pauli Apost. Epistolas COLLECTANEA, ex DD. Augustino, Ambrosio, Hieronymo, aliísque nõnullis S. scripturæ primariis Interpretibus, summa arte diligentiaq; contexta. Opus eximium, & anno M.C.XL conscriptum, nunc primum in lucem editum.



PARISIIS.

Apud Ioannem Foucherium, sub scuto Florentiæ. Via ad D. Iacobum.

1543.

INDEX *Sententiarum & uocum insignium in Collectaneis P. Lombardi in D. Pauli Epistolas.*

A

I

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

L

N

Orandum

FINIS

VITA P. LONGOBARDI, AVTHORE IOANNE TRITTENHEMIO.

PETRVS LONGOBARDVS EPISCOpus Parisiensis, ex Scholastico, uir in diuinis scripturis studiosissimus, & nobiliter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, nomen suum scribendo cum tanta gloria transmisit ad posteros, ut usque in hodiernum diem suis opusculis theologorum schola ubique exercitata, singulari ueneratione Magistrum eum nominet & habeat.

Scripsit enim sagaci studio ex dictis sanctorum patrum commemdabile opus

Sententiarum	Lib. IIII.
In totum Psalterium	Lib. I.
In omnes epistolas Pauli	Lib. XIIII.
Sermones uarios	Lib. I.

Alia quoque non pauca composuit, quæ ad notitiam meã non uenerunt. Claruit sub Conrado Imp. III. Anno domini M. C. XL.

PETRI LOMBARDI, MAGISTRI SENTENTIARVM, EPISCOPI PARISIENS. IN EPISTOLAS D. Pauli, Præfatio.

PRINCIPIA rerum requirenda sunt prius, ut earum notitia plenior haberi possit. Tunc enim demū facilius poterit causæ ratio declarari, si eius origo discatur. Si ergo Epistolarum scripturæ post euangelium editæ modum & rationem ostenderimus, poterit uideri uerum quod dicimus. Sciēdum igitur, quòd sicut in ueteri testamento post legis Mosaicæ eruditionem, ubi culturæ diuinæ mandata continebantur, prophetica doctrina fuit necessaria, quæ rediuiua populi peccata suppliciorū denunciatione compesceret, atque eundē populum bonorum repromissionibus ad obediendū ac seruiendū domino uiuenti commoneret: ita in nouo testamēto post euangeliū, in quo Christianæ religionis ordo & perfectæ sanctitatis doctrina traditur, Epistolarum Pauli & aliorū perutilis secuta est doctrina: ut ecclesiā dei contra hæreticas communiter prauitates, & suborientia uitia resecaret, & pòst futuras quæstiones excluderet. Hi sunt pāni, qui ad extrahendum Hieremiam de lacu, funibus circūligati sunt. Epistolarum siquidem doctrina, legis & prophetiæ atque euangelii consonis testimoniis, uelut triplici fune circunligata, de lacu ignorantiæ & infidelitatis peccator ad lucem gratiæ & ueritatis educitur. Inter omnes uerò Epistolarum scriptores, Paulus in tribus & pluribus forte excellit: scilicet, in operis profunditate: in fidei asser

tione: & gratiæ commendatione, seu spei sublcuatione. In operis profunditate, quia hoc opus & ceteris prolixius est, & ad inteligendum difficilius. In fidei assertione, quia Paulus in lege & prophetis peritus ad fidei catholicæ assertionem congrua authoritatum legis & prophetiæ induxit testimonia, ut esset basis sub columna. In gratiæ commendatione, seu spei subleuatione, quia contra superbos & arrogātes, & de suis operibus præsumentes pro cōmēdēda dei gratia fortiter, prudēter, atq; acriter dimicauit. Quæ nimirum in illo euidentior & clarior apparuit, quia inter alia opera uiolenter ecclesiam dei persecutus, pro quo sūmo dignus fuit supplicio, pro maledictiōe cōsecutus est gratiam, & pro damnatione suscepit misericordiā. In quo ipso spes nostra plurimum subleuatur. Sicut enim cū audimus Dauid homicidam & adulterum per pœnitentiā prophetiæ spiritum recuperasse, omnis ueniæ diffidentia peccatori tollitur: Ita cum Paulum prius ecclesiæ persecutorem, posteà factum Apostolū & prædicatorem aduertimus, nō modicū spes nostra attollitur. Inde est quod in ecclesia hæ Epistolæ Pauli plus ceteris frequētētur, ut psalmi Dauid magis aliis prophetis. Sciendum uerò est, quod XIIII scripsit epistolas, X ad ecclesias, IIII ad personas singulas, sub huiusmodi mysterij insinuatione: ut scilicet in hoc opere utriusque testamenti summa contineri mōstraretur. Per denarium nanque uetus testamentum significatur. Quaternarius uerò noui testamenti nota est. Ideo itaque X & IIII scripsit, ut utrique legi se consentire insinuaret, atque æmulorum calumniam dirueret, ut ipsum legis dei per Moysem datæ destructorem esse calumniantium, eumque in odium Iudæorum trahentium. quos placatos habere uolens, X ad ecclesias scripsit. Vt sicut Moyses Israelitico populo à Pharaonis & AEgyptiorum ser=

uitute educto, X mandatorum doctrinam tradidit: Ita & ipse Apostolus dei ecclesias à diaboli potestate, & idololatriæ seruitute redēptas, X epistolarū doctrina informaret. Ideo & XIIII scripsit: ut duorū testamētorū cōcordiā atq; cōuenientiā significaret, quam & Moyses in duabus tabulis lapideis simul iunctis, quibus legis decalogus inscriptus erat, ostendit. Moyses quoque noster, id est Christus, idem in cœna cum discipulis pascha celebrans figurauit. Ibi enim lapis reprobatus, quem gessit angulus, mira præstans in oculis nostris, panem supercœlestem cum typico agno coniunxit, finiens testamentum uetus, & inchoās nouum. Per agnum etenim qui in ueteri lege solennis erat hostia, & panem qui nouæ legis sacramēti forma est, duo testamenta figurauit: atque illa duo coniungens, prædictorum testamentorum consonantiam declarauit. Est enim rota in medio rotæ, sicut uidit Ezechiel. Ex prædictis itaque patet mysterij euidentissima ratio, qua Epistolas XIIII scripserit, & distinctè X ad ecclesias, IIII ad personas direxerit. Vnde quorundam insania repercutitur, dicentiū Epistolam, quæ ad Hebræos scribitur, non fuisse Pauli, sed Barnabæ, uel Clementis, uel Tertulliani, uel Lucæ. quos in hunc errorem occasio deduxit huiusmodi, quia nec salutatio eius nomine intitulata præscribitur, & lōgè facūdiore & splendidiore stylo quàm cæteræ edita est. Quibus sufficienter respondetur hoc modo, Quia si ideo non est dicenda Pauli, quia nomen eius in titulo nō habet: ergo nec Barnabæ, nec alicuius prædictorum, cum nullius eorum nomine scripta sit. Nec ob id quoque Pauli nō esse putanda est, quia diligentius est scripta: Cum naturale sit unicuique plus ualere in sua lingua quàm in peregrina. Illā enim hebraice, cæteras uero græce scripsit. Nomen uero suū ideo

præmittere noluit, quia Hebræis odiosus erat, eum legis de structorẽ arbitrantibus. Quocirca de legis atque ceremoniarum abolitione tractaturus, rectè nomen suum tacuit: ne præscripti nominis inuidia, utilitatem sequentis excluderet lectionis. Est itaque & illa Epistola Pauli, sicut & aliæ. DE ORDINE quoque Epistolarũ quæri solet, Quare non ordine sint dispositæ, quo ab Apostolo editæ, quod constat nõ esse, cũ Epistola, quæ ad Romanos scribitur, prima ponatur, quæ tamen non est ante alias omnes scripta. Epistolam enim quæ ad Corinthios scribitur, ante istã scripsisse uidetur, quia hanc de Corintho scripsisse euidenter monstratur. ex eo quod dixit, Commendo uobis Phœbem sororem nostram, ministram ecclesiæ quæ est Cenchris. Cẽchris enim dicitur locus Corintho uicinꝰ, imò portus ipsius Corinthi. Ex hoc ergo apparet de Corintho scripta, & ex eo quod dicit, Salutat uos Caius hospes: de quo scribens Corinthiis commemorat dicens, Gratias ago deo meo, quod neminem uestrum baptizaui nisi Crispum & Caium.

Hæc ergo epistola ad intelligendũ cæteris difficilior, in qua Apostolus uidetur perfectior, primatum obtinuit in corpore Epistolarũ: non quod ab Apostolo prima sit scripta, sed causa dignitatis Romanorum, qui tunc temporis uniuersis gentibus imperabant. Interpretantur autem Romani sublimes siue tonantes: quia illo tempore, quo Apostolus hãc epistolã eis misit, cunctis gentibus dominabãtur: ideoq; sublimiores omnibus populis, & ĩtonabãt præcepta publica & priuata: eorũq; fama omnium hominũ resonabat in ore. Aimo autẽ ab Athenis Apostolum scripsisse Romanis dicit, his uerbis, Ab Athenis ciuitate Græcorũ scripsit Apostolus Romanis hãc epistolã, quos nõ ipse, nõ Petrꝰ, nõ aliquis XII Apostolorũ primũ instruxit, sed quidã Iudæo

rũ credẽtiũ:qui fide Christi ab Apostolis percepta, uenientes Romã,ubi prĩceps orbis residebat,cui erãt ipsi subiecti, quæ apud Hierosolimã didicerant,Romanis euangelizauerũt,Attẽde diligenter,quod Aimo dicit, Apostolũ ab Athenis scripsisse: Origenes uerò de Corintho. Item inspice quod idẽ Aimo ait,Petrũ Romanis primũ prædicasse: cum ecclesiastica historia sic cõtineat, Claudij tẽporibus clemẽtia diuinæ prouidẽtiæ Petrũ ad urbẽ Romã misit. Ille adueniens primus in urbe Roma Euãgelij sui clauibus ianuã regni cœlestis aperuit.Hieronymus quoq; super epistolam ad Romanos,ubi scriptum est, Vt aliquid impartiar uobis gratiæ spiritualis:sic ait.Romanos Petri prædicatione fidẽ tenẽtes confirmare se uelle Paulus dicit: nõ quòd minus acceperissent à Petro,sed ut duobus Apostolis attestãtibus atq; doctoribus, eorũ corroboraretur fides.Harũ itaq; authoritatum conflictũ,qui uidetur,dirimentes,dicimus Petrũ primũ prædicasse Romanis, quátũ ad alios Apostolos:sed nõ primũ quantũ ad omnes credentes. Item dicimus,Athenis Paulum Epistolæ partẽ scripsisse,Corinthi uerò perfecisse atq; inde eam Romanis destinasse. Vel potius igitur prima ponitur,quia primum gradum erroris destruit, scilicet superbiam,omnium malorũ radicẽ:sicut scriptũ est, Initiũ omnis peccati superbia est,quæ natione cœlestus sublimium mentes inhabitat,sub cinere & cilicio latitans. Quæ Romanos adeò occupauerat,ut inter se altercantes,& se sibi inuicẽ præferẽtes dissensiones & schismata facerẽt. Erãt enim Romani de Iudæis & Gẽtibus ad Christũ cõuersi.Iudæi autẽ propter sanctos patres,à quibus originẽ ducebãt: & propter legẽ quã soli inter cæteras gẽtes acceperãt, Gentiles credẽtes despiciebãt:dicẽtes, Propter obseruãtiã legis cui seruierãt meruisse accipere gratiã Christi,& fidẽ Euãgelii:& propter merita operum legis,sibi uenisse

Euãgeliũ domini noſtri Ieſu Chriſti.atque his inflati,gẽtibus ſe præferebãt dicẽtes,Nos de lege Abrahæ ſumus,cui primũ facta eſt promiſſio:nos populus peculiaris dei ſum⁹ nos de Aegypto forti manu,& mirabilibus ſignis dominus eduxit:nos ſicco ueſtigio mare Rubrũ trãſire fecit.in deſerto mãna pauit.aquã de petra produxit.& aliis ſub ſilẽtio relictis,nos ſoli ſumus digni legẽ dei accipere,& eius uoluntatẽ cognoſcere.Ad nos quoq; ſpecialiter dei filius uenit,ut ipſe ĩ euãgelio ait,Nõ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierũt domui Iſrael.Gẽtiles autẽ cõtrà dicebãt,Quantò beneficia plura uobis exhibita memoratis,tãtò uos deteriores eſſe oſtẽditis.Eiſdẽ ſiquidẽ pedibus quibus mare trãſiuiſtis,ante idolũ poſtea ſaltauiſtis.quod & propriis manibus feciſtis. Et illo ore quo paulo antè de ſubmerſione in Pharaonis & Aegyptiorũ laudẽ deo perſolueratis,idola adoraſtis.Præterea mãna cœlitus datũ in deſerto faſtidiſtis,cupiẽtes redire in Aegyptũ ad ollas carniũ.Sæpe etiã dominũ in irã irritaſtis.Ad ultimũ Chriſtũ uobis in lege & prophetis promiſſũ occidiſtis.Nónne itaq; uobis digniores ſumus,qui ut de Chriſto audiuimus,ĩ eũ credidimus? Vnde per Prophetã dominus ait,Populus quẽ nõ cõgregaui,ſeruiet mihi,in aurẽ autẽ obediet mihi.Vnde cõſtat nos nõ ex malitia,ſed ex ignorãtia deliquiſſe.Si enim prophetas aut Apoſtolos antè habuiſſemus,idola nõ coluiſſemus.Quod autẽ de generis nobilitate uos iactatis,ſi qua taliũ gloria eſt,tũc Iſmael & Eſau poſſunt pariter gloriari,cũ de eiſdẽ parẽtibus ſint nati.His itaq; altercationibus Apoſtolus ſe mediũ interpoſuit,oẽs illorũ cõtentiones hinc inde dirimẽs,& quaſi bonus cõcionator uoce ſonora illos alloquẽs, ad unã oẽs cõcordiã adduxit,oſtẽdẽs nullos eorũ ſuis meritis eſſe ſaluatos (quia oẽs & Iudæi & gẽtiles ſub pecca=

to tenebātur) ſed per gratiā dei. Pro altercatione itaque prædicta ſcribit Romanis, cōfutās modò Iudæos, modò Gētiles, & docēs eos humiliari, ut omnia attribuāt gratiæ dei Et oſtēdēs omnubus gratis ueniſſe gratiā fidei & euāgelii Chriſti: quā propterea & gratiā uocari oſtēdit, quia non quaſi debitum iuſtitiæ reddita eſt, ſed gratuitò data. Quid enim eſt gratia? Gratis data: donata, nō reddita. Si enim tibi debebatur, antequā gratiā haberes, merces tibi reddita eſt, nō gratia donata. Meritò itaq; hæc Epiſtola prima ponitur, quia omniū malorū, ut prædictū eſt, radicem perimit Aſsignatis rationibus Operis, Numeri, & Ordinis Epiſtolarum: explicato quoq;, unde & quare Apoſtolus Romanis ſcripſit: ſupereſt de materia & intētione, & modo tractādi exequi. Generalis omniū Epiſtolarū MATERIA, eſt doctrina Euāgelii. INTENTIO, Monere ad obediendū Euangelicæ doctrinæ. Præter hæc autē in ſingulis proprias intētiones & materias requiremus. Prima itaque Epiſtola Materiā habet Romanorū uitia: atq; Gratiæ dei bona, ad quæ eos hortatur. Intētio, uitia eorundē increpare & ad uerā pacē & fraternā cōcordiā ſub manu Gratiæ humiliare. MODVS Tractādi, talis eſt, More ſcribētiū epiſtolas ſalutationē præmittit, in qua tria facit. Cōmēdat enim perſonā ſuā, & negociū, & authorē negocij: i quibus cōgruè captat beneuolentiā. Poſt ſalutationē uerò utriuſq; partis uitia arguit, oſtendēs Gētiles à naturali ratione, & Iudæos à lege exorbitaſſe: deinde pluribus modis oſtēdit iuſtitiā & ſalutē æque utriſq; eſſe, nō per legē, ſed per fidē Chriſti Ieſu, ut à lege eos tollat, & in ſola fide Chriſti eos cōſtituat. Circa finē uerò moralis ſubditur inſtructio, atque in actione gratiarum finem tenet Epiſtola. Præmittit autē ſalutationem, dicens.

PAVLVS seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in euangelium dei, quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prędestinatus est filius dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri: per quem accepimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis dei vocatis sanctis. Gratia vobis & pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo.

HVCVSQVE pendet litera vt perficiatur sentẽtia, & subintelligitur mandat vel scribit. In hac autem salutatione primùm personam cõmendat quatuor modis, scilicet à nomine, à conditione, à dignitate, ab officio. A nomine, dicens, Paulus: à conditione, seruus: à dignitate, Apostolus: ab officio, segregatus in euangelium dei. Ex nomine autem laudem sortitur, si vis ipsius nominis & ratio impositionis animaduertatur. Paulus enim Hebraicè, quietus Gręcè, modicus Latinè sonat: id est, hoc nomen Paulus quod est Hebraicum origine & inuentione, non terminatione, impositũ est Apostolo propriè in notam geminæ virtutis, scilicet modicitatis & quietis: quarum alteram notat hoc nomẽ generali appellatione apud Græcos .i. quietem: alterã apud Latinos .i. modicitatem. Hoc enim nomẽ Paulus, cũ sit appellatiuũ apud Græcos, Hebręos, & Latinos, impositũ Apostolo propriũ fuit, qui vt ait Beda super Actus Apostolorũ, anno passionis & resurrectionis Christi ad fidẽ venisse phibetur: tertio verò decimo anno post Christi passionẽ apostolatũ gẽtiũ cũ Barnaba, & Pauli vocabulũ accepisse. Pri⁹ enim vocabatur Saulus à Saule persecutore, quia sicut ille Dauid, ita hic ecclesiã dei est persecutus. Quarto aũt decimo an- Beda.

no, iuxta cōdictū apostolorū ad magisteriū gentiū est pro fectus. Huic aūt sentétię de noīe Pauli, cōsentit Augustinus sic dicēs, Nō ob aliud hoc nomen quātum mihi videtur Paulus sibi elegit, nisi vt ostéderet se paruū tanꝗ minimum apostolorū: ipse primo Saulus, postea Paulꝰ dictꝰ est: nec quasi iactātia aliqua nomē sibi mutauit Apostolus, sed ex Saulo factus est Paulus. i. ex superbo modicus. i. humilis. Paulum enim modicū est. Immutatū ergo se esse significās, ex Saulo quod interpretatur inquietudo vel tētatio, Paulum se dicit. i. quietū. Qui enim prius tentationes aliis inferebat, post eas passus est. Porrò ex more sanctorū apostolorum id fecisse perhibetur, qui in virtutibus ꝓficiētes mutato noīe sunt vocati, vt essent etiā ipso noīe noui, vt Cephas, & filij tonitrui, & huiusmodi. Vnde & sancta ecclesia iā in consuetudinē duxit, vt quos in cathedra beati Petri Apostoli sublimat, noīa eis mutet. Vel sicut Hieronymus ait, Paulus à primo spolio quòd sanctæ ecclesię cótulit. s. à Paulo Sergio Procōsule, quē apud Cyprum conuertit, hoc nomē sibi imposuit: vt sicut Parthicus qui Parthos superauit, & Germanicus qui Germaniā vicit, est dictus: sic ab eo principe quē prius subiugauit, Paulus sit appellatus. Sed quia nulla talis in sctipturis diuinis cōsuetudo deprehenditur magis placet qđ in nostra cōsuetudine frequenter reperitur. Inuenimus enim in scripturis, alios binis, alios ternis vsos esse noībus, & hoc vtiq; in vtroq;, vt Salomon qui Ecclesiastes & Idida vocatus est, & Matthęus qui & Leui dictus est, & alia plura in hunc modum. Secundum ergo hāc cōsuetudinem videtur nobis & Paulus duplici vocitatus vocabulo: sicut scriptum est in Actibus Apostolorū, Saulus qui & Paulus. vbi euidenter ostédit scriptura nō ei tunc primùm Pauli nomē impositum, sed veteris appellationis id fuisse adsignat. A Hieronymo autē in libro Hebraicorū nominum Paulus mirabilis siue electus interpretari dicitur, quem & dominus ipse vas electionis vocauit, & tā vita ꝗ doctrina mirabilé fecit. Seruus Iesu Christi. Ecce cōditio. Sed quęrendum est cur seruus dicatur, qui alibi scripsit, Nō enim accepistis spm̄ seruitutis &c. Et iterum alibi. Itaq; iā nō est seruus, sed liber. Et dn̄s apostolis ait, Iā nō dicā vos seruos, sed amicos. Ad qđ dicédū est, ꝙ duo sunt genera seruitutis. Est enim seruitus

Augusti. de spiritu & litera.
August. ī Psalm. 71.
Ambrosi.
Victor episc. Cap.
Hieronymus.
Origenes
Origenas

timoris, & pœnę seruilis: & est seruit⁹ amoris, & filiatiōis, & humilitatis, qua instar filij qui seruit nō vult offendere patrē. Si ergo id scd̄m humilitatis & amoris seruitutē dictum putemus, nō errabimus. nō enim ꝑ hoc lęditur veritas libertatis in Paulo, quia omni libertate nobilior est seruit⁹ Christi. Dicēdo ergo, Seruus, nomē humilitatis ponit, vt ad eā ꝓuocet superbos quibus scribebat. Et ne misera seruitus videat̄, nō simpliciter ait seruus, sed addit Iesu. i. saluatoris, cui meritò oēs seruire debēt: ei etenim seruire regnare est. Iesus verò Hebraicè, sother Gręcè, Latinè saluator dicitur. Qd̄ nomē ab angelo fuit impositū, dei filio, eo ꝙ saluum faciat populū suum à peccatis eorum. Addit Christi. i. regis & sacerdotis, Christus em̄ Græcè. Messias Hebraicè, Latinè dicit̄ vnct⁹, & ī veteri test. reges & sacerdotes vngebant̄. Christ⁹ autē vnct⁹ est nō oleo visibili sed inuisibili. i. oleo gratię spūalis. Vnde in psal. Vnxit te de⁹ deus t. o. l. Hoc nomen aliis olim fuit adiectū, sed Iesu factum est ꝓprium: & est hoc sacramēti nomen. Seruum aūt Iesu Christi se ꝓfitēs Apostol⁹, à lege factorū se exutū ostēdit, & vtrūq; nomē ponēdo. i. Iesu Xp̄i, vnā dei & hoīs cōtra hæreticos ꝑsonā esse testat̄, ne aliū quidē Iesum, aliū verò Xp̄m suspicaremur fuisse, sed vnū & eundē sciremus esse. Vocatus Apostolus. Ecce dignitas ad quā ꝓmotus est, ecce de humili factus est altus: ac si illis sup̄bis q̄bus scribebat diceret, Ex seruo & humili fecit me deus apostolum & sublimē, ita & vos humiles sitis vt exaltemini. qui em̄ se humiliat exaltabitur. Gratiā verò cōmēdās, nō simpliciter ait apostolus, sed & ponit, Vocatus, quasi non à se veniēs tanq̄ sibimet honorē sumeret, sed à deo vocatus est apostolus. i. ad apostolatū & æterna electione, q̄ est scd̄m ꝓpositū, & tēporali missione qua à Christo missus est, ex qua & apostoli vocati sunt. Nā sicut gręcè angeli, latinè nūcij vocātur: ita gręcè apostoli latinè missi vel legati appellātur. Vel vocat⁹ apostol⁹. i. dict⁹ ab hoīb⁹ excellētia & priuilegio noīs. sicut excellēter cū dicit̄ Vrbs, intelligitur Roma. Segregatus in euang. dei. Ecce officium. q. d. Paulus dico. Segreg. i. à doctrina scribarum & pharisæorum, & ab vtero synagogæ vbi locum doctoris habebat, vtpote pharisæus separatus in euangelio dei prædicandum.

Aimo. Origenes Aimo. Augusti. Aimo. Hyerene⁹ mar. i. lib. 4. contra hæreticos Augu. super Ioan. Ambrosi.

Et dicitur hoc cõtra Iudęos à quorũ lege dissimulauit, vt Christum prædicaret, qui quod lex non potuit, credentes iustificaret. Vel segregatus .i. à grege separatus .s. ab aliis apostolis, non mente sed corpore. Vnde spiritus sanctus in actibus Apostolorum ait, Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod assumpsi eos, vt scilicet prædicent nomen meum in gentibus. Vnde & hic addidit, In euangelium, scilicet prædicandum in gentibus. Destinatus est Apostolus gentibus totius orbis prædicator: at reliqui, singulis prouinciis facti sunt legati ac prædicatores. Est autem euangelium, bona annunciatio. εὖ enim græcè, latinè bonum, ἄγγελος nuncius, inde euãgeliũ, bonum nuncium, vel bona annunciatio. ea vero est de his quæ ad fidem catholicam & bonos mores pertinẽt. Euãgelium dico, Dei, quasi non ab homine inuentum, sed diuina inspiratione reuelatum. Quod antè promiserat. Hic est cõmendatio negocij, id est euangelij, quod commẽdat quatuor modis. A tẽporis antiquitate, ab auctore, à testibus, à materia. A tẽporis vero antiquitate, & ab auctore simul cõmendat: sic dicens, quod euangeliũ, ante cõpletionem, promiserat gratis deus pater. nõ venit vt subitum, sed longè antè promissum & pronunciatũ. Vnde in euãgelio Ioannis, In hoc verbũ verũ est, quia alius est qui seminat, & alius qui metit, Promiserat dico, Per prophetas suos. vnde Hieremias ait, Ecce dies veniũt & cõsummabo test. nouũ super domũ Israel, & super domũ Iuda. Itẽ, Feriam (inquit) vobiscũ pactum sempiternũ. Idẽ & alij, qui nõ ex se, sed ex deo magni sunt, vt nõ ex se mendaciũ loquerentur, sed ex deo veritatẽ. Ecce q̃ vera & magnifica promissio. Nemo enim rẽ vilẽ magnis præcursoribus nũciat. Et ad maiorem confirmationem addidit, In scripturis, quasi non modo promiserat verbis, sed etiã in scripturis, ne daretur obliuioni. Et ad cumulum verę protestatiõis addit, Sanctis, non ethnicis. Sanctæ sunt, quia vitia damnant, & sacramentum vnius dei, & incarnationem filij dei continent. Scripturis dico sanctis, non de quibuscunque, sed, De filio, quod omnes ad filium ducunt. De filio dico non adoptiuo, sed, suo .s. proprio & sibi cõsubstantiali, coęterno, coæquali. Et est hæc, cõmẽdatio à materia. Qui factus est

Aimo. | Ambrosi⁹ | Aimo. | Ambrosi⁹

est &c. Ecce cõmẽdatio auctoris, quẽ cõmẽdat quatuor modis, ab origine, ibi, ex semine Dauid: à virtute, ibi, qui prędestinatus est filius dei in virtute: à gratia, ibi, secũdũ spiritum sanctificationis &c. à liberalitate, ibi, per quẽ accepimus &c. q.d. scripturæ sanctæ agunt de filio, qui filius est ei. s. deo patri. i. ad honorẽ eius, factus dico tãtũ, secũdum carnẽ, non secũdum diuinitatẽ. hoc dicit ne putetur homo tantũ. dicẽdo nãq; eum factũ secũdũ carnẽ, innuit alterã esse naturã, secũdũ quã est non factus. s. diuiná. Eũ nãq; qui erat dei fili⁹ scd̃m spiritũ sanctũ. i. scd̃m deũ, quia deus spiritus est, & sine dubio sanctus est, factũ dicit secũdũ carnẽ. iuxta illud, Et verbũ caro factũ est: vt iam vnus sit dei & hominis filius Iesus Christus. Qui factus est secũdũ carnẽ opere spiritus sancti de virgine. i. natus. Vbi occurritur impietati hęreticorũ, qui obtuso corde hoc capitulũ intelligẽtes, Christũ tãtũ hominẽ accipiũt: diuinitatẽ verò in eo non intelligũt. Addẽdo enim secũdũ carnẽ, seruauit diuinitati suã dignitatẽ, qua Christus verbũ dei est, per quod facta sunt oĩa. Non enim factus est secũdũ id quod verbũ dei est: oĩa enim per ipsum facta sunt: nec fieri cũ omnibus posset per quẽ facta sunt oĩa. neque ante oĩa factus est, vt per eũ fierẽt oĩa. ideoq; Apostolus cũ factũ diceret Christũ, addidit, Secũdũ car. vt secũdum verbũ quod est filius dei, nõ factũ à deo, sed natũ esse mõstraret. Fact⁹ est aũt sine dubio id quod prius nõ erat secũdũ carnẽ: secũdũ verò deũ, erat prius: & nõ erat quãdo nõ erat. Factus est aũt, vt ita dixerim, humanatus de⁹, qui etiã in assumptione carnis, deus esse nõ destitit, incõuertibilis manẽs assumpto cõuertibili homine, naturã suã non minuẽs hominis assumpta natura. Secũdũ carnẽ ergo ex semine Dauid factus est. Deus aũt ante secula ex deo natus est. Qui ergo erat, factus est. Sed quid erat? quid est factus? verbum erat, filius dei erat, filius hominis factus est: deus erat, homo factus est: suscepit humanitatẽ, nõ amisit diuinitatẽ: fact⁹ est humilis, mãsit sublimis. Dei ergo fili⁹, hoĩs fact⁹ est filius: natus secundum veritatem naturæ ex deo dei filius, & secũdum veritatẽ naturæ ex homine hominis filius, vt non adoptione vel appellatione, sed verè in vtraque natiuitate filij nomen haberet nascẽdo, & esset

Augustin⁹
Ambrosi⁹
Augustin⁹ In epist. ad Rom.
Vt Arriani dicebãt
Origenes in epist. ad Rom.
Cassiod. ĩ Psal. 4. lib.
Augustinus in lib. 4. de trini.
August. cõtra hæreses.

verus deus & verus homo vnus filius. Pater enim deus de sua natura genuit filium deum sibi æqualem, & eadẽ qua ipse naturaliter æternus est: diuinitate coæternũ. Sed idẽ deus filius cũ sit deus æternus est verus, pro nobis est homo factus verus & plenus. In eo verus, quia veram habet deus ille humanã naturã: In eo plenus, quia carnem suscepit humanam, & rationalem animam. Vnde idem vnigenitus deus secundo natus dicitur, semel ex patre, semel ex matre. Natus est enĩ de patre, dei verbũ: nat⁹ de matre, verbũ caro factũ. Vnus igitur atq; idẽ est dei filius, natus ante secula, & natus in seculo. Itẽ, Deus vnigenitus dũ cõciperetur, veritatẽ carnis accepit ex virgine: & cũ nasceretur, integritatẽ virginitatis seruauit in matre. Istaq; causa est, qua deus factus est, filius virginis, & virgo facta est mater vnigeniti dei: vt quẽ pater genuit ex ęternitate, ipsum virgo cõceptũ ꝓferret in tẽpore. Dei ergo filius vt carnẽ hoĩs animãq; mũdaret, susceptione carnis & animæ rationalis animatus est, vel incarnatus. Vnde etiã seipso, Christus minor factus est, formã serui accipiẽs: nõ enim sic accepit formã serui, vt abiiceret formã dei, in qua ęqualis patri, vt in forma serui, & in forma dei idẽ ipse sit vnigenitus filius. Est ergo dei filius deo patri natura æqualis, habitu minor. In forma enim serui quá accepit minor est patre: In forma dei, in qua erat anteq̃ hãc accepisset, ęqualis est patri. In forma dei, verbũ: in forma serui, factus est ex muliere. In forma dei, hominem fecit: In forma serui, factus est homo. Ergo quia forma dei accepit formã serui, vtrũq; deus, vtrũq; homo. Christus tamẽ est de⁹ ętern⁹ & verus, veraciter scd̃m tẽpus cõceptus & natus ex virgine. Illo .s. deo facto naturaliter hoĩs filio, qui vnus est naturaliter filius dei patris, qui omniũ naturarum creator & dñs creauit virginẽ creãdus ex virgine. Hic aũt deus humanã naturã in vnitate ꝑsonæ suscepit, qui se humiliãs ꝑ misericordiã incorruptæ virginis vterũ ex ea nasciturus impleuit. Formã ergo .i. naturã serui, in suã accepit deus ille ꝑsonã: nõ enim accepit ꝑsonã hoĩs, sed naturã. Cunq; tota trinitas operata sit formationẽ suscepti hoĩs, qm̃ inseparabilia sunt opa trinitatis, solus tamẽ filius accepit hoĩem .i. formã serui, in singularitate siue in vnitate ꝑsonę, non in

Cur verus hõ & nat⁹ Quod bis natus.

Augustin⁹ in .i. de tri. Quõ Christo immortale ipso.

Augustinus de fide ad Petr.

vnitate

vnitate seu singularitate diuinæ naturę. Si aũt adhuc q̃ris, ipsa incarnatio quõ facta sit? Ipsum verbũ dei dico carnẽ factũ.i.hoĩem factũ: nõ tamẽ in hoc quod factũ est cõuersumatq; mutatũ, sed carne vt carnalibus cõgruẽter appareret indutũ. Ita sane factũ vt ibi sit nõ tãtũ verbũ dei & hoĩs caro, sed etiã rationalis hoĩs anima, atq; hoc totũ & deus dicatur ꝓpter deũ, & hõ ꝓpter hoĩem. Agnoscamus igitur geminã substãtiã Christi: diuinã.s. qua æqualis est patri, & humanã qua maior est pater. Vtrũq; aũt simul, nõ duo, sed vnus est Christus, ne sit quaternitas non trinitas deus. Ac ꝑ hoc Christus est deus, aĩa rõnalis, & caro. Tãta est enim vnio vtriusq; naturę, vt totũ dicatur deus, totũ hõ, & vicissim de⁹ homo, hõ deus. Qđ, si difficile intelligitur, mẽs fide purgetur magis magisq; à peccatis abstinendo, & bona operãdo, difficilia eñ sunt hęc. Vt tñ breuiter dicã, nõ aliud fuit illa dei sũmi exinanitio, nisi formę seruilis.i.naturę humanę susceptio. Vtraq; est igitur in Christo forma, quia vtraq; vera & plena est ĩ Christo substãtia Incõuerse.n. & inalterabiliter vnitæ sunt adinuicẽ naturę, neq; diuina distãte à ꝓpria simplicitate, neq; humana, aut cõuersa in diuinitatis naturã, aut in nõ existẽtiã diuisa, neq; ex duabus vna facta est cõposita natura. Christus ergo vna ꝑsona est, geminę substãtię, nec tamẽ de⁹, vel homo pars hui⁹ ꝑsonę dici potest. Alioquin, filius dei anteq̃ formã serui susciperet, nõ erat tot⁹, & creuit cũ homo diuinitati eius accessit. Sciẽdũ tamẽ quòd nõ semꝑ factũ esse, ad creationẽ refertur: sicut ibi, Dñe refu. factus es nobis. Et itẽ, Fact⁹ es mihi in salutẽ. Nõ vtiq; creatiõis diffinitio, vel ędițio hic declarañ, sed nobis in refugiũ, vel salutẽ esse dicitur quod prius nõ erat. Sed quęri põt cũ nos saluatorẽ nostrũ profiteamur, cur Apostol⁹ eũ factũ dicat ex semine Dauid, cũ aliud sit fieri, aliud nasci. Qui etiã alio loco dixit, Factũ ex muliere. Aliquid igitur significauit hoc dicto. Quia.n. nõ humano semine cõcreta est caro dñi in vtero virginis & corpus effecta, sed effectu & virtute spũs sãcti ideo apostol' dicit factũ nõ natũ. Aliud.n. est semine ammixto, & sanguinis coagulo generari: aliud nõ ꝑmixtione, sed virtute ꝓcreari. Possunt hoĩes generare filios homines, sed nõ facere. Itẽ etsi nõ intercessit semen hominis

In.4. de tri. de modo incar.

Sup Ioã.

De fide ad Petrum.

Ioan. Damascenus.

Vtrum cibus in corpus vt gutta in camino ignis.

Augustinus cõtra Maximinum.

Ambrosi⁹ ĩ li. de tri.

Ambrosius in lib. q̃stio. vet. & no. t. q ignorãtibus intitulatur Augustini.

Quare factū nō natum dicat Apostol⁹. in cōceptione virginis, tñ quia ex carne Christ⁹ format⁹ est, quę cōstat ex semine, recte dicit fact⁹ ex semine. Quęrēs autē vtrū debeat dici creatura, vel res creata simpliciter: audiat Augustinū super hoc ita disserētē, In principio

August. in lib. de tri. erat verbū: & verbū caro factū est, ꝓpter natiuitatē incarnationis eius quę facta est in tēpore ex virgine: & oīa per

An Christ⁹ dicēd⁹ sit creatura in lib. de trin. ipsum facta sunt. neq; dicit oīa nisi quę facta sunt. i. omnē creaturā. Vnde liquidò apparet ipsum factū nō esse p quē facta sūt oīa. Et si factus nō est, creatura nō est: si aūt creatura nō est, eiusdē cū patre substātiæ est. Oīs enim substātia quę nō est deus, creatura est: & quę creatura nō est, de⁹

Intende. est. Si filius nō eiusdē substātię est cuius est pater, ergo facta substātia est: & si facta substātia est, nō oīa per ipsum facta sunt. At oīa per ipsum facta sunt, facta igit substātia nō est: qui tamē sicut ait Apostolus, Fact⁹ est ei. s. ad honorē patris, Secūdū carnē, infect⁹ verò secūdū deitatē. Fact⁹ dico & specialiter, Ex semine Dauid, quia Maria fuit de

Aimo. stirpe Dauid, ex cuius semine formata est caro dñica opere spūs sancti, in vtero virginali. Sed attēdēdum est, quare specialiter hic noīat Dauid, cū cōstet ꝙ ꝓmissio facta est Abrahæ, sicut & Dauid: sed Apostolus volēs gratiā cōmēdare, maluit Dauid dicere, qui & criminosus fuit: non de semine Abrahæ, qui iustus fuit, vt non pro meritò sed gratia natus de Dauid putetur: & etiā ideo vt ex hoīe rege secūdū carnē rex natus ostēdatur, sicut de deo rege rex ante secula natus est. Deinde à virtute cōmendās eū, subdit,

Ambrosi⁹ Intende. Qui prædestinatus est filius dei in virtute, secūdū spiritū s. ex r. m. I. C. d. n. Hic primo vidēdū est, quid sit prædestinatio, & de quo sit prædestinatio, vtrū de eo quod semper fuit, an de eo quod ex tēpore fuit: & vtrū de ꝑsona, an de

Augu. de prædestinatis. natura: & si de ꝑsona est, postea attēdēdum est, secundum quā naturā sit prædestinata, Prędestinatio est gratiæ prępar atio, qua ab æterno deus homini Christo & cunctis quos præsciuit conformes fieri imagini filij sui, bona sine meritis pręparauit. Pręclarissimū enim lumē ꝓdestinationis, & gratiæ est, ipse mediator dei, & hominō homo Chri

Augusti. ibidem. stus Iesus, Ille enim homo vt à verbo patri coæterno in vnitatē ꝑsonæ assumptus filius dei vnigenitus esset, vnde hoc meruit? quod eius bonū qualecūq; præcessit, vt ad hāc ineffa-

ineffabilem excellentiã perueniret? Faciẽte ac suscipiente deo verbo, ipse ex quo cœpit esse homo, filius dei vnicus esse cœpit: filium dei vnicũ fœmina illa gratia plena cõcepit de spiritu sancto. Ex virgine Maria deus vnicus natus est, non carnis cupiditate, sed solo dei munere. Libera in illo volũtas erat, & tãtomagis, quãtomagis peccare nõ poterat. Apparet itaq; nobis in nostro capite ipse fõs gratiæ, à quo in cũcta mẽbra eius gratia diffũditur. Ita enim ab initio fidei suæ homo quicũq; gratia fit christian⁹, sicut gratia homo ille ab initio factus est Christus: de ipso spũ hic renatus est, de spiritu ille nat⁹ est: spiritu fit in nobis remissio peccatorũ, spiritu factũ est in illo vt nullũ haberet peccatũ. Qui fecit illũ hominẽ sine vllis eius pręcedẽtib⁹ meritis, nullũ quod ei dimitteretur, vel origine trahere, vel volũtate perpetrare peccatũ, ipse nullis eorũ p̃cedẽtibus meritis facit credẽtes in eũ quibus dimittat omne pctm̃: qui fecit illũ talẽ vt nunq̃ habuerit nec habitur⁹ sit volũtatẽ malã, ipse facit in mẽbris ei⁹ ex mala volũtate bonã. Et illũ ergo & nos prædestinauit, quia & in illo vt esset caput nostrũ, & in nobis vt eius corpus essemus, non p̃cessura merita nostra, sed opera futura sua p̃sciuit. Hæc se de⁹ esse facturũ ꝑfecto ab ęterno p̃sciuit. Ipsa est igitur prædestinatio sanctorũ, quę in sancto sanctorum maximè claruit, quã negare quis nõ valet, rectè intelligẽtiũ eloqa veritatis. Humana igitur merita cõticescãt hic, quæ perierunt per Adã, & gratia regnet ꝑ Iesum Christũ. Quisquis in capite nostro p̃cedẽtia merita singularis illius generationis inuenerit, ipse in nobis mẽbris eius pręcedẽtia merita fidei & regenerationis reqrat. Neq; enim Christo tributũ est, nec nobis pro aliquo merito, sed gratis tributũ est. Ille quippe nos fecit credere in Christũ, q nobis fecit in quẽ credim⁹ Christũ. Ille facit ĩnobis principiũ fidei, qui fecit hominẽ principẽ fidei & ꝑfectorẽ Iesum. Nullũ igitur est illustrius p̃destinatiõis exẽplũ, q̃ ipse mediator. Quisqs ergo fidelis vult eã bene ĩtelligere, attẽdat Christũ, atq; in illo inueniet, & seipsum q in eo verã humanã naturã credi suscipiẽte deo verbo ita sublimatã, vt q suscepit, & quod susceepit, vna esset ĩ trinitate ꝑsona. Neq; enim in homine assumpto trinitas facta est, sed trinitas mãsit, assumptiõe illa

De bono perseuerãtiæ.

De p̃dest.

De tract. Psal. 118.

De bono perseuerantiæ.

ineffabili

ineffabili faciēte pſonę vnius in deo & hoīe veritatē. Hoc de ipſa prędeſtinatiōe ſufficiat. Deīde videam⁹, vtrū de re quę ſemp fuerit, vel de eo quod nō ſemp fuerit ſit ipſa prędeſtinatio, & vtrū de pſona an de natura. Eūdē ſane ipſū, q ſcđm carnē fact⁹ eſt ex ſemine Dauid, prędeſtinatū dicit filiū dei in virtute. Itē, Rectè quippe dicitur filius dei nō prędeſtinat⁹, ſcđm id quod eſt, verbū dei, de⁹ apud deū. Vt quid enim prędeſtinare ur, cum iam eſſet qui iam erat ſine initio, ſine termino ſempitern⁹? Illud aūt prędeſtinandum erat, quod nōdū erat: vt ſic ſuo tpe fieret, quēadmodū prędeſtinatū erat ante tēpora vt fieret. Quiſquis ergo filium dei prędeſtinatū negat, hūc eundē filiū hoīs negat. Prędeſtinatus eſt ergo Ieſus, vt qui futurus erat ſcđm carnē fili⁹ Dauid, eſſet in virtute filius dei. Itē, Inquātum hō factus eſt filius dei, p̄deſtinatum eſſe dicimus. Ecce ex his patet p̄deſtinationē eſſe de pſona. i. de Chriſto Ieſu, nō ſcđm id quod ſemp fuit, ſed ſcđm id qđ nō ſemp fuit. i. nō ſcđm diuinitatē, ſed ſcđm humanitatē. & eſt ſenſus, Chriſtus fact⁹ eſt ſcđm carnē, Qui Chriſtus ſcđm quod eſt hō, Eſt p̄deſtinatus. i. ſola gratia pręelectus: ad hoc, vt ipſe homo ſit filius dei, nō vtiq; adoptiuus vt nos ſumus, ſed in virtute. i. in eadē potētia cum patre: nō per gratiā adoptiōis, ſed per vnionē verbi. i. per gratiā qua humana eius natura vnita eſt verbo. Nō ergo per adoptionē filius, neq; adoptiuus filius. Dicit em̄ Ambro. Volui & reuolui diuinā ſcripturā, & filiū dei nuſq̄ adoptiuū inueni. Sed ſicut Chriſt⁹ inquātū deus eſt naturaliter habet, vt ſit naturalis dei filius, & ſit deus: ita inquātū homo per gratiā habet, vt ſit idē fili⁹ dei, naturalis. De filio vero, hoc eſt, de dn̄o noſtro Ieſu Chriſto ſcriptum eſt, Quòd ſemp cum patre fuit, & nunq̄ eum vt eſſet voluntas paterna p̄ceſſit: & ille quidē natura filius eſt, nos verò adoptiōe: ille verò nunq̄ fili⁹ nō fuit, nos anteq̄ eſſemus, p̄deſtinati ſumus, & tunc ſpiritum adoptionis accepimus, qn̄ credidimus in filium dei. Cōtendunt hæretici adimere patri quod pater eſt, dum volunt filio auferre quod filius eſt. Adimunt autē, cum dicunt, quod nō de natura ſit filius. Nō ex natura autē eſt, qn̄ nō eadē in ſe habet natus & generans. Neq; em̄ filius eſt, cui alia ac diſſimilis erit à patre ſubſtātia. Pater autē quō erit ſi non quod in ſe eſt

In epiſto. ad Rom. Sup Ioā. In lib. ad Proſperū & Hylarem. Ambroſi⁹ Hierony. ſuper epi. ad Ephe. Hylarius in libro. 2. cōtra Arrium.

est substantiæ atque naturę genuerit in filio? Dn̄s dicens, Clarifica filium tuum, nō solo noīe cōtestatus est, se esse filium dei, sed & proprietate. Nos filij dei sumus, sed nō talis hic filius: Hic em̄ verus, & ꝓprius est filius, origine, nō adoptione: veritate, nō nuncupatione: natiuitate, nō creatiōe. Idē natura filius est, quia eādē naturā quā ille qui genuit habet. Nos sumus filij gratia, nō natura: Vnigenitus autē natura non gratia. An hoc etiā in ipso filio ad hoīem referendum est? Ita sane, quod enim vnigenitus est, æqualis patri, non est gratiæ, sed naturæ: Quod autem in vnitate personæ vnigeniti assumptus est homo, gratię est nō naturæ. Quæri solet à quibusdam, an secundum quod homo Christus sit deus, vel dei filius: quod ita esse, ita probare conantur, Christus secundum quod homo prædestinatus est, vt sit dei filius: sed illud est, quod vt sit prædestinatus est, ergo quia prædestinatus est, secūdum quod homo vt sit filius dei, etiam secundum quod homo est filius dei. Ad quod respondemus dicentes, Christum esse id ad quod prędestinatus est, vt sit: sed nō est illud secūdū id, scđm quod ꝑdestinatus est. Est em̄ prædestinatus, vt sit dei filius. Et ipse itaq; est verè filius dei, sed prędestinatus est ad hoc, scđm quod hō: qa per gratiā hoc accepit, scđm quod homo: ipse tamē scđm quod homo non est illud: nisi forte, scđm vnitatis sit expressiuum personę. scđm enim aliquādo cōditionē humanę naturę vel diuinę exprimit, aliquādo vnitatē personę: cōditionē naturę, vt cum dicitur, scđm quod homo. i. inquātum homo, vel scđm qđ deus. i. inquātum deus: vnitatē personæ exprimit, vt cum dicitur, Christus scđm quod homo dimittit pc̄tā. i. ipse homo qui est Christus vel persona ipsa quæ est homo. Aliquando etiā, scđm, notat causam, vt cum dicitur scđm diuinitatem iudicabit. i. ex virtute diuinitatis. Hæ distinctiones suis locis diligenter animaduertendæ sunt. Quæri etiam solet, vtrum Christus scđm quod homo, sit persona. Ad quod dicimus, Si secundum, causam vel cōditionem naturę notat, scđm quod homo non est persona, quia ex eo quòd homo vel inquātum homo est, persona non est: quia si ex eo quod homo est, ꝑsona est, ergo vel tertia in trinitate, vel alia: sed alia non est, ergo tertia in trinitate, ergo deus.

Idem in tertio.

Augusti. in ser. 29. Sup Ioā.

In ser. 20.

Quæstio.

Quæstio.

Item,

Respõsio Item, Ideo inquantum homo non dicitur persona, quia non est inquãtum homo personali proprietate discretus à patre & spiritu s. quia inquantum homo nõ est genitus à patre vel filius patris. Filiatio autem proprietas est, quia persona filii distinguitur ab aliis. Sed si inquãtum homo, nõ est persona tertia in trinitate, quomodo ergo supradixit Augu. Qui suscepit & quod suscepit vna est in trinitate persona. Hæc enim auctoritas innuere videtur quod natura humana cum verbo sit vna persona in trinitate. Quod si est, ergo natura humana cum verbo est deus, ergo aliqua natura cum verbo est deus, quæ nõ semper fuit deus, ergo non tantum diuina natura est deus, sed & alia. Quod quia absurdum videtur, & alia plurima quæ sequũtur inconuenientia, prædicta Augustini verba, & illis vbicunq; inuenta fuerint similia, hoc modo intelligenda nobis videntur. Qui suscepit & quod suscepit, vna est in trinitate persona. i. ita deus suscepit hominẽ quòd eadem persona quæ prius erat, immutata permansit, vnio enim suscipientis & suscepti vnitatem personæ, nec diuisit nec variauit: & tunc factum est, vt illa persona quæ antè erat deus, eadem homo esset. Vnde super Ioannem ait, Quando verbum caro factum est, vna persona facta est verbum & homo. i. tunc factum est, vt eadem persona quæ est deus esset homo. Mouet nos quoq; quomodo supradixerit August. illũ hominem assumptum à verbo, cum ille sit persona, & persona non sit assumpta. Alibi quoq; expressius idem dicit quo magis mouemur, Siquis dixerit atq; crediderit, hominem Iesum Christum a filio dei assumptum non fuisse, anathema sit: & ita videtur quod persona à persona sit assumpta, quod nefas est dicere aut sentire. Prædictarum auctoritatum verba sic intelligi sanè possunt, vt homo Christus siue homo ille, ideo dicatur assumptus à verbo, quia anima eius & caro in quibus subsistit homo sunt assumpta a verbo, vt ad ipsius hominis Christi naturam respicias, non ad personam, cum assumptum dicis. Item quæri solet, Vtrũ homo ille cœpit esse, vel semper fuerit, sicut simpliciter enũciamus Christum, vel dei filium semper fuisse nec cœpisse. De hoc August. ita ait, Habuit aliquando dei filius quod nondum habuit idem

[Margin notes: Intende. — Sup Ioã. — In sermone de fide ad Petr. — Quæstio. — Sup Ioã.]

buit idem

buit idem ipse hominis filius, quia nondum erat homo. Item, Sic nos electi, quomodo ille clarificatus: quia priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Item, Christus noster, & si forte homo recens est, tamen æternus deus est. Alibi autem legitur quod puer ille creauerit stellas: & ipse Christus ait, Ego principium qui & loquor vobis. His itaq; auctoritatib' in nullo refragātes dicimus, quòd ille homo inquantum homo est, esse cœpit, inquātum est verbum, semper fuit, In huiusmodi enim locutionibus sine adiectione determinationis, nihil respōderi conuenit. Vnde Augustinus, Pater per ipsum inquantum verbum eius est, etiam quæ futura sunt fecit: sed profectò secundum id quod homo est, ipsum pro nobis glorificauit. Ipse ergo secundum quod homo prædestinatus est.i. sine meritis sola gratia præelectus, non solùm vt esset caput nostrum, & vt nec origine traheret, nec voluntate perpetraret peccatum, & vt è mortali natura clarificaretur in immortalem, sed etiā vt esset filius dei in virtute.i. in eadem potentia cū patre. Et quòd ipse sit filius dei, potest videri ex hoc, quòd conceptus est & natus secūdū spiritum sanctificationis.i. quia ex spiritu sancto conceptus est. Considera verò quia non fuit ei spiritus sanctus pro semine, nec dicimus illum patrem esse hominis Christi ne dicantur duo esse patres: sed de spiritu sancto conceptus dicitur, ideo, quia operatione spiritus, per quem omnia sanctificantur, & dei munere facta est illa conceptio. Probatur etiam esse filius dei, ex resurrectione mortuorū Iesu Christi domini nostri.i. suorum.i. quia mortuos fecit secū resurgere, qui fuerunt eius, quia ad se pertinebant: secundum illud, Multa corpora sanctorum qui dormierant, resurrexerunt cum eo. Et nota quòd proprium nomen posuit pro pronomine, more Hebraico, quæ locutio in scripturis est vsitatissima, & in veteribus precipuè libris celeberrima, vt, Fecit Moses, sicut precepit domin' Mosi. Vel ita, secundum spiritum. q.d. Christus probatur esse filius dei, secundum spiritum.i. quia suis dedit spiritum sanctificationis, sanctificationis dico inceptæ ex resurrectione animæ.i. a remissione peccatorum per quam anima resurgit

Sup psal.
Sup Ioā.
De pdest. sanctorū
In lib. de bono pse.
Sup Ioā.
In epist. ad Rom.
Aimo.
August.
Aimo.
August. extract.
Psal. 67.

Augusti. i epist. ad Roma.

git a vitiis. Est enim duplex resurrectio, vna animæ, altera corporis. De resurrectione animæ ait Apostolus in sequenti: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Resurrectione dico, mortuorum domini nostri Iesu Christi .i. eorum qui mortui erant in peccatis, qui dicuntur Christi, quia eos nullus alius curare potuit: qualiter aliquis curandus à medico, illius medici dicitur infirmus. Potest etiam de humana natura hoc accipi, quòd ait Apostolus, Qui prędestinatus est, vt etiã ipsa vere dicatur prædestinata. Vnde ait Augustin⁹, Prędestinata est ista humanæ naturæ tanta & tam excelsa & summa subuectio, vt quo attolleretur altius non haberet: sicut pro nobis ipsa diuinitas quousq; se deponeret humilius nõ habuit, quàm suscepta natura hominis cum infirmitate carnis vsq; ad mortem crucis. De hoc eodem Aimo ait, Non de verbo loquitur hic Apostolus, sed de homine qui non erat antequam factus esset. humanitas enim quæ non erat antea, illa prædestinata est. Secundum hoc sic lege literam, Qui, Christus secundum quòd homo, Prædestinatus est.i. eius humanitas prædestinata est, & præordinata sine suis meritis, Vt esset filius dei in virtute.i. esset assumpta à verbo existente in eadem virtute diuinitatis cum patre, & vnita illi in vnitate personæ. Secũdum spiritum sanctificationis. Hoc ad illud refertur, quod supradictũ est, Factus est ex semine Dauid secundũ carnẽ. Iungatur ergo ita, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem: factus dico, secundum spiritum sanctificationis.i. secundum operationem spiritus sancti, qui sanctos: facit homines, qui etiã formauit & sanctificauit ipsum hominem in vtero virginali ex semine mulieris, sine semine viri. Ex resurrectione mortuorum. Hoc refertur ad illud quod dixit, Filius dei.q.d. & quòd ipse est filius dei, cui humana natura vnita est, patet ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.i. suorum.i. ex hoc quòd secũ mortuos resurgere fecit. Et hunc ordinem verborum etiam Augu. ponit, sed dicit alterum ordinem certiorem & meliorem videri. Vel ita potest legi, vt prædestinatus sicut præscitus accipiatur, & referatur hoc ad cognitionem hominum: sicut & illud, Ero illorũ deus i.

Extract. Psal. 118.

Aimo.

cognoſcar, & ſit ſenſus, Qui dei filius qui latebat in carne quid eſſet, ꝓdeſtinatus eſt.i. præſcitus ab æterno, manifeſtari filius dei ĩ virtute reſurgẽdi.ſ. cũ reſurgit à mortuis. Omnis enĩ ambiguitas & diffidẽtia reſurrectiõe eius calcata eſt,& cõpreſſa. Nam in morte eius etiã diſcipuli eius dubitauere. ſed ĩ reſurrectione virtus diuinitatis emicuit: ſicut ait,Cum ego exaltatus fuero à terra,omnia trahã ad me ipſum.i.tũc cognoſcar omniũ eſſe dominus. Præſcitus eſt itaq; manifeſtari filius dei in virtute reſurrectionis ſecundũ ſpiritũ ſanctifi.i.quia ſuis dedit ſpiritum ſanctum. Deĩde quã virtutẽ dixerit,exponit,ſubdẽs, Ex reſurrectione mor.neq; dicit ex reſurrectiõe Chriſti,ſed mortuorum Ieſu Chriſti domini noſtri, quia ſua reſurrectio noſtram facit generalẽ reſurrectionem. Ac ſi diceret,manifeſtatus dei filius ex reſur.ĩ.I. C.d.n.i.quia reſurrexit: per qđ etiã nos in aĩa & corpore reſurgere fecit. Vnde videtur mortẽ deſtruxiſſe vt nos redimeret: quare & dominum noſtrum vocat, dicẽs, Ieſu Chriſti domini noſtri. In hoc verè apparet dominus ꝙ mortuus mortem vicit. Hæc enim maior virtus & victoria videtur in Chriſto quòd ea poteſtate operatur mortuus qua operatus fuerat viuus. Per quem accepimus. Hic commendat eum à liberalitate. hic enim oſtenditur, quid auctor ei contulit.q.d. talis eſt Chriſtus per quem talem nos Apoſtoli cum aliis fidelibus accepimꝰ.i.qui talis dedit gratiã.ſ.remiſſionẽ peccatorum,& patiẽtiã omnium laborũ, ꝑ quã remunerabimur in futuro,& alia dona q̃ oĩa nobis data ſunt gratis, & accepimꝰ nos ſoli apoſtoli apoſtolatum.i. auctoritatẽ & legationẽ prædicãdi. Accepit enĩ Apoſtolꝰ gratiã ꝑ Chriſtum cum omnibꝰ fidelibus: Apoſtolatum verò,nõ cum oĩbꝰ,ſed cum Apoſtolis tãtũ:& ideo cõgrue nõ tãtummodo apoſtolatum dicit ſe accepiſſe,ne ĩgratꝰ exiſteret gratię,qua illi peccata dimiſſa ſunt,vt nemo audeat dicere vitę prioris meritis ſe ad euãgeliũ eſſe ꝑductũ,cũ nec ipſi apoſtoli qui cęteris ſupeminent,apoſtolatũ accipere potuiſſent,niſi prius cum cæteris gratiã q̃ peccatores ſanat & iuſtificat,accepiſſent. Ideóq; opportune tenens ordinem cauſæ, ait, Accepimus gratiam & apoſtolatum, id eſt poteſtatem apoſtolatus Vbi? In omnibus gentibus. ergo in Iudæis, quia Iudæi cohita-

Ambroſiꝰ

Auguſtinꝰ in epiſto. ad Rom.
Ambroſiꝰ
Auguſt.
Aimo.
Origenes
Origenes
Auguſti. in epiſto. ad Rom.
Ambroſiꝰ

cohabitatione sunt, in gentibus. Vel accepimus apostolatum, non solum in vna gente Iudæorum, sed etiam in omnibus gentibus. Ad quid? Ad obediendum fidei.i. vt faciam ego cum apostolis aliis eos obedire fidei Christi accepimus apostolatum: & hoc pro nomine eius.s. Christi.i. vice eius, quia eius vicarii sum⁹. Vel pro nomine eius dilatando.i. pro eius gloria nō nostra, sicut vos Romani facitis. Deinde vt familiarius admoneat cōuertit se ad eos dicens, In quibus.i. inter quas gentes, & vos Romani.i. Iudæi & gentiles Romæ habitantes estis vocati per gratiam & interiorem inspirationem Iesu Christi.i. a Iesu Christo, Genitiuus pro ablatiuo, more græco. Vel vocati estis, vt sitis Iesu Christi, qui omnium gentium salus est. Cum audiunt Romani inter cęteros se vocatos, scire possunt quod non debent sub lege agere, quia sine lege susceperunt cæteræ gentes fidem Christi: cæteri populi vocati sunt sine lege Mosi, & hic eam seruare debent. Omnibus qui sunt Romæ dilectis dei vocatis sanctis. Hucusq; pendet litera, quasi dicat, Paulus talis & talis scribit omnibus qui sunt Romæ, non aliis, sed dilectis dei.i. dilectis à deo. Quamuis enim Romanis scribat, illis tamē se scribere significat, qui in charitate dei sunt, qui sunt hi, nisi qui de filio dei rectè sentiunt? hi sunt sancti, & vocati dicuntur. Et aduerte, quia etiā hic significauit Apostolus benignitatem dei potius quàm meritum illorum. Non enim ait, diligētibus deum, sed dilectis dei, prior enim dilexit nos ante omnia merita, vt nos eum dilecti diligeremus. Vnde etiam addidit, vocatis sanctis, vt nemo sibi tribuat quòd vocatus est. Non enim ita intelligendum est quod ait, vocatis sanctis, tanquam ideo vocati sint quòd sancti erant: sed ideo effecti sancti, quia vocati sunt: & ideo vocati, quia dilecti, vt sit sensus, scribit dilectis dei vocatis sanctis.i. illis quos dilexit, vt ad sanctitatē vocaret, qua sancti essent sanctificati per baptismum. Restat autem vt Apostolus dicat salutem, & compleatur vsitatum epistolæ principium: ideo subdit, Gratia vobis &c. pro eo quod alii solent dicere salutem, ait, Gratia vobis &c. quasi dicat, Apostolus scribit Romanis. & in scribendo salutat, sic optando dicens, Gratia sit vobis.i. remissio peccatorum.

Aimo. Augustin⁹ Ambrosi⁹ Augustinus. Ambrosius. Aimo. Augustinus.

rum. ea enĩ est gratia qua iustificatur impius, & fit iustus qui prius fuerat impius,& ideo percipiendæ huius gratiæ merita nulla precedunt,quia meritis impii non gratia sed pœna debetur.nec ista esset gratia,si nõ daretur gratuita, sed debita redderetur. Addit, Et pax,scilicet sit vobis, id est recõciliatio ad deum, & trãquillitas mẽtis. Sicut enim gratia dei est, qua donantur nobis peccata : ita pax est, qua ex inimicis reconciliamur deo : tamen sciamus etiam vtrumque scilicet gratiam & pacem ad generalem dei gratiam pertinere, & si ita distincta sint. Et vt ostendat vniuersum bonum esse à deo, subdit, A deo, quasi dicat, hæc scilicet gratia & pax sint vobis,à deo patre nostro. i. ab eo qui potest dare, quia deus est: & vult, quia pater. Et vt sine Christo nullam esse pacem & gratiã doceret adiecit, Et domino Iesu Christo,sine quo nulla bona sunt nobis. Quòd autem nõ adiungit spiritũ sanctum, non mihi alia ratio videtur,nisi quia ipsum donũ dei spiritũ sanctũ intelligimus. Gratia porrò & pax quid aliud est, q̃ donũ dei? vnde nullo modo hominibus gratia dari potest,qua liberamur à peccatis, & pax qua recõciliamur deo,nisi in spiritu sancto:& ideo ipsa trinitas pariterque incõmutabilis vnitas in ista salutatione cognoscitur: vnitas apparet,p hoc ꝙ ait,à deo. De hoc eodẽ ita ait Aimo, Spiritus sancti nomẽ non posuit,quoniã in donis suis cõprehendit eum,id est in gratia & pace:quia enim per eum diuinit⁹ honorãtur electi,ideo in donis suis intelligitur.

Ambrosi⁹ August. ĩ lib. retra.

Ambrosius. Augustin⁹ ĩ epist. ad Rom.

Aimo.

[Primum quidẽ gratias ago deo meo per Iesum Christũ pro omnibus vobis:quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. Testis enim est mihi deus,cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius, ꝙ sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis,obsecrãs siquo modo tandem aliquãdo prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos.] Præmissa salutatione, ante alia de bonis eorum gratias agit. Gratias verò agere deo est,sentire omnia bona à deo data esse,& pro eo laudare voce & opere & corde. Finita ergo præfatione,prius lenit eos quibus scribit,pòst grauiter eosdẽ increpaturus. Congaudet enim hic de bono incepto eorũ,& præcipue in hoc gaudere se dicit, quia fides illorum in omni loco

Augustinus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

currebat, quãuis enim fidẽ non accepissent, secundũ regulã ab auctoribus traditã veritatis, tamẽ quia quod de vno deo audierãt, interposito nomine Christi cœperãt venerari, gratulatur Apostolus, sciẽs illos posse proficere. Per quod etiã charitatẽ suã erga illos ostendit, & hortatur ad profectũ, ita dicẽs, Primum quidẽ, quasi dicat, quod incœpistis perficite, quia adeo bonũ est, ꝙ de eo ante alia deo gratias refero: & hoc est, primũ quidem. i. ante omnia ago gratias deo pro omnibus vobis, quod & vos ipsi faciatis. Hæc ante omnia se agere dicit, quia fides illorum multis proficit. nam & illi qui crediderãt roborati sunt videntes principes suos fratres sibi factos in fide: & qui nõ crediderant, facilè poterãt credere eorum exẽplo. prõpte enim facit inferior, quod viderit fieri à potiore. Vel ita, Ago gratias deo meo pro omnibus. s. vobis & aliis: & cũ pro aliis, primùm quidẽ. i. pcipue pro vobis de quibus magna vtilitas venit: sicut ante dictũ est, Cui ago gratias. Deo meo quẽ. s. meũ facio, qđ nõ vos Romani facitis. Nõ est ociose accipiẽdum, ꝙ ait, Deo meo, nõ enim vox ista potest esse, nisi sanctorũ quorũ deus dicitur, sicut Deus Abrahã, deus Isaac, & deus Iacob. Cũ ergo omniũ vnus sit deus per naturã, eo ꝙ sit creator omniũ, illis tamẽ proprie per gratiã deus dicitur esse, qui meritò fidei & iustitiæ, eius cultores esse probãtur. Per quid ago gratias? nõ per legẽ neq; prophetiam, sed per Iesum Christum mediatorẽ dei & hominũ, per quẽ deus vobis dedit omnia bona, quia ipse est minister omniũ beneficiorum dei. deinde quare pro eis precipue vel ante omnia gratias agat, ostendit subdens, Quia fides vestra, q. d. cum multa sint talia in vobis, pro quibus gratias agere debeo (erãt enim disciplina mirabiles, & boni operis cupidi, studiosiq; magis agendi bene quàm loquendi) in hoc tamen pręcipuè gratias ago, quia fides vestra, & si non perfecta, annunciatur in vniuerso mundo: quia Roma caput mundi erat, & ideo fidei illorum fama omnem locũ peragrabat: vnde proficierẽt multi. Et nota, ꝙ non laudat apostolus fidem illorũ, tanquã perfectã, sed facilitatem fidei, quia in auditu auris crediderunt, & votũ erga Christum, id est affectum propẽsum, quẽ erga Christum habebãt. Testis est &c. Dixit se pro illis gratias agere,

Ambrosi⁹

Aimo.

Ambrosi⁹

re, nunc dicit se pro eisdẽ orare? in quo etiã affectũ suũ circa illos ostendit, vt suadeat illis charitatẽ. Ad hoc autem deũ testẽ dat cui seruit, dicẽs, Testis est enim deus: vt melius sibi credatur ꝙ dicturus est. Præmissa est igitur auctoritas. i. iuramentũ quo sit fides dicendis: Nisi fortè quis dicat ꝙ nõ iurauerit, quia nõ dixit per deum, sed dixit testis est deus. ridiculũ est putare hoc si dicas per deum, iuras: si dicas, testis est deus? non iuras. Quid enim est, per deũ, nisi testis est deus? aut quid est, testis est deus, nisi per deũ? Ecce dico charitati vestrę, & qui per lapidẽ iurat, falsum, periurus est, quia creatorẽ deũ adhibet testem. Nec facit apostolus qui hic & alibi sæpe iurauit, cõtra domini mandatum: qui volens iustitiã nostram abundare plusquã scribarum & pharisæorum, dicit in euangelio, Ego vobis dico non iurare omnino. Et item, Sit sermo vester, est, est: non, non: quòd amplius est, à malo est. Ibi enim prohibuit dominus, quòd est malum: suasit bonum, quòd est appetendum: indulsit, quòd est necessarium: prohibuit enim falsum, vel sine necessitate iurare: suasit verum loqui: indulsit iuramentum, quòd est necessarium, cum ait quòd amplius est. Iuramentum enim faciendum est in necessariis, cum pigri sint homines credere quòd eis est vtile: non est iuratio bona, id est appetenda, non tamen mala, id est prohibita, cum est necessaria, licet sit à malo infirmitatis eorum quibus aliquid dicitur. Si enim iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid persuades, quæ infirmitas vtiq; malum est, vnde nos cotidie liberari præcamur, dicentes, Libera nos à malo. Ideóque non dixit dominus quòd amplius est, malum est: Tu enim non facis malum qui bene vteris iuratione, vt alteri suadeas quòd vtile est, sed à malo est illius. Et notandum, quia multum interest, si exigit iurationem, qui nouit illum iuraturum falsum, an non. Qui autem nescit & ideò dicit iura mihi, vt ei fides sit, non audeo dicere non esse peccatum, tamen humana tentatio est: Si autem nouit fecisse, & cogit iurare, homicida est. Iurat ergo sine peccato apostolus, cum ait, Testis est mihi deus &c. quasi dicat, quòd habetis domino imputo: & rectè, nam habẽda ab eo oro: & verè, quia sine intermissiõe memoriã

Augu. de sermone ĩ monte.

Intende.

Aimo. vestri facio semper in orationibus. Vel ita, se dixit gratias agere, modò exponit quando gratias agit, scilicet in orationibus: & quomodo. s. sine intermissione, quasi dicat pro vobis gratias ago, & hoc modo, quia in orationibus meis quę pro vobis, & pro aliis fiunt, semper habitis in horis constitutis ad orandum, Facio memoriam, id est deum memorem. Memor dicitur deus esse cum dat: oblitus cum

Ambrosi⁹ cessat. Et hoc, sine intermissione. Vel facio memoriam vestri sine interm. hoc ideo dixit apostolus, scilicet se esse memorem illorum in orationibus, vt seminet in illis charitatem, id est vt eum ament, & sic desiderent eum audire. Quis enim non amet eum quem audit memorem sui esse? Quod autem ita sit, iuramento affirmat. Testis &c. quasi dicat, & credendum est, ita esse vt dico, Enim id est quia. Testis est mihi deus, & ideo non est tutum mentiri, cum nihil eum lateat. Cui seruio in spiritu meo, non in carne, id est in voluntate: quia enim deus spiritus est, animo illi debet seruiri. Vel seruio, non in carne, id est in carnalibus obseruantiis: sed in spiritu meo, id est in spiritalibus, scilicet in fide, spe, & charitate: In quo seruio? In euangelio, prædicando: non in lege, non in circuncisione, non in eo quod Moses seruus tradidit, sed in eo quod filius vnicus docuit. Quantum enim distat seruus a domino, tantum distat euangelium à lege. Euangelio dico filij eius, quod scilicet filius eius tradidit, non scribendo, sed mentibus inspirando. Obsecrans, Si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos] quasi dicat, pro vobis gratias ago, & oro. ego dico obsecrans, id est per obsecrationes tentans. Obsecratio est per sacra adiuratio, vt per natiuitatem & passionem. Tentans inquam, si quomodo, id est aliquo modo, prospero vel aduerso scilicet quacumq; ex causa, facili vel difficili, habeam tandem scilicet post longa desideria, aliquando, scilicet hyeme, vel estate, iter veniendi ad vos: iter dico prosperum, quod non reputat apostolus esse, nisi ita sit vt perueniat ad illos quibus desiderat donum dei prædicare, Prosperum enim iter est, non incassum laborem itineris subire. Prosperum iter habeam: Prosperum dico, In voluntate dei, secundum voluntatem

dei:

dei: non ſicut mali qui reputant proſperitatem ſibi eſſe in ſuo malo perpetrato. Sunt enim quidam, qui per dei permiſſionem non voluntatem proſperum iter videntur ſibi accipere ad malum, ſi aliquod ſcelus perpetrauerunt. Hoc ergo voluit intelligi Apoſtolus, addẽs, In voluntate dei: quia non ſemper proſperitas itineris dei voluntate perficitur: quia multi in rebus ſeculi proſperis vtuntur ſucceſſibus, & exultant in proſperitatibus ſuis: ſed non eſt talis proſperitas in voluntate dei. Apoſtolus verò iter ſolummodo reputat proſperum, ſi ſit in volũtate dei: quia tunc vtilis erit aduentus Apoſtoli. [Deſidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos, id eſt ſimul cõſolari in vobis per eam quæ inuicem eſt fidem veſtram atque meam.] Quaſi dicat, ideo obſecro venire ad vos, Enim.i.quia, deſidero videre vos. His, quos ſcripto corrigebat, & à carnali ſenſu abſtrahebat, ideo ſui præſentiam neceſſariam dicit: quia ea quæ ſcribit, etiam peruerſe poſſunt accipi, quia aliter dicta ſolent ad aliud referri ab hæriticis. Ideo ergo deſiderat eos videre, vt præſens doctrinam euangelicam ſenſu quo ſcribit eis tradat: ne ſub auctoritate literarum eius nõ auferretur, ſed confirmaretur error: & etiam ideo, vt quæ verbis ſuadere non poterat, præſens ſuaderet virtute miraculorum. Sed deinde deſiderij ſui cauſam exponens, addit, Vt aliquid.q.d.ad hoc deſidero vos videre, vt impertiar vobis aliquid gratiæ ſpiritualis.i. vos participes faciã gratuiti beneficij dei.ſ.doctrinæ euangelicæ, Gratiæ autem dico, non carnalis ſed ſpiritualis: quia modo carnaliter ſapitis. Cum enim dicit, gratiæ ſpiritualis, carnalem illos ſenſum aſſecutos ſignificat: quia ſub nomine Chriſti, Iudæi eis contraria Chriſto tradiderant. Qui conſulens infirmitati humanæ, fide ſola addita legi naturali, humanum genus ſaluari decreuit. Impertiar ſpiritualẽ gratiam ad confirmãdos vos: quia aliquid iam habetis. Id eſt conſolari in vobis ſimul: vel, id eſt vt conſolemur vobiſcum, alia litera. Per eam quæ inuicem eſt fidem veſtram atque meam.q.d.deſidero vobis impertiri gratiam ad confirmationem: quæ confirmatio adeò eſt mihi grata, quia id.ſ. vos confirmari, eſt me conſolari in vobis. Hoc ideo dicit,

Orig. Ambroſ. Auguſt. Ambroſi⁹

quia & si congaudeat facilitati fidei illorum, dolet tamen de non recta fide. Aliena enim dolebat vitia, quasi sua. Addit, simul. quasi dicat hæc consolatio mea, fiet simul vobiscum, quia & vos consolabimini. Modò enim ego sum desolatus, sicut & vos, & si non sentitis: sed sic consolaremur simul. Vel secundum aliam literam sic potest legi, eodem sensu manente. quasi dicat desidero venire, vt impertiar vobis gratiam ad confir. id est vt consolemur vobiscum, Deinde per quid fiat consolatio, subdit, consolari dico per eam fidem non vtique nouam, sed vestram atque meam, quæ est inuicem, id est communis id est per hoc potest esse consolatio, si vnius eiusdemque fidei sumus in Christo: vel, per eam fidem vestram atque meam quæ est inuicem, id est quæ per dilectionem operatur. [Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc: vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in cæteris gentibus.] Propositum & votum suum ostendit Apostolus, quod quædam illos scire non ambigit per eos fratres qui ab Hierusalem vel à confinibus ciuitatibus, causa aliqua siue religionis gratia Romam veniebant. Cumque sæpe vellet venire, & prohiberetur, sic factum est, vt scriberet epistolam, ne diu in malo detenti difficilius corrigerentur: quasi quis diceret, Desideras venire, cur ergo non venis? Ait, Quia prohibitus sum, cum hoc proposuerim. Nolo autem, vel non arbitror, vos ignorare fratres: hoc. s. quia sæpe proposui, non solum volui venire ad vos, & prohibitus sum venire, aliquibus impedimentis deo id agente: sed putetis culpa vestra fieri, vt modo dignos vos paretis. Non ergo ociosè se prohibitum dicit, sed & causas morarũ discernit, qui & hos vt se præparent adhortatus est: vt audientes gratiam sibi spiritalem ministrandam forè, dignos se efficerent à vitiis carnalibus abstinentes ad excipiendam eam. Prohibitus sum dico, Vsq; adhuc. i. vsq; in præsens. Per hoc ostenditur, id etiam esse curæ deo, quò vnusquisq; Apostolorum vel debeat ire, vel non debeat: & quòd dispensatione quadam, aliis quidem sinat prædicare verbum dei, aliis prohibeat. Fratres

Aimo.
Ambrosi⁹
Origenes

autem

autem eos vocat, non ſolum, quia renati erant : ſed etiam, quia erant inter eos qui rectè ſentirent, licet pauci, vnde ſuprà dixit, vocatis ſanctis. Vt aliquem fructum habeam in vobis, ſicut & in cæteris gentibus, quaſi dicat, ideò deſidero venire, vt habeam in vobis fructum. id eſt, vt vos fructificetis per meam prædicationem : vel, vt habeam fructum aliquem in vobis, id eſt, vt ego aliquod præmium pro vobis acquiram. Pro vtilitate ergo communi, cupidum ſe veniendi ad hos declarat, vt & hi ſalutem ſpiritualis gratiæ conſequantur, rectam habentes fidei profeſſionem : & hic fructum habeat apud deum, miniſterii ſui. Fructum habeam in vobis, dico, Sicut & in cæteris gentibus. Exemplo cæterarum gentium laceſcit illos ad fidem rectam, promptior enim fit quis ad rem ſibi traditam, ſi illi multos videat aſſentiri. Aimo.

[Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum : ita quòd in me promptum eſt, & vobis qui Romæ eſtis euangelizare.] Quaſi dicat, ideò volo fructum habere in omnibus, quia debitor ſum omnibus euangelizare. Græcis ac Barbaris, id eſt, omnibus gentibus. Græcos præpoſuit, quia ab eis omnis philoſophia mundana exordium ſumpſit : barbaros verò eos dicit, qui ſunt quaſi exleges, qui nec Hebræi, nec Græci, nec Latini ſunt. Et debitor ſum euangelizare, Sapientibus, Ambroſi⁹. & inſipientibus, & nemo de vtroque populo excludatur. Sapientes verò dicit illos qui mundialibus rationibus eruditi erant: Inſipientes qui illarum rerum imperiti ſunt. His autem omnibus ſe debitorem teſtatur, quia miſſus ad omnes. nulli enim gentium populo ſpecialius debetur hæc prædicatio, quia ad hoc miſſus fuit, vt omnibus prædicaret, qui ad hoc accepit doctrinam vt aliis traderet. De Iudæis autem tacet, quia magiſter gentium erat : & ſicut aliis debeo, ita & vobis qui Romæ eſtis debeo euangelizare, quia omnibus debitor ſum. Quòd tale ſcilicet euangalizare vobis, in me promptum eſt. & ſi ego ad hoc paratus ſum, ergo alterius culpa remanſit. Quanuis miſſum ſe dicat prædicare omnib⁹ gentibus prõptũ tamen Romanis ſe aſſerit euãgelizare, apud quos regni Romani caput eſt,

& sedes. Ad membra enim pertinet, si caput inquietum non fuerit: ideo Romanorum pacem optat, vt non multum se iactet Satanas: & vt meliores sui operis fructus habeat. [Non enim erubesco euangeliũ. Virtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco.]

Aimo. Q.d. In me promptum est, & verè, quia non erubesco euangelium, sicut illi qui falsa prædicant, & qui crucem Christi putant ignominiam. Hoc.n. dicto tangit eos qui non recta tradiderant: vel qui de cruce confundebantur, de qua potius gloriari deberent cum ipso apostolo. Ideo non erubesco euangelium, quia ipsum euangelium est virtus dei, id est, virtutem dei annunciat, non infirmitatem: sapientiam, non insipientiam. Quod enim infirmum dei, fortius est hominibus: & quod stultum dei est, sapientius est hominibus. Vel euangelium est virtus dei, nobis credentibus, non aliis: quia per doctrinam euangelicam peccatum dimittitur credenti: & cum res exigit, fiunt miracula quibus commendatur doctrina. Quia enim incredibile videbatur quod prædicabatur, ideo signis & prodigiis ab apostolis factis firmabatur, ne diffiderent homines

Ambrosi9 de his quæ dicebant qui tanta faciebant. Nulli enim dubium est virtuti verba cedere. Ideóque non se dicit apostolus erubescere de euangelio dei: illos autem erubescere significat, quia quod tradiderant, in reprehensionem veniebat, nec quoquam virtutis testimonio firmabatur, & discordabat à doctrina euangelica & apostolica. Euangelium igitur est virtus dei, quia inuitat ad fidem, & dat salutem omni credenti dum peccata remittit: & iustificat, vt à secunda morte detineri non valeat, signatus mysterio crucis. Vnde subdit, Euangelium dico, valens in salutem omni credenti. Quod verò dixit omni, determinat: Iudęo primum credenti: Et græco, id est gentili, quod in gręco manifestum est. In græco enim gentilem significat. Quanuis autem pręponat iudæum causa patrum, tamen & ipsum simili modo indigere dicit dono euangelij Christi. Si itaq;

Ekchius. & Iudæus non iustificatur nisi ex fide Christi, quid ergo opus est, esse sub lege? Vel ita, Iudæo primum & Græco, quasi dicat, euangelium valet in salutem omni credenti: euangelium dico, necessarium Iudæo, & Græco, id est gétili;

tili: sed primum, id est maximè Iudæo. Iudæi enim hanc euangelij salutem & liberationem habebant necessariam valde, vtpote etiam alios seducentes. [Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est, Iustus autem ex fide viuit.] Quasi dicat, verè euangelium est credenti in salutem, quia est ei in iustitiam, quæ est causa salutis, quod clarè ostenditur in ipso euangelio. & hoc est, quod ait, Iustitia enim dei reuelatur in eo, scilicet euãgelio. Iustitia dei est qua gratis iustificat impium per fidem sine operibus legis: vt alibi dicit apostolus, Inueniar in eo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ ex fide est. Hæc est iustitia dei, quæ in testamento veteri velata, in nouo reuelatur: quæ ideo iustitia dei dicitur, quia impartiendo eam iustos facit. Hanc autem iustitiam euangelium reuelat ipso effectu, scilicet, dum dat fidem homini per quàm iustificatur, qui credit deum iustũ & veracem in promissis. Reuelat etiam hanc iustitiã verbo, dum in eo dicitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, id est iustus. Vel iustitia dei est, quia quod promisit dedit, quæ iustitia reuelatur in eo, qui credit se consecutum quod promiserat deus per prophetas suos. Qui enim hoc credit & confitetur, iustum deum probat, & testis est iustitiæ eius. Et loquitur apostolus hic contra Iudæos, qui negant hunc esse Christum, quem promisit deus. Secundum hoc, ita lege, Bene dixi esse in salutem omni credenti, quia in eo qui credit, siue Iudæus sit, siue Græcus, Reuelatur iustitia dei, id est iustus apparet deus & verax. In eo vero qui non credit, iniustus videtur. negat enim veracem esse deum, qui nõ credit eum dedisse quod promisit. Vnde subdit, Ex fide in fidem, quasi dicat, iustitia dei reuelatur, tendens ex fide dei promittentis in fidẽ hominis, qui credit ei, quia in credẽte iustus apparet deus. Vel secundum alteram præmissam sententiam sic procede, iustitia dei est ex fide, hæc autem iustitia fidei, est ei homini qui transit ex fide in fidem. Hoc dicit propter omnes partes fidei, vt omnis qui vult per fidem iustificari, vniuersos articulos symboli habeat, vt transeat Iudæus & quicunque alius ex fide veteris testamenti, vbi vnus deus colebatur, in fidem noui testamenti, vbi pater, & filius, & spiritus

Aimo.
Ambros. ad Opert.
Augu. de spũ & li.
Ambrosius
Aimo.
Ambrosius magnus.
Aimo.

ritus

ritus sanctus colitur: ex fide primi aduentus, in fidem secundi: vt vtrunque credat ex fide primæ resurrectionis quæ est in anima, in fidem secundæ quæ erit in corporibus: ex fide promissionis, in fidem redditionis: vt credat deum promisisse, ac reddidisse, vel redditurum fore: ex fide prædicatorum in fidem populorum, vt credat quod credunt maiores & minores: ex fide seminantium, id est prophetarum, in fidem metentium, id est apostolorum trāseat iustificandus, vel transeundum fore intelligat, de fide verborum & spei in fidem rerū & speciei. Est enim fides qua creduntur quæ non videntur, quæ propriæ dicitur fides. Sed tamen etiam est fides rerum, qua non verbis, sed rebus ipsis præsentibus creditur: quod erit, cum per speciem manifestam se contemplandam sanctis præbebit ipsa dei sapientia. Non ergo esset iustitia fidei, nisi esset absconditum quod prædicatum crederemus, & credendo ad videndum perueniremus. Dicit ergo iustitiam illi esse qui trāsit ex fide verborum quibus credimus quæ non videmus: in fidem rerum qua credita obtinebimus, scilicet ex fide in qua ministratur deo, in illam vbi fruatur deo, quæ tamen impropriè dicitur fides. Et quia de fide fit mentio hîc, videndum est quid sit fides, & quot modis accipiatur fides, & de quibus sit. Fides est virtus qua creduntur quæ non videntur, apparentia enim non habent fidem, sed agnitionem. Fides enim est, quod non vides credere. Accipitur autem fides tribus modis. s. pro eo quo creditur, & est virtus: & pro eo quo creditur, & nō est virtus: & pro eo quod creditur. Fides enim qua creditur, cū charitate virtus est, & hoc est fundamentum omnium bonorum, in qua nemo perit. Hęc fideles facit, & verè Christianos. Alia verò dęmonum est, & nomine tenus Christianorum, nam & dæmones credunt, & contremiscunt. Hęc est, informis qualitas mentis: quæ dicitur informis, quia sociam non habet charitatem, quæ est forma omnium virtutum. Pro eo autē quod creditur, accipitur fides: sicut ibi, hęc est fides catholica, quam nisi &c. & ita hic accipitur cum ait, ex fide in fidem. Fidei enim quæ creditur, id est symboli fidei, multæ sunt partes, quarum aliquæ sunt hîc positæ. Eodem quoque

[Margin notes: Primasius in apoc. — Aimo. — Augusti. ī lib. quęstionum euangel. — In p̄o. 109 — August. in homil. quadam.]

que modo accipitur fides, cum dicitur fides catholica, quasi quod vniuersaliter ab omnibus credendum est. Solet autem à quibusdam inquiri vtrum illa informis qualitas mentis quæ in malo dicitur christiano fides, qua vniuersa credit, quæ verus christianus credit, accedente charitate remaneat, & fiat virtus: an ipsa eliminetur, & alia succedat qualitas, quæ virtus sit. Ad quod potius diuinum oraculum implorandum videtur, quàm aliquid à nobis diffiniendum. Vtrumlibet tamen sine periculo dici potest. Est autem fides de bonis, & de malis, & de præteritis, & de præsentibus, & de futuris. Spes autem de futuris tantum, & de bonis. Sicut scriptum est, Conuertit se apostolus ad exemplum prophetæ Abacuch, vt declaret olim ostensum non iustificari hominem per legem apud deum, sed per fidem. quasi dicat, ex fide est iustitia, & ita ex fide est salus, non ex lege. Sicut scriptum est in Abacuch, Iustus autem ex fide viuit. Sic expone, Iustus est ex fide, omnis qui iustus est, & ita, Viuit. non vita ista quæ præsens est, sed futura, id est æterna, quæ est merces fidei. Merces enim fidei, est videre quod credidimus antequam videremus. Sciendum autem aliter esse in Abacuch quàm hîc posuit Apostolus. In Abacuch enim ita est, Iustus autem meus, ex sua fide viuet. Sed & hoc, & alia plura testimonia quæ ponit ab Hebraicæ veritatis translatione, qua nunc vtimur, videntur discordare. Quod ideo est, quia aliquando sumit à. L X X. interpretibus, aliquando sicut loquens eodem spiritu, quo prophetæ, sensum sumit tantummodo suis vtens verbis, suaque dispositione. [Reuelatur enim ira dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem dei in iniustitia detinent: quia quod notum est dei manifestum est in illis. Deus enim illis reuelauit.] Commendata pietate fidei, qua iustificati grati deo esse debemus, contrarium detestando, id est impietatem, subinfert, quod gentiles inflati, & leues in idolorum figmenta tanquam deciderunt, vbi non requiescerent, sed confracti desilirent in lapides. Hîc enim specialiter aggreditur gentiles, secundum priorem statum, quia iactant bonam naturam, & excusant turpitudines per

Quæstio.

Ambrosi.

Augusti.

Augusti.

Hiere.

August. de spiritu & li.

ignoran-

ignorantiam. E contra autem apostolus dicit eos & prius habuisse notitiam, & perdidisse per culpam, & bonam naturam sibi ipsis à deo relictam in omnia mala præcipitatam quasi dicat, ex fide est iustitia, & inde, salus: quia ex impietate est iniustitia, & inde, ira, id est pœna, & hoc reuelatur in euangelio dei, & hoc est, Reuelatur. n. in euangelio, Ira dei, id est pœna. Quoties ira dei legitur, nõ perturbatio animi eius est intelligenda, sed iudicium quo irrogatur pœna pro peccato. Dei, dico, venturi de cælo ad iudicium: ira, dico, processura super omnem impietatem & iniustitiam. non dicit super omnes impios, sed quod plus est, super omnem impietatem & iniustitiam, id est super omnes impietatis & iniustitiæ partes. Impietas est, in deũ peccare, iniquitas in homines. Vel impius pro infideli hic ponitur. i. à pietate religionis alienus, sicut idololatra. Iniquus verò dicitur qui prauitate operis ab æquitate discordat. & est sensus, Vindicta dei de cælo venturi ad iudicium viuorum, & mortuorum in euangelio manifestatur ventura, super omnem impietatem, & iniustitiam. Vel ita lege, ira dei, ventura super omnem impietatem & iniustitiam, reuelatur de cælo. Quòd accusat eos quia indicauit eis creatorem vel saluatorem. Ex ipsa enim cæli fabrica, iratus illis deus ostenditur, qui ideo tam pulchra astra condidit, vt ex his quantus & quàm ammirabilis creator eorum est possit agnosci, & solus adorari. Reũ igitur facit apostolus gentilẽ per legẽ naturę, per quam potuit deprehendere fabrica mundi testificante authorem deũ solum diligendum: sed iniustitia, & impietas in eis apparet, dum hæc videntes dissimulant à veritate, non fatentes vnum deum: vnde subdit, Eorum qui veritatem dei in iniustitia detinent: quasi quis diceret, Cur est eis ira dei de impietate, cum non cognouerunt deum? ad quod respondet, meritò est eis ira, quia poterant quidem cognoscere deum, & aliqui etiam eorum partim cognouerunt, sed sibi tollunt malentes morari iniustè in sua voluptate. Sic lege litterá, hominum dico, eorum qui veritatem dei, id est veram de deo cognitionem detinent, cum sponte se eis offerat: ipsi dico manentes in iniustitia, id est in opere malo. Bonum est quod tenent, sed malum est vbi tenent. Veritatem enim tenent,

De ciuitate.

A imo.

Orig.

Aimo.

Ambrosi.

August. ĩ in sermone quodã.

Aimo.

August. De ver. d.

tenent, ſed in iniquitate. Inueniſti enim deum, ô tu gentilis, ô philoſophe, & colis idolum: inueniſti veritatem, & ipſam detines in iniuſtitia: & quod per dei opera cognouiſti, per hominis opera perdidiſti. Totum conſideraſti rerum ordinem, & non vis attendere, quòd mundus opus dei ſit, idolum, opus fabri. Si faber idolo ſicut dedit figuram, daret & cor, ab ipſo idolo faber adoraretur. Quomodo ergo homo faber tuus deus non eſt, ſi homo idoli faber eſt? Quis eſt deus tuus? qui fecit te. Quis eſt deus fabri? qui fecit illum. Ergo ſi idolum cor haberet, nonne fabrum adoraret qui fecit illud? Ecce quomodo detinēt veritatem dei in iniuſtitia. Occurrebat autem apoſtolo, vt ei diceretur, Vnde illi veritatem detinent, ad quos locutus non eſt deus? nec legem acceperunt, ſicut populus Iſrael? Reſpondet, & oſtendit vnde, Quia quod notum eſt dei, manifeſtum eſt in illis, deus. n. reuelauit illis. quaſi dicat. verè detinent veritatem dei, quia hoc dei quod notum eſt i. quod de deo noſcibile eſt, manifeſtum eſt in illis, ductu rationis: quaſi dicat, in ſe habent, vnde noſcere poſſint. quod cognoſcibile eſt de deo, ſcilicet naturalem rationē. Ideo dicit quod de deo cognoſcibile eſt, quia multa ſunt quæ de deo per naturam ſciri non poſſunt, vt de myſterio redemptionis & incarnationis. Notum dei eſt, hoc quod Orig. ex huius mundi diſpoſitione, & naturali ratione aſſequi poſſumus. Ignotum verò dei, eſt ratio ſubſtantiæ eius, vel naturæ, quæ omnem latet creaturam: ſimiliter & myſterium humanæ liberationis. Et verè manifeſtum eſt in illis, quod eſt noſcibile de deo, quia non ſolum ratio naturalis ad hoc profuit, ſed & deus illis reuelauit, vel manifeſtauit per opus ſuum, per quod eos adiuuit. Hoc dicit, Ambroſi. ne ſola natura ſufficere videretur. Vt enim deus qui natura inuiſibilis eſt, etiam à viſibilibus poſſet ſciri, opus fecit, quod opificem viſibilitate ſui manifeſtauit, vt per certum incertum poſſet ſciri: & ille eſſe deus omnium crederetur, qui hoc fecit, quod ab his impoſſibile eſt fieri. Hæc Auguſt. de verb. domini. philoſophi nobiles quæſierunt, quaſi interrogantes creaturas de creatore, & omnium ſpecie ac diſpoſitione quaſi voce reſpondente ex arte artificem cognouerunt. [Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta

ſunt

ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Ita, vt ſint inexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent deum non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt:ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt: & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis,& volucrum,& quadrupedum,& ſerpentium.

[Oſtendit quid de deo,& quomodo ſcire potuerunt. & quaſi quis quæreret, Quomodò potuit id quod notum eſt dei, manifeſtum eſſe in illis qui non acceperunt legem? ſubdit, Inuiſibilia enim &c. Et notandum quia cum deus vna ſit & ſimplex eſſentia, nec ex diuerſitate aliqua conſtet, pluraliter tamen dicit,inuiſibilia: quia pluribus modis,per ea quæ facta ſunt cognoſcitur:ſcilicet,quod æternus,ex perpetuitate creaturarum:omnipotens,ex magnitudine creaturarum, & huiuſmodi: ex quorum etiam gubernatione,virtus eius conſpicitur: & ex eo quod omnia replet,eius diuinitas,id eſt bonitas,intelligitur. & hoc eſt quod ait, Verè quod dei notum eſt manifeſtum eſt in illis. Enim,id eſt quia, Inuiſibilia ipſius, id eſt ipſe natura inuiſibilis intellecta,non corporea, vel imaginaria viſione, ſed tantum intellecta ea vi mentis, quæ dicitur intellectus. Intellecta dico, Per ea quæ facta ſunt, & ſi non per legem ſcriptam quam non habuerunt, Conſpiciuntur à creatura mundi. id eſt ab homine: non ſolum ab angelis.

Aimo. Homo verò creatura mundi dicitur per excellentiam, quia excellit inter alias creaturas: vel quia conuenientiam habet communi creatura. Eſt enim localiter in loco, vt quodlibet corpus:ſentit cum animalibus,intelligit cum angelis. Vnde in euangelio dominus ait, Prædicate euangelium omni creaturæ, id eſt homini. Et attende quod ait, Ipſa inuiſibilia intellecta per ea quæ facta ſunt, quia per cælum & terram,& alias creaturas,quas immenſas, & perpetuas eſſe intellexerunt,ipſum conditorem incomparabilem, immenſum, æternum,mente conſpexerunt. Viderunt enim ſummi philoſophi, quos cæteris non immeritò fama atque gloria prælatos cernimus,nullum corpus eſſe

Auguſtinus de ciui.dei.

esse deum: & ideo cuncta corpora transcenderunt quærentes deum. Viderunt etiam quicquid mutabile est, non esse summum deum: & ideo animam omnem mutabilesq; spiritus transcenderunt. Deinde viderunt omnem speciem in re quacunque mutabili, quæ naturaliter est: omneque vniuersi mundi corpus non posse esse, nisi ab illo qui incommutabiliter & simpliciter est: Quia non aliud est illi esse, aliud viuere, aliud intelligere, aliud beatum esse: sed quod est illi viuere, intelligere, beatum esse, hoc est illi esse. Propter hanc incommutabilitatem, & simplicitatem intellexerunt eum, omnia ista fecisse, & à nullo fieri potuisse. Considerauerunt enim quicquid est in substantiis, vel corpus esse, vel spiritum: meliusque aliquid spiritum esse, quàm corpus: speciemque corporis esse sensibilem, spiritus verò speciem intelligibilem: & intelligibilem speciem sensibili prætulerunt. Sensibilia dicimus, quæ visu, tactuque corporis sentiri queunt: Intelligibilia quæ conspectu mentis queunt intelligi. Cum igitur in eorum conspectu corpus & animus magis minusque speciosa essent, si autem omni specie carere possent, nulla omnino essent, viderunt esse aliquid vbi esset prima & incommutabilis species, ideóque incomparabilis: atque ibi esse rerum principium rectissimè crediderunt, quod factum non esset, & ex quo cuncta facta essent: atque sic, Inuisibilia. d. intel. per ea quæ facta sunt cō. Sed mirum est quod dixit esse inuisibilia: & rursus dixit, conspiciuntur: sed addendo intellecta, determinatur modus visionis. Tria enim genera visionis in scripturis inueniuntur. Est enim visio corporalis, spiritualis vel imaginaria, & intellectualis. De tertio genere est ista, visio, quam hîc cōmemorat apostolus. Hac enim visione videtur deus, cum per pietatem fidei, & agnitionem morum optimorum corda mundantur. Vel ita lege literam, Verè quod notum est dei, manifestum est in illis, Quia inuisibilia ipsius mundi conspiciuntur, id est intellectu mentis capiuntur, Per ea quæ facta sunt à creatura mundi, id est à constitutione mundi. Et vt omnino impietas excusari non possit, adiecit. Virtus quæ omnia gubernat, conspicitur per ea quæ facta sunt. Et diuinitas, id est bonitas

Idem cōtra manichæos.

dei

Aimo. dei quæ omnia replet, ſimiliter per eadem cõſpicitur. Vel
Auguſt. ſicut quidam volũt poteſt hic intelligi trinitas; vt per in-
Aimo. uiſibilia, intelligatur pater: per virtutem, filius: per diuinitatem, ſpiritus ſanctus: vt ſit ſenſus, inuiſibilia ipſius. i. pater: ſempiterna quoq; virtus eius, id eſt filius: & diuinitas, id eſt ſpiritus ſanctus: intellecta conſpiciuntur per ea quæ facta ſunt à creatura mundi. Secundum hoc videtur, quòd per ea quæ facta ſunt illius ſummæ trinitatis notitiam habuerint gẽtium philoſophi. Alibi verò dicit Auguſtinus
Auguſt. philoſophos non pertigiſſe vſq; ad notitiam tertiæ perſonæ, ſcilicet ſpiritus ſancti, in illo videlicet loco ſuper Exodum, vbi magi Pharaonis defecerunt in tertio ſigno, non in primo vel ſecundo, Quia ſummi gentium philoſophi, inquit, περὶ τοῦ ἀγαθοῦ. i. de ſummo bono. ſ. patre, & de νοῦ. i. mẽte eius. ſ. filio, philoſophati ſunt. Sed in tertio ſigno defecerunt magi, quia vſq; ad tertiam perſonam non valuerũt peruenire philoſophi. Quomodo ergo hic dicitur, quòd tres perſonas per facta intellexerunt, vel cognouerunt? Ad quod dicimus eos hanc diſtinctionem ſummæ trinitatis, quam fides catholica profitetur, nullatenus habuiſſe, vel habere potuiſſe abſq; doctrinæ, vel internæ inſpirationis reuelatione. Fit enim reuelatio tribus modis, per opera, per doctrinam, per inſpirationem. Reuelauit eis deus per opera veritatem, ſed non per doctrinam, vel
Auguſt. per inſpirationem. Viderunt ergo delõginquo veritatem, ſed non appropinquauerunt per humilitatem. Non ergo illas tres perſonas ideo dicuntur intellexiſſe, quòd eas diſtinctè, veraciter & propriè intellexerint: Sed quia illa eſſe cognouerunt in deo, quæ illis tribus perſonis in ſacra ſcriptura frequenter ſolent diſtinctim ac ſpecialiter attribui, ſcilicet potentia, ſapientia, bonitas. Potentia. n. patri: ſapientia filio, bonitas ſpiritui ſancto ſæpe attribuitur: tamen vna eademq; ſit potentia, & ſapientia, & bonitas trium perſonarum, & tres illi eadem bonitas, ſapientia, & potentia ſunt, quòd quare fiat, non eſt otioſum inquirere. Sicut enim ex motibus, & amminiſtratione corporis animam, quam non vides intelligis: ſic ex amminiſtratione totius mundi, & regimine omnium creatorem intellexerunt. Ita vt ſint inexcuſabiles. Illos quippe inexcuſabiles

ſcriptura

ſcriptura dicit,quos non latet veritas, & in eis perſeuerat iniquitas:de hoc ſcilicet,quia cum per naturalem rationẽ, & creaturę reuelationem cognouiſſent deum,vſq; adeo vt faterentur,vnum principium eſſe, à quo omnia initiũ ſortita ſunt. Non ſicut deum glorificauerunt, bene viuendo & colendo. Aut,id eſt &. Gratias non egerunt,de cognitione,ſed ſibi attribuerunt,in quo vani & falſi fuerũt. Vnde ſubdit, Sed euanuerunt in cogitationibus, putantes ſe aliquid eſſe,cum nihil ſint,quod verè vanitas erat. Cogitationibus dico,Suis,quæ ſcilicet à ſeipſis ſunt non à deo.& ideo.ſ.quia deum nõ glorificauerunt,Cor,id eſt ratio eorum,quia ab eis credita eſt eſſe, Obſcuratũ eſt,tumore ſuperbiæ obdurante,ita vt ſit inſipiens,id eſt paulatim vſq; ad inſipientiã cor eorum deductum eſt. Nebula.n.erroris contexit cor illorum, quia cum creatorem ex creaturis cognouiſſent,nec ſicut deum glorificaſſent, amplius obtuſi ſunt. Vnde obſcuratum eſt cor eorum? Ecce ex hac ſuperbia. Dicẽtes,ore vel corde ſe eſſe ſapientes,à ſe non à deo, ſtulti facti ſunt in deum. Ecce illa duo quæ dixerat, hic aperte ſignat,ſcilicet quomodo euanuerunt,quod oſtendit, ibi,dicentes ſe eſſe ſapientes,vbi culpa mõſtratur: & quomodo obſcuratum eſt cor eorũ,ibi,Stulti facti ſunt, quod eſt vindicta. Sapientes enim in naturis rerum, ſtulti facti ſunt in deo. Inueſtigabant enim rationem phyſicam,perſcrutantes curſus ſyderum,& quantitates elementorũ,deũ autem eorum ſpernebant. Ideoq; ſtulti ſunt. Si enim hæc laudanda ſunt,quanto magis creator illorum? Viderunt ergo quò veniendum eſſet,ſed ingrati ei qui illis præſtitit vt viderent,ſibi voluerunt attribuere quod videbant, & facti ſuperbi, amiſerunt etiam quod videbant. eliſi ſunt,vel cæcati ſunt,quia ſuperbi erant. Superbia caput peccati eſt, de qua dictum eſt: Initium omnis peccati, ſuperbia eſt. Superbierunt autem dicentes ſe eſſe ſapientes. Non debebant ſibi arrogare quòd deus donauerat, nec ſe iactare ex eo quod non à ſeipſis, ſed ab illo habebant. Quod vtiq; illis credendum fuit, vt ad hoc tenẽdum quod videre poterant, ab illo ſanarentur qui dederat & viderent. Si enim hoc facerent, humilitatem ſeruarent, & poſſent purgari, atq; illi beatiſſimæ contemplationi cohærere. Quia verò

Ad Valẽtinum monachum.
Aimo.
Ambroſi.
Auguſt.
Ambroſi.
Auguſt.
Sup Ioã.
Augu.de ſpũ & lit.

Augu. in sermone de monte. Augu.. de verb.do.

superbia erat in eis,obũbrauit eos cęcitas. Quod enim curiositate inuenerunt,per superbiã perdiderũt. Quod enim deus dederat gratis,tulit ingratis. Et conuersi sunt à veritate,ad idola & simulacra, & ad culturas dæmoniorũ : & adorauerũt creaturã cõtempto creatore. Vnde subdit, Et mutauerũt. Ecce quomodo obscuratum est cor eorũ, vt videlicet maiestatẽ inuisibilis dei,quem ex creaturis cognouerant, nõ in homines, sed quod peius est & inexcusabile crimen,in similitudinẽ hominũ immutarẽt: vt forma corruptibilis,deus ab eis vocetur,hoc est simulacrũ hominis: vt quos viuos hoc nomine donare non audeant, mortuorum imagines in gloriam dei reciperẽt. Quãta hebitudo? quanta est stultitia eorũ,apud quos plus potest imago quã veritas? & potiores sunt mortui quam viui? A viuo enim

Ambros.

deo recedentes, mortuis fauent. De quorũ numero & ipsi sunt, sicut in libro Salomonis dicitur, Mortuus mortuum fingit,operibus iniquis. Lege literam.q.d.non solum sensu & cogitatione peccauerũt, sed etiam opere. Et.i.quia. Gloriam incorruptibilis dei.i. culturam debitam deo, qui incorruptibilis est, Mutauerũt,quãtũ ad se,prius. In similitudinem imaginis corruptubilis hominis, id est in imaginem eius cui erat assimilata. Et, postea in similitudi-

Augu∫t.

nem imaginis volucrũ. Ecce maior hebitudo, Et, inde. Quadrupedum,& deinde serpentiũ. Hæc dixit ad cumulum hebitudinis ostẽdendũ. Sic enim dei maiestatẽ & gloriam minuerũt, vt horũ quæ minima & parua sunt similitudini,dei honorificentiam darẽt. Hîc ergo damnat simulacra impiorũ in quib⁹ alii solem,alii terrã,alij hoĩes mortuos,& huiusmodi plura venerabãtur. Ideò autẽ dicit, in similitudinẽ hoĩs,& volucrũ,& quadrupedũ,& serpẽtium: quia horũ simulacra diuersis tẽporibus à Romanis colebãtur. Mos.n. fuit ab antiquo Romanis adorare simulacra hoĩm, vt Romuli,Iouis,& aliorum,& maximè ab aduẽtu Aeneæ in Italiã. Volucrũ autẽ & quadrupedũ,& serpẽtiũ simulacra coluerunt, ex quo Alexãdria ab Augusto victa est,& Romæ subiugata. [Propter quod tradidit illos de⁹ in desideria cordis eorũ, in immunditiã,vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis : quia commutauerũt veritatem dei in mendacium, & coluerunt, & seruierunt

creaturæ

creaturæ potius quàm creatori: qui est benedictus in secula. Amen.] Hîc item vindicta dei contra eos ostenditur. Quia enim ad iniuriam creatoris dei, figmenta, & similitudines rerum deificauerunt traditi sunt illudendi desideriis carnis, non vt illa gererent quæ nolebant, sed vt illa perficerent quæ desiderabant. Tradere autem est permittere, non incitare aut immittere. Præcedentibus quippè culparum causis, iure & merito deseruntur à deo, hi qui veritatem dei in iniquitate detinent, & creatoris gloriam creaturæ attribuunt, & per hoc deseruntur, & tradũtur desideriis. Ista verò peccata, quia de superbia sunt, non solum peccata, sed etiam supplicia sunt. Omne quippè peccatum quod tamen citius pœnitendo non tegitur, aut peccatum est, & causa peccati: aut peccatum, & pœna peccati. Paccatum nanque quod pœnitẽtia non diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit vt non solum peccatũ sit, sed & causa peccati. Ex illo quippe culpa subsequens oritur. Peccatum verò quod ex peccato oritur, non solum peccatum, sed & pœna peccati est: quia iusto iudicio deus cor peccantis obnubilat, vt præcedentis peccati merito, etiam in alia cadat. Quem enim liberare noluit, deserendo percussit. & hoc est quod ait, Propter quod scilicet propter idololatriam. & quia cultum & religionem dei imaginibus tradiderunt, Deus tradidit illos, id est subtrahendo gratiã tradi permisit. Nihil enim absq; eius permissione fit, etiam in malis. Ista vtique obscuratio, vindicta, & pœna iam fuit, & tamen per hanc pœnã .i. per cordis cęcitatẽ quæ fit deserente luce sapiẽtię, in plura & grauiora peccata collapsi sunt. Tradidit, dico, prius, In desideria cordis, cordis dico: quod erat eorum .i. à deo sibi ipsis relictũ, à quibus sic paratũ fuit, non à deo, & post ea tradidit illos, In immunditiã .i. in actũ immũditię, vt ipso actu operarẽtur turpitudinem tantã. Vt afficiant corpora sua contumeliis, quantũ ad naturã .i. vt corpora naturaliter repugnantia, quadam vi applicarent, & vitio aptiora facerent. Et ostenditur hîc item vindicta, qua traditi sunt, non modo in desideria praua, sed & in immundas actiones & contumeliosas, quibus afficiunt & inficiunt corpora sua. Ipsi dico habentes hæc, In semetipsis, id non

August. Ambro. Orig. Orig. Aug. i sermone quodam. Gregori. Aimo. August.

Aug. contra Iulianum.

aliunde, sed à semetipsis. Non.n.habet homo hæc à deo, sed dicitur his tradi, quia desertus à deo cedit his atq; cõsentit, vincitur vt, capitur, trahitur, possidetur. A quo.n.qs victus est, huic & seruus addictus est: & fit peccatum consequens pœna præcedentis peccati. Vel ita, Afficiant cor, ipsi dico agentes, Contumeliis in semetipsis.i. in suo sexu, masculi cum masculis, fœminę cum fœminis. Diligenter animaduertendum est quod hîc, & subsequenter ait,

August.

Tradidit deus, qui hominum malitiam non facit. Intentator.n. malorum. Qui ergo dicit deum homines ad ista non cogere, sed dignos deseri tantum deserere, verissime

Augu. de lib. arbi.

dicit. Deserit autem deus non apponẽdo gratiam, vel appositam subtrahendo. Manifestum est.n.deum operari in cordibus hominum ad inclinandas voluntates eorũ quo-

Ambrosi⁹

cunq; voluerit, siue ad bona pro misericordia sua, siue ad mala pro meritis eorum: iudicio vtiq; suo, aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto. Et nota quòd dicitur deus operari in cordibus hominum ad inclinandam voluntatem eorum ad malum: quod non ita intelligendum est, quasi deus malitiam impertiat, sed quia sicut apponit gratiam, vnde inclinatur hominũ voluntas ad bonum, ita subtrahit à quibusdã, qua subtracta incuruatur voluntas eorũ ad malũ. Quia cõmutauerunt veritatẽ dei in mendaciũ, & coluerunt, & seruierũt creaturę potius quam creatori q est benedictus in secula. Amen. Hic exequitur latius per patres culpam eorum, & pœnam, vt com-

August.

paret inuicẽ, & est hîc repetitio prædictorũ. Ostẽdit enim per partes eos mutasse gloriã dei.s. ꝙ deum putauerũt qui non erat: & coluerunt, & seruierũt creaturæ potius q creatori. Et exequitur subsequẽter partes immunditiæ.s.quòd fœminæ in fœminas, masculi ĩ masculos turpitudinẽ operabantur: in quibus cõparat pœnam culpæ, vt sicut contra naturã creãtẽ peccauerũt, ita in natura propria punirẽtur. vnde cõcludit in subsequẽti sic, Et mercedẽ erroris quam

Ambrosi⁹

oportuit &c.q.d. illi afficiũt.i.deturpãt corpora sua. Qui cõmutauerũt, veritatem dei in mendaciũ.i.id quod de deo

Fulgẽtius ad Donatum.

verum est, dederũt idolo.s. quod sit deus. & dicit hîc veritatem dei, quod suprà vocauit gloriam dei. Veritas quippe dei, est gloria dei. Veritatem dei tenere, est vnũ deum co-

lere à

ſere: veritatem in mendaciũ cõuertere, eſt creaturę ſeruire pro creatore. Vera.n.religio in vnius cõſtat veri dei ſeruitio. Ipſa nanq; veritas verus deus eſt. Ipſa enim vna veritas eſt, vna verè diuinitas, & ita non poſſunt duo veri dii veraciter dici, ſicut ipſa vna veritas naturaliter nõ poteſt diuidi. Verũ itaq; deum colere, veróq; deo ſeruire, non eſt vtiq; veritaté dei in mẽdaciũ cõmutare. Ille autem dei veritaté cõmutat in mendaciũ, qui deo nõ vero æſtimat ſeruiendũ. Cõmutauerunt ergo veritaté dei in mẽdaciũ, dum nomen dei qui verus eſt, dederũt his qui non ſunt dii. Lapidib⁹.n.& lignis, atq; metallis auferẽtes quod ſunt. dantes quod non ſunt, vt dei veritas ſit mendaciũ: vt quando lapidé dicũt deum eſſe, nõ enim negant deum, ſed ſeruiunt creaturæ potius q̃ creatori: hoc eſt mutare verũ in falſum. Vt enim viderẽtur dignè hæc colere, dei nomen, & honorem eis impoſuerũt. Veritas quippe creaturæ à deo eſt, ſed nõ eſt deus, quã illi in mendaciũ cõuertũt, creaturas tanq̃ creatoré colẽtes. Sed ne quis dicat, nõ colo ſimulacra, ſed res eorũ, vt ſolem & lunam, & huiuſmodi, addit. Et coluerunt creaturam, diligenter orãdo eam: ſed, Et ſeruierunt, actibus, Creaturæ. Hic damnat ea quę in ſimulacris intelligebãt. Seruierũt, dico, Creaturę poti⁹ q̃ creatori, quaſi illud ſed eſſe meli⁹. Qui, tñ licet ab illis priuetur honore ſuo, Eſt benedict⁹.i.ſuper omnia exaltatus, & hoc, In ſæcula.i. ſine fine. Amen.q.d. hoc eſt verum, quod deo vero eſt benedictio in ſecula. Diis autem gẽtium ad tempus impietas dat honorem, ideóq; quod illi dicũt, eſt falſitas. [Propterea tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ. Nam fœminæ eorũ immutauerũt naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu fœminę exarſerunt in deſideriis ſuis in inuicem: maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipiẽtes.] Iterum hîc vindicta repetitur.q.d. & quia ita peccauerunt in naturã creanté, Propterea tradidit illos deus.i.tradi permiſit.hic ité vĩdicta repetitur ſicut antè repetiit culpã, In paſ.ig.i.voluptates carnis, quæ & ſi delectãt, ſunt paſſiones naturæ nõ nominãdæ. Ignominia enim dicitur quaſi ſine noĩe dignitatis: inde ignominioſus, q deſinit habere

Ambroſ.

Augu de vnico baptiſmo.

Ambroſ.

Aimo.

dignitatis nomẽ dũ in aliquo crimine deprehẽditur. Tradidit ergo illos de⁹, prius, In passi. ig. i. in ardorẽ libidinis, quę est passio naturæ, nec nominãda: postea tradidit in ipsum actum libidinis, & vere. Nam fœminæ eorũ immutauerunt naturalẽ vsum, viri legitimi, In eũ vsum qui est cõtra naturã, inter se. s. agentes. Naturalis vsus est, vt vir & mulier in vno cõcubitu coeant: cõtra verò naturã, vt masculus masculũ polluat, & mulier mulierẽ. Si quis verò relicta cõiuge aliã cognouerit, turpitudinẽ operatur, & peccat, sed nõ est cõtra naturã: qui verò & cũ ipsa cõiuge alio modo q̃ decet dormierit, cõtra naturã operatur. Similiter autem & masculi relicto naturali vsu fœminæ exarserunt in desideriis suis inuicẽ, Ecce peccata voluntatis: desideriis dico. Suis, quę. s. à se sunt, nõ à deo. Hęc irato deo propter idololatriã humano generi prouenisse, testatur apostolus, vt fœmina fœminã, masculus masculũ turpi desiderio ad vsum appeteret indebitũ. Quod. n. est mutare naturalẽ vsum, in eũ q est cõtra naturam, nisi sublato vsu cõcessu aliter vti q̃ cõcessum est, cum illa pars corporis non habeat huiusmodi vsum datũ à natura. Quod. n. habet homo cõcessa & licita, in aliũ ordinẽ cõuersa, & aliter facta, quàm sunt cõcessa, peccatũ sunt. Si iam putas, ô Iuliane apostolum ex hoc laudasse libidinẽ, quia vsum fœminæ dixit esse naturalẽ, omnẽ ꝑfecto vsum fœminæ laudare cõpellis. At per hoc, & ea quæ cõmittũtur cũ fœminis stupra laudabis, quia & illic vtiq; vsus naturalis est, quãuis damnãdus, qua legitimus nõ est: vnde & filii non legitimi, sed naturales vocãtur, q inde nascũtur. Non ergo cõcupiscentiam carnis ĩ illo verbo laudauit apostolus, sed naturalem vsum appellauit illũ vsum, vnde natura humana potest nascẽdo subsistere: nec dixit vsum cõiugalẽ, sed naturalẽ, cũ volens intelligi qui fit in mẽbris ad hoc creatis, vt per ea possit ad generandũ sexus vterq; misceri. Ac per hoc cum eisdẽ mẽbris aliquis, etiã meretrici miscetur, naturalis vsus est, nec tñ laudabilis, sed culpabilis, ab ea verò parte corporis quæ non ad generandũ est constituta, si etiã quis cũ vxore vtatur, cõtra naturã est, & flagitiosum. Masculi in masculos. q. d. non tantũ exarserũt, sed etiam masculi, fuerunt. Turpitudinem operantes, actu. In masculos, & ita

Aimo. | Ambrosi⁹ | Augu. cõtra Iulianum hæreticum. | August. in eodem. | Idem in eodem.

fuerunt. Recipientes mercedem erroris sui.i. pro errore suo. Quam oportuit.s. quæ peccato cõgrua fuit.i.receperunt vindictã dignã culpa. Quantũ.n.idololatria per impium & grauissimũ delictum, tantum & compensatio eius horrenda & persordida est passio quam receperũt, In semetipsis.s.in natura sua vindicãtes deum.i. vindictam dei sustinentes in suo sexu.s.deformitatem operantes.& nota quod dicit eos oportuisse istam mercedem recipere. Hic vtiq; vides causam propter quam traditi sunt sine vlla ambiguitate mõstratam. Dixit.n.quid mali ante fecissent, & postea adiunxit, Propterea tradidit &c. proinde præcedentis hæc est pœna peccati,& tñ ipsa peccatum est. Iudicio enĩ iustissimo dei traditi sunt, siue deserẽdo, siue alio modo explicabili,vel ĩexplicabili, In passiões ignominiȩ, vt crimina criminib⁹ vindicarẽtur, & supplicia peccantiũ non tm̃ sint tormẽta,sed etiam vitiorũ incremẽta. Sed ista pauci vidẽt pœnis, ꝓpterea eas maximè cõmemorat apostolus,enumerat multa quȩ peccata sunt,& pœnȩ peccati. Inter primũ enĩ peccatũ apostasiæ, & vltimã pœnã ignis ȩterni:media quȩ sunt.& peccata sunt, & pœnȩ sunt. [Et sicut non probauerũt deũ habere in notitia, tradidit illos de⁹ in reprobũ sensum, vt faciãt ea quæ nõ cõueniunt,repletos omni iniquitate,malitia,fornicatiõe,auaritia,nequitia,plenos inuidia,homicidio,contentione,dolo,malignitate, susurrões,detractores,dȩo odibiles,cõtumeliosos,superbos, elatos,inuentores malorum, parentibus non obedientes,insipientes,incõpositos, sine affectione,absq; fœdere,sine misericordia.] Et sicut,vel,quia,non probauerũt deũ habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sẽsũ. Ecce itẽ qa nõdũ resipiscũt ĩ alia cadũt ꝓ eadẽ culpa. Per hoc autẽ quod dicit sicut, pœnã peccato assimilat, vt sicut peccauerũt in sensu dei,arbitrantes deũ nescire mala sua,sic puniti sunt ĩ ꝓprio sensu:& hoc est, Et sicut ꝓbauerũt.i.putauerũt. Deum,nõ,Habere in notit.peccata hominũ,ita, Tradidit illos in reprobũ sensum &c. vel ita,vt legitur ibi, Quia,nõ,Sicut,hoc modo,Et quia nõ ꝓbauerũt deũ habere ĩ notitia sua.i. qa nõ nouerũt deũ, ꝗ ratio ꝓbabat eis,vel,Quia probat.i.putauerũt. Deũ nõ habere ĩ notitia, mala.i. deum nescire vel negligere mala hominũ,

Ambrosi⁹.
Augusti.
Augu. cõtra Iulianum hæreticum.
Aug.cõtra aduersarium legis & prophetarũ.
Ambrosi⁹.
Origenes

ideô tradidit illos deus in reprobum ſenſum.ſ. vt nihil intelligăt,niſi quod à probitate remotum eſt, quos ſua cæcitas à veritatis lumine funditus excludit:tradidit dico. Vt faciant,opere, Ea,quæ non cõueniunt,rationi.illos dico, Repletos omni iniquitate,quaſi nõ parũ habẽtes. Deinde enumerat iniquitatis partes,vt apertius accuſet,illos dico. Repletos malitia. Malitia eſt quădo damnũ molitur quis alicui. Fornicatione. Fornicatio eſt omnis vſus carnalis cõmiſtionis præter legitimũ cõcubitũ. Auaritia. Auaritia eſt multum adquirere, nec ſuperflua pauperibus erogare. Nequitia. Nequitia eſt temeritas,quădo quis audet, quod nequit: vel,nequitia eſt intẽperantia ſui. Illos dico, Plenos

Aimo. inuidia.i.dolore alieni boni. Inuidus enim dicitur qui alterius felicitate torquetur, & ſic ſcinditur in duplicẽ paſſionem,cũ aut quod ipſe eſt alium eſſe nõ vult,aũt aliũ videns meliorem, dolet ſe nõ eſſe conſimilem. Homicidiis, pluraliter dicit,quia ſunt homicidia act⁹ & volũtatis. Cõtentione, contentio eſt impugnatio veritatis per cõfidentiam clamoris. Dolo,dolus eſt quădo aliud ſimulatur,& aliud agitur. Malignitate,malignitas eſt mala volũtas cum vltra nõ poteſt,vel de beneficiis gratiam non referre. Suſurrones,inter amicos diſcordias ſeminătes. Detractores, qui aliorum bona negant, vel inuertũt,& ne leuia putẽtur ſuſurratio,& detractio,quia ĩ verbis ſunt,addit de eis, Deo odibiles,& cõtumelioſos,qui dictis vel factis contumelias & turpia inferunt. Superbos,in honoribus. Elatos. Elati ſunt illi qui nolunt pati priorẽ vel parem. Inuentores malorum, qui nouum genus mali cuiuſcũq; inueniunt verbo vel opere. Parentibus, carnalibus vel ſpiritualibus, Non obedientes.ſ. feris indomitiores, Inſipiẽtes.i.non diſcernentes inter bonum & malum. Incompoſitos, Habitu,vel inceſſu. Incompoſitio corporis indicat qualitatem mentis. Sine affectione.i.ſine dilectione proximi. Abſq; fœdere, id eſt ſine ſocietate,ſine miſericordia,quia non cõpatiuntur miſeris. [Qui cum iuſtitiam dei cognouiſſent,nõ intellexerunt quoniam qui talia agũt digni ſunt morte:non ſolũ ꝗ ea faciũt, ſed etiă ꝗ cõſentiũt faciẽtibus.] Qui cũ iuſtitiă &c. Itẽ hîc oſtẽdit eos vlteri⁹ cadere,dicens, Qui, tales. Cum cognouiſſent prius ratione. Iuſtitia dei.i.iu-

ſtum

ſtum deum. Non, tamen, Intellexerunt, hoc.ſ. quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte æterna. Ne putarentur his pœnis prædictis tantum affligi, quibus delectantur, addit hîc vltimam mortem ęternam. Et non ſolum qui faciunt ea, digni ſunt morte, Sed etiam qui conſentiunt facientibus, vt nullus excuſetur. Conſentire eſt tacere cum poſſis arguere, vel errorem adulando fouere. Ambroſ.

CAPVT. II.

PROPTER quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas. Eadem enim agis, quę iudicas. Scimus enim quoniam iudicium dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt.] Suprà contra gentiles locutus eſt, ſuperbiam eorum, & turpitudines, in quas propter eam traditi ſunt deteſtans: Hîc autem communiter de gentibus & Iudæis agit, qui ſe inuicem iudicabant, nec tamen à malis ceſſabant. Q. d. Propter quod ſcilicet quia omnis faciens & conſentiens, eſt dignus morte, Inexcuſabilis es ô homo ſcilicet carnalis. Omnis ſcilicet tam Iudæus quàm gentilis. Qui iudicas alterum, id eſt damnas, in quo oſtendis te eſſe, quod non es, id eſt iuſtum. Iudæus iudicat gentilem, ſecundum priorem ſtatum: & gentilis Iudęum: & vterque homo, non ſpiritus, id eſt carnalis, non ſpiritualis, & vterque inexcuſabilis. Si.n. gentilem iudicat Iudæus de idololatria, & ipſe idololatra: ſi gẽtilis Iudæum de legis pręuaricatione, & ipſe præuaricator eſt legis naturalis: ideóque vterque inexcuſabilis eſt. vel ſpecialiter propter Iudæos hęc dicit, & ſi nondum eos nominatim exprimit, qui in lege gloriantur, & agunt ea quæ damnant in aliis, ſicut in ſequenti oſtenditur. & quia nondum nominatim eos exprimit, ideo in ſequenti nominat: & quia non ſolum qui in lege peccauerunt peribunt, ſed etiam qui ſine lege peccauerunt: ideo & de gentibus ibidem addidit dicens, Irã in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi & Græci, & gloria omni operanti bonum Iudæo & Græco. Aimo.

Q. d. Propter quod.ſ. quia gentiles prędicta facientes ſunt inexcuſabiles, multo magis, O homo omnis qui iudicas.i. ô Iudæe qui per legem inſtructus, alios damnas, Inexcuſabilis es, quia teipſum non ſeruas ab his, in quibus alios Aimo.

reprehendis

reprehēdis. Quod aūt inexcuſabiles ſint probat, ſiue ſpecialiter de Iudęis, ſiue cōmuniter de Iudæis & gētib⁹. Q. d. Verè inexcuſabilis es, tu qui iudicas. In quo.n.alterū iudicas, teipſum cōdēnas.i. tu ipſe es teſtis dānatiōis tuę, dū aliū iudicas. Quare hoc? Enim.i.quia. Eadē agis quæ iudicas.i.in aliis reprehēdis. Scim⁹.n. vel aūt, quoniā iudiciū dei eſt, ſcd̄m veritatē ī eos q talia agūt. Inanē excuſationē Iudæorū & gētiliū ſua authoritate deſtruit hîc apoſtol⁹. Poſſet.n.in excuſationē ſui peccati dicere Iudæ⁹.& ſi eadē ago quæ iudico, me tamen Iudęū defendit gen⁹ & lex: & cōtrà gētilis me defendit ignorātia. cōtra quod apoſtol⁹ ait, Scim⁹ &c. Oſtēdēs Iudæos nō poſſe excuſari p legem vel genus, nec illos per ignorantiā. Ignorātia enim in eis
Auguſti. qui intelligere noluerunt, peccatum eſt: & in eis qui non potuerunt, pœna peccati. Scimus &c.q.d.vos ita opinamini, ſed nos Scimus quia in &c.vel ſi eſt ibi, enim, ita lege, Verè in excuſabilis es, Quia ſcimus, quia iudi.eſt, ſcilicet
Aimo. ve.i.æquitatem rei, non ſecundum acceptionem perſonarum. In eos, id eſt contra eos, Qui talia agunt, ſiue Iudæi, ſiue gentiles ſint, id eſt in eos qui illa faciunt, quæ in aliis reprehendunt. Homines in iudicio attendunt perſonas po
Aimo. tentium diuitum propinquorum, ſed dei iudicium in hoc verum eſt, quia qui verax eſt non attendit perſonam, ſed vitæ meritum. Humanum quippe iudicium multis modis
Ioan. Da. corrumpitur, amore, odio, timore: ſæpe iudicium integritate violatur, & contra iuſtitiæ regulam interdum miſericordia inclinatur: Iudicium verò dei eſt ſecundū verita-
Ambroſi⁹ tem, quia vnicuique reddet ſecundum menſuram boni vel
Origenes mali. Veritas quippe iudicij hoc poſtulat, vt malus mala, bonus recipiat bona. Sed illud in hoc loco videtur oſtendi, qđ ſoli⁹ dei ſit ſcd̄m veritatē iudiciū, qa corda hominū noſſe ſoli⁹ dei eſt, & mētis ſecreta dignoſcere. Sūt.n.quędā quæ cōmittuntur, opere quidē malo, aīo aūt nō malo: vt ſi quis verbi cauſa hominem non voluntate occîderit. Alia vero ſunt opere quidem bono, ſed animo non bono: vt ſiquis miſericordiæ opus non pro mandato dei, ſed vt laudetur ab hominibus faciat. [Exiſtimas autem hoc ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, &

& longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuique secundum opera eius.] Q.d. Nos Apostoli ita scimus, sed tu O homo, scilicet carnalis, non spiritualis, Omnis qui iudicas eos qui talia agunt, qualia supra memorauimus. Et, tamen. Facis, ea. Existimas, id est opinaris, hoc, scilicet. Quia tu effugies, quocunqúe modo, Iudicium dei?& an hoc facis?q.d. mirum est, & est hîc increpatio cũ ironia. Irascitur enim eis apostolus, quia impunitatem sibi promittunt, alios iudicantes. Et cum hoc capitulum generaliter agat cõtra Iudæos, & gentiles, potest etiam specialiter accipi contra quemlibet superstitiosum prælatum ecclesiæ, qui per hypocrisim examen fallit intuentium: vt cum puniẽdus sit, honore dignus appareat. similiter & de Iudæo, qui simulat quod non est. Et ideo congruè ait, Iudicas, quasi aliorũ doctor: non te accusas, sed alios: impunitatem sperans, quia hæc potestas data est tibi, & non est in mũdo, qui te iudicet: sed & si desit ad præsens qui te iudicet, effugere tamẽ iudiciũ dei qđ in mũdo euasisti, ĩ futuro nõ poteris. Et quasi ille diceret, Cur ergo nõ punit? Ait apostol⁹, Quia bon⁹ de⁹ expectat te, qđ tu ignoras, & ideo contẽnis. Et hoc est, Tu cõtẽnis diuitias bonitatis eius.i. copiosam bonitatẽ ei⁹. Copiosa est bonitas dei quę multis peccãtibus multa bona ministrat: blãdiẽs vt ad pœnitẽtiã attrahat Et, cõtẽnis diuitias Patiẽtiæ.i. copiosam patiẽtiã dei, quę tot & tãta peccãtes sustinet, nec eos punit. subdit, Et, cõtẽnis diuitias Lõgaminitatis ei⁹.i. copiosam lõganimitatẽ dei, quæ nõ ad horã est, sed longa, & ꝑ multa expectãs tẽpora. Hãc exhibet de⁹, quia modo tẽpus est misericordiæ. Et, An hoc facis? Quasi dicat, mirũ. Videtur autẽ lõgaminitas quę alibi sustentatio dicitur à patiẽtia differre, quia qui infirmitate magis quàm proposito delinquũt, sustẽtari per longaminitatem dicuntur: qui verò pertinaci mente exultant in delictis suis, ferri patienter dicẽdi sunt. Patiẽtia ergo est qua per superbiã, & pertinaci mẽte peccãtes nõ statim punit. Lõganimitas est qua per infirmitatẽ, & non deliberati animi malitiã peccãtes diu portat, ex-

pectans

Ambrosi⁹.
Ambrosi⁹.
Orig. &
Aimo.
August.
Origenes
Aimo.

August. pectans ad pœnitentiam. Hæc autem contennit qui non
August. sic vtitur ad pœnitentiam, vt deus intendit, sed ad impunitatem vertit: quem vt sollicitum faciat atque apertius redarguat, addit, Ignoras, quare conténis bonitatem dei: & etiã, Ignoras quoniam benignitas dei adducit te, quantum in se est ad pœnitentiam? Ecce deum misericordem nescis. Et an hoc facis? Q.d. mirũ est. Seuerè in his omnibus loquitur, quia mala mens non reuocatur ad vitam nisi
Ambrosi° timore. Et attende in his tribus versibus tres peccatorum gradus annotatos. Peccas enim ô homo, dum tu impunitatem promittis: quod ibi notatur, Existimas autem &c. Item grauius peccas, quia conténis bonitatem dei. Vnde ibi, An diuitias bonitatis &c. & grauissimè peccas, quia ignoras te cõtẽnere. Vnde ibi, Ignoras &c. An hoc facis? Increpatio est. q. d. mirum est. Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram. q. d. benignitas dei te adducit ad pœnitentiam, sed non adduceris. imo, Thesaurizas tibi iram. i. accumulas tibi vindictam: & hoc, Secũdum duritiam tuam, & cor impœnitens id est quia durus es, & in malo tuo pertinax, de quo nec corde pœnites. Sunt enim quidam quibus mala quæ agunt displicent, & ducti pœnitentia cordis, quatenus eis datur, ex
August. eis exire laborant, de quibus non loquitur hîc. Sunt alij quibus placent mala, & de misericordia dei nimis præsumentes, & patientia abutentes, in eis pertinaciter perdurant. In quo illius ostendunt patientiam, & suam accumulant sarcinam deterius peccando. Sunt alij quibus displicent quidem mala, sed quoniam ea grauia esse intelligunt, putant sibi iam non posse ignosci, sicut Caim qui dixit,
August. Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear. Et hac
August. desperatione surrepit eis, vt quicquid libuerit tanquàm
Sup Ioã. damnationi destinati sine pœnitentia faciãt. Illi ergo nimia spe deum non iustum autumant, isti verò desperatione deum non bonum existimant. Ex vtroque igitur periclitabuntur, & sperando & desperando. Contrariis rebus,
August. & contrariis affectionibus laborantes peribunt. Ista enim
de ver.d. duo occidunt animas scilicet desperatio, & peruersa spes.
De pctõ i His duobus fit blasphemia in spiritum sanctum. Vnde di-
spũ sctõ. citur in euangelio, Qui peccauerit, id est blasphemiæ verbum

bum dixerit in ſpiritum ſanctum non remittetur ei hîc neque in futuro. De quo & Ioãnes in epiſtola canonica ait, Eſt peccatum ad mortem, non pro eo dico vt oret quis. Peccatũ ad mortẽ, vel in ſpiritum ſanctũ cõmittitur duobus modis.ſ.ꝑ obſtinationẽ vel deſperationẽ. Obſtinatio eſt indurare in malitia mentis pertinacia, per quam fit homo impœnitens: & hæc impœnitentia eſt blaſphemia in ſpiritũ ſanctũ. Deſperatio eſt qua quis penitus diffidit de dei bonitate. Et vtrunque dicitur peccatum in ſpiritum ſanctum, quia ſpiritus ſanctus amor eſt patris & filij, atque benignitas quæ tanta eſt cuius finis non eſt. Verè igitur in ſpiritum ſanctum delinquũt, qui ſuam malitiam dei bonitatem excedere putant, tollentes in hoc turbulentiſſimo iniquitatum mari, portum diuinæ indulgentiæ, quo ſe accipiant fluctuantes. Atque ipſa deſperatione addunt peccata peccatis: dicentes, Miſericodia nulla eſt, & ſuper peccatores neceſſaria damnatio debetur, qui etiam pertinaciter malo inhærent in ſpiritum ſanctum, id eſt contra dei bonitatẽ peccant, quæ eos patientiſſimè ſuſtinens, plurimis donat bonis, atque ad correctionem & pœnitentiam vndique vocat. Vocat enim beneficiis creaturę, vocat impartiando tempus viuendi, vocat per flagellum correctionis, vocat per miſericordiam conſolationis: ſed obſerua ne longitudine miſericordię dei, male vtendo theſaurizes tibi iram. Non tibi videatur ſic deus miſericors, vt non videatur iuſtus: non ita iuſtus, vt miſereri non velit. Ad hoc enim parcitur homini, vt conuertatur, & non ſit, qui damnetur. Solet hîc quæri quare peccatum in ſpiritum ſanctũ irremiſſibile dicatur. De quo diuerſi variè ſentiunt. Alij enim ideo dicunt irremiſſibile, quia taliter peccantes pœnitere non poſſunt, habentes corda indurata, velut lapides. ſicut de diabolo dicitur, Induratum eſt cor eius tanquam lapis. Alij verò dicunt, ideo dici irremiſſibile, quia taliter peccantes nunquàm pœnitent, cùm tamen poſſint, & ideo nunquam eis remittitur. Vtrique vero in aſſertionem ſuæ opinionis authoritates in medium conferunt. Auguſt. nanque ait, Iſta impœnitentia, vel cor impœnitens quandiu quiſque in hac carne viuit, non poteſt iudicari. De nullo enim deſperandum eſt, quandiu patientia

De pctõ deſperationis. *Augu. de verb. dñi.* *Augu. de verb. dñi.* *Quæſtio.* *Augu. de verb. dñi.* *Attende.*

dei

dei ad pœnitentiam adducit. Paganus est hodie, Iudæus infidelis est hodie, quid si cras amplectatur catholicam pacem,& sequatur catholicam veritatem? Quid si isti quos in quocunque genere erroris notas, & tanquàm desperatissimos damnas, antequam finiant istam vitam agant pœnitentiam,& inueniant veram vitam in futuro? Nolite ergo antequam tempus veniat quenquam iudicare. Item præbendo patientiam dominus dat locum pœnitentiæ, nolens aliquem perire, id est digna morte facere, vel adhuc damnare. Super Matthæum autem contrà dicitur, Tanta est labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia cognoscere, & enuntiare cogatur. Super Marcum quoque dicitur quod taliter peccans digne pœnitere non potest. Aduertentes igitur vtranque authoritatem attestationem sine præiudicio alicuius illarum partium dicimus, ideo irremissibile nobis videri dici, non quòd nunquam pœniteant, vel pœnitere non possint, sed quia vix raróque atque difficulter pœniteant. Vnde Augustinus ait super illum locum psalmi, Conuertam in profundum maris, id est eos qui erant desperatissimi. Vnde Ioannes caute nō ait, Dico vt non quis oret: sed nō dico vt quis oret. Et quod dicuntur tales non posse pœnitere, vel humilitatem deprecandi subire, intelligendum est, non posse nisi vix, & difficulter & raro. Vnde Augustinus ait; Quasi inuitus in reos vindicat dominus, qui in vitam non mortem à principio constituit homines. Ipse enim infert sibi interitum, qui medentis cōtempsit consilium domini. Ergo dum tempus est, prauitatem suam vnusquisque deserat, dei patiētiā pertimescat: ne, quem nunc tranquillum despicit, iratum postmodum euadere nequaquam possit. Tales apostolus deterrens ait, Thesaurizas tibi iram. i. accumulas tibi vindictam. Perspicuum enim est iram in deum non cadere, sed clementissimum vitiis nostris ad vindictam prouocari. Iram dico exercendam, In die iræ,& reuelatione iusti iudicij dei. Tempus iudicij appellat diem iræ, & reuelationis. Diem vocat, non pro tempore, sed quia omnia tūc, erunt aperta quæ modò sunt occulta: Iræ, quantum ad peccatores qui tunc punientur: reuelationis, quia tunc re-

uelabitur

Aug. contra Iulianum hereticum.

August.

Hiero.

Ambros.

uelabitur quod à nobis modo nescitur, vt confiteantur etiam inuiti iustum iudicium dei, quod modò futurum negatur. Bene dixit, Iusti iudicij. Quia ipse est qui reddet vnicuique iuxta opera sua. Reddet enim deus tunc vnicuique secundum opera sua, qui modo illis quos liberat non reddit secundum opera sua: cuius etiam erga iniquos modo est larga bonitas: in futuro autem reddet mala pro malis, quoniam iustus est: & bona pro malis, quoniam bonus est: & bona pro bonis, quoniam bonus & iustus est: tantum mala pro bonis non reddet, quoniam iniustus non est. Reddet ergo mala pro malis, scilicet pœnam pro iniustitia, vt in reprobis: & bona pro malis, scilicet gratiam pro iniustitia, vt in paruulis: & bona pro bonis, scilicet gratiam pro gratia, vt in adultis, qui bona operando vitam meruerunt. Sed forte aliquis queret, Quomodo secundum opera reddet, & iustè retribuet, cum pro temporali opere peccati perpetuo puniatur? Ad quod respõdetur sic, Ad districti iudicis iustitiam pertinet, vt nũquam careant supplicio, quorum mens in hac vita nunquam voluit carere peccato: & nullus detur iniquo terminus vltionis, qui quandiu valuit, habere noluit terminum criminis. Postremò quæritur vtrum mala voluntas atque conscientia reproborum in gehenna punitorum sit peccatum, vel tantum pœna: & si peccatum est, vtrum per illud mereantur pœnam. Ad quod dicimus, post hanc vitam non esse tempus merẽdi, sed recipiendi. Nullus enim meretur nisi dum in corpore est, sicut in consequentibus epistolarũ locis legitur. Ideo quidam concedunt malã illã voluntatẽ quæ est in reprobis, post hãc vitã peccatũ quidẽ esse. i. culpã simul & pœnã, sed p eã nihil mereri: sicut bona volũtas in electis quidẽ bonũ est, & gloriosa remuneratio, sed per eã nihil meretur. Alij vero dicũt illã malã volũtatẽ tãtum pœnã esse & nõ culpã. Si enim inquiũt culpa est, & puniri nõ meretur, impunita remanet, & ita nõnullũ peccatũ impunitũ relinquit de⁹, cũ authoritas dicat nullũ malũ impunitũ, & nullũ bonũ irremuneratũ. Ad quod alij respõdẽt, illud accipiẽdum fore de commissis vitæ presentis, nec tamen illud impunitum concedunt, quia mala illa voluntas, non tantum culpa, verum etiam pœna est.

Deinde

[Margin notes: August. ad Valentinũ Gaudentius. — August. — Quæstio. — Gregori⁹. — Opposítio. — Respõsio]

Deinde exequitur apostolus quomodo reddat singulis secundum opera, sic dicens, [His quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus vitam æternam : His autem qui sunt ex contentione, & qui non aquiescunt veritati, credunt autẽ iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum : Iudæi primum

Ambrosi. & Græci.] His quidem &c, id est qui bene vsi patientia dei operantur bona, reddet gloriam, quia fulgebunt vt sol

Ambros. in regno patris sui. Et honorem, quia ad dexterã dei sancti erunt. Et incorruptionem, quia quod habebunt permanebit sine fine. Hoc ideo adiecit, vt alia gloria & alter honor ille intelligeretur, quàm in præsenti habetur: In præsenti enim honor & gloria frequenter amittitur, quia corruptibilis est, & qui dat, & qui accipit. In futuro autem incorruptibilis datur honor & gloria. His qui sunt secundum patientiam dei boni operis quærentibus vitam æternam, id est qui hac intentione bona operati sunt, vt habeant vitam æternam: non vt videantur ab hominibus, sicut hypocritæ faciunt. His autem qui sunt ex contentione, id est qui contendunt inter se vt vos Romani facitis, vel qui contendunt cum deo nolentes pœnitere, cùm ipse multis modis ad pœnitentiam vocet. Et qui non adquiescunt veritati, cum eis dicitur. Credunt autem iniquitati,

Ambro. id est impunitati diffidentes de dei iudicio futuro. His inquam talibus erit post iudicium, Ira, id est pœna materialis, vel spiritualis: & in ipso die iudicij erit eius, Indignatio, quia sibipsis indignabuntur: & interim ante iudicium post carnis absolutionem erit eis, Tribulatio & angustia, in anima sola: post iudicium autem erit ira & indignatio, vt dictum est: vel ita vt duo sequentia sint expositio duorum præcedentium. q. d. illis talibus erit, Ira dei, id est videtur deus iratus, in quo omnis tranquillitas, & nulla est perturbatio. Nam dei natura ab his passionibus

Ambrosi. immunis est. Et ne videatur irasci, & non vindicare, subdit, indignatio, quia addens supra iram, iniuriam suã deũ vindicaturum significat. Vnde prædicta exponens sub-

Ambrosi. dit. Tribulatio & angustia. & appellatur tribulatio quod prius ira: & angustia, quod prius indignatio. In omnem

animam

animam hominis operãtis malum, Iudæi primũ, & Græci. Quod supra indiffinitè dixerat, dicẽdo, His qui sunt &c. hic vniuersaliter dicit, vt includat Iudæum, & gentilem. Quasi dicat, hęc pœna veniet in omnem animam tam Iudæi quàm gentilis, operantis malum. In hoc opere nõ solum facta significat, sed etiam perfidiæ professionem. De incredulo enim agit, & ideo in animam dixit, vt spirituales pœnas intelligas, quia anima increduli pro perfidia artabitur spirituali pœna. In omnem dico animam, Iudęi primum, id est maximè, quia etiam scriptam legem habuit. Et Græci, id est gentilis. Iudæum semper anteponit, prærogatiua patrum, vt aut coronetur prius, aut damnetur grauius qui credens propter Abraham honorificentior est: diffidens autem peius tractandus est, quia donum promissum patribus refutauit. [Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco. Non enim est acceptio personarum apud deum. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non.n. auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabũtur.] Pax, quod suprà incorruptio, erit, Omni operãti bonum, Iudęo primum, tẽpore operãti, vel primũ.i. maximè operanti bonum, quia melius instructus, melius operatur. Et Græco, id est gentili. Non enim est &c.q.d. coæquo Iudæum, & gentilem in pœna & gloria. Enim, id est quia, Non est acceptio personarum apud deum, id est quia deus iudicat non secundum personas, sed secundum merita, quia vtrósque secundum modum peccati damnat. Non enim prærogatiuam generis sequitur, vt suscipiat causa patrum diffidentem, aut abiiciat à se propter indignitatem, causa patrum credentem: sed vnumquéque proprio merito, aut remunerat, aut cõdemnat. Et verè. Enim, id est quia, quicunque peccauerunt sine lege, scilicet scripta, id est gentiles, Peribunt, id est damnabuntur, Sine lege, id est non pro legis præuaricatione. Nisi de lege scripta diceret, quomodo diceret sine lege peccare, cum omnes subditi sint naturali legi? Sed de Mosi lege dicit, cui Iudæi obnoxij sunt. Aiebat enim Apostolus, hîc de illa lege, quam dedit dominus per Mosen populo Israel. Ideo

Aimo. Ambrosi[9]. Ambro. Ambrosi[9]. Ambrosi. August.

BIB... UNIV...

ergo ſine lege dixit eos.i. gentiles peccare. quia non acceperant legẽ quam ſe accepiſſe gloriabantur Iudęi:ideóque ait, quicunque ſine le.pec. ſ. ſcripta quæ per Moſen data eſt, ſine lege, peri. & quicunque in lege, id eſt legem ſcriptam habentes, peccauerunt, id eſt Iudæi, iudicabũtur per legẽ, id eſt etiam pro legis præuaricatione. in quo aggrauat eos. Qui ergo nouerunt diuina mandata, aufertur ab eis excuſatio quã ſolent habere homines de ignorãtia. ſed nec ipſi ſine pœna erunt qui legẽ dei neſciunt: & licet grauius ſit hominẽ peccare ſcientẽ quã neſciẽtẽ. nõ tamen ideo fugiendum eſt, ad ignorantię tenebras, vt in eis quiſque excuſationem requirat. Aliud eſt enim neſciſſe, aliud ſcire noluiſſe. Ignorantia quippe quæ non eſt eorum qui ſcire nolunt, ſed qui tanquàm ſimpliciter neſciunt, neminem ſic excuſat vt ſempiterno igne non ardeat, ſed fortaſſe vt mitius ardeat, ſi propterea non credit quia non audiuit quod crederet: ideóque inexcuſabilis eſt omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento impropriè voluntatis: ſiue qui nouit: ſiue qui non nouit: ſiue q iudicat, ſiue qui non iudicat. quia & ipſa ignorãtia in eis qui intelligere noluerunt, peccatum eſt: in eis verò qui non potuerũt, pœna peccati: ergo vtriſque iam non eſt excuſatio, ſed iuſta debetur dãnatio: ideo ait de vtriſque, Qui ſine le.pecca. ſine le.pi. & qui in le.pec. per le.iu. Quod autem ait, iudicabuntur, non ita eſt intelligendum, vt quaſi per ignem ſalui fiant, vt quidam dicunt, ſed prorſus peribunt. Nonnulli enim catholici tractatores in his verbis apoſtoli parumper intendendo aliter quàm res ſe habet ſapuerunt: vt dicerent illos perire qui ſine lege peccauerunt. Hos autem qui in lege peccauerunt, iudicari tantũ, & non perire: tanquàm per pœnas purgatorias credantur eſſe purgãdi: ſicut ille de quo dictum eſt, Ille autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Sed hoc merito fundamenti bene intelligitur, de quo ibi agebat apoſtolus. hîc autem de Iudæis ait apoſtolus, qui ſine fundamẽto Chriſto ſunt. Quis autem Chriſtianus dicat, non perire Iudæum ſi non credat in Chriſtum, ſed tantummodo iudicari? cùm Chriſtus ipſe dicat, Quod tolerabili⁹ erit Sodomæ in iudicio quàm Iudæis in Chriſtum non credentibus qui tanta in eis fecit

Auguſt. ad Vlentinum.

Idẽ libro de ignorãtia pctm̃.

Augu. in p̃o. 118.

Auguſt.

cit mirabilia. Et item dicit quòd excusationem non habebunt de peccato infidelitatis, quia venit & locutus est eis, de quo habēt excusationem illi, quibus nec per se, nec per suos locutus est: qui tamen non effugient damnationem, quia qui sine lege pec. sin. leg. peribunt, leuiora tamē passuri. Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur: & seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, multis vapulabit. Non enim &c. & quasi aliquis diceret, dicis eos qui in lege peccauerunt, per legem iudicari, sed nónne lex sola saluat? ait enim, quia non facit iustos Et hoc est, Verè etiam legem habentes iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, & si apud homines, id est non pro auditu legis solo aliqui iusti sunt apud deum. Sed factores legis, id est illi qui legem opere implent, scilicet qui credunt in Christum, quem lex promisit, quicunque sint: quod quidem est per gratiam, Iustificabuntur, id est iusti habebuntur, iusti deputabuntur apud deum & homines. Vel ita lege, factores legis iustificabuntur, id est iusti fient à deo, vt sint factores. non enim ita est intelligendum, vt dicat eos qui antè erant factores legis, postea iustificari: sed potius sic, vt sciamus aliter non esse factores legis, nisi iustificentur: vt non iustificatio factoribus accedat, sed vt factores iustificatio præcedat. vt si diceretur, homines creabuntur, non possit intelligi eos creari, qui antè erant homines, sed ipsa creatione fieri vt sint homines. Sic ergo intelligendum est hic, factores legis iustificabuntur, id est gratia iustificat eos, vt adimpleant legem, quia non faciunt vt iustificentur, sed iustificantur vt faciant. In aliis tamen quibusdam aliter inuenitur, vt cùm dicitur, Facientes bonum honorabuntur, & homines liberabuntur. Intelligitur equidem honor accedere iam bonis, & liberatio illis qui iam erant homines, sed non ita hîc accipiendum est, sed potius sicut supradictum est. [Cum enim gentes quę legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die

Ambros.

August.

Augu. de spū & lit.

August.

cum iudicabit deus occulta hominum ſecundum euange-
Remigiꝰ. lium meum per Ieſum Chriſtum.] Dixerat ſuprà genti-
lem ſi malè operaretur damnari, & ſaluari ſi bene opera-
retur:ſed cum legem non habeat,quaſi neſciat,quid ſit bo
num,quid ve malum, videretur ſibi neutrum debere impu
Hilarius. tari. Contra quod apoſtolus ait, Et ſi nō habeat ſcriptam
Auguſt. legem,habet tamen naturalem, qua intelligit,& ſibi con-
ſcius eſt,quid ſit bonū, quid ve malum. Lex enim natura-
lis eſt,iniuriam nemini inferre, nihil alienum præripere,
à fraude & periurio abſtinere, alieno coniugio non inſi-
diari,& cætera talia:& vt breuiter dicatur, Nolle aliis fa-
cere quod tibi non vis fieri. quod euangelicæ concordat
Augu.de lit.& ſpū. doctrinæ. Proinde non videtur hîc alios ſignificaſſe ſub
nomine gentium,quàm eos qui ad euangelium pertinent.
Augu.in eodem. Ne moueat quod naturaliter dixit quæ legis ſunt facere,
non ſpiritu dei,non fide,non gratia. hoc enim agit ſpiri-
tus gratiæ,vt imaginem dei in qua naturaliter facti ſumus
inſtauret in nobis. Vitium quippe contra naturam eſt,
quod vtique ſanat gratia. Non ergo vſque adeo in anima
humana imago dei terrenorum affectuū labe detrita eſt,
vt nulla in ea lineamenta remanſerint non omnino dele-
tum eſt quod ibi per imaginem dei cum crearetur,impreſ-
ſum eſt.Proinde vitio ſanato per gratiam naturaliter fiūt
ea quæ legis ſunt. non quòd per naturæ nomen,vt dictum
eſt,negata ſit gratia : ſed potius per gratiam reparata na-
tura, qua gratia interiori homine innouato lex iuſtitiæ
ſcribitur, quam deleuerat culpa. Hoc enim illic ſcribitur
per renouationem, quod deletum erat per vetuſtatem :&
ideo talis,& ſi legem Moſi ſcriptam non habeat,credendū
eſt bene vel male operari,& meritò ſaluari ſiue damnari:
bene operari dico,& ſaluari, quod tamen non eſt niſi per
gratiam & fidem quæ renouat naturalem imaginē dei in
Origenes homine ſopitam,ſine qua renouatione male operatur quis
Ambroſiꝰ & dānatur,accuſante eum conſcientia. Quaſi dicat, Verè
factores iuſtificabuntur,quia etiā gētes. Et hoc eſt,Cū.n.
gētes quę legē,ſcriptā Moſi, Nō habēt,naturaliter faciunt
ea quæ legis ſunt.i.naturali ratione illuminata per gratiā
diſcernūt faciēda & vitāda,quæ faceret lex. Vel,faciūt ea
quę legis ſunt.i.credere in Chriſtum, & deū, quāuis eiuſ-
modi

modi legem nō habētes.i.in ſcriptam, Ipſi ſibi ſunt lex.i. valent ſibi legem,qui oſtendunt,indiciis operum,opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. i. firmiter infixum rationi eorum,dum illa opera laudant quæ lex iubet,illa damnāt, quæ lex prohibet. Vel,opus legis,eſt fides quā vltro habēt in cordibus.i.in intimo affectu,vbi fides per dilectionem operatur,quam cum quis exhibet deo,naturali indicio oſtendit ſemetipſum legem ſibi eſſe,quia quod mandat lex, facit.ſ.vt credat in Chriſtum. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum , & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut etiam defendentium:quaſi dicat,opus legis habent ſcriptum in cordibus ſuis,vnde ipſi teſtes erunt ſibi in futuro boni & mali. Inde ſcientes merito damnari, vel ſaluari. & hoc eſt , Naturaliter faciunt ea quæ legis ſunt. Conſcientia ipſorum, redd.te. ſalutis vel damnationis,& ſi aliis non videatur:& non ſolum conſcientia operum, ſed etiam conſcientia , Cogitationum , id eſt malarum , & bonarum cogitationum . Inuicem accuſantium eos. & dicitur hoc de non credentibus. Aut etiam defendentium,hoc dicitur de credentibus. Non credentes enim accuſabunt cogitationes malę: Credentes vero, defendēt bonæ.& hoc, Inter ſe,quia illæ illos accuſabunt, iſtæ hos defendent. Vel ſunt hîc genitiui pro ablatiuis more Græcorum,qui ablatiuis carent.vnde in libris quorundam per ablatiuos ſcriptum reperitur, ſic, Et inter ſe cogitationibus inuicem accuſantibus,aut etiam defendentibus. Reddet autem eis teſtimonium conſcientia,In die, Iudicij futuri. Cum iudicabit deus occulta hominum,id eſt ea quæ modo hic occulta ſunt. iudicabit dico , Per Ieſum Chriſtum , quod totum eſt certum . Secundum euangelium meum.Sciendum autem quod in illa die cogitationes accuſabunt animas, vel defendent: non vtique illæ cogitationes quæ tunc erunt , ſed iſtæ quæ nunc ſunt in nobis, quarum notæ quædam,& ſignacula relinquentur in corde noſtro velut in cæra : quæ in occulto nunc pectoris poſita,in illa die reuelari dicuntur.Per Ieſum Chriſtum,quia pater neminem iudicat,ſed omne iudicium dedit filio. Et hoc ſecundum euangelium meum,Pauli,id eſt quod Paulus annunciat. [Si autem tu Iudæus cognominaris , &

Ambroſi.

Ambroſi.

Ambroſi.

Origenes

Attende.

requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora instructus per legem : confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, te ipsum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? qui dicis non mœchandum, mœcharis? Qui abominaris idola, sacrilegium facis? qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis, deum inhonoras? Nomen enim dei, per vos blasphematur inter gentes: sicut scriptum est, Circuncisio quidem prodest si legem obserues : si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Si igitur præputium illius in circuncisionem reputabitur, & iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consummans: te qui per literam & circuncisionem præuaricator es legis? [Si autem tu Iudæus cognominaris &c. vel, tu autem Iudæus cogno. alia litera. Hîc Iudæos specialiter aggreditur, grauius accusans eos de peccatis, eo quòd plura habent auxilia. q. d. gentilis tantum habet naturalem legem. Tu autem ô Iudæe plura habes, quia Cognominaris Iudæus, à Iuda patriarcha, quasi ex cognatione hoc nomen tibi venit. Et requiescis in lege, id est non vagaris erroribus, certus quid debeas obseruare, sicut vagantur illi qui sunt sine lege. Et gloriaris in deo. i. de cognitione dei. Et nosti voluntatem eius, de redemptione humani generis, quam tibi per prophetas nunciauit. Et probas vtiliora, id est de vtilibus vtiliora scis eligere: quia es Instructus per legem, & confidis teipsum ducem esse cæcorum, id est non intelligentium, & confidis, Teipsum esse lumen eorum qui in tenebris sunt, id est cõfidis quod etiã illuminare potes eos qui in tenebris sunt. Cæcos & in tenebris existentes dicit gentiles, qui & ratione priuari cæci sunt, & si quid sciunt tamen in tenebris sunt. Et confidis te esse Eruditorem insipientium, id est Iudæorum nondum prouectorum. Et magister infantiũ, id est Iudæorum qui de lege adhuc disserere nesciunt. Et confidis te esse Habentem formam, id est perfectionem, Scientiæ in lege: & non tantum scientiæ, Sed etiam veritatis, vt aliis exemplum scientiæ legis sis, & veritatis.

Aimo.

Non ſine cauſa vtrunque poſuit, ſcilicet ſcientiæ & veritatis. Quidam enim ſcientiam & intellectum alicuius libri habent, & ita ſentiunt ſicut auctor ipſe ſenſit, non tamen habent inde veritatem, quia neſciunt quomodo ſit verum, nec etiam eſſe verum: ſed Iudæus iactat ſe habere ſenſum legis, & ſcire verum eſſe ipſum ſenſum legis, ita vt aliis ſcire volentibus ſit exemplar: & cum hæc omnia habeas ô Iudæe, Qui ergo alium doces, cur teipſum non doces? Vel ſi ſuperius in litera eſt, ſi, leges ita, quaſi hæc & illa habes. & ſi ita eſt, Qui ergo alium doces, cur teipſum non doces? & qui prædicas non furandum, ſicut lex dicit, cur furaris? ſcilicet ſenſum de Chriſto in lege. Et qui dicis non eſſe mœchandum, mœcharis? id eſt veritatem Chriſti de lege tollis, & mendacium ponis? & cur hoc facis? Et qui abominaris idola, ſacrilegium facis? Chriſtum negando vel cultum dei dando idolis, quod ſæpe fecerunt Iudæi, & cur hoc facis? Et tu qui in lege gloriaris per præuaricationem legis, id eſt quia ſenſum legis qui eſt de incarnatione Chriſti, & diuinitate præteris. Deum inhonoras, id eſt cauſa es quare alij inhonorent. & vere. Nomen enim dei, hodie, Blaſphematur per vos inter gentes. Dum teſtimonium quod pater dedit de filio ſuo non recipitis in quo patri detrahitur, quia in Chriſto pater blaſphematur: ſicut ipſe ait, Qui me recipit, non me ſolum recipit, ſed eum qui me miſit. Et ideo inter gentes blaſphematur nomen dei per Iudæos, quia credentibus gentibus Iudæi ſuadere nitebantur Chriſtum non eſſe dicendum deum. Et nota quia verbis Ezechielis prophetæ vtitur Apoſtolus pro ſuis, qui Ezechiel ad Iudæos ſui temporis hoc dicebat, nomen dei blaſphematur per vos inter gentes, quia olim gentes non animauertebant Iudæos ſibi traditos pro noxis ſuis, ſed idolis ſuis dabant gloriam de victoria, quaſi Iudæorum deum viciſſent in Iudæis, & quòd aliunde hæc verba ſumpſerit Apoſtolus oſtendit dicens, Sicut ſcriptum eſt, in Ezechiele de contemporaneis ſuis. Circunciſio quidem prodeſt tibi ſi legem obſerues &c. Oſtendit ſuprà legem non iuuare eos ad obtinendam iuſtitiam & vitam. modo oſtendit circunciſionem

[Margin: Auguſt. — Auguſti. — Auguſt.]

non iuuare.q.d.& cum Iudæi sint tales,ô Iudęe, Circuncisio quidem prodest tibi, qui es de genere Abraham: Si tamen legem obserues, id est spiritualiter custodias, vt Christo credas,quem lex promisit, vt deponas omnia turpia,vt cor circuncidas. Prodest ergo ad vitam spiritualiter,& hoc & alia sacramēta legis intelligenti,quia obediēdo deo facit ei signum veritatis vt piè gaudeat, & spirituali suauitate veritatem contemplans in Christum credat Prodest etiam rudi populo literam legis sectāti, dum sub timore dei custoditur. Quæritur autem quomodo hîc dicat circuncisionem prodesse: cum in sequenti dicat, Si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit. Ad quod respōdemus, hoc dici secundum status diuersorum tēporum.nam secundum statum veteris legis olim profuit circuncisio,sed nō profuit ad salutē sine spiritualis legis obseruātia. Vnde hic ait, Tēpore autē gratię postquam exhibita est veritas nō modo nō prodest,sed etiā obest. Vnde in sequentibus dicit,Si circumcidimini &c. Si autem pręuaricator legis es.q.d. Tunc prodest circuncisio si legem obserues: Si autem præuaricator legis sis. i. si non imples quod circuncisio exigit.s.vt credas in Christum,Circuncisio tua,cardinalis. Facta est pręputium.i.non plus valet quàm præputium. Deinde à contrariis inferens subdit.Si igitur &c.q.d. Et quia circuncisio tua ô Iudæe fit præputium si legem præteris, Igitur si præputium,id est Gentilis quilibet custodiat Iustitias legis, id est mandata per quæ iustificatur homo,vel fidem Christi quem lex ad iustificationem venturum cecinit, quam ipsa dare non potuit. Nónne præputium illius reputabitur in circuncisionem? vt sit filius Abrahæ qui est pater fidei.q. d. Nemo potest hoc negare. Et præputium, id est Gentilis. Consummās.i. perficiens, Legem,quod est ei ex natura illuminata & adiuta per gratiā.dico perficiens legē.s.credendo in Christū in lege promissum. Nónne iudicabit te ô Iudæe,qui quanuis doctus sis Per literam.i.per scriptam legem: Et circuncisionem, quæ est signum depositionis vitiorum: Tamen præuaricator legis es?id est nónne cōparatione sui te damnabilem ostendit,qui non per naturam, neque per legem, neque per circuncisionem nouisti,quod ille

Margin notes: Aimo. / Ambros. / Quæstio. / Respōsio / Ambrosi. / Aimo.

ille nouit per naturam,id eſt Chriſtum.q.d.damnabit vtique, & ita patet quod lex non iuuat. Videtur ergo in præſenti loco præputium dicere gentes, quæ in præputio carnis ad fidem Chriſti venerunt,quas legem ſpiritualem ſeruantes comparat & præfert Iudæis, qui per literam, & circunciſionem carnis præuaricatores ſunt legis, quos & iudicandos ab aliis dicit. [Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neq; quæ in manifeſto in carne eſt circunciſio: ſed qui in abſcondito Iudæus eſt: & circunciſio cordis in ſpiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex deo eſt.] Quaſi dicat, bene poteſt Iudæus fieri Gentilis, & Gentilis Iudæus, ſicut dictum eſt. Non enim vere Iudæus eſt. Qui in manifeſto, tantum Iudæus eſt, ſcilicet & nomine & natione, & qui labiis confitetur, corde eſt remotus. Iudæus enim interpretatur confitens. qui enim vere credit & vere confitetur, vere Iudæus eſt. Neque illa eſt vera circunciſio quæ in manifeſto eſt,ſcilicet quæ manu facta eſt. In carne,id eſt in ablatione cutis: ſed ille eſt vere Iudæus. Qui eſt Iudæus in abſcondito cordis,id eſt qui eſt ex corde cõfitens. Et illa eſt vera circunciſio. Quæ eſt circunciſio,id eſt mundatio cordis ipſa dico facta In ſpiritu, id eſt per ſpiritum ſanctum, Scilicet non litera, id eſt non lapideis cultris, vt litera legis in figura docebat. Cuius,circuncifionis, Laus,id eſt quæ circũciſio vere laudabilis, Nõ ex hominib⁹, ſed ex deo eſt.i. ex gratia dei, Circunciſio enim cordis eſt quę purificat animã,& vitiorũ maculas abſcindit, ideóq; talis circũciſio. Non ex hominibus,eſt: Sed ex deo eſt,qua illicita cõcupiſcentia amputatur:quod nõ fit litera docẽte & minante, ſed ſpiritu iuuãte & ſubſequẽte. Vel ita,Cuius hoĩs, Laus, illius.ſ.qui in occulto eſt Iudæus & circunciſus, Non ex hominibus, Iudæis qui terrena ſapiũt,& in carne gloriantur: Sed ex deo eſt. laudat.n.deus credentem non carne circunciſum. Iudæorũ laus eſt ex hominibus,qui ſi faciũt quod lex iubet,ſine ſpiritu faciũt timore pœnę,non amore iuſtitię,qui ſunt in carne Iudęi,in corde Pagani,& ita nõ eſt corã deo,quod apparet corã homine. Qui verò in ſpiritu gloriatur,huius laus à deo eſt. Spiritu.n.credit,per qđ placet deo: & ille vere beatus eſt,ꝗ corã deo iuſtus eſt.

Origenes

Origenes
Auguſt.
Augu.de ſpũ & lit.
Augu.in prioribus In epi. ad Romãnũ.
Aimo.
Auguſ.
Ambroſ.

Caput.

CAPVT. III.

QVID ergo amplius est Iudæo, aut quæ vtilitas circuncisionis? Multum per omnem modum. Primùm quidē: quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderūt? Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit.] Huc usq; demonstrauit Apostolus, quod non est apud deum acceptio personarū, & eousq; peruenit vt dicere quod Iudęus carnalis fit Gētillis, & Gētillis spiritualis fit verè Iudæ⁹: ideôq; nūc obiicit quod videt sibi nūc posse obiici, vt soluat, Scilicet quę dignitas sit Iudæo, secūdū priorē statū maior q̄ Gētili. q.d. quādoquidē Iudæus fit Gentilis, & econuerso, Ergo quid ampl. est, secundùm priorē statū, Iudæo, de lege, vel de legalibus obseruātiis, qui dicitur populus peculiaris dei, quàm Gētili qui dicitur canis immūd⁹. Aut quæ est ei vtilitas circuncisionis. i. qui consecutus est de circuncisione? Ad hoc respōdet. Valuit quidem olim, sed nō ideo digniores sunt ī fide, & hoc est quod ait. Multum, amplius est Iudæo secundùm priorem statum, quàm Gentili. Et hoc, Per omnem modū. Omnis modus est vel in administratione temporalium vel in reseratione spiritualium, in quo vtroq; multa Iudæis deus fecit, quæ non Gentibus, & ita secundum priorem statum digniores fuerunt. Primùm quidem, prætermittens Apostolus de minoribus. i. de temporalibus, exemplum de præcipuis ponit. i. de spiritualibus, scilicet de eloquiis dei, quasi dicat. Vt alia minora de temporalibus prętermittam, hoc primùm, id est præcipuū quidem pono, scilicet de eloquiis, quod factum est Iudæis, scilicet, Quia eloquia dei, id est lex & prophetæ, Sunt credita illis, vt amicis, per quæ intelligerent de futura redemptione, quę promissa erat fieri per Christum. Quanquam ergo multa significet Apostolus quæ ad honorificentiam pertineant seminis Abrahæ: hoc tamen solum apertè memorat, quia maximè laudis eorum est, vt legem per quam addiscerent rectum à peruerso distinguere, digni iudicarentur accipere: & ideò plus est Iudæis secundum priorem statum quàm Gentibus. Sed dices, non ideò plus factum est eis quia non crediderunt eloquiis, vt Christum promissum redemptorem reciperent quidam eorum.

Ambrosi⁹

eorum. Ad quod respondet dicens, Quid enim, &c. quasi dicat, & si non crediderunt quidã, non tamen ideo minus profuit credentibus. Qui enim, obfuit credẽtibus, Si quidam illorum nõ crediderunt? Non ideo minus factum est credentibus. Nam etsi quidam eorũ non crediderunt, non ideo fides euacuata est. Et hoc est, Nunquid incredulitas eorum euacuauit, id est inexpletam fecit fidem dei? Absit, quod euacuata sit. Fidem dei dicit, vel quod quidã Iudæorum crediderunt deo: vel exhibitionẽ eius boni, quod deus homini promiserat. Quorundam autem infidelitas non effecit vt quidam ad fidem Christi non accederent, vel vt deus promissionem suam credentibus non impleret. i. non effecit quin aliqui Iudæorum sint fideles deo credendo in Christum: vel vt deus non sit fidelis in promissis illis qui credunt. Non enim quia aliqui credere noluerunt idcirco præiudicabitur cæteris Iudæis, ne digni dicantur accipere quod promisit deus fidelibus: quippe cum sic facta fuerit promissio, vt credentibus proficeret. Vt autem firmaret Apostolus quod supradixit, scilicet quia deus in promissione sua fidelis est, subdit, [Est autem deus verax, omnis autem homo mendax: sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.] Est autẽ deus verax &c. q. d. Incredulitas illorum non euacuauit fidem dei, sed potius Deus verax est. i. implens promissa. Omnis autem homo mendax, ex se, etiam Iudæus, & ita indignus est promissione. hoc ideo dicit ne dignior Iudęus videatur in nouo statu, quàm gentilis. Hac prophetæ auctoritate, monstrat & deum esse veracẽ, quod pertinet ad superiorũ cõfirmationẽ: & hominẽ esse mendacẽ, quod pertinet ad hominis indignitatẽ. Hoc autẽ. s. omnis homo mendax, ideo addit Apostolus, vt appareat promissionẽ dei factã esse & cõpletã, non propter aliquã hominis dignitatẽ, sed propter misericordiã dei, vt gratia dei detur indignis, & cõmendabilior sit gratia dei. Deus autẽ dicitur verax, id est inuariabilis tam in essentia q̃ in promissione. homo mendax dicitur, id est nec habẽs verum esse, nec in qua cõditus est, & per peccata diffluens. Hominis est enim fallere & falli, quẽ tẽpora & naturę imbecillitas faciũt esse mutabilẽ. Natura enim quæ fallitur nõ absurdè dicitur mendax.

Origenes

Origenes

Ambrosi⁹

Ambros.

Nota.

Ambrosi⁹

Ambrosi. xat. Deus autem apud quem nil futurum est immutabilis perseuerat. Vel, Omnis homo est mẽdax, scilicet qui non credit quod promisit deus, qui negat deum impleſſe promiſſa. hoc facit maximè Iudæus, qui diffidens de promiſſis dei, mendax est, & deum mendacem pronunciat, quoniam promiſſis eius non credit, quem vincit deus dum dat

Aimo. promiſſa. Et est sensus vtriusq; sententiæ talis, Omnis homo, contradicens promiſſionibus dei, Mendax est. Vel, omnis homo in quantum à se ipso est, mendax est.i. labilis

Ambrosi⁹ in essentia, & per peccata diffluens. Quod autẽ verax deus sit prophetico exemplo confirmat subdẽs. Sicut scriptum est, quasi dicat. Deus est verax, Sicut scriptum, in Dauid. Vt iustificeris in sermo.t. &.v.c.iudic. quasi dicat Dauid,

Aimo. Ego peccaui & malum feci in adulterio & homicidio. Vt tu, ô deus mittendo filium de stirpè mea sicut promisisti, In sermonibus iustifi. qui sunt de promiſſionibus filii.i. iustus esse, & ex sola iustitia non ex meis meritis cõpleſſe comproberis. Et vincas, implendo promiſſa, Cum iudicaris, à populis, non debere implere promiſſa propter mea peccata.i. non mittere filium de stirpe mea. Dauid enim postq̃ factus est adulter, & homicida vxorẽ Vrię accipiẽdo, & illũ gladio filiorũ Amon occidẽdo, dicebant multi. Vacua efficietur ꝓmiſſio dei, quæ facta est Dauid.s. quod ex semine eius Christus nasciturus sit: quia non nascetur Christus de homicida & adultero, sed falsum erit quod si-

Ambrosi. bi pollicitũ aſſerebat. Deus aũt verax est, quia misit Christum de semine Dauid, sicut ꝓmisit: & sic vincit cũ iudicatur, quia dat, quod daturus negatur: cunq; dat quod iudicatur nõ daturus, vincit: ostendens se veracẽ, illum autem mendacẽ qui nõ credit verbis eius. Et est hîc, Vt, cõsecutiuum, non affectiuum vel causatiuum, Vel ita vt sit, Vt, causatiuũ, & respicit ad illud quod Dauid prædixerat, A peccato meo munda me.q.d. Ideò munda me, Vt iustificeris.i. vt iustus & verax cõproberis. In sermo.t. qui sunt

Aimo. de venia ingemiscentis. Dixisti enim, quacunq; hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatũ eius nõ recordabor amplius. Et vincas, indulgẽtiam peccati mihi dãdo. Cum

Origenes iudicaris, ab hoĩbus mihi veniã non dare Dicebãt.n. qui-

Ambros. dã Dauid àdeò grauiter deliquiſſe, ꝙ veniã peccatorũ nõ posset

possET habere:quos deus mẽdaces ostẽdit,& se veracẽ exhibuit,quãdo ei indulsit. Vel ita, & respicit ad illud quod dixerat, Tibi soli peccaui.q.d. Tibi tantũ dico me peccasse qui vides quod homines nõ vident, qui & adeò iust⁹ es, vt dum ego & omnes peccamus,tu solus Iustificeris.i. iustus appareas, In omnibus ser.t.id est in omnibus promissis tuis. Et vin.i.superes omnes in iustitia, Cum iud.i.cũ aliis in iudicio compararis. Tantæ enim misericordiæ est deus,vt velit cõparari hominem secum. Vnde per Esaiam ait, Iudicate inter me & vineam meã. Superat enim deus in iudicio homini cõparatus. Inuenitur enim dedisse homini omnes affectus,omnesq; motus, quibus ad virtutes niti posset,& progredi. Insuper etiã vim rationis inseruit, qua agnosceret quid deberet agere vel cauere. His autem acceptis homo neglexit iter virtutis incedere, cui ex deo nil defuit,ipse vero inuenitur defuisse his quæ à deo data sunt sibi. Meritò ergo dicitur talẽ in iudicio deus vincere,& iustificari in verbis suis. Vel ita, Tibi soli peccaui, qui adeo iustus es,vt iustificeris.i.verax cõproberis in omnibus Serm.t.Solus enim inter homines per omnia verũ dicere potuit homo deus. Et adeò iustus es Vt vincas.i. vt superes omnes homines in iustitia, Cũ.i.quàmuis iniuste, Iud.à Iudæis. Iustus enim iudex à peccatoribus est iudicatus iniuste,& in eo tamen.i.in iustitia vincit omnes homines. Huic itaque nullum peccatum habenti,dicit Dauid, Tibi soli peccaui, qui adeò iustus es, Vt iustif.in ser. & v.c.iu. Tu enim qui superas omnes iudices in iustitia, qui solus iuste iudicans,iniuste iudicaris. Vel aliis nõ mutatis,illud potest ita dici, Et v.cũ iud.q.d.tu talis es vt iustificeris in ser.t.& talis etiã, Vt vin cũ iud.i.quando iudicaris à Pilato & à Iudęis. Vicit enim homo deus quãdo iudicatus est, quia propter illã humilitatem dedit ei deus pater nomen quod est super omne nomen. Hîc tamen sensus non pertinet ad superius argumentũ.i.ad sui propositi demonstrationẽ,scilicet ad probandum quòd deus sit verax,sed est additũ ex abundanti. [Si autem iniquitas nostra iustitiam dei cõmendat,quid dicemus?Nunquid iniquus est deus,qui infert irã?Secundum hominẽ dico. Absit. Alioqui quomodo iudicabit deus hũc mundũ? Si enim veritas

Origenes

Origenes

August.

August.

veritas dei in meo mendacio abundabit in gloriã ipsius, qui adhuc & ego tanquam peccator iudicor? & non sicut blasphemamur? & sicut aiunt quidã nos dicere, Faciamus mala,vt veniant bona? quorum damnatio iusta est.] Ostenditur hîc sensus qui ex verbis Dauid prophetę,quibus ipse dixit, Peccaui vt iustificeris,iniustè trahebatur à carnalibus, causam diuinæ iustificationis nostra peccata fore intelligentibus. Erant enim quidam qui dicebant deum velle nos peccare: ideò,vt comparatione nostri iustus appareret: & dum peccatum nobis dimitteret, quòd misericors sit,patefatefaceret. Dicebãt etiam eũ velle nos mentiri,vt ipse solus verax inueniretur: quòd si ita esset,iniuste ab illo damnaremur. Cõtra illos tales loquitur hîc Apostolus. Quia non est hîc sensus in verbis prophetæ, sed maliuolorum hominum praua interpretatione extorquetur, asserentiũ quod peccata hominum, & actus mali dei iustificationi proficiãt,& per mala nostra iustus appareat, & iniustitia nostra iustum illum ostendat. Dixit enim suprà quòd verax est deus,& omnis homo mendax, & quòd indignis dat bona, in quo apparet cõmẽdabilior eius gratia & iustitia. Vnde carnalis dicẽs deũ vti malis quasi instrumẽto ad gloriam suam, eò rem deducit, vt dicat deum iniquum qui peccata punit,quę sibi prosunt. Si enim iniustitia nostra ei proficit,sine dubio iniquus est si dãnat peccantẽ.quòd remouet Apostolus hîc dicens,Si autem.q.d. Deus est verax,& omnis homo est mẽdax, cui ĩdigno dat bona, in quo apparet cõmẽdabilior gratia eius & iustitia. Si autem,hoc est,& ita, Iniquitas nostra cõmẽdat iustitiã dei.i. laudabilẽ facit iustitiã & sanctitatẽ dei. Quid dicemus?i.ex hoc quid sequi videtur?quòd Iniquus est de⁹,qui propter peccata, Infert irã.i.vindictã,& cõdemnationem. Iram nanq; hoc loco Apostolus pro condẽnatione posuit, quia deus illius rei vltor est,cuius auctor non est.i.iniquitatis,quã potest deus punire non facere. Etiã est sensus, Si iniquitas nostra deũ laudabilẽ facit,& quãto amplius peccamus tanto ei placet secundũ quod stolidissimi dicunt,& eo ampli⁹: iustitia eius,& sanctitas crescit,& apparet,iniquus est deus inferẽdo vindictã ꝑ malis quę vult vt faciamus. Si enim vult vt peccemus (vt quidam stultorum dicunt)

Ambro.
Ambrosi⁹
Ambrosi⁹
Aimo.
Fulgenti⁹
Aimo.
August.

cant)ergo quando damnat hominem peccatorem iniquus est. Sed nũquid deus iniquus est qui infert iram? Videtur vtiq; hoc quibusdã. Sed absit, vt sit iniquus, & quòd nostra iniquitas cõmẽdet illũ. Si enim cõmendaret illũ, ipse non vindicaret, quia iustus est. Et quia hoc verũ non est quòd deus sit iniquus, vel quòd nostra iniquitas deum commendet, addit Apostolus, Secũdùm hominem dico.i. secundũ intelligentiam carnalis hominis. q. hęc quęstio carnalium est, quos cõstat & errare & falli, & fallere. Nam deus immutabilis perseuerat, nõ potest nõ amare quod fecit. Non enim vult nos peccare, & quia iustus est ideò infert iram peccanti. Cum ergo peccatori iusta pœna redditur, nõ est iniquitas, sed iustitia apud deum. Quomodo enim ex hoc iustus videbitur deus, quia aduersatur iniustitiæ? Inducit enim irã hominib⁹ pro eo quod in semetipsis locũ iniustitiæ dederunt. Non ergo iniustus videtur deus qui est ipsa iustitia, cum irascitur aduersus iniustitiã: cui.n.non decet esse propitiũ, sed peruenit ira eius etiã in hoĩes, qui se ministros iniustitiæ cui deus irascitur, præbuerunt. Non est ergo iniquus de⁹. Alioquin.i. nisi hoc est quod nõ iniquus est deus? Quomodo iudicabit deus hũc mundũ? q.d. non potest esse iustus iudex. Quomodo.n.iudicabit si iniquus est. q,d. male, bonis. s. dans mala, & malis bona. Si enim veritas &c. Interiecta remotione iniquitatis dei.i.interposita demõstratione, qua ostẽditur quod deus non est iniquus. Vnde apparet verba ꝓphetę nõ eo quo dictũ est sensu accipiẽda, redit Aposto. ad probationẽ, carnalis nitẽtis probare quod si de⁹ punit malos iniqu⁹ est. q.d. Verè si iniquitas nostra iustitiã dei cõmẽdat, iniquus est de⁹ quia punit. Eni.i. quia, Si ĩ meo mẽdacio.i.ꝑ meũ peccatũ: Veritas.i. iustitia dei, Abũdauit.i.creuit, In gloriã ipsius.i. si ex meo peccato gloriosior est, ergo, quid adhuc.i.cur etiã nũc nõ solũ in futuro, Iudicor ego tanq̃ peccator, quod non sum. Manifestũ est.n. quia si ad gloriam dei proficit mendaciũ hominũ, vt ille solus verus appareat, nõ sint dicẽdi peccatores q̃ peccãt, quia nõ voluntate sed impulsu eius videbũtur peccare. quod absit. Accipitur hîc veritas, quod suprà iustitia: & mendaciũ, quod suprà iniquitas. Et est sensus. Si deus meo mẽdacio.i. peccato verax appareat, quare me

Aimo. | Ambrosi⁹ | Augu. de natura boni. | Attende. | Ambrosi. | Ambrosi. | Aimo.

iudicat tanquam peccatorem etiã in præsenti non modò in futuro? Vel, Quid iudicor tanquã peccator etiã adhuc, id est post cõuersionem, postquam dedit bona indigno, vnde gloriosus apparet. Ante cõuersionem enim cũ male mererer, ex meis nõ erat gloriosior. Et est sensus, Ac si diceret, quod ante remissionẽ videri poterat, post videri nõ debet, scilicet quod ego peccator iudicãdus sum, quia nũc certum est quòd dimittendi veritas, non abũdasset in gloriam, nisi peccassem. Et nõ sicut, Item aliud infert falsum Apostolus ex eodem quod dixerat, scilicet si veritas dei ex meo mendacio abundauit in gloria. q. d. Et si istud est scilicet quod veritas dei in peccato abũdet in gloriã: cur, scilicet, Non facimus nos mala vt veniãt bona. i. vt crescat iustitia & gloria dei? Sicut blasphemamur, nos Apostoli. Et sicut aiunt quidã nos dicere. i. sicut imponitur nobis Apostolis blasphemando à quibusdã hoc sentire & dixisse, & etiã prædicasse quod est blasphemia. Quid imponitur nobis, dixisse? hoc scilicet, Faciamus mala vt veniãt bona. Quidam enim peruersi homines non intelligentes & ad reprehendendum procliues cũ audissent à Paulo, & ab aliis Apostolis prædicari, Vbi abundauit delictũ super abundauit & gratia: dixerunt Apostolos prædicasse, Faciamus mala vt veniant bona. & dicebant, Quanto ergo amplius maiora mala cõmiserimus, tanto amplius maiora bona percipiemus, & maiorẽ gratiã, quia deus vult vt peccem⁹, vt habeat quid dimittat, & ipse misericors appareat. Vel ita, potest continuari hæc litera, cum præcedentibus, scilicet, Si enim, vt propius coniũgatur, cum præcedenti litera q̃ ante. q. d. Quomodo iudicabit deus hunc mũdum, si est iniquus? q. d. non rectè, quod in parte ostendit, quia nec modo iuste iudicaret me, quasi peccatorem, quod ego non sum, & vere. Si enim veritas &c. Sentẽtia verborum non mutatur à prima expositione. Quorum dãnatio &c. q. d. Quidam imponunt nobis, Quorum, talium, Damnatio iusta est, & ideo non est credendũ eis. [Quid igitur? Præcellimus eos? nequaq̃. Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse: sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam, non est intelligens: nõ est requirens deũ. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt,

Aimo.

Ambrosi.

August.

Aimo.

non

non est qui faciat bonum: non est vsque ad vnum. Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolosè agebant: venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum: & viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum.] Quid igitur, Apostolus velut arbiter quidam medius inter eos qui ex circuncisione crediderant, & eos qui ex gentibus venerant, tam Iudæosq̃ Græcos reos esse suprà ostendit, vbi etiam demonstrauit personarum acceptionem apud deum non esse: vbi etiam quæsiuit quod quærendum esse putauit, scilicet quid amplius sit Iudeo secundum priorem statum, & respondet multum, & in quo maximè demonstrauit. Modò quæritur vtrum in hoc statu gratiæ plus sit Iudæo q̃ Gentili, & respondet non. immo pares sunt, in hac gratia euãgelij. q. d. quia plus fecit deus Iudæo in priori statu, & quod bona eis impleuit nõ est ex aliquo eorum merito. Quid igitur? dicemus, Præcellimus eos? scilicet Gentiles in hac gratia. Nequaq̃, Quia non est personarum acceptio apud deum, sed in omni gente qui timet deũ hic acceptus est illi. Verè non sumus nos Iudæi digniores gentibus in hac gratia. Causati enim sumus. Id rationibus ostendimus superius. Omnes, scilicet Iudæos & Græcos, Sub peccato esse, ante hanc gratiam, quia Iudæi præuaricando naturalem legem & scriptam, & Gentiles naturalem, inuẽti sunt peccatores: sicut suprà ostensum est, & ideo nullum præcellit alterum & in statu gratiæ. His verbis dirimit Apostolus cõtentionem, & litem componit quæ inter Iudeos & Gentiles orta erat, cum illi tanquam ex meritis operum legis, sibi redditum euangelij præmium arbitrarentur: illi contra Iudæis se præferre gestiebãt tanquã interfectoribus domini. Deinde propheticum testimonium subdit, quo ostẽdit etiam Iudæos reos, de quibus minus videtur, quia sub lege dei viuere videbantur, dicens, Sicut scriptum est, quasi dicat omnes sunt sub peccato. Sicut scriptum est, de Iudæis de quibus minus videretur. Quia non est iustus quisquàm, scilicet qui non venit ad Christum. ideo non est iustus, Quia non est intelligens, id est quia non intelligit Christum

Origenes
Ambrosi⁹
Aimo.
Aimo.
August.

ſtum eſſe deum: & quod non intelligit, ex culpa ſua eſt. Quia non eſt requirens deum, id eſt quia non requirit deum. Ex operibus enim poterant quærere & inuenire, quòd Chriſtus erat deus: non requirit dico, ſed potius de-
Ambroſi⁹ clinat ab eo. & hoc eſt, Omnes declinauerunt. Nemini enim dubium eſt, quia omnes non quærentes deum declinant ab eo, & inclinantur ad malum. Simul, ſcilicet cum ipſa declinatione, Inutiles facti ſunt, quia & alios declinare fecerunt. Adeo declinauerunt, quia, Non eſt, aliquis
Auguſt. de illis, Qui faciat bonum, non eſt vtique vſque ad vnum, id eſt nec etiam vnus. Vel, Non eſt qui faciat bonum nó eſt vſque ad vnum, ſcilicet præter vnum Chriſtum, quia nullus niſi Chriſtus bonum facit. Chriſtus enim tantum bonum in ſe, & in ſuis facit. Sepulchrum, quaſi dicat. Ita declinauerunt, vt diximus, & ita aliis inutiles fuerunt, Quod guttur eorum eſt ſepulcrum patés, id eſt fœtor verborum & operum eorum corrumpit alios, & hiat recipere
Gregori⁹ illos mortuos. Nam malis mancipati bonos ſi poſſet fieri deuorare vellent: vt ſicut ſepulchrum patet ad recipienda cadauera, ita & aduerſus bonos guttura illorum, & ſi non audent apertis malis perſequi, Linguis ſuis, id eſt malis, Doloſè agebant. verbis bona dicentes, ſed malum corde cogitantes: quia, Venenum aſpidum, id eſt odium in-
Ambroſi⁹ ſanabile erat, Sub labiis eorum, id eſt ſub corde eorum, quia huiuſmodi hominum verba muſcipula ſunt. Ad hoc enim loquuntur vt decipiant. Vt ſicut per labia ſerpentis peremptorium venenum infuſum eſt, ita per labia eorum dolus & captio. Quorum etiam os plenum eſt, abundan-
Aimo. ter, Maledictione, id eſt, verbis maledicis: vt, Dæmonium habes, & huiuſmodi. &, Amaritudine. id eſt amaris minis. Et, etiam, Pedes, id eſt affectus eorum, ſunt,
Aimo. Veloces ad effundendum ſanguinem, Chriſti & ſuorum, quaſi dicat. Homicidæ ſunt ex deliberatione, ad bonum ſegnes, ad parricidium ſunt veloces, ſed inde erit eis hæc pœna, ſcilicet, quia Contritio. i. téporalis pœna, Et infelicitas. i. æterna dãnatio erit, In viis. i. in operibus, Eorũ. i. pro actionibus ſuis malis veniet eis cõtritio, & infelicitas. Talia enim faciunt, vnde conterẽtur in hoc ſeculo, per Titũ & Veſpaſianũ: & in futuro erũt infelices puniti anima

& cor-

& corpore. & hoc ideo, quia, Viã pacis. i. Christũ, Non cognouerunt, dum enim vitiorum bellis semper vrgentur, viam pacis ignorant, id est Christum, per quem est pax multa diligentibus nomen domini: nec saltem timor dei eos reflexit à malo. Quia nõ est timor dei ante oculos eorum. Non enim habent, Dei timorem, qui est initium sapientiæ. De his dicit Hieremias, Tunc omnes surrexerũt in prophetam domini volentes occidere eum: & subiecit, Omnis autem populus, non permisit illos. Sed cõtrarium videtur quod omnes insurrexisse dixit, & omnem populũ non permisisse. Omnes ergo dixit insurrexisse. s. malos, & omnem populum nõ permisisse. s. bonos. & hîc enim, non quia dicit, Omnes declinauerunt, totam pœnitùs plebem significat, sed alterã partem plebis. Semper enim duo populi sunt in vna plebe. Hîc est enim populus quẽ increpat dominus, dicẽs sub nomine Hierusalem, Hierusalem Hierusalem, quę occidis prophetas. & item, Generatio mala & adultera. De qua Esaias ait, Vę gẽti peccatrici semini nequam &c. [Scimus autem: quoniam quæcunque lex loquitur, his q in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.] Scimus autem &c. Ostendit Iudæos antè gratiam fuisse sub peccato auctoritate scripturæ, Dauid, sed ne Iudæi auctoritatis Dauid verba inuerterent, & alio detorquerent, ait, Scimus &c. quasi dicat hoc Dauid dicit, Nos autem scimus quoniam quæcunque loquitur lex, loquitur his qui in lege sunt, supple & de his qui in lege sunt. Lex. n. aliquãdo appellatur generaliter vetus test. aliquando pro parte veteris test. accipitur: sicut ibi, Aperuit dominus discipulis sensum, vt intelligerent de deo quæ scripta erãt in lege & prophetis & psalmis, Nonnunquã verò psalmi lex vocãtur: sicut dominus ait, In lege vestra scriptum est, Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes. Et alibi, Vt impleatur sermo qui in leg. eorũ scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis. Ita & hîc psalmi dicũtur lex. i. nomine legis intelliguntur, quia informent, Vt ergo ostenderet Aposto. ea quæ superius dixit de psalmo, pertinere ad Iudęos, quorum superbia confringenda erat, dixit, Scimus, quoniam

Aimo. Origenes Ambrosi. Ambrosi. Aimo.

quæcunq; lex loquitur, in loco isto, id est psalmi. His lo-
quitur qui in lege sunt, id est Iudæis legem habentibus.
Augu. de spũ & lit. Vt, ita. Omne os, etiam Iudæorum, Obstruatur, à fa-
gloria. Et omnis mundus, id est omnis homo, scilicet no-
tantum Gentilis sine lege reus de impietate, sed etiam Iu-
Aimo. dæus reus de legis transgressione, Fiat subditus deo, re-
tum ei tribuens. Quia omnes peccatores sunt inuenti,
gratia sunt saluati, non meritis. Quia ex operibus &c. Hi
incipit agere plenius de lege, vt ostendat iustitiam no
esse ex ea, quasi dicat, dico vt omnis mundus subditus
deo: quod debet, quia certum est, Quòd ex operibus le-
gis, non iustificabitur coram illo, scilicet coram deo, et
August. coram hominibus, Omnis caro, id est homo, vel carnal
Augu. de spũ & lit. ter viuens, & ideò illi qui cùm sub lege essent Christo cre-
diderunt, non quia iusti erant, sed vt iustificarentur, ve-
August. nerunt ad gratiam fidei. Destruitur autem hîc superb-
gloriantium de operibus legis, ne gratia fidei videretur
non necessaria, sed etiam opera legis iustificare crederet-
tur. Opera autem legis dicuntur quæ cum lege institut.
& terminata sunt, vt erant cærimonialia & figuratiua q
nunquam valuerunt conscientiam mundare, etiamsi cu
charitate & deuotione fierét. Si verò quæritur. Quare il-
facta in charitate non iustificarent, sicut nunc opera bo-
quæ facimus in charitate iustificant? Respondemus, q
illa non fuerunt instituta in iustificationem, sed in futu-
rum significationem, & peccati, & infirmitatis osten-
August. nem. Ex illis ergo nemo iustificabitur, Coram illo. s. de-
Aimo. qui intima videt. s. vtrum ex amore iustitiæ quod agatur
vel timore pœnæ, quod non vident homines. Hîc ite-
quæritur, Nunquid Moses, Dauid, & alii boni ex lege no
fuerunt iustificati? Ad quod dicitur, Fuerunt quidem i-
Attende. stificati, sed non ex operibus legis. Vnde Petrus ait, Qu-
tentatis nobis imponere iugum &c. Sicut ergo nos salu-
mur modò per fidem Christi, sic & illi saluabãtur. & qu-
Aimo. re non ex operibus? Quia lex non venit tollere peccat-
Ambros. sed ostendere & punire. Decreuit enim deus per sacram-
tum mysterii fidei, quod in Christo est, hominem iusti-
cari, non per legem: quia lex non iustificat apud deu-
sed fides. De lege autem loquimur secundùm cærimoni-

li

lia, vt dictum est, non secundùm moralia, quæ vtiq; iustificant, & in euangelio consummantur. [Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege, iustitia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis.] Per legẽ enim q.d, Vere ex lege non est iustitia, quia, Per legem, tantum, Est cognitio peccati, non cõsumptio. Si ergo cognoscunt & non cauent, præuaricatio est: & ita ira. i. pœna debetur. Cauere autem non potest homo peccatum, si non adiuuet gratia, vt cognitum caueatur: & ita sine dubio lex iram operatur, sicut in sequenti dicetur, quod ideo dicitur, quia ira dei maior est in præuaricatore, qui per legẽ noscit peccatum, & tamen facit. Quod autem dicit per legem peccatum cognosci, non ideò hoc dicit quod peccata ante legem prorsus nescirentur, cùm etiam Ioseph accusatus de crimine missus sit in carcerem: & fratres eius dixerunt, Meritò hæc patimur quia pec. in. f. no. Sed ideò dicuntur peccata cognosci per legem, quia quedã cognita sunt, peccata, quæ antè ignorabãtur esse peccata: & quædã grauiora p legẽ cognita sunt, quã putarẽtur: & cõmuniter omnia nõ impunè futura apud deum per legẽ cognita sunt. Nũc autẽ &c. q. d. Ex operibus legis nõ fuit olim iustitia. Nũc autem. i. in hac gratia quę est nunc, id est in aduentu Christi in tempore gratiæ. Iustitia dei, non hominis data est, Sine lege. i. sine legis auxilio: & nõ solum data est, sed etiam, Manifestata est, nõ dubiè, sed miraculis, scilicet domino cooperante & sermonem confirmante, sequẽtibus signis. Iustitia autem dei dicitur hîc, non qua ipse iustus est qui essentialiter iustitia est: sed qua induit impium, quando misericorditer de infideli facit fidelem. Et vt homines certius credant, addit, Iustitia, dico, Testificata, vel, Testimonium habẽs à lege & prophetis. Quia lex eam multis sacramẽtis præfigurauit, eo ipso etiam lex perhibet testimonium iustitiæ dei, quia in ea nemo iustificatur. Cum enim lex non iustificat impium de præuaricatione conuictum, mittit ad iustificantem deum, atq; ita perhibet testimonium iustitiæ dei, dum iubendo & minando, & neminem iustificando satis indicat dono dei hominem iustificari. Prophetæ verò perhibent testimonium id prænunciando quod Christi impleuit aduentus: prænunciauerũt

Augu. de gratia & libero ar.

Aimo.

Aimo.

August.

Ambrosi.

Aimo.

August.

Ambrosi.

Aug. contra Pelagianos.

Aimo.

August. enim Christum qui factus est nobis sapientia & iustiti
Ambrosi. & sanctificatio,& redēptio. Idcirco autem dei iustitia di
citur quæ magis propriè videretur dicenda misericordi
quia de promissione originē habet,& cùm promissum d
redditur iustitia dei dicitur. Iustitia enī est,quia exsolu
est quod promissum est: & cum suscipit confugiētes ad
iustitia dei dicitur,quia non suscipere iniquitas est. [I
stitia autem dei, per fidem Iesu Christi, in omnes, & s
per omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio
Omnes enim peccauerunt: & egent gloria dei, iustific
gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est
Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorem per f
dem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ, pro
pter remissionem præcedentium delictorum in sustent
tione dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore,
sit ipse iustus,& Iustificans eum,qui ex fide est Iesu Chri
Aimo. sti.] Iustitia autem.q.d. Dixi iustitiam esse ex deo, Ha
autem iustitia,dei est.i.hæc iustificatio qua iustificamur
deo est. Per fidem Iesu Christi.i. per fidem qua credit
augu. de spū & lit. in Christum, iustificatorem impiorum, quia fides imp
trat, quod lex imperat. Sicut autem ista fides Christi
dicta, non qua credit Christus: sic illa iustitia dei, no
qua iustus est deus. Vtrūq; enim nostrum est, sed ideò d
& Christi dicitur, quia eius nobis largitate donatur. Iu
stitia ergo dei sine lege est, sed non sine lege manifest
Quomodo enim per legem testificata si sine lege manif
sta? Sed iustitia dei sine lege est, quam deus per spiritu
gratiæ credenti confert sine adiutorio legis, id est nō ad
iutus lege, sed non sine lege ostēdit, quia per legem oste
dit homini infirmitatem suam, vt ad eius misericordia
per fidem confugiens sanaretur. Ideoq; de sapientia ei
dicitur, quòd legem & misericordiam in lingua port
legem, qua reos ostendat superbos: misericordiam ver
qua iustificet humiliatos: ergo iustitia est per fidē Chr
sti. Hæc autem iustitia venit in omnes, & vt magis pr
priè dicatur, Super omnes, quia cælitùs data est, scilic
Super omnes, Iudæos & Gentiles. Qui credunt in eu
Et verè in omnes, Non enim est distinctio, Iudæi & G
illis, Omnes enim, tàm Iudæi quàm Gentiles, Peccau
ru

runt, vel in ſemetipſis, vel in Adam: quia ſine peccato non ſunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. Peccatum enim primi hominis non ſolum ipſum, ſed etiam omne vitiauit genus humanum, quia ex eo omnes damnationem ſimul & culpam ſuſcepimus. Peccauerunt ergo omnes cum ex vno peccatore omnes naſcuntur peccatores. Et egent, adhuc quotidie, Gloria dei, id eſt iuſtitia dei, non ſua: quæ ideò dicitur gloria dei, quia per hoc deus glorioſus apparet. Omnes igitur peccatores īuenit gratia Chriſti, qui ſolus ſine peccato venit. Et omnes egent gl. dei, id eſt, vt ipſe liberet, qui poteſt: non tu qui liberatore indiges. Hæc igitur Chriſti gratia ſine qua nec infantes, nec grandes ſalui fieri poſſunt, non meritis redditur, ſed gratis datur, propter quod & gratia nominatur. Vniuerſa enim maſſa pœnas debet, & ſi omnibus debitum damnationis ſupplicium redderetur, nō iniuſte proculdubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur, non vaſa meritorum ſuorum, ſed vaſa miſericordiæ nominantur rectè. Quiſq; ergo agat gratias miſericordiæ dei quos voluit liberantis, quia rectè nullus poſſet iuſtitiam culpare vniuerſos ſi vellet damnantis. Omnes enim pecca. & eg. g. d. id eſt indulgentia & venia peccatorum: vnde glorioſus apparet deus. Et quia omnes peccauerunt, Ergo iuſtificati ſunt gratis, id eſt ſine meritis præcedentibus. & hoc, Per gratiam ipſius, id eſt per gratuita dona. Gratia quippè dei, donum dei eſt. donum autem maximum, ipſe ſpiritus ſanctus eſt, Non igitur iuſtificati ſunt per legem, non per propriam voluntatem, ſed per gratiam Chriſti: nō quòd ſine voluntate noſtra fiat, ſed voluntas noſtra oſtenditur infirma per legem, vt ſanet gratia voluntatē, & ſana voluntas impleat legem, non conſtituta ſub lege, nec indigēs lege. ipſa igitur eſt gratia qua iuſtificatur impius, & ideò percipiendæ huius gratiæ merita nulla præcedūt, quia meritis impii nō gratia, ſed pœna debetur, nec iſta eſſet gratia ſi non daretur gratuita. Datur autē gratuita, quia nihil boni antè feceram⁹, vnde hæc mereremur, quia nihil præceſſerat in meritis noſtris, niſi vnde dānari deberem⁹. Nō īuenit igitur

Aimo. Aimo. Augu. de natura & gratia. Augu. ex lib. Hipognosticon. Auguſt. in pſal. 30. Augu. de natura & gratia.

Aimo. Auguſtin⁹. Augu. de ſpū & lit. Auguſt u⁹ de verbis domini. Auguſtiu⁹ in lib. ad Sixtum. Ambroſ.

merita bonorum, sed merita suppliciorum. Ergo iustifi-
Ambrosi. cati sunt gratis, quia nil operati erant. Per gratiam ipsius, quia fide iustificati sunt. & præcipuè, Per redemptionem: quæ est nobis, In Christo Iesu, nunquam alibi. i. per præcium datum pro nobis à Christo Iesu, de quo Petrus ait, Quia nō corruptibilibus argēto, vel auro, redēpti estis, sed
Augu. in psal. 33. præcioso sanguine vnigeniti filii dei. Nempè vt iustificarētur homines diuina gratia, veritas de Maria nata est, vt
Ioannes. posset pro illis iustificādis offerre sacrificium passionis & crucis. Nisi enim à nobis sumeret carnem mortalē, Christus mori non posset. Notandum verò quia rectè dicitur redemisse nos non emisse. Ipsius enim antè per naturam fueramus, sed nostris delictis alienati fuimus. Si ergo ad peccata nō redeamus, fructuosa erit nobis redēptio Christi. Quem, Christum, Deus pater, Proposuit. i. longe antè disposuit, & prædixit, vel, Proposuit. i. palam omnibus posuit, Propiciatorem. i. misericordem, & recōciliatorem: &
Aimo. hoc, Per fidem in sanguine ipsius. i. per fidem passionis, sine qua nihil placet deo. vel, Per fidē in san. ip. i. per fidem & passionem, hæc simul iungit, quia neutrū sine altero valet. dico quòd proposuit eum propitiatorē, ad hoc vtiq; s.
Ambrosi. Ad ostensionem iustitiæ suæ. i, vt ostēderet se veracem in promissis. s. vt nos à peccatis liberaret, sicut antè promiserat, quod cum impleuit iustum se esse ostēdit, quæ ostensio necessaria fuit, non solum pro remissione præsentium, sed etiam propter, Remissionem precedentium delictorum. s. eorum quæ præcesserunt Christi aduētum, delictorum dico existentum, In sustentatione dei, deo. s. patiēte & non puniente tunc. Sustentatio enim dei est, vbi peccator non statim punitur vt peccat, sed per patientiam dei adducitur
Origenes ad pœnitētiam. Quiddā igitur sublime dicit Apostolus. s. quod deus, Proposuit filiū suū. Propiciatorē humano generi. Per fidem in san. ipsius. i. per fidem & sanguinis sui effusionem, vt per hoc ostenderet iustitiam suam dum eis remitteret precedētia delicta quæ pessimis tyrānis seruiēdo contraxerant, eo tempore quo sustinebat, & patiebatur de⁹ hoc fieri, qa diu sustinet & supportat peccata hominū, &
Aimo. quod nisi esset, in primo homine finis hoīs p iudiciū fuisset. Ad qd aūt tūc pateretur, & sustineret. ostēdit subdēs. s.
Origenes

Ad

Ad ostensionem iust. eius in hoc tempore. Iustitia hîc accipitur, qua iustificat deus credentes in Christũ. Vel ipse Christus qui iustificat peccatores. Et est sensus, Ad hoc patiebatur delicta vt ostenderet in hoc tempore Christi suam iustitiam quę iustos facit, scilicet quod ipse iustificat & saluat. Quod nullo alio tempore fieri potuit, nisi quo deus dedit, quod olim promiserat dandum. Vel ita, Propter remissionem delictorum, non tantum præsentium hominum, sed etiam hominum præcedentium Christi aduẽtum. Delictorum dico existentium, In sustentatione dei. Illi enim iusti qui præcesserunt Christi aduentum in inferno tenebantur, vsque ad Christi passionem, vbi nec pœnis opprimebantur, nec tamen deum videbant, quod erat eis pœna. Hoc autem erat eis pro peccato primi hominis, siue pro peccato originali, propter quod occlusus erat aditus regni cęlorum, qui per Christi passionem est reseratus. Vnde Zacharias, Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Super hunc locum dicit Hierony. In resurrectione Christi, iusti, qui pro peccato Adæ vincti in inferno tenebantur, resurrexerunt. ¶ Solet autem quæri vtrum antiquis iustis qui in inferno tenebantur peccata essent remissa per fidẽ & pœnitentiam, quam eos verè habuisse constat: & si remissa erant omnia, qua de causa apud inferos detinebantur. Ad quod dicimus, quod omnia erant eis dimissa per fidem, & pœnitentiam, sed omnimodum remissionis effectum consecuti non fuerant. Est enim duplex remissionis effectus, scilicet carere pœna, & frui gloria. Alterum habuerunt ante Christi mortem, quia pœnam actualem non sentiebant: Alterum verò non, quia deum non videbant, sed per Christi mortem data est eis gloria diuinæ visionis à qua differebantur deo sustentante eorum delicta. Ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, id est vt ostenderet in tempore mortis Christi iustitiam suam qua coronat sperantes in se. Vt sit ipse. q. d. ita iustitiam ostendit, Vt ipse sit, id est esse appareat. Iustus, in promissis, dãs quod promisit, aliter non posset iuuare. Et sit, iustificans, id est iustum faciens. Eum qui est ex fide Iesu Christi: nõ ex lege, id est qui credit in Christum. [Vbi est ergo gloriatio

Aimo. Ambrosi⁹ Hiero. Quæstio. Respõsio Ambros.

riatio tua? Exclusa est: Per quam legem? Factorum? Non. Sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominẽ per fidem sine operibus legis. Vbi est &c. Reddita ratione ad eos loquitur qui agunt sub lege, ostendens quòd sine causa gloriantur, blandientes sibi de lege, & de genere Abrahę, videntes non iustificari hominem apud deum nisi per fidem. q.d. Quia ex fide sine lege est iustitia, Ergo ô Iudæe, Vbi est gloria tua? Non potes gloriari. nam illa vitiosa gloriatio tua de superbia veniens Exclusa est. i. ablata est. Et, Per quam legem, scilicet exclusa est. Interrogat Iudæum, vt consideret per quam legem exclusa est superba gloriatio. Nunquid per legem Factorum, id est per legem Mosi, quæ carnalia mandabat. Non, sed per legem fidei. q.d. Attende per quid exclusa est, non per laborem operum, sed facilitatem fidei. Vel ita, Et agit de gloriatione bona. q.d. quia ex fide est iustitia. Vbi est ergo, ô Iudæe gloriatio tua. i. quid est in quo debes gloriari? Exclusa est gloriatio tua. Gloriationẽ laudabilem dicit quæ in domino est eamque exclusam dicit, id est vt emineret expressam: non vt abscederet, pulsam. Vnde & exclusores dicuntur quidam artifices argentarij, in qua significatione etiam accipitur illud in psal. Vt excludantur qui probati sunt argento, id est vt emineant hi, qui probati sunt eloquio domini: ita & hîc dicitur exclusa est, id est manifestata est, & expressata. Gloriatio tua. i. manifestum est in quo debes gloriari, scilicet non in lege factorum, sed in lege fidei, & hoc est quod subdit, Per quam legem? scilicet debes gloriari. per legem Factorum? Non, sed per legem fidei. Quæritur autem quare lex Mosi dicitur lex factorum, & non lex euangelij dicatur lex operum sed fidei, sed iustitiæ, sed spiritus. Quod operæpretium est considerare, si tamen valemus aduertere atque discernere. Magna enim res est, lex enim euangelij & si non habet opera veterum sacramentorum, circuncisionis, scilicet atque cæterorum, habet tamen opera in sacramentis suis, huic tempori congruis, & habet opera misericordiæ in moralibus præceptis. Quare ergo & ipsa non dicitur lex factorum? Ad quod breuiter

Augu. de spũ & lit.
Aimo.
Aimo.
August.
Augu. de spũ & lit.
Quæstio.
Augusti.

ter dicam, quòd lex quæ dicitur operum, minando imperabat, sed gratiam facienti non præstabat. Lex autem quæ dicitur fidei, opera quidem mandat, sed credendo impetrat, vt fiant, & illa opera sequuntur iustitiam. Non enim ex ipsis est iustitia, sed ipsa sunt ex iustitia. ideóque non iustitiam operum, sed opera iustitiæ dicimus. Itaque lex non operum, sed iustitiæ vel fidei vel gratiæ dicitur, quia gratiam perficiendi opera præstat, & iustos facit per fidem. Lex autem operum, vbi iubebantur opera, sed non dabatur gratia. Per legem operum dicit deus homini, fac quod iubeo: per legem fidei dicit homo deo, da quod iubes. Ideo enim iubet lex vt admoneat quid faciat fides, vt cui iubetur si non potest, sciat quid petat. Si autem continuo potest & obedienter facit, debet etiam scire quo donante possit. Arbitramur enim quod lex fidei iustificet. ab auctoritate sua ostendit. q. d. Verè per fidem iustitia est. Nos enim, Apostoli sic, Arbitramur, scilicet hominem, quemcunque etiam Gentilem, Iustificari per fidem sine operibus legis, carnalibus, id est sine circuncisione, aut neomeniis, aut veneratione sabbati. vel Sine operibus legis quibuslibet etiam moralibus. Sed hoc intelligendum est de operibus præcedentibus fidem, non sequentibus, sine quibus inanis est fides, vt ait Iacobus, Fides sine operibus mortua est. Et ipse Paulus ait, Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil sum. Bene igitur Apostolus fidem prædicans gentibus, vt ostenderet non merito bonorum operum perueniri ad fidem, sed fidem sequi bona opera, dicit, Hominem iustifi. per fi. sine operi. lege non quin credens post per dilectionem operari debeat, vt Abraham voluit filium immolare. Sequuntur enim opera iustificatum, non præcedunt iustificandum, sed sola fide sine operibus præcedentibus fit homo iustus, vt non magis sint iusti qui opera legis timore fecerant: cum fides per dilectionem operetur in corde, etiam si foris non exeat in opere. Nam fides quæ per dilectionem operatur, & si non sit in quo exterius operetur, in corde tamen seruiens feruensque seruatur. Et non meritis

priorum

Margin notes: August. — Ambrosi⁹ — August. — Augu. de fide. & operibus. — Augu. in li. 83. q̃st. — Augu. de fide. & operibus.

August. in psal.31. priorum operum, ad iustitiam fidei venitur, in quo Iudæi se præferebāt: bona opera etiā ante fidē inania sunt. Ita.n. mihi videntur esse vt magnæ vires & cursus celerrimus præter viam. Nemo ergo computet verè bona opera ante fidem: vbi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendas quid homo faciat, sed quid cùm facit attendat, quo lacertos optimę gubernationis dirigat. [An Iudæorum deus tantum? Nonne & gentium? Immo & gentium. Quoniam quidem vnus est deus qui iustificat circūcisionem ex fide, & præputiū per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.] An Iudæorum deus tantum? q. d. Arbitramur quemcunque hominem iustificari per fidē, quod credendum est, quia etiā gentium creator est. & hoc est quod ait, An Iudæorum deus tantum, id est creator est, vt eorum tantum per hoc sit credendus iustificator. Nonne & gentium? creator est vt Iudæorum. Immo & gentium, creator est vt Iudæorū, vt eorundem credatur ita iustificator vt Iudæorum. Et verè vtrorumque est ipse deus. Quoniam quidem vnus est deus, id est creator est omnium. q. d. cùm aliis modis possit probari, hoc vnum pono, & cum vnus sit omnium de⁹, iustificat æqualiter omnes per eandem causam, id est per fidem. & hoc est, Dico vnus est deus Qui iustificat circūcisionem, id est Iudæos ex fide. Et iustificat præputiū, id

August. Augu. de spū & lit. Ambrosi⁹ est immundos Gentiles, Per fidem. Non ad aliquam differentiam dictum est hoc, tanquam aliud sit ex fide & aliud per fidem, sed ad varietatem locutionis. Idem est enim quod dicit ex fide & per fidem, quia Apostolus sępe mutat præpositiones in eodem sensu. Et quia dicimus omnes iustificari per fidem. Ergo legem destruim⁹ per fidem? Absit. Non enim destruitur lex, cum impleta secundùm spiritum, cessat secundum literam. vnde subdit, Sed statuim⁹, id est confirmamus. Legem, quia hoc gratia fidei est per quam impletur lex, quæ sine fide infirma esset. Firmatur enim status legis, quia mystica & cærimonialia spiritualiter implentur: & quod minus in moralibus continebat, in euangelio additur: & quod promittebat eis venturum, fides aduenisse testatur. Mystica ergo & promittentia in

euan-

euangelio impleta ſunt,ſecundum ſpiritualem intelligentiam. Litera vero occîdēs,tollitur. Moralia autem in quibus minus continebatur etiam ſecundum literam in euāgelio conſummantur.

CAPVT. IIII.

QVID ergo dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundum carnem? Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam ſed nō apud deū. Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam,ſed ſecūdum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundùm propoſitum gratiæ dei: ſicut & Dauid dicit,beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iuſtitiā ſine operibus. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum.] Quod ſuperius dixerat hominem iuſtificari per fidem,oſtendit per Abraham,in quo omnes confidunt, qui per fidem adeptus eſt iuſtitiam & promiſſionem,& paternitatem.q.d. Et quia nemo iuſtus eſt ſine fide, ergo nec Abraham. Quid ergo dicemus Abraham patrem noſtrum,quem,ſcilicet imitari debemus, Inueniſſe ſecūdum carnem,id eſt ex operibus legis. Dicemus quod fuit iuſtus ex eis? non. Quia ſi Abraham iuſtificatus eſt ex operibus legis, id eſt ſi ex carnali obſeruatione verè iuſtus eſt quod vtique impoſſibile eſt, ſequitur hoc aliud impoſſibile, ſcilicet quod ipſe Habet gloriam æternam,quæ ex iuſtitia ſequitur:ſed à ſe habet eam, Non apud deum, id eſt non à deo. Vel ita, Videtur ſæpe Apoſtolus oſtendere quod duæ quædam ſunt iuſtificationes, quarum vnā ex operibus nominat,aliam vero ex fide: & illam quidem quæ ex operibus eſt,dicit habere gloriam,ſed apud hominem,non apud deum: Illam vero quæ eſt ex fide dicit habere gloriam apud deum,qui inſpicit corda hominum,& ſcit qui credit in occulto, vel non. Et eſt ſenſus Si ergo Abraham ex operibus le.iuſti.eſt, ipſe habet gloriam, ſe

Ambroſ.

Origenes

hac

hac iustificatione, sed apud homines: Non secundum deũ, Quia hæc iustificatio est in opinione hominum, & non
Augu. in psal. 31. apud deum, quia non vera est. Aduertat deus talem gloriam, & illud potius teneamus, Qui gloriatur in domino
Aimo. glorietur. Multi enim gloriantur de operibus cũ sint mali, sicut ille pharisæus gloriabatur qui cum publicano in templum ascenderat, & opera sua iactabat dicens, Non
August. sum sicut cæteri hominum &c. Si ergo ex operibus iustificatus est Abraham, non habet gloriam apud deum, quia qui fecerit, inquit, legem viuet in ea. i. non morietur hîc vt reus, nec tamen meritum ex hoc habebit apud deum, sed fidei causa. Abraham autem gloriam habet apud deũ, non ergo iustificatus est ex operibus: & si hoc est, tunc ex fide iustus est, quod probat subdens. Quid enim scriptura
Aimo. dicit? in Genesi. q. d. attende, quid dicat, & vnde iustus sit. Ecce. Credidit Abraham deo, dicenti, In semine tuo benedicentur omnes gentes, & alia huiusmodi: & ipsum credere, Reputatum est illi ad iustitiam. i. fuit ei sufficiens causa iustitiæ ad salutem, & est aliis: sed tamen ei qui operatur, id est qui habet tempus operandi, Merces non imputatur, id est non dabitur secundum gratiam fidei tantum, sed secundùm debitum operationis suæ. Ei verò qui non operatur, id est qui non habet tempus operandi sicut Abraham habuit, Credenti autem in eum qui iustificat
Ambrosi⁹ impium, id est si credit in Christum qui gratis peccata impio dimittit, Fides eius sola reputatur ad iustitiam, id est sufficit ad iustitiam quam opera non meruerũt, & ita suf-
Augustin⁹ ficit ad salutem. Attende quòd ait Credẽti in eũ, non ei.
Sup Ioã. Non. n. cõtinuo qui credit ei, credit in eũ. Aliud enim est
Beda. credere in eum, aliud credere ei, aliud credere illũ. Nam
De fide. & dæmones credebant ei, sed non credebãt in eum: & nos
Beda. credim⁹ Paulo, & Petro, sed non in Paulũ vel Petrũ. Cre-
August. dere illi est credere esse vera ea quę loquitur, quod & mali faciũt. Credere illum est, credere quod ipse sit deus, quod & mali faciunt. Quid verò est credere in eum? credẽdo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & eius mẽbris incorporari. Hæc est fides quam à nobis exigit deus,
August. in & non inuenit quid exigat, nisi donauerit quod inueniat.
psal. 66. Per hanc fidem iustificatur impius, id est de impio fit

pius,

pius, vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Ea quippe sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectionem Dei. Hæc autem necesse est vt antecedat fides, vt inde ista non ab istis alia incipiat: quia nullus operatur bene, nisi prius credat in deum. Non ergo dicit Apostolus, mercedem reddi secundùm meritum operis tanquam opera quæ deus remunerat ex nobis sint, immò ex gratia Dei sunt. Nam deus per gratiam dedit peccatoribus fidem per quam iustificarétur, vt per fidem iustè viuerent, id est bene operarentur. Quòd ergo bene operamur iam accepta gratia, non nobis, sed illi tribuendum est, qui per gratiam nos iustificauit. Nam si debitam ante gratiam mercedem vellet reddere, pœnam redderet peccatoribus debitam. Non ergo tibi blandiaris de meritis, cùm tibi reddi mercedem secundùm debitum operis audis, tãquam non sit in opere gratia retribuentis, sicut in fide est gratia iustificantis. Vix enim mihi suadeo vllum opus dici ex debito remunerationem dei deposcere, cùm etiã hoc ipsum quod agere aliquid possumus, vel cogitare, vel proloqui, ipsius dono & largitione faciamus. Secũdùm propositum. q.d. Sine operibus præcedentibus iustificatur impius. & hoc Secũdùm propo. gratię dei. i. secũdum gratiã dei propositã hominibus credẽtibus: vel, secũdũ quod de⁹ longe antè proposuit. Vel ita ab illo loco. Ei autẽ, & agit cõtra illos qui merito pręcedentium operũ legis vel quorũlibet dicebãt sibi datam esse fidei gratiã. Quod si ita est, merces non imputatur secũdùm gratiã, sed secũdum debitum: quod si ita est, iam non est gratia. Si enim gratia est, gratis datur. Quid est gratis dat? Nihil boni fecisti, & datur tibi remissio peccatorũ. Attẽdũtur opera tua, & inueniũtur oĩa mala. Malis operib⁹ quid debetur nisi dãnatio? bonis quid debetur? merces. s. regnũ cęlorũ. q.d. Abraham ex fide est iust⁹, sed, Ei qui operatur, illa carnalia legis opera, vel aliqua bona vt gratiã fidei & iustificationis mereatur, si merces est, ei Nõ imputatur secũdum gratiã, sed secũdùm debitũ. i. nõ est ex gratia sed ex debito meriti sui. Ei verò qui nõ operatur, credẽti aũt in eũ q̃ iustifi. i. illi q̃ nõ facit hęc carnalia legis opera, sed tãtũ credit, ĩ Christũ, vt Gẽtilis facit: vel q̃ nõ facit quęlibet bona opera ante fidẽ

Aug. prioribus. In epi. ad Romanũ.

Augu. de fide ad Petrum.

Origenes

Origenes

August. Attende.

Ambrosi.

sed

sed tantum credit, Fides eius rep.adiu.id est sufficit ad iustitiam, & ita attribuit aliis quod dixit de Abraham, scilicet quod si est iustus ex operibus, habet gloriam, sed non apud deum: sed habet gloriam Abraham apud deum, & ideo ex fide iustus est. Dico quod ex fide est iustitia, & hoc est Secundum propo.gra.dei. Sic enim decreuit de⁹,

Ambrosi. vt cessante onere legis, fides iustificet. Hoc autem innuit

Ambrosi. exemplo prophetæ Dauid, subdens, Sicut &c.q.d. dico quod ex gratia est iustitia & salus, sicut & Dauid, dicit, Beatitudinem, hîc & in futuro esse Hominis illius, Cui deus accepto, id est acceptabili tempore, hoc est tempore

Ambrosi. aduentus Christi. Vel aduerbialiter dixit, Acceptò quasi

Aimo. acceptabiliter, id est gratis. Fert.i. quasi impotenti accedere infert, Iustitiam, id est remissionem, & opera bona, hoc sine præcedentibus operibus. Beati quorum &c. Exposito sensu verborum prophetæ breuiter ponit ipsa ver-

Ambrosi. ba.q. Dauid dicit, his vtique verbis. Beati, sunt illi, Quorum iniquitates, sine opere & labore pœnitentiæ Remissæ sunt, à deo per baptismum, vt iam non dominetur peccatum in mortali corpore, & si sit. Et intelligitur hîc per iniquitates originale peccatum, scilicet fomes peccati, qui dicitur concupiscentia, vel concupiscibilitas, siue lex mébrorum, siue languor naturæ, & aliis nominibus. Ista autem concupiscentia, vel concupiscibilitas quæ dicitur fomes peccati, ante baptismum culpa est & pœna, post baptismum autem pœna est & non culpa, quæ paruulum habilem concupiscere, vel non concupiscere facit. Adultum verò etiam concupiscere, quæ licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum, quæcunque tamen proles nasci-

Augu. de nupt. & concupis. tur, obligata est originali peccato. Dimittitur ergo concupiscentia carnis, in baptismate, non vt non sit, sed vt nó imputetur peccatum, hoc est enim non habere peccatum, non esse reum peccati. Quomodo enim alia peccata prætereunt actu & remanent reatu, vt homicidia & similia: ita econtrario fieri potest, vt concupiscentia, id est vt concu-

August. piscibilitas prætereat reatu, & maneat actu. De hac ita ait Augustinus, Manet quippe in corpore mortis huius carnalis cõcupiscentia, cuius vitiosis desideriis nos non obedire præcipimur, quæ tamen concupiscentia quotidie minuitur

nuitur in proficientibus,& continentibus. Quia enim dũ sibi inuicem vir mulierque miscentur, sine libidine nõ est parentum concubitus, ob hoc filiorum ex eadem carne nascentiũ,non potest sine peccato esse conceptus: vbi peccatum non transmittit propagatio,sed libido:nec fœcunditas humanæ naturæ facit homines cum peccato nasci, sed fœditas libidinis quam homines habent ex illius primi iustissima condemnatione peccati. Ideo beatus Dauid propter originale peccatum quo naturaliter obstricti filij sunt iræ,dicit, In iniquitatibus concepit,scilicet & in peccatis concepit me mater mea. Ecce, Ex his liquet concupiscentiam esse originale peccatum. Originale autem dicitur, quia ex vitiosa originis nostræ conditione trahitur. Non enim quia ab Adam descẽdimus per carnis propaginem, ideò originali peccato tenemur, cùm & Christus ab eo descenderit qui omni peccato caruit: sed quia vitiosa lege concipiendi, ex peccato primi hominis accedenti, concepti sumus, id est carnis concupiscentia, ideo peccati rei sumus, quod originale dicitur. Ecce breuiter assignatum est quid sit originale peccatum,& quare dicatur originale,& quare imputetur posteris,& quomodo in baptismate remittatur, vt scilicet non remaneat post baptismum culpa,sed pœna & illud quod remaneat non iam dominetur, si perseueret homo in gratia baptismi. Ideò cautè ait, Beati quorum remissæ sunt,&c. mitigatę & quãtum ad culpam deletæ, sed non quantum ad pœnam. Et, Quorum peccata, actualia, tecta sunt in baptismo. Peccata dicit quæ sunt in actu,quæ ita in baptismo tecta sunt, vt vltra, non videantur à deo ad pœnam, quia hoc est deum videre peccata. Omnes beati habent quod volunt,non tamen omnes qui habent quod volunt continuò sunt beati: continuo autem miseri sunt,qui vel non habent quod volunt,vel id babent quod non rectè volunt. Beatus igitur non est,nisi qui habet omnia quæ vult, & nihil vult male. Et quia nullus est sine peccato originali, vel veniali,subdit, Beatus vir cui non imput.dom.ad pœnam, Peccatum, originale quod aliunde est, vel veniale. Vel aliter, Tres gradus delictorum fecit. Videtur enim tripertita ratio in his dictis propter delictorum varietatem. Primus gradus

August.

Augu. de nupt. & concupis.

Augu. de trinitate.

Ambros.

niquitas, vel impietas est, scilicet cum creator non agnoscitur. i. infidelitas. Secundus gradus est in operibus grauium peccatorum. Tertius verò leuium. Remittere verò & regere, & nō imputare vnius rationis & sensus sunt verba, quia & cum tegit remittit, & cum remittit non imputat. Sed ad laudem gratiæ dei prolixius loquitur. [Beatitudo hæc in circuncisione tantum manet, an etiam in preputio? Dicimus enim, quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? In circuncisione, an in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio. Et signum accepit circuncisionis signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio: vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam: & sit pater circuncisionis non his tantum qui sunt ex circuncisione, sed & his qui sectantur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.] Beatitudo hæc &c. Ex verbis prophetæ probauit beatitudinem esse ex gratia per fidé, nunc quærit in quibus sit, an in Iudæis tantum an etiam in gentibus. q. d. cum constet quòd beatitudo ex gratia sit per fidé, modò queratur in quibus sit, Beatitudo ergo hęc tantū manet in circuncisione, hoc est in Iudæis. An etiam in pręputio. i. in gentibus. i. nūquid beatitudo, Abrahæ filiis solis cōcessa est, an etiā his qui ex gentibus sunt? Deinde huius quęstionis rationem aperit dicēs, Dicimus enim &c. q. d. hoc ideo quęro, quia dicimus ex sensu legis loquētes. Quia fides reputata est Abrahæ ad iu. nō circūcisio. i. vobis legem intelligentib⁹ cōstat de Abrahā quòd iustus est per fidem: & cum hoc cōstet, Quomodo ergo reputata est. i. in quo statu, cum esset, In circūcisione, an etiam in præputio. i. postquàm circūcisus est vel antequā esset circūcisus: & sicut in eo videbitur sic in aliis credi poterit. Deinde soluit vtrique simul quęstioni respōdens. Non in circuncisione tantū. i. in Iudæis, hæc est beatitudo. Sed etiā in præputio. i. in gētibus similiter: nō, In circūcisione. tātum. i. tēpore circūcisionis reputata est fides Abrahę ad stitiam, sed In præputio. i. tēpore præputij. Et signū accepit &c. Respōdet Apostolus his quę obiici rectè poterāt s. cum ante circūcisionem per fidem iustus esset: quare fuerit circūcisus, & quasi quis diceret, Cum ante circūcisionem iustus

iustus esset Abraham, cur ergo circuncisus? Respōdet non Augustin.
sine causa, & nō superfluè. Sed accepit signū circuncisio- Ambrosi.
nis.i.accepit circuncisionē in signum.s. nō qua fieret, sed
qua iustus ostēderetur.q.d.accepit circuncisionē, quæ cir-
cuncisio est iustitiæ signū iam habitæ. Nō ergo circūcisio
aliquid magnæ dignitatis habebat, sed signū erat ei tātū.
Circuncisio.n.exterior dicitur signum interioris circūci-
sionis: tale.s.signum, Quod sit signaculum.i.habēs simili-
tudinem signatæ rei. Vt sicut carne libidinis homo in cir-
cuncisione spoliatur: sic anima spolietur omnibus sordib9
primæ natiuitatis. Et quia nōdum dixerat cuius rei signū
sit, subdit, Iustitiæ fidei.q.d. accepit circuncisionem in si-
gnum huius rei.s. Iustitiæ fidei.i.iustitiæ quę ex fide. Vel Origenes
alio modo, & alia ratione dicitur Signaculum.q.d. Accē-
pit circuncisionem in signum, quod signum est signacu-
lum, id est celans quoddam mysterium quod celatur ini-
micis.i.infidelibus: & seruatur amicis.i.fidelibus ad simi-
litudinem sigilli quod imprimitur: vt, quod occultum vo
lumus esse, omnibus non pateat. Hoc est autem mysteriū
quod circuncisio quasi celatum continet. s. quod sicut in
octaua die circūciditur homo, sic in octaua ętate post finē
septē dierū seculi, auferetur oīs vetustas, culpę.s.& pœnę.
Hic vidēdū est in quo primò instituta fuerit circūcisio, & Alcuinus
quare, & qd cōferret, & quare mutata fuerit tēpore gratię,
succedēte baptismo. Abrahę primum circūcisio cōmēdata
est, vt sub lege mādati esset, & sic probaretur, an cōpleret
vel nō. Sicut Adam mādatū accepit, ne de ligno māduca-
ret, ad probationē obediētię, & sicut pręcepta fuit circūci-
sio Abrahę, ita & semini eius.i. Hebræis ex eo nascituris:
& fiebat octaua die, lapideo cultro in carne pręputij sicut
pręceptū erat. Quinq; autē de causis data fuit circuncisio.
Primùm, vt per obediētiam mādati Abrahā placeret deo, Strabus.
cui per pręuaricationē Adā displicuerat. Secūdò, in signū August.
magnæ fidei Abrahæ. Credidit enim se habiturum filium Ambrosi.
in quo benedicerentur omnes gentes per fidem, & per quē
spiritualis circuncisio impleretur, sicut iustificatus est &
ipse. Tertiò, vt hoc signo discerneretur à cæteris natio-
nibus ille populus. Quartò, vt circuncisio facta, in viri-
li membro per quod generatur creatura mortalium, & August.

Strabus. August. in quo libido solet dominari, castitatem mentis & corporis seruandam, & impudicitiam recidēdam indicet. Quintò, ideo præcepta fuit, quia non posset melius significari per Christum tolli originale peccatum: cum præputio quippè omnis homo nascitur, quemadmodum & cum originali peccato: & circuncisus præputiatū gignit, traiiciēs in illum quo ipse iam caruit, sicut baptizatus in filium quē carne generat reatum traiicit originis, à quo ipse iam liber erat. In carne præputij ideo iussa est fieri, quia in remedium instituta est, scilicet contra originale peccatū, quod à parentibus contrahimus: cōcepti in concupiscentia, quæ in parte illa magis dominatur: & quia in illo membro culpā inobedientiæ primus homo cognouit, decuit vt in hoc membro signum obedientiæ acciperet. Fiebat autem octaua die lapideo cultro, quia post septenarium vitæ huius in octaua ætate quæ erit resurgentium, omnis ab electis per petram Christum abscidetur corruptio carnis & spiritus, quando liberabimur à seruitute corruptionis: & per Christi resurrectionē in octaua factam, circuncidetur à peccatis anima cuiusque credentis in eum. Duæ itaque sunt res illius sacramenti, scilicet circuncisio à peccatis in hoc præsenti, & circuncisio ab omni corruptione in futuro. Conferebat autem circuncisio suo tempore remissionem peccatorum, sicut & nunc baptismus. Idem enim salutiferæ

Beda. curationis auxilium circuncisio in lege contra originalis peccati vulnus præbebat, quod baptismus agere reuelatæ tempore gratiæ consueuit: excepto quod regni cælestis ianuam, necdum intrare poterant, tantum in sinu Abrahæ post mortem beata requie consolati supernæ pacis ingressum spe felici expectabant. Item, Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his qui prodierunt de Abrahæ stirpe, mysterium circuncisionis.

Grego. in moralib⁹.

Ecce ex his auctoritatibus patet, per circuncisionem peccatorum fieri remissionem, sicut & per baptismum. Cur ergo mutata est circuncisio per baptismum? Quia sacramētum baptismatis perfectius est, quia & magis commune, & magis gratiæ plenum. In circuncisione nāque tantū peccata remittebantur, sed non gratia ad bene operandū, per eam

eam præstabatur, nec virtutes dabantur vel augebantur. In baptismo autem peccata dimittuntur, & gratia cooperandi confertur, & virtutes augentur. Ideo rectè Apostolus ait, quòd Abraham accepit circuncisionem tantum in signum, quod est. Signaculum. In signum, dico, Iustitiæ fidei, quæ iustitia fidei, vel fides est ipsi Abrahæ In præputio.i. in tempore præputi .s. antequam circuncideretur, & ideo in tempore præputij habuit ex fide iustitiam. Vt ipse sit, id est vt ostendatur esse pater, id est fidei auctor exemplo, Omnium credentium. Si pater dico etiam, Per præputium, id est tempore præputij. vel, Per præputium.i.id quod est ei datum in tempore præputij.i.per fidem. Nota diligenter, per, insolentem præpositionem.i. præter solitum hic positam, quæ nonnulla animaduersa explicat. potest enim sic intelligi. Per præputiū.i. in præputio, vt dicitur per illud tempus, id est in illo tempore. vel per præpu.i.per id quod est datum ei in tempore pręputij. Si enim post circuncisionem, diceretur ex ea hoc accepisse, hîc agit de paternitate, quam per fidem, Abrahā consecutus est. Nam per carnem Iudæorum tantum pater est: fide verò omnium credentium tam Iudæorum quàm gentium, ita eorum pater est. Vt & illis, credentibus, Reputetur, ipsum credere, Ad iustitiam, id est ad remissionē peccatorum & bona opera. & ita sit, Pater, spiritualis, Circuncisionis, id est auctor iustitiæ quæ ex fide sit per exēplum. Non tantum his qui sunt ex circuncisione, carnali, id est Iudæis, est Abraham pater: vel reputatur fides ad iustitiam, Sed & his, quicunque sint, Qui sectantur vestigia fidei Abrahæ, vt ita amplè credant, sicut ille credidit. Abrahæ dico, Patris nostri, id est patris omnium credentium, Quæ fides data est ei, In præputio, id est in tempore præputij, sicut iam dictum est. Non enim &c. dixit quod Abraham non per legem, sed per fidem iustitiam consecutus est, & paternitatem: nunc de promissione agens addit, quod per eandem fidem promissionem habuit, & hæreditatem. q. d. per fidem est paternitas, quia per eam est promissio, non per legem vel circuncisionem quæ nôdum erant. & hoc est, [Non enim per legem facta est promissio ipsi Abrahæ aut semini eius vt hęres esset mūdi, sed per

Nota.

Ambrosi.

Aimo.

Aimo.

Ambrosi⁹

iustitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur.
Ambrosi⁹ Vbi enim nõ est lex, nec preuaricatio.] Nõ enim per legẽ
Aimo. facta est promissio, ipsi Abrahæ, aut semini eius .i. ad opus
Ambros. seminis eius, s. credentium omnium qui sunt semen Abrahæ, non carne sed imitatione. Vel, Semini eius .i. Christo, cui dicitur facta promissio, quia in eo implenda erat. Quę
Ambrosi⁹ promissio? hæc. s. vt, Esset hæres mũdi. Nondum enim lex data erat, quando hæc promissio facta est. Abraham dicitur hæres mundi .i. possessor aliquorum de toto mundo qui
Aimo. eum imitentur. Quia omnes credentes per fidem filij sunt Abrahæ, & ipse in Christo qui ex eo natus est, possidet omnia. Abraham ergo mundi hęres est, & in se & in semine suo .i. Christo: sed in se, per exẽplum: Christus autem hæres est .i. dominus mundi, secundum potestatem, per quem benedictio filiis Abrahæ fit, cui dedit pater gentes, & terminos terræ: sicut ait Dauid, Dabo & gentes &c. Itaq; in
Aimo. illo est impleta promissio qua dictum est Abrahæ, Patrẽ multarum gẽtium posui te. Et item, In semine tuo. b. o. g. & alia huiusmodi. Hæc promissio, vt dictum est, non est facta per legem, Sed per iustitiam fidei, per quam benedicuntur homines, & fiunt filij Abrahæ. Si enim &c. Dixit per iustitiam fidei promissionem hæreditatis factam Abrahæ, non per legem: nunc dicit, per eandem iustitiam fidei fieri hæredes Abrahæ, non per legem. quasi dicat, Verè Abraham non est hæres mundi per legem, quia filij eius non sunt per legem. qui filij dicuntur hic hæredes? scilicet
Ambrosi⁹ quos ille habet possidentes. Et verè Non, quia si hoc verũ esset, scilicet, Si, illi, Qui sunt, hæredes tantũ Ex lege sunt, id est esse dicuntur heredes, hęc inconuenientia sequũtur, quod, Fides est exinanita, id est frustrata, qua constat iu-
Ambrosi. stum fuisse Abraham. Et promissio est abolita .i. inexpleta
Augustin⁹ vt nulli sint hæredes. Lex enim, nõ facit aliquos hæredes. nam potius, Operatur iram .i. pœnam. Ad hoc enim data est vt reos faceret delinquentes, non efficienti causa, sed non adiuuante gratia. Vel vt reos faceret temporalibus pœnis iram operatur, nam præuaricationem: ex ea enim est præuaricatio. Quod qualiter dictum sit, aperit dicens,
Ambrosi Vbi enim non est lex. q. d. Ideo dico ex lege esse iram & præuarica-

præuaricationem, quia ſine ea non eſt. Vbi enim non eſt lex, nec præuaricato. hoc ideo dicit, quia ſublatis de lege data eſt venia: iuſtificatis, nulla eſt prȩuaricatio. Iuſtificati enim ſunt qui per præuaricationem legis fuerant peccatores. Nota quod non ait vbi non eſt lex, non eſt iniquitas: ſed ait, non eſt prȩuaricatio. Omnis enim legem prætериens iniquus eſt, ſed non omnis iniquus eſt legẽ prætеriẽs. Qui enim legẽ nõ acceperũt, iniqui dici poſſunt, prȩuaricatores autẽ dici nõ poſſunt. In hoc ergo oſtendit ꝙ præuaricatio omnino eſſe nõ poſſit, vbi lex non fuerit: nec ira tanta, ſine lege. [Ideo ex fide vt ſecundùm gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omniũ noſtrũ: ſicut ſcriptũ eſt, Quia patrẽ multarũ gẽtiũ poſui te ante deum cui credidiſti: qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ nõ ſunt, tãquam ea quæ ſunt: qui cõtra ſpem in ſpem credidit, vt fieret pater multarum gẽtium, ſecundùm quod dictum eſt ei, Sic erit ſemen tuum, ſicut ſtellæ cæli & arena maris.] Ideo ex fide &c. Ex prædictis infert, ex fide fieri hæredes Abrahæ. q. d. Et quia hæc inconuenientia ſequerentur, ſi ex lege eſſent hæredes, Ideo, ex toto patet quod ſunt hæredes, Ex fide, quȩ eſt donum miſericordiæ, & ſic eſt firma promiſſio omni ſemini Abrahȩ. Vnde ſubdit, Vt firma ſit promiſſio omni ſemini Abrahȩ. i. Iudȩo & Gẽtili imitatori. Solis enim imitantibus firma eſt promiſſio. ſ. quod filij ſunt dei. Firma ſit, dico, Secundum gratiam fidei non ſecundum merita legalium operum, ſeu quorumlibet fidem prȩcedentium. Firma enim promiſſio eſſe non poteſt omni ſemini niſi ex fide, quia origo promiſſionis ex fide eſt, per quam purgandi ſunt vt digni ſint dici filij dei. Non ei &c. q. d. Firma eſt promiſſio per gratiam fidei omni ſemini, Non ſolum ei qui ex lege eſt, id eſt non tantum ei qui ex veteri lege venit ad nouam, id eſt Iudȩis, Sed & ei, quicunque ſit, Qui ex fide eſt Abrahȩ. i. qui ſequitur fidem Abrahȩ quam Gentilis habuit, vt eſſet iuſtus. Vel ita, firma eſt promiſſio omni ſemini & non tantum ei, Qui ſolum eſt ex lege, id eſt qui de operibus legis præſumit, quia hic talis à gratia dei excidit, Sed ei, ſolummodò, Qui eſt ex fide Abrahæ, id eſt

August.
August.
August.
August.
Ambroſ.
Auguſtin' de bap. p.

qui imitatur fidē Abrahæ: & ideo causa fidei à lege recedendum est, vt sit firma promissio. Lex enim sine gratia promissionis non solum non aufert, verū etiam auget peccatum: non quia sit efficiēs causa peccati, cum sit sancta & bona: sed quia ea data, augmentum peccati accessit, quod sine ea non accessisset. Multa enim sunt quæ dicuntur efficere aliqua, non quod ipsa efficiant, sed quia sine ipsis nó fierent illa quæ fiunt. Qui, Abraham, Est pater, id est institutor per exēplum fidei, Omnium nostrum, scilicet credentium pater est. Sicut scriptum est, in Genesi. Quasi dicat, Hoc est in quo consentit authoritas dicens, Quia posui te, ô Abraham, id est constitui te, Patrem. i. authorem, secundùm fidem non modo circuncisorum, sed & Multarum gentium. in quo percutitur Iudæorum superbia, qui gloriantur de progenie Abraham descendere. Non enim carnaliter circuncisæ genti tantum factus est pater, sed etiam incircuncisis gentibus fidem Abrahæ imitantibus. Te, dico, qui es, Ante deum, id est places deo. Cui credidisti, quasi dicat, per fidem ei places. Qui viuificat. Hæc sunt verba apostoli. q. d. & ipse est cui meritò credendum est, quia ipse est Qui viuificat, per fidem & gratiā, Mortuos, id est Iudæos mortuos in peccatis. In hunc ergo securè creditur, qui mortuos iustificat. Et vocat, per gratiā. Ea quæ non sunt, id est gentiles qui nil videbantur esse, Tanquam ea quæ sunt, id est Iudæos qui aliquid esse videbantur. Qui enim adhærent ei per fidem & dilectioné, esse dicuntur: qui verò in peccatis mortui sunt, sicut erāt gentiles, quia non adhærerent ei qui verè est, non esse dicuntur. Vel ita, secundum aliam literam, Qui vocat ea quę non sunt tanquam quæ sint. Non ait vt sint, sed tanquam sint, quia prædestinata sunt, & disposita. Sic enim ea quæ futura sunt, iam apud deum sunt: apud deum quippè iam factum est, quod eius dispositione, vel prædestinatione futurum est. vnde alibi, Qui fecit quæ futura sunt, & alibi, Qui elegit nos ante mundi constitutionem. Quis sufficit hoc explicare? Eliguntur qui non sunt, nec errat qui eligit, nec vanè eligit. Eligit tamen, & habet electos quos creaturus est eligendos, quos habet apud semetipsum, non in natura sua, sed in præsentia sua: nondum erant, quibus promitte-

Margin notes: Augu. in psal. 118. — Aimo. — Aimo. — August. — Aimo. — August. — Augu. de verb. do.

promittebatur: ſed quibus promiſſum eſt,& ipſi promiſſi ſunt. Vocat ergo quæ non ſunt, tanquam quæ ſint, id eſt his qui non ſunt, diſponit & præparat ab æterno, gratiam iuſtificationis & glorificationis, apponendam in tempore tanquam ſint, id eſt tanquam illis qui iam ſunt apud deum per prædeſtinationem: in quo ſola apparet gratia. Non enim homo qui non erat, promeruit, vt eſſet, vel vt bonus eſſet, vel beatus. Si enim promeruit, iam erat, ſed nondum erat, ergo non promeruit, ſed electionis gratiam habuit, vt totũ corpus Chriſti dicat, gratia dei ſum, id quod ſum. Communis enim eſt natura omnibus, ſed non gratia: niſi ipſa natura putetur eſſe gratia, quia gratis cõceſſa eſt. Excepta ergo illa gratia de qua modo nõ agitur qua condita eſt humana natura, ſcilicet qua homines ſumus, quę Chriſtianis paganiſq; communis eſt, hæc eſt maior gratia, & ſolis electis conceſſa, nõ quòd per verbum homines creati ſumus, ſed quòd per verbũ carnẽ factũ, fideles beatiq; facti ſumus. Vel, Vocat, id eſt agnoſcit, Ea quæ non ſunt, in actu, tanquam ea quæ ſunt. Qui contra ſpem &c. Commendato illo cui credidit Abraham, incipit commendare fidem ipſius Abrahæ, vt alii eum imitentur. Q d. meritò Abraham eſt pater omniũ. Qui contra ſpem, priorem, quę erat de natura. id eſt ſecundũ naturalem conſuetudinem, Credidit, deo promittenti, In ſpem, id eſt ſperans & ſecurè expectans quod promiſſum erat. Prior ſpes, ſecũdum naturam fuit, ſcilicet dum iuuenis ex iuuencula ſecundum naturam ſperauit, ſobolem nec tamen habuit: modo contrariũ illi ſpei ſperauit, ſcilicet vt vetulus ex vetula & ſterili generaret ex dei potentia, quæ ſpes eſt gratiæ. Credidit, dico, Vt, ita, Fieret, pater multarũ gentium. Per fidem ita impleri credidit, ſcilicet, Secúdùm quòd dictum eſt ei, id eſt promiſſum, in Geneſi ſcilicet. Sic erit ſemen tuum, ſicut ſtellæ cæli, & arena maris, id eſt innumerabiles erũt, qui ex te naſcentur, qui & boni per ſtellas ſignificantur: & mali, qui per arenam intelligũtur. Ita Abraham credidit.

August.

Augu. de verb. apo.

Aug. in. 5 lib de tri.

Aimo.

Aimo.

Aimo.

[Et non infirmatus eſt in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuam, cum iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ In repromiſſioue etiam dei non hæſitauit diffidentia: ſed cõfortatus eſt fide, dans gloriam

deo:

deo: plenissimè sciens, quia quæcunq; promisit deus, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.]

Aimo. Et non infirmatus est in fide. Infirmatur ille qui hæsitat: & si causam qua posset infirmari, haberet, scilicet suam senectutem, & Saræ sterilitatem & senectutem. vnde ait, Nec considerauit corpus suum esse emortuum, ab opere generandi filios: Cum ferè centum esset annorum. Et similiter non considerauit. Vuluam, Saræ esse emortuam. Non sine causa hæc & alia contra naturã fecit deus. Ideo enim talia fecit vt errorem auferret, & se omnipotentem deum omnium monstraret. Aliqui enim inflati ratione mundi, deum neglexerũt. Ideo quæ mundo impossibilia sunt, fecit deus, vt qui per hęc crederent saluarentur, dei dominio mancipati. Attendendum est etiam quod non præter magnæ rei figuram, Isaac contra naturam generationis humanæ fuit promissus. Hoc enim fuit in signum, dei filium contra naturam humanam & rationem ex homine nasciturum, filiosq; hominum per spiritum regenerationis ex peccatoribus filios dei: ex mortalibus, immortales generandos. Et non solum in promissione non hæsitauit Abraham, sed etiam, In repromissione dei, id est quando iterum angelus promisit, Secundum tempus hoc veniam, & erit Saræ filius. Et si ipsa promissio differetur, Non, tamen, Hæsitauit diffidentia: sed confortatus, id est confirmatus, Est fide, dans gloriam deo, de constantia fidei. Plenissimè sciens, multo intuitu virtutis dei, Quia quæcunq; promisit deus, potens est facere, vt promittere, id est ita leuiter potest facere, vt promittere. Hoc gentes imitari debent, vt scilicet credant, sicut Abraham credidit, scilicet deũ posse quæcunq; promisit. Et nota quod nõ ait, Quæcunq; prædixit, vel præsciuit, sed, Quæcunq; promisit potens est facere, quia omne quod promisit ipse facit, & si enim faciunt homines bona quæ promisit, ipse tamen facit, quia facit vt illi faciant, non illi faciũt vt ipse faciat quod promisit. Alioquin vt dei promissa impleantur, non in dei, sed in hominum est potestate. Promisit ergo quod ipse facturus fuerat, nõ quod homines. Non enim de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit. Congruè ergo non ait prædixit, vel præsciuit. Nam & aliena facta

Margin notes (left): Aimo. — Aimo. — Ambrosi. — Ambrosi. — Augu. de correctione & gratia. — Augu. ad Prosperũ. & Hila.

facta potest prædicere atq; præscire : sed promisit, vt hoc intelligeretur promittere quod ipse facit. Non enim ipse promittit, & alius facit : quod iam non esset promittere, sed tantum prædicere. Ideo &c. quasi dicat. Quia Abraham confortatus est fide, ideo & ipsum credere, Reputatum est ei ad iustitiam. Q.d. per hoc quod credidit, & accepit promissum, & iustus factus est. Et quasi aliquis diceret, Quid hæc ad nos? subdit. [Non est autem scriptum, tãtum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam : sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.] Non autem scriptũ est, tãtum, propter ipsum, id est propter laudem ipsius, hoc scilicet, Quia reputatum est illi ad iustitiam : sed & propter nos instituẽdos, quibus reputabitur fides ad iustitiã credentibus in eũ. s. deum patrem, Qui suscitauit dominũ nostrũ Iesum Christum. Q.d. qui hęc fecit, nobis proderit. Suscitauit dico, A mortuis. i. à sepulcro, qui propriè locus est mortuorũ. Pater suscitauit filiũ, & ipse fili⁹ secũdùm quod deus suscitauit semetipsum. Quod idẽ operatus est & spiritus sanctus. Qui Christus à deo patre, à Iuda, à Pilato, Traditus est, in mortẽ, Propter delicta nostra tollenda, iure diaboli destructo. Et resurrexit propter iustificationẽ nostrã. i. vt iustè viuam⁹, quod aliter nõ poteram⁹. Nota quòd vtraq;. i. mors & resurrectio Christi, delicta nostra tollũt, & vtraq; iustificãt: tamẽ mors Christi sola ĩteritũ vitæ veteris significat, & in sola resurrectiõe, noua vita signatur: quæ à iustificatiõe incipit, & ĩ immortalitate perficietur: ideoq; cõgruè quãtũ ad significationis diuersitatem verba diuisit dicens, Traditus est propter dilicta nostra, & resurrexit propter iustificationum nostram.

Aimo. Aimo. Aimo. August.

CAPVT. V.

IVstificati ergo ex fide pacẽ habeam⁹ ad deũ p dominũ nostrũ Iesum Christũ, per quẽ habem⁹ accessum per fidẽ in gratiã istã, in qua stamus & gloriamur in spe glorię filiorũ dei] Ostẽdit iustitiã esse ex gratia fidei, sine lege. Hîc ostẽdit ex eadẽ alia plura bona esse. Q.d. quia ex fide est iustificatio, igitur pacem habete cũ deo. Q.d. hæc dissen-

dissentio quæ inter vos est, contra deum est. Iudæi namq; & gens inter se disceptabant, & Iudæi quidem de antiquę legis operibus. Gentiles verò de noua Christi vocatione, præsumptiuè gloriabantur, & merita iactabant, ideoq; vtrorumq; iactantiam reprimens, ad pacem monet, & ne indignentur se eis annumerat. quasi dicat, Quia ex fide est iustitia, igitur & nos iustificati ex fide, non ex lege, non ex nobis, id est non propter aliquod meritum nostrum quod præcesserit fidem. Pacem habeam⁹ ad deum, quam nō habetis vos Romani, dum inuicem arrogatis. Attende quod hîc ait, Iustificati ex fide Qui supradixit iustificati gratis per gratiam, hoc ideo dixit ne ipsa fides superba sit: nec dicat sibi, si ex fide, quomodo gratis? Quod enī fides meretur, cur non potius redditur, quam donatur? Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit, vt mereat iustificationem, habeo fidem: Respōdetur ei, Quid habes quod non accepisti? Cum ergo fides impetrat iustificationem, sicut vnicuiq; deus partitus est mensuram fidei, nō gratiam dei, aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici, voluntate comitante, non ducente: pedissequa, non præuia. Verè igitur ex fide iustificati sumus: & per eam, Pacem habeamus ad deum. Pacem nanq; cū deo habere fides facit, non lex: hæc enim nos reconciliat deo, sublatis peccatis, quæ nos fecerāt inimicos. Pacem autem ille habet cum deo, qui aduersum mandata eius contraria voluntate non litigat, qui sequitur iussa domini, & ad omne præceptum diuinum suum flectit arbitrium. Pax enim vera est, concordare moribus probis, & litigare cum vitiis. Contrà pax huius mundi, quæ per amica est vitiis, deo dissidet. quam Christus nō venit mittere sed tollere. Dico, habeamus pacem ad deum, quia ei reconciliati sumus per ministerium gratiæ. s. Per dominū nostrum Iesum Christum i. per auxilium & gratiam eius, Per quem &c. Enumerat beneficia, quæ à Christo habentur, dicens, Per quem Christum i. cuius ope, Habemus accessum per fidem. i. introitū, vel aditum, non modò ad deū sed, Etiam in gratiā istam i. in bonam vitæ obseruantiam, In qua stamus, spe supernæ claritatis erecti, qui antè occidimus in Adam. Et gloriam in spe gloria filiorum dei i. ange-

[Marginal notes: Aimo. — Augu. ad Bonif. pa. — Vide qd dicatur. — Idem in eodem. — Ambrosi. — Cassiodo. — Paulinus. — Ambrosi⁹ — Aimo. — Ambrosi⁹]

angelorum, vel sanctorum. i. gloriamur de eo quod speramus, gloriam quam filii dei habent. s. angeli vel sancti. [Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur: patiẽtia autem probationẽ, probatio verò spem. Spes autem nõ confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ, qui datus est nobis.] Non solum autem, gloriamur de spe gloriæ, Sed etiã gloriamur, per gratiam eius. In tribulationibus, quas pro Christo patimur, quibus itur ad gloriam. Per tribulationes enĩ oportet nos intrare in regnum cælorum. Vel dei, ideoq; gloriãdũ in his dicit. spei enim addita tribulatio augmentum facit præmii, in- Ioan. Da.
dexq; est fixæ spei tribulatio. Non enim est magnum gloriari in lætis: recti corde, etiã in tribulationibus gloriantur, magnitudinem præmii cognoscentes, dè tribulatione Aimo.
finienda: infinitum præmium acquisituri. Scientes &c. August.
Quasi. d. cur gloriamur quia sumus, Sciẽtes quod tribulatio operatur patientiã, quia per exercitiũ tribulationis docetur aliquis strenuus, dũ fortiter tolerat tormẽta: p quod sancti martyres vicerunt sæuitiam tyrannorum. Operatur ergo patiẽtiam vel eam augendo, vel potius ostendendo. Quod autẽ tribulatio nõ tollit patientiã, sed auget, hoc facit charitas, quæ est proprium donum spiritus sancti, Patientia operatur probationẽ. i. purificationem. Quãto ma- Augu. in
gis enim quis patitur, tãto purior redditur, dum anima fi- lib. q̃stionum. 83.
delis non resistens ordinationi dei, nõ diligit eius voluntatem, cuius malitiæ potestas datur in bonos, sed eius voluntatem à quo hęc potestas datur. Cum ergo quis intelligens quòd non est potestas, vel dæmoniũ, vel persecutorũ, nisi à deo, sustinet patiẽter, probatur. i. bonus esse mõstratur, & efficitur melior, tanquã aurum quod per ignem & purum ostenditur, & purius redditur. Hæc verò probatio, operatur, Spem. i. certitudinem futuræ gloriæ. Spes enim Aimo.
est certa expectatio futuræ gloriæ, quæ humanæ rationi Ambrosi.
vana videtur, sed testimonio virtutis. i. patiẽtiæ, vel mira- Aimo.
culorũ firmatur. Qui enim inter tribulationes, & aduersa probabilis existit per patiẽtiam, ille securus prẽmiũ futurę beatitudinis expectat. Spes autẽ hæc, quanuis stulti & hebetes à perfidis iudicemur, credẽtes ea quæ mũdana carẽt

ratione

ratione, Non, tamen, Confundit, id est non facit erubescere, quia impletur. Confunditur enim qui quod sperabat non inuenit, sicut contingit illi qui sperat in homine. hæc autem spes ideo non confundit, quia est in deo, qui nō fallit, nec fallere potest, non in homine mēdace. Maledictus enim qui spem suā ponit in homine. Quia charitas, Q.d. dico quòd spes non cōfundit i. impletur, & constat eā esse implendam ex eo, quia charitas dei est, Diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctū. Non enim à nobis est charitas nobis. Qui, spiritus. Datus est nobis. i. ex eo cōstat eā implendam, quia iam spiritum sanctū in arram habemus, quo charitate diffusa in cordibus nostris, deum latè diligimus. Verbum effusionis largitatem muneris notat, sicut & in Iohel. Effundā de spiritu meo supèr omnē carnem. Fidele autem promissum dei esse probat spiritus sanctus datus nobis qui est pignus implendæ spei. Attende quod gradatim apostolus perducit vsq; ad charitatē dei, quę maior est aliis: quā cum dicit nos habere per donum spiritus, mōstrat illa omnia deo esse tribuenda. Ergo vnde est tibi, ô homo, charitas, nisi quia diffusa est per spiritum sanctū in cordibus? Ideóq; ne quis eā putaret se habere per proprium arbitriū, cū dixisset, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris: addidit, Per spiritū sanctū qui datus est nobis. A quo, nisi ab illo qui ascendit in altū. i. ad patrē? Ipse enim dedit dona hominibus. Insinuatur nobis authoritas in patre, natiuitas in filio, cōmunitas patris filiiq; in spiritu sancto: æqualitas in tribus. Quod ergo cōmune est patri & filio, per hoc nos voluit habere cōmunionē, & inter nos, & secum, quod ambo habēt vnum. i. per spiritū sanctū deum, & donū dei. In hoc enim diuinitati reconciliamur, eaq; delectamur. Sicut enim veritate dicimus, ita charitate diligimus: vt & pleni⁹ cognoscamus, & beati cognito perfruamur: & quia peccatis alienabamur à possessione verorum bonorū, ideo data est charitas quę operit multitudinē peccatorū. Arbitror ergo ideo spiritum sanctū bis datum, vt nobis cōmendarētur duo præcepta charitatis. s. diliges deū, & diliges proximū. vna est charitas, & duo præcepta: vnus spiritus, & duo data: quia nō alia charitas proximum diligit, nisi illa quę diligit deū. Qua ergo charitate proximum

[Margin notes: August. — Aimo. — Ambrosi⁹ — August. — August. — Augu. ad Iulianum — Augu. de blasphemia spiritus sancti. — Augu. in sermone de ascensione.]

mùm diligimus,ipſa deũ diligimus. Sed quia aliud eſt de⁹ aliud proximus,& ſi vna charitate diliguntur, nõ ſunt tamen vnũ quę deliguntur. & ideo forte dicũtur duo pręcepta,& alterũ maius,& alterum minus. Hæc autẽ charitas, vt ait apoſtolus, diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis. A quo datur? Ab illo,vt dixim⁹ qui dedit dona hominibus. Quæ dona? ſpiritũ ſanctũ, qui tale dat donũ qualis eſt ipſe. Magna eſt miſericordia eius. Donũ dat æquale ſibi,quia donũ eius ſpiritus ſanctus eſt, vnus deus,tota trinitas eſt. Diffundit ergo charitatem in cordibus noſtris ſpiritus patris & filij,quẽ cum patre amamus,& filio. Ipſe vt diligeretur nobis dedit,qui nõ dilect⁹ nos dilexit. Ipſe eſt fons de quo ſcriptura dicit, Fons aquę viuæ ſit tibi proprius. Et nemo alienus communicet tibi. Alieni enim ſunt oẽs qui nõ diligũt deũ,& ipſe fons eſt ſpiritus ſancti,quẽ nõ poſſunt accipere mali: & charitas eſt, quã habere,& malus eſſe nõ pot aliquis. Intelligam⁹ ergo in dilectione ſpm̃ ſctm̃ eſſe,ſed nomẽ Chriſti, & baptiſmũ habere,& corpus dñi ſumere,& cætera ſacramẽta habere, & malus eſſe,põt. Charitas ergo eſt, ꝓpriũ donũ ſpirit⁹,& ſingularis fons. Et attẽde ꝙ dicẽdo charitatẽ diffuſam per ſpiritũ qui datus eſt nobis,oſtẽdit ꝙ ſpũs & deus eſt,& dei donũ eſt vel ita,vt accipiatᷣ charitas dei,nõ qua nos.i.ſecũdum ꝗ nos diligim⁹ deum: ſed qua diligit nos. quaſi ideo ſpes nõ cõfundit, Quia charitas dei diffuſa eſt erga nos, i.quia deus latè diligit nos. Et hoc habem⁹, In cordib⁹ noſtris per ſpm̃ ſctm̃,qui datus eſt nobis,qui facit nos intelligere charitatẽ dei erga nos,ꝗ diuerſis linguis pręſtitit, vt etiã imperiti loquerẽtur cũ interpretationib⁹: ꝑ qđ & ſpes noſtra cõfirmatᷣ,& charitas dei in nobis cõmẽdatᷣ, vt quia charos dei falli impoſſibile eſt,ſecuros nos faceret de promiſſione: quia deus eſt ꝗ ꝓmiſit,& his quos charos vult habere,ꝓmiſit. [Vt qd.n. Chriſtus,cũ adhuc infirmi eſſem⁹ ſecundũ tẽpus ꝓ impiis mortuus eſt? vix enim ꝓ iuſto quis moritur. nã pro bono forſitã quis audeat mori?] Vt quid enim. Oſtẽdit ſupra quod ſpes implebitur ꝑ hoc qđ Chriſt⁹ diligit nos, vel nos eũ per ſpm̃: nũc idẽ oſtẽdit per hoc quod Chriſtus mortuus eſt,qđ & diuinę dilectiõis effect⁹ eſt,& cauſa ſpei noſtræ implẽdę. q.d. Cũ nos deus diligat, vel

Augu. de verb. apo.

Augu. in lib ſententiarum.

Proſperi.

Augu. ex ſer. epiſt. Ioannis.

Ambroſi⁹.

Ambro.

vel nos eum diligamus per spiritum sanctũ, constat, quod spes implebitur: quia nisi ita sit, frustra passus est Christ⁹. & hoc est, Vere spes implebitur, Enim, id est quia nisi spes implenda sit, Vt quid Christus mortuus est, id est cur tam magnum fecit, scilicet vt moreretur? Et hoc, pro impiis.i. pro dilectione impiorum, Vel, pro impiis.i. vice impiorum qui deberent mori in ęternum merito impietatis. Pro impiis dico, non qui olim fuissent, & non tunc, sed potius mortuus est pro nobis impiis. Cum essemus adhuc infirmi, in peccatis, & ita medico indigentes, mortuus est. dico & hoc, Secundum tempus.i. per triduum tantum, quia die tertia resurrexit. Ne ergo desperes de eius potentia, cuius apparet in morte beneuolentia, & à quo tales arras accepimus, quod donauit impiis mortẽ suam, qui seruat iustis vitam suã: mortuus est pro te, ô homo mortalis, vt viuas cũ illo: suscepit mortẽ nostram, vt donaret nobis vitã suam. Incredibilius est, quod mortuus est æternus, q̃ vt inæternum viuat mortalis. Iam quod est incredibilius tenemus, scilicet quod propter homines mortuus est deus. Num est ergo victurus homo cum deo? num mortalis victurus est in æternum propter quem mortuus est qui viuit inęternũ? Sed quomodo mortuus est? & vnde? & potest mori deus? Accepit ex te vnde moreretur pro te, induit se vt moreretur pro te: induet te vt cum illo viuas: induit se carne mortali in virginitate matris, induet te vita perenni inæqualitate patris. Ecce quomodo amatus est non amandus. Amatus enim es turpis & fœdus, anteq̃ esset in te, quod amari dignũ esset. Amatus es prius, vt dign⁹ fieres qui amareris: dilectus es prius, vt diligentem postea diligeres. Impius enim eras, dãnari merueras, & tamen pro te mortuus est Christus. Vel secundum seriem verborũ potest legi litera sic, non mutata sentẽtia.q.d. verè spes implebitur. Vt quid enim, nisi spes implenda sit, Christus cũ infirmi essemus, mortuus est pro nobis impiis.i. pro nobis qui adeo infirmi eramus, ꝙ etiã impii. Mortuus dico, Secũdum tempus: & est sensus, Pro nihilo tam magnũ fecit Christus, nisi spes nostra impléda esset. Et vere magnum est hoc quod fecit. Vix enim moritur quis i. raro moritur aliquis, etiam, Pro iusto.i. pro dilectione iusti, & boni, nedũ pro impio. Ideo raro

Marginal notes: Ambrosi. (beside "tertia resurrexit"); August. (beside "apparet in morte"); Aimo. (beside "Vix enim moritur")

raro dico, Nam forſitan poteſt inueniri. Quis,i. aliquis. Qui audeat mori pro bono. Quaſi dicat, ſed difficile eſt inuenire,qui hoc faciat, Chriſtus autem pro impietatibus populi adhuc nõ ſui,mortuus eſt. Vel ita,vt fiat diſtinctio inter iuſtum & bonũ. Iuſtus enim pro exercitio virtutum hîc dicitur,qui & bonus eſt : ſed eſt bonus,qui non eſt iuſtus,ſcilicet qui natus eſt in ſimplicitate,innocẽs,qui nondum laborauit, vt amplificaret ſe bonis, vt ſunt paruuli in baptiſmo mundati. Iuſtus autem bonum naturæ ſuę exercitio meliorauit,& licet iuſtus ſecundùm modum quo hîc accipitur melior ſit quàm bonus,innocentiæ tamen cauſa eſt miſerabilior quam iuſtitiæ,quia non eſt huiuſmodi iuſtitia ſine ſeueritate. Et eſt ſenſus. Verè magnũ fecit Chriſto moriendo pro impiis. Vix enim moritur quis pro iuſto , qui habet exercitium virtutum. Ideo dico pro iuſto, Nam pro bono,id eſt ſimplici & innocenti. Forſitan quis audeat mori. Dicendo de iuſto. Vix & quis, & de bono. Forſitan,& quis audeat : vtrũq; difficile oſtẽdit,& rerum, ſed alterũ difficilius,& rarius. [Commendat autem charitatem ſuam deus in nobis:quoniam cum adhuc peccatores eſſemus,ſecũdum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cũ inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius.] Cõmendat &c. Quaſi dicat, pro iuſto , vel pro bono vix moritur aliquis, ſed Chriſto pro nobis peccatoribus mortuus eſt . In hoc autem deus commẽdat ſuam charitatem,id eſt in hoc laudabilior eius charitas apparet quæ eſt effuſa, In nobis,qui indigni ea fuimus. In hoc enim magnus effectus dilectionis mittentis patris , & venientis filii nobis eſt exhibitus. Quoniam cum adhuc eſſem⁹. Quaſi dicat,dico quod deus commendat charitatem in nobis , ita vtiq; commendat, Quoniam Chriſtus mortuus eſt pro nobis cũ adhuc eſſemus peccatores, id eſt in hoc commendat quòd Chriſtus mortuus eſt pro nobis peccatoribus. Et ſi hoc eſt , quod vtiq; eſt,igitur. Iuſtificati ſumus nũc remiſſiõe peccatorũ facta, In ſanguine ipſius.i.per mortem eius. Et ſi hoc eſt, quod vtiq; eſt, Multo magis, nos iam iuſti, Salui erimus

Ambroſi⁹

Ambroſi⁹

per ipsum, viuentem. Grauius est enim pro peccato mori, & peccatum tollere, quàm iam iustos, & iam cooperantes saluare. Salui erimus dico, Ab ira. i. à pœna æterna, cuius causa non est nisi peccatum quod abstulit. Licet enim plerisq; in locis iram dei legamus, non est putandum tamen quod in illũ cadat vlla perturbatio, qui semper idem manet, & in trãquillitate iudicat: sed ira appellatur vindicta, & vltio ipsius. Aduertẽdum est quòd ad cõmendationem diuinę dilectionis sępe apostolus iterat de morte Christi, & ad repressionem humani tumoris, hominis repetit infirmitatẽ. Dixerat enim suprà Christus mortuus est pro impiis: & iterũ repetit hîc. Christus pro nobis mortuus est, cùm adhuc peccatores essemus. Ecce dũ oderat nos secundùm peccata, amabat secũdũ quod opus eius eramus, quod & fecit antè mundi constitutionem. Incõprehensibilis est enim dilectio qua nos diligit deus atq; immutabilis. Non enim ex quo ei reconciliati sumus, per sanguinẽ filii eius, nos cœpit diligere, sed antè mũdũ, prius quàm omnino aliquid essemus dilexit nos, vt cum eius vnigenito, etiã nos filii eius essemus. Quod ergo nos reconciliati sumus deo per mortem Christi, non sic est intelligendũ. Quasi ideo nos reconciliauerit ei Christus, vt iam inciperet amare quos oderat, sicut recõciliatur inimicus inimico, vt deinde sint amici, & se inuicem diligant qui antè se inuicem oderãt, sed iam nos deo diligẽti recõciliati sumus, cũ quo propter peccatum inimicitias habebamus. Habebat enim ille charitatẽ erga nos, etiam cũ inimicitias exercebamus aduersus eũ, operando iniquitatẽ. Sicut enim ei dictum est. Odisti oẽs q operãtur iniquitatẽ: Ita & illud ei dictũ est. Nihil odisti eorũ quæ fecisti Proĩde miro & diuino modo, etiã quãdo nos oderat, diligebat. Oderat. n. nos quales ipse nõ fecerat, & quia iniquitas nostra non pœnitùs consumpserat eius opus, nouerat simul in vnoquoq; nostrum, & odisse quod feceram⁹, & amare quod fecerat, & hoc quidem intelligi in omnibus potest. Quis ergo possit eloqui dignè quantum diligat mẽbra vnigeniti filii sui, & quãto amplius vnigenitũ suum? Ex his ergo nõ meritũ nostrũ, sed dei misericordia cõmendatur. Qua nos tales & tãtum dilexit, vt pro nobis ĩpiis moreretur, quod est testimoniũ atque

Aimo.

Augustin.

August. super Ioan.

Nota.

Augustin⁹

Idem in eodem.

attende.

atque pignus eius dilectionis, qui enim proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus illum tradidit, quomodò non etiam cum illo nobis omnia donauit? Dicendum vtiq; hoc erat, scilicet quantum nos dilexerit, & quales. Quantum, ne desperaremus, & ipsa desperatione non auderemus erigi in eũ. Quales, ne superbiremus, & superbientes de meritis nostris magis ab illo resiliremus, & in nostra fortitudine magis deficeremus. Illud quoq; attendendum est quod dicit nos iustificatos in sanguine Christi, & reconciliatos deo, tanquam non alio modo posset nos reconciliare, & iustificare nisi per mortem Christi, de quo dicimus quod fuit & alius modus possibilis deo, qui omnia potest, sed nullus alius nostræ miseriæ sanandæ fuit conuenientior. Quid enim mentes nostras tantum erigit, & ab immortalitatis desperatiõe liberat, quàm quod tanti nos fecit deus, vt dei filius immutabiliter bonus in se manens quod erat, & à nobis, & pro nobis accipiens quod non erat, præter naturæ suæ detrimentum dignatus nostrum inire consortium; sine vllo merito suo malo, mala nostra moriendo perferret, & credentibus dona sua sine vllis meritis nostris indebita largitate conferret? Quia & ea quæ dicũtur merita nostra bona, dona sunt eius. Dona nanq; dei sunt merita nostra, quibus ad summum bonum peruenimus. Est preterea alia ratio quare potius isto modo quam alio liberare voluit, quia sic, scilicet per mortẽ Christi iustitia superatur diabolus, non potentia. Quod quomodo factum sit, vt pateat explicabo, prout potero. Quadam iustitia dei in potestatem diaboli traditũ est genus humanum, peccato primi hominis in omnes vtriusq; sexus cõmixtione nascentes originaliter transeunte, & debito primorũ parentum obligante, quocirca omnes homines ab origine sunt sub prĩcipe diabolo. Vnde apostolus, Eramus natura filii iræ: natura. s. vt est deprauata peccato, nõ vt est creata ab initio. Modus autẽ ille quo traditus est homo in potestatem diaboli, non ita debet intelligi, tanquam deus hoc fecerit, aut fieri iusserit, sed quòd tantum permisit, iustè tamen illo deserẽte, peccantem peccati author ilico inuasit: non tamen deus continuit in ira miserationes suas, nec hominem à lege suæ potestatis amisit,

Augustin. lib. de tri.

Idem in eodem.

Idem in eodem.

Audi & vide.

August.

August.

quando in poteſtate diaboli eſſe permiſit, ſed inter mala pœnalia, etiã malis multa preſtitit bona, & tãdem hominẽ quem cõmiſſio peccatorũ diabolo ſubdidit, remiſſiõe peccatorum donata, per ſanguinem Chriſti eruit à diabolo, vt ſic iuſtitia vinceretur diabolus, non potẽtia. Sed qua iuſtitia? Ieſu Chriſti. Et quomodo victus eſt ea? quia cũ in eo nihil morte dignũ inueniret, occidit eum tamẽ. & vtiq; iuſtum eſt, vt debitores quos tenebat liberi dimittãtur, in eũ credentes, quem ſine vllo debito occîdit. Ideo autẽ potentia vincere noluit, quia diabolus vitio peruerſitatis ſuæ amator eſt potentiæ. & deſertor oppugnatorq; iuſtitiæ, in quo homines magis eum imitãtur, qui neglecta vel etiam peroſa iuſtitię, potẽtiæ magis ſtudent, eiuſq; vel adeptione lætantur, vel cupiditate inflammãtur. Ideoq; placuit deo, vt nõ potentia ſed iuſtitia vincẽs, hominẽ erueret, in quo homo eũ imitari diſceret: poſtea verò in reſurrectione ſecuta eſt potẽtia. Iuſtitia ergo prius & potẽtia poſteâ. diabolum vicit iuſtitia, quia nullũ peccatũ habuit, & ab illo

Quæſtio. iniuſtiſſimo occiſus eſt: potẽtia, quia reuixit mortuus nũquam poſtea moriturus. Sed nónne iure æquiſſimo diabolum vinceret, ſi potentia tantum Chriſtus cum illo agere voluiſſet? Vtiq;. Sed poſtpoſuit Chriſtus, quod potuit: vt

Auguſt. prius ageret quod oportuit. Ad hoc autem erat opus illum eſſe, & hominem, & deũ. Niſi enim homo eſſet, non poſſet occidi. niſi deus eſſet, nõ crederetur voluiſſe quod potuit, ſed nõ potuiſſe quod voluit. Iuſtitia ergo humilitatis hominem liberauit, quæ ſola potẽtia æquiſſimò liberare potuit. Si enim tres illi in cauſam venirẽt. ſ. deus homo, diabolus, diabolus & homo quid aduerſus deũ dicerent? Omnino non haberent, atq; in actione cauſæ pœnitus deficerent. Diabolus enim iniuriã feciſſe deo cõuinceretur, quia ſeruũ eius. i. hominem & frauduleñter abduxit, & violenter tenuit. Homo etiã, iniuriam feciſſe deo cõuinceretur, quia præcepta eius cõtempſit, & ſe alieno domino mãcipãs ſuæ ſeruitutis damnũ intulit. Homini quoq; iniuriã feciſſe cõuinceretur diabolus, quia illũ, & prius prommittẽdo bona, decepit, & pòſt: mala inferẽdo, nocuit. Iniuſte igitur diabolus quãtũ ad ſe tenebat hominẽ, ſed hõ iuſte tenebatur: quia diabolus nũquã meruit poteſtatẽ habere ſuper homi-

nem,

nem, sed homo meruit per culpā pati diaboli tyrannidem. Si igitur de⁹ q vtiq; præerat, potētia hominē liberare vellet, sola suæ iussionis virtute hominē poterat iustissime liberare, sed ꝓpter causam prædictā iustitia humilitatis vti maluit: vnde & filiū ꝓ nobis in mortē tradidit, per quā iustificati sumus, & recōciliati deo. Hoc est prætiū recōciliationis nostræ, quod Christus obtulit deo patri, vt placaretur: non quòd antè non dilexit nos, ex qua dilectione filiū pro nobis tradidit, nec filius quasi, nō parcēte patre sibi, nobis velut inuitus & traditus, & cū de ipso dictū sit, tradidit semetipsum. Hoc ergo sicut & omnia alia pater & filius, & amborū spiritus simul & cōcorditer operātur. Sed si antè nos diligebat deus, quomodo ꝑ mortē Christi ei sumus recōciliati, & ab ira liberati? ad quod dicim⁹. Quòd ira dei, qui cū tranquillitate iudicat, nihil est aliud quā iusta vindicta. Si ergo iusta diuina vīdicta tale nomē acceperit, recōciliatio dei rectè intelligitur, cū talis ita finitur. s. cū à reatu pœnæ absoluimur. Non enim inimici eramus deo, nisi quēadmodū iustitiæ sunt inimica peccata: & ideo remissis peccatis tales inimicitiæ finiūtur, & recōciliātur iusto, quos ipse iustificat. Peccata enī nostra diabolus tenebat, & per illa nos meritò agebat in mortē: sed tātū valuit ille sanguis vt homines ab æterna morte debita liberauit mors Christi indebita, quos tamē etiā inimicos vtiq; dilexit. Vnde recte sequitur. Si enim per mortē filii. q. d. Vere iam viuēs poterit amicos factos saluare. Enim. i. quia nos, Recōciliati sum⁹ deo, qui prius iuste eramus sub potestate diaboli, natura deprauata peccato. Reconciliati dico, Per mortē filii eius, cū adhuc essemus inimici, non quocunque modo peccatores. Et si hoc est quod vtiq; est, ergo. Multo magis, nos, Reconciliati erimus, nō modo ab ira liberati, sed, Etiā salui, & hoc, In vita ipsius. i. per vitā ipsius. s. quia resurrexit à mortuis. & est sensus, Inde certū est quod viuens, poterit amicos saluare, quia mortuus potuit iustificare: quod facto inimici ex peccato sunt recōciliati. Nam amici dei. Et nota quòd idem hîc dicit, Per mortē recōciliati, quo supra in sanguine iustificati. Dico salui erimus. [Nod solū autē, sed & gloriamur in deo per dominū nostrum Iesum Christum, per quem nnnc reconciliationem

Augusti.

Augu. de trinitate.

Nota.

Augusti.

Ambrosi.

Augusti.

accepimus.] Non solum autē, salui erimus: Sed & gloriamur, iā spe de hoc quod erimus, In deo.i.idē cū deo in futuro: nō per naturā, sed per dilectionē, & voluntatē, quia nihil diligem⁹, vel volem⁹ nisi quod deus. Vel gloriamur, in præsenti: nō in nobis, sed In deo, & hoc nō per nos, sed, Per dominū nostrū Iesum Christum, per quē iam nunc in præsenti, Recōciliationem, ad deū, Accepimus, qui à deo peccāte Adā discessimus. [Propterea sicut per vnū hominē peccatum in hunc mundū intrauit, & p peccatū mors: & ita in omnes homines mors pertrāsiit, in quo omnes peccauerunt. Vsq; ad legem enim peccatum erat in mundo.] Propterea sicut. Dixit suprà per Christum recōciliatorē esse iustitiā & vitā, & quod possit esse per eum, per similitudinē inminori.i.per simile & minus probare intēdit. Sicut enim per Adam purum hominē peccatum est, & mors: ita per Christum hominē & deū, potest esse iustitia & vita: & quia per Adam peccatum est & mors, multomagis iustitia per Christū potest esse, & vita: vt quia etiā vnus Adā peccauit in omnibus, vnus Christus filius dei peccatum vinceret in omnibus. Prolixius ergo apostolus hîc de duobus hominibus disputat.s. de primo Adam, per cuius peccatū tanquam hæreditariis malis posteri eius obligati sumus: & de secundo Adā quo soluente pro nobis, quod non debebat, à debitis & paternis, & propriis liberati sumus, quia ergo per illum vnum, diabolus tenebat omnes per eius vitiatam carnem concupiscentialiter generatos: iustum est, vt per hunc vnum dimitat omnes per eius immaculatā gratiā spiritualiter regeneratos. & hoc est quod ait, Propterea sicut &c. Insiste literæ, ita vt à minori, & à simili ratiocinationis ordo ostendatur. Q.d. dico quod per Christum est iustitia, & vita. &, Propterea per Christum iustitia & vita pcedit in omnes per eius gratiā regeneratos. subaudi, quia, Per vnum hominē.s. per Adam, à quo propagati sumus, Peccatum, originale, Intrauit in hunc mundum, pro eodem peccato miserum.i.in omnes homines. Mundū appellauit vniuersum genus humanū. Sicut enim ab vno illo homine sunt, sic ab eodē peccato immunes esse nō possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum absoluātur. Ecce à minori probauit: modo à simili idē ostendatur, & legatur,

Ambrosi.

August. in lib. 13. de trinitate.

August. in enchirid.

legatur, Sicut,quod dimissum fuerat. Q.d.ita per vnum Christum est iustitia,& vita,sicut, Per vnum hominē peccatum intrauit in hunc mundū.& non mutatur sensus. Et per peccatū mors.i.dissolutio animæ & corporis intrauit in ipsum Adam. Et ita,per ipsum, Mors pertrāsiuit in oēs homines,per eius vitiatā carnem genitos. Quæritur quomodò per vnum hominē,& non magis per vnā mulierem, dicat apostolus peccatum introisse in mundū: cùm à muliere initium peccati fuerit,& antè à serpēte,siue à diabolo. Ad quod dicimus apostolū in his cōsuetudinis ordinē tenuisse,dum successionē posteritatis humanę quę peccato & morti ex eo venienti succubuit,nō mulieri, sed viro attribuit. Non enim à muliere posteritas,sed ex viro nominari solet:& ob hoc,mortalis posteritas,& corporalis successio viro potiùs,tāquā authori,& nō mulieri deputatur. Vel quia mulier de viro,& vtriusq; vna caro est.& ideo siue à muliere,siue ab Adā dicat̄,vtrunq; ad primū hominē pertinet. Præterea sciēdū est hæreticos quosdā qui noīati sunt Pelagiani,dixisse peccatū primę trāsgressiōis,in alios hoīes nō propagatione,sed mutatiōe trāsisse. Vnde etiam in paruulis nolūt credere,p baptismū solui originale peccatum quod in nascētibus nullū esse omnino cōtēdūt. Sed si apostol⁹ pctm̄ imitatiōis,nō ꝑpagatiōis intelligi voluisset eius principē,nō Adam,sed diabolū daret,de quo in libro Sapiētiæ dicitur, Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarū. Et quia nō vult intelligi hoc esse factū propagatiōe,sed imitatiōe cōtinuo subiūxit scriptura, Imitātur autē eū q sunt ex parte ipsius,imitātur quidā Adam quotquot per inobediētiam trāsgrediuntur mādatum dei. Sed aliud est quod exēplum est voluntate peccantibus, aliud quod origo est cū peccato nascētibus. Nā & Christū imitantur sancti ad sequēdam iustitiā, sed præter hanc imitationem, gratia eius illuminatiōe iustificationemq; nostrā, etiā intrinsecus operatur, quæ etiam baptizatos paruulos suo inserit corpori, qui nōdum valent aliquem imitari. Sicut ergo Christus præter imitationis exēplum dat etiam sui spiritus aliquā occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter etiam infundit paruulis.sic,& Adam præter imitationis exemplum, occulta etiam tabe carnalis concu-

Augu.ad consult. Hilarij. Ambro.

Origenes

Augu.de baptismo puulorū.

August.in eodem.

August.in eodem.

piſcentiæ ſuæ tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpe venturos. Vnde recte ſubdit. In quo omnes peccauerunt. Quaſi dicat merito per eum in omnes mors intrauit, quia cauſa mortis per eum in omnes intrauit, id eſt peccatum, & hoc eſt. In quo, ſcilicet Adam, omnes, Peccauerunt, vt in materia, non ſolum eius exemplo, vt quidam dicunt. Omnes enim illi vnus homo fuerant, id eſt ab eo originale peccatum traximus, qui omnium noſtrum origo & materia fuit, ex quo ſecũdum propaginis ſucceſſionem per carnis concupiſcentiam deſcẽdimus. Vel, In quo. ſ. peccato, Omnes peccauerunt, propriè & circunſpectè, & ſine ambiguitate, dixit apoſtolus hoc, In quo peccauerunt, ſiue enim intelligatur, In quo. ſ. homine: ſiue, In quo peccato, manifeſtũ eſt. Alia enim ſunt propria peccata in quibus tantum peccant quorum peccata ſunt. Aliud hoc vnum in quo omnes peccauerunt, quando omnes illi vnus homo fuerant. Manifeſtum eſt itaq; omnes in Adam peccaſſe, quaſi in maſſa. Ipſe enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati ſunt ſub peccato. Ex eo igitur cũcti ſunt peccatores. Vſque ad legem. & quaſi dicat quis, In omnes pertranſiit peccatum. Quid ergo egit lex? Nónne illa reconciliare potuit vt peccatum non trãſiret in omnes? Non, inquit, Vſq; ad legem enim, ſcriptam, vel naturalẽ, id eſt ſub lege, etiã, Peccatum, originale & actuale. Erat in mundo, id eſt in homine. Quia nec lex potuit auferre peccatum, ſed auxit, ſiue naturalis in qua quiſq; iam ratione vtens incipit peccato originali addere propria: ſiue ſcripta, quæ per Moſen data eſt populo, quę ſubintrauit vt abundaret delictũ. Nó ergo ideo dicit apoſtolus vſque ad legem peccatũ fuiſſe in mundo quod deinceps in nemine fuerit, ſed quia non poterat per literam legis auferri quod ſolo ſpiritu gratiæ poterat fieri, ne quis fidẽs de viribus putaret libero arbitrio legẽ potuiſſe ſufficere, & Chriſti gratiã derideret. [Peccatũ autẽ non imputabatur, cũ lex non eſſet: ſed regnauit mors ab Adã vſq; ad Moſen etiã in eos qui nõ peccauerũt, in ſimilitudinẽ pꝛuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri.] Peccatũ autem, Quaſi dicat, peccatũ erat in mundo, ſed homines non imputabant quia cæci erant, & hoc eſt, Peccatum autem non imputabatur, id eſt ignorabatur, & peccatum

Auguſti. | Augu. de baptiſmo puulorũ. | Ambroſi⁹ | Augu. cõtra Iulia. | Aimo. | Augu. de baptiſmo puulorũ. | Augu. ad Hilariũ. | Auguſti. | Augu. de baptiſmo puulorũ.

tum esse non putabatur ab hominibus, non dico à deo cuius iudicio qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, non imputabatur: dico, Cum lex non esset, quæ peccatum prohibet. Non dicit peccatum, non erat, sed non imputabatur, quia non erat siue lex rationis in paruulo, siue lex literæ in populo, qua arguente demonstraretur peccatum. Sed regnauit &c. quasi peccatum non imputabatur ante legem, Sed, tamen, Mors, id est peccatum vel damnatio, Regnauit ab Adam, vsque ad Mosen, & vsque ad legem quæ per Mosen diuinitùs promulgata est, quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre. Regnum autē mortis vult intelligi quando ita damnatur in hominibus reatus peccati, vt eos ad vitam æternam, quæ verè vita est, venire non sinat: sed ad secundum quæ pœnaliter æterna est mortem trahit, id est ad gehēnam, hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris, quę operata est etiā in antiquis sanctis: qui antequam Christus in carnem veniret, ad eius adiuuantem gratiam non ad legis literam, tantum iubentem non adiuuantem pertinebāt. Hoc enim occultabatur in veteri testamento pro temporum dispensatione iustissima, quod nunc reuelatur in nouo. In omnes regnauit mors, præter illos qui Christi gratia adiuti sunt: regnauit, dico, Etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ.i. qui non sua propria voluntate peccauerunt sicut Adam, sed originali vitio tenebantur obstricti, quod ab eo traxerunt, per quod trahe herentur ad condemnationem, nisi gratia Christi iuuarētur. Et nota quod dicendo vsque ad legem, vel vsque ad Mosen includit, quia etiam tūc. s. sub lege peccatum erat, & mors, id est damnatio. Sciendum quidem est pleró́sque latinos codices, sic habere, Regnauit mors ab Adam vsque ad Mosen in eos qui peccauerunt in similitudinē pręuaricationis Adæ, quod etiam ipsum illi qui legunt ad superiorem referunt intellectum, vt in similitudinem præuaricationis Adæ peccasse accipiant illos qui in illo peccauerunt, vt ei similes crearentur, scilicet sicut ex homine homines, ita ex peccatore peccatores, & ex morituro morituri, damnatoque damnandi. Græci autem codices vnde interpretatio facta est in latinum, aut omnes, aut pene

Augu. ad Hilarium
Aimo.
Augu. de baptismo puulorū.
Au. cōtra Iulianum
Augu. de baptismo. puulorū.

omnes

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

omnes habet,id quod primum positū est,vel aliis nō mutatis ab illo loco sic legi potest. Sed regnauit, & accipitur de corporali morte, quasi peccatum non imputabatur, id est ignorabatur ante legem: sed effectus indicabat. Quia mors,corporalis. Regnauit,cotidie per aliquas passiones: & tandē dissoluendo, Ab Adā vsq; Mosen,cùm minus videretur. Regnauit dico nō solum in his, qui per se prçuaricādo mortē meruisse viderentur: Sed etiā in eos qui peccauerunt in similitudinē prçuaricationis Adç.i.in pueros qui nihil à se addiderūt prçuaricādo legem. Vel ita ab illo
ambrosi⁹ loco, Vsq; ad legē &c. Quasi dicat,bene dixi peccatū pertrāsisse in oēs, Enim.i.quia. Vsq; ad legē.i.etiā ante legē, Peccatū erat in mūdo,cū nō ita videretur,nō docēte:dico peccatū erat in mūdo, Peccatū aūt nō imputabatur, apud deū, Cū lex nō esset. Imputabatur quidē peccatū apud homines,sed nō apud deū, apud quē putabatur impunè futurū cū nesciretur vindicaturus. Asserebāt. n. hoīes deū incuriosum esse, & ideo apud eū impunè futura peccata,sed nō apud hoīes. Nō.n. lex naturalis pœnitùs obtorpuerat, quia nō ignorabāt quòd nō debebāt facere,aliis quod pati nolebāt. Nā vsq; adeo peccatū nō erat ignotū inter hoīes quod Ioseph quāuis p calūniā, tū quasi reus clausus est in carcere, & pistor,& pincerna Pharaonis. Peccatum ergo
ambrosi⁹ nō imputabatur,cum lex nō esset, nō dico apud hoīes,sed apud deū: sed vbi lex data est, nouerunt deum curare humana,& iudicare. Sed regnauit.q.d.ante legem nō impu-
ambrosi⁹ tabatur peccatum,Sed regnauit mors,animç securè possidente homines diabolo pro impunitate credita. Impunè etenim peccare se putātes, magis delinquebant, certa hæc peccata promptiores, quæ mundus quasi licita nutriebat. Quo facto gaudebat Satanas,securus,quod ex causa Adæ derelictum à deo hominē possidebat. Regnauit dico, Ab Adā vsq; ad Mosen, per quem rediit cognitio vnius dei, quia per eum data est lex in qua prçcipiebatur de vno deo colēdo. Regnauit ergo mors,vsq; ad Mosen.i. vsq; ad legem, quia iam tunc datum est hominibus remedium quo possent liberari,sub qua tamen si essent similes prævaricationi Adæ,in eos mors regnaret, sed lex data est in initio regressionis de Aegypto docens, de vno deo ne regnaret mors

mors.ſ.diabolus,vel peccatum,& cœpit in Iudęa primum deſtrui regnum mortis. Nunc verò vbique deſtruitur per Chriſti gratiam. Et nota hîc, Vſque, accipi excluſiuum. In eos qui peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ. Alia litera in qua non legitur, Etiam & non. Quaſi dicat, mors regnauit vſque ad Moſen, non tamen in omnes, Sed in eos qui peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, id eſt in ſimiles præuaricatori Adæ: qui, ſcilicet neglecto creatore ſeruierunt creaturæ,deos ſibi cō ſtituentes, quos colerent ad iniuriā dei,ſicut ille loco dei diabolo cōſenſit. Peccatum.n. Adæ nō longè ab idololatria eſt, qui cōtempto creatoris præcepto diaboli ſuaſioni cōſentiens,quaſi in loco dei diabolum ſtatuit,& ſicut deus eſſe voluit. Fuerunt autem qui peccauerunt,non preterito deo,qui.n.intellexit ſiue ex traduce,ſiue indicio naturali, & veneratus eſt deum nulli honorificētiā nominis ac maieſtatis impartiēs. ſi peccauit, quia impoſſibile erat nō peccare,ſub deo peccauit,nō in deum. Ideoq; in eos mors nō regnauit, ſed in hos qui in ſimilitudinem Adæ peccauerunt,id eſt qui ſub ſpecie idolorum ſeruierunt diabolo,tales erant ferè omnes vſque ad legem: perpauci, vt Abraham,vni deo ſeruierunt,& non in eos regnauit mors,quia poſt mortem iſtam quæ prima dicitur ad ſecundam non peruenerunt, quæ æternaliter punit, imò ſub ſpe ſeruati ſunt in aduentu Chriſti liberandi, ſicut de Abraham legitur, quia quanuis apud inferos fuerit diſcretus, tamen longo interuallo erat à peccatoribus,ita vt Chaos ingens eſſet inter iuſtos & peccatores. Et ſciendum quod liberos qui aliter habēt,dicit Ambroſius eſſe corruptos,vbi.ſ. ſcriptum eſt, mortem regnaſſe, Etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ,quæ litera etiā in Græcis codicib⁹ legitur:quod quidē ita intelligūt, quia dicunt mortem corporum regnaſſe in cultores vnius dei.etiam vſque ad Moſen,ſed cur non vſque ad finem ſeculi? Sunt tamen quidam latini codices quos conſtat à veteribus Græcis tranſlatos, quaſi ita habent in eos qui peccauerunt &c,quos incorruptos ſimplicitas temporum ſeruauit. & probat. poſtquàm verò à concordia animis diſſidentibus, & hæreticis perturbant moueri quæſtionem cœpe-

Ambroſi⁹.

Ambroſi⁹.

cœperunt, multa tam in Græcis, quàm in Latinis codici-
bus ab hæreticis contentionis studio mutata sunt, qui cum
propria authoritate vti non possunt ad victoriam, verba
legis adulterant, vt sensum suum quasi verbis legis asse-
rant, & contradicentibus sibi, quasi authoritatem resisti.
Qui, Adam. Est forma, id est similitudo, Futuri. s. Christi
quantum ad Adam tunc futuri. Adam autem dicitur for-
ma futuri. i. Christi, quia iam tunc decreuit deus in my-
sterio, id est in occulto suo disposuit per vnum Christum
emendare quod per vnum Adam peccatum erat. Vnde di-
citur in Apocalypsi, Agnus occisus est ab origine mun-
di. Et forma futuri, id est Christi, dicitur à cõtrario: quia
Augu cõtra Iulianũ hæreticum. sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo viuifica-
buntur: sicut in illo illud, ita in isto fit istud: sed hæc for-
ma, non ex omni parte conformis est, sicut subsequenter
ostenditur. Vel forma Christi dicitur, quia sicut ille sine
Ioan. Da. coitu à deo factus est, ita Christus ex virgine spiritu san-
cto cooperante processit. Vel Adam dicitur forma Chri-
sti, quia sicut ille pater est omnium secundùm carnem, sic
Christus pater est omnium secundùm fidem: Et sicut ex
latere illius dormientis assumpta est costa, vnde forma est
Eua, sic ex istius latere profluxerunt sacramenta. s. aqua
ablutionis, & sanguis redemptionis, per quæ saluatur ec-
Remigi⁹. clesia. Ideóque sicut ille communicare potuit filiis suis
peccatum & mortem, sic iste suis iustitiam suam & vitam:
& etiã iste plus boni suis confert quæ ille mali, & ideo po-
test magis saluare quam ille perdere: & hoc est quod sub-
dit, [Sed non sicut delictum: ita & donũ. Si enim vnius
delicto, multi mortui sunt: multo magis gratia dei, & do-
num in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abũ-
dauit: & non sicut per vnum peccatũ, ita & donum.] Sed
non sicut. Quasi dicat. Adam est forma Christi. i. similes
sunt Christus & Adam: sed, Non sicut delictum Adæ est,
Ita, est &, Donum Christi, id est maius est donum Christi
quàm delictum Adæ, & ideo non sic est efficax peccatum
Adæ ad damnationem, vt gratia Christi ad saluationem.
quod est dicere, Non sunt pares causæ eorum, nec etiã pa-
res sunt effectus causarum. quod ibi ostenditur, Et non si-
cut per vnum: sed præmittit quo probat causas Adæ, &
Christi

Christi non esse pares, dicens, Si enim vnius. Quasi dicat, verè non ita est donum Christi, vt delictũ Adæ: quia delictum Adæ vnum est, quo multi mortui sunt: Christi verò gratia multiplex est, qua multi viuificati. Si verò vnum delictum multos mortificare potuit, patet quòd multiplex gratia viuificare multómagis possit. Causa enim Christi, est gratia abũdans, ex qua oĩa bona sunt homini, sine qua nil habet boni. Causa Adæ est peccatum illud originale, cuius rei sunt omnes carnaliter geniti, cætera peccata habent ex se multa, & si ex illo originali sint ad peccandum magis proni. Præterea etiam his qui per Christum redimũtur, temporaliter valet forma mortis ex Adam: in ęternum autem valebit vitę forma per Christum. Quãuis igitur Adam sit forma futuri, plus tamẽ præstat regeneratis Christus, quam eis generatis Adam nocuerat: & bene hęc causa Christi omnibus suis prodest, quia si causa Adæ omnibus suis nocuit, tũc & hæc, hoc potuit suis. & hoc est, Si enim &c. Quasi dicat, Verè non ita est donum, vt delictum, Enim, id est quia, Vnius, hominis Adæ, Delicto, vno quidem, & si ipse plura admiserit, in posteros tamen non nisi vnum originale transmisit. Multi. s. omnis filij sui ex eo carnaliter geniti, Mortui sunt, id est peccatores constituti, Etsi, hoc est tunc, Gratia dei & donum, id est gratuitum donũ. Vel gratia. i. remissio peccatorum, Et donũ, scilicet alia dona sancti spiritus. Multómagis abundauit, id est multómagis abundans transiit, In plures, id est in omnes filios eius. abundans autem & maior res omnibus suis magis prodest, quia nõ solum illud originale, sed etiã addita peccata soluit: hoc autem donum datur, In gratia vnius hominis Iesu Christi, id est per gtariam Christi. Gratiam dicit perfectionem virtutum quę in Christo homine fuit, qui per suam bonitatem, de sua plenitudine nobis tribuit. Et nota, Plures, non ibi poni comparatiuè, sed absolute, tanquam diceret multos. Non enim plures iustificantur per Christum, quàm condemnantur per Adam: sed ita dicendum est, multómagis abundauit, vt donum Christi delicto Adæ comparetur, & præferatur. Adam quippè ex vno delicto reos genuit multos, Christi autem gratia, etiam delicta proprię voluntatis, quæ originali cul-

Augu. ad Hilarium

Aimo.

Augu. de baptismo paruulorũ.

pæ,

pe, in qua nati sunt: addiderunt, soluit atque donauit. Maior est ergo causa Christi quàm causa Adæ. Et nunc sicut hic ostendit dispares esse effectus causarum. Quasi dicat Non solum causæ sunt dispares, sed etiam effectus; Et, id est quia. Non sicut per vnum peccatum, fit, Ita fit & per donum, sed plus fit per donum, & hoc probat. Nam iudicium dei, est procedens, Ex vno, tantum delicto originali, ab Adam traducto, In condemnationem, corporalis & æternæ mortis; Gratia autem Christi, non ex vno tãtùm, sed, Ex multis delictis, procedit, In iustificationem, quia non solum ignoscit, sed etiam iustificat. Et attende quod dictum est iudicium ex vno in condemnationem: quod non ideo dictum est, quòd illud solum quod originaliter trahitur in iudicio sit damnandum, sed quia etiam illud, si solum sit, damnationem facit. Christi autem gratia, non solum illud quod originaliter trahitur, sed etiam multa actualia dimittit, & insuper iustificat, id est de impio pium facit, ac deinde de bono in melius proficere. Ecce in his ostendit effectus causarum Christi & Adæ dispares esse. Effectus causæ Adæ, id est peccati quod intulit, est non omnis damnatio, sed quæ pro illo vno debetur, sunt enim, & ex nostris additis, aliæ damnationes. Effectus autem donorum Christi, cum remotis omnibus peccatis originalibus, & actualibus, omnis iustificatio & vita æterna, de qua addit in sequenti versu subdens. [Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, multômagis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum.] Si enim. quasi dicat, Gratia Christi procedit in iustificationem, & bene hoc suis est, per vnum Christum: quia si illa, id est damnatio, per vnum Adam suis est, tunc & hoc potuit Christi gratia: & verè hoc potest, quia etiam in vitam æternam ducit. Et rectè. Enim, id est quia, in Vnius delicto, etiam si propria non adderentur, Mors, id est dissolutio animæ & corporis, Regnauit, etiam ante mortem passiones inferens, Per vnum, Adam, quia quas vires habuit in illo, in omnes posteros exercuit, quorum materia ille fuit, sicut & culpa, eius solius fuit, quæ in oẽs transfusa est, & si, hoc est tunc homines, Accipientes, à deo non à se habẽtes, Abũdantiã

Augu. in enchirid.

August. in eodem.

August.

Aimo.

gratiæ. i. remissionis peccatorũ. Abũdãtiã dicit, quia etiã ꝓpria soluũtur: & abundãtiam, Donationis. i. charismatũ, Et iustitię. i. bonę operationis. Multómagis regnabũt per vnũ Iesum Christũ in vita, ęterna. i. æternaliter in incorruptione, Multómagis, dicit hos regnare, quia multo maior res est hîc, quàm sit in regno mortis. Vel multómagis regnabũt in vita quàm in eis regnauit mors, quia in vita regnabũt ęternaliter, mors aũt regnauit in eis tẽporaliter, & cũ fine.] Igitur sicut per vnius delictũ, in oẽs hoĩes in cõdemnationem, sic & per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi ita ꝑ vnius obeditionem iusti constituentur multi.] Igitur sicut per vnius delictum &c. Ex prędictis infert disputationem suã in eodẽ quod proposuerat cõcludẽs. Quãdoquidẽ Adã est forma Christi futuri, & quia maius est donũ Christi, & pl⁹ cõfert, Igitur sicut. i. quã dignè. Per vni⁹ delictũ, transiẽs, nõ imitatione, sed ꝓpagatione. In oẽs homines, itũ est ab homine, vel ꝓcessit sentẽtia dei. In codẽnationẽ, corporis & animæ, sic &, Per vnius iustitiã, valẽtẽ, In oẽs homines, si ipsi velint itũ est ab homine, vel ꝓcessit sentẽtia dei, In iustificationẽ, quę est causa, Vitæ. Attẽde quod apostolus vidẽs nõ sola imitatione Adę fieri peccatores, sed ꝓpagatione, nec sola imitatione Christi iustificari, sed regeneratione spirituali dixit oẽs & omnes, nõ quod oẽs geniti per Adã, regenerẽtur per Christũ, sed quia sicut nullius carnalis generatio est, nisi per Adã, sic spiritualis nullius regeneratio est nisi ꝑ Christũ si ꝗ essent præter Adã generati, & si qui pręter Christũ regenerati nõ diceret, Oẽs & oẽs, sicut aũt null⁹ est homo ꝑter illã generationẽ, sic null⁹ est iust⁹ ꝑter istã. Nemo. n. nascitur nisi in cõcupiscẽtia carnali, quę tracta est ex primo hoĩe: & nemo renascitur nisi gratia spirituali, ꝙ data est à secũdo hoĩe, eosdẽ post dicit multos, sed aliter, ab illo loco, Sed non sicut delictũ &c. Dixerat quòd Adã est forma futuri. Forma vtiq; ĩ hoc est quòd vn⁹ emẽdat, quod vn⁹ peccauit: sed tamẽ causa Adę, nõ est talis, qualis causa Christi: quia vnũ est delictum Adę, quo multi. i. similiter præuaricantes, mortui sunt: gratia verò Christi in plures transit, quia & in hos, & in non similiter

August.

Augu. de baptismo puulorũ.

præuari-

præuaricantes. Et attende quod agit hîc, de actuali peccato Adæ in quo dicit mortuos illos qui actualiter peccauerunt ad similitudinem eius,& legitur, Plures, comparatiuè.quasi dicat, Verè non est ita donum vt delictum. Si enim in vnius delicto mortui sunt, scilicet imitantes præuaricationem eius, Multómagis gratia dei, & donum in gratia vnius hominis, Christi Iesu abundat in plures. Plures enim gratiam consequuntur per Christum, quàm mortui sunt delicto Adæ:quo mortui sunt qui in similitudine pręuaricationis Adæ peccauerunt:gratia autẽ Christi,& in eos qui similiter peccauerunt,& in eos qui nõ peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, abundauit. Nam & in multos qui neglecto deo seruierunt creaturæ, ne ab hac vita decedentes à secunda morte exciperentur,& in cultores vnius dei qui paterno peccato ex dei sententia apud inferos tenebantur, gratia abundauit in descensu saluatoris,omnibus dans indulgentiam cum triũpho, sublatis eis in cælum. Et non sicut per vnum pecc. fit, Ita,fit &,Per donum. Nam iudicium,dei procedit, Ex vno in condemnationem,gratia autem ex multis,in iustificationem vitę. Manifestè ergo diuersum est,quia in vno peccato Adę similes ei,damnati sunt:gratia verò non ex vno, sed ex multis peccatis iustificauit homines, & etiam in vitam perduxit,quod bene potuit. Enim,id est quia,In vnius,hominis, Delicto, per vnum regnauit mors,scilicet diabolus vel peccatum. Et attende quod ait mors regnauit,non regnat,concordans superiori sensui,vbi dixit mortem regnasse vsque ad Mosen,quia qui per legem noto dei iudicio timorẽ eius habuerunt, sublati sunt de mortis imperio. Ante verò dum sine lege timor dei in terris nõ erat, mors in similes Adæ præualuit: & si ibi regnauit mors, Multo magis,homines Accipientes abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ in vita regnabunt per vnum dominum Iesum Christum,id est multomagis gratia regnare debet, quę in plures transiit quàm mors, & vitam confert ęternam. Quod autem post dicit omnes,similiter peccantes accipit. Item omnes credẽtes dicit,& hoc est quod subdit, Igitur si per vnius delictum transiens in omnes homines,similiter peccatum est, In condemnationem, sic, Ambrosi⁹

Et

Et per vnius iustitiam,trāseuntem in omnes homines credentes:itum est, In iustificationem vitę. Non enim est generalis damnatio, vel iustificatio in omnibus. Vnde postea ait, Multi. sicut enim &c. Hîc iam determinat delictū vnius, vt sicut ille merito peccati perdidit, ita iste merito iustitiæ nos liberasse videatur: & ordinem assignationis, vnde superius loqui cœperat, scilicet qualiter Adam sit forma futuri, explicat hîc, dicens, Sicut enim per inobedientiam vnius hominis.s. Adæ, Peccatores cōstituti sunt multi.i. omnes sui qui non sunt Christi, Ita,& meritò, Per obedientiā hominis vnius, id est Christi, Iusti constituūtur multi.i. omnes sui. Et nota quòd non ait per vnius dei vel verbi: Sed per vnius hominis obedientiam iustificari: ne putes antiquos iustos solo verbo dei.i. solius verbi fide sine fide incarnationis liberari, sine qua, nec antiqui, nec moderni liberari potuerunt. Illa enim sana fides est, qua credimus nullum hominem, siue maioris, siue paruulæ ætatis, liberari à contagione mortis antiquæ, & obligatione peccati, quod prima natiuitate cōtraxit nisi per vnū mediatorem dei,& hominum, hominem Christum Iesum: cuius hominis eiusdemque dei saluberrima fide, etiā illi iusti salui facti sunt, qui priusquam veniret in carnem, crediderunt in carne venturum. Eadem fides namque est, & nostra,& illorum, proinde cum omnes.i. veraces dei cultores siue antequam incarnationem, siue post, nec vixerint, nec viuant, nisi ex fide incarnationis Christi, profectóque scriptum est non esse aliud nomen sub cælo in quo oportet saluari nos, ex illo tempore valet ad saluandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est. Ille vnus vnum peccatum misit in mundum: Iste vero vnus non solum illud vnum, sed cuncta abstulit quæ addita inuenit. Ecce ostensum est quomodo Christi gratia Adæ delictum superat, quia non solum originale ab Adam propagatum, sed etiam actualia supradicta soluit,& iustitiam, ac vitam prestat, quæ gratia antequam operetur in homine, ipsius est, atque infidelis. Per fidem enim impius iustificatur. Sicut ergo per fidei virtutem adultus iustificatur, ita & per fidei sacramentum paruulus.i. de impio fit pius, de infideli fidelis. Sed quærit Iulianus per quid peccatum in paruulo inueni-

Augu. ad Optatū.

Au. cōtra Iulianum hæreticū.

inuenitur, inquiens, Non peccat iste qui nascitur, nō peccat ille qui genuit, non peccat ille qui credidit. Per quas ergo rimas inter tot præsidia innocentiæ peccatum fingis ingressum? Ei respondet sancta pagina, per vnum hominem, ait Apostolus, peccatum in mundum intrauit: per vnius inobedientiam, ait Apostolus: quid quærit amplius? Quid apertius, quid quærit inculcatius? Quid quærit latentem rimam cum habeat apertissimam ianuam? Item inquit, Si per hominem peccatum intrauit in mundum, peccatum, vel ex voluntate, vel ex natura est: si autem ex voluntate est, mala est voluntas quę peccatum facit: si autem ex natura, mala est natura. Cui respondeo, Ex voluntate, peccatum est. Quæritur forte vtrum originale peccatum sit ex voluntate. Respondeo, prorsus & orginale peccatū ex voluntate esse, quia hoc ex voluntate primi hominis seminatum est, vt & in illo esset, & in omnes transiret. Quod autem dixit, si ex natura peccatum est, tunc mala est natura. Quæso vt, si potest, respondeat. Manifestum est ex voluntate mala, tanquam ex arbore mala, fieri omnia opera mala, tanquam fructus malos: sed ipsam malam voluntatem vnde dicet exortam, nisi ex bono? Si enim ex angelo, quid est angelus nisi bonum opus dei? Si ex homine, quid erat ipse homo, nisi bonum opus dei? Immo quid erāt hæc duo antequam in eis oriretur mala volūtas, nisi bonū opus dei, & bona, & laudāda natura? ergo ex bono oritur malū, nec fuit homini, vnde oriri posset, nisi ex bono. Dico ergo quia malam voluntaté nullum malū præcessit. Item dicit, Si natura opus dei est, per opus dei, si opus diaboli trāsire non sinitur. Sed nónne opus diaboli, quando primum fuit in angelo, qui diabolus factus est, ortum est in opere dei? Quapropter si malum, quod omnino nusquam erat in dei opere, oriri potuit, cur malū quod iam alicubi erat, p opus dei trāsire nō potuit? hoīes aūt sunt opus dei. Pertrāsiit ergo op⁹ diaboli per op⁹ dei, & quia diabolus est factura, vel op⁹ dei, pertrāsiit op⁹ operis dei, per op⁹ dei, & venit vsq; ad paruulos, qui in ramo nil cómiserūt, sed in radice perierūt: nil habent mali, nisi quod de fonte traxerūt, nisi quod de origine traxerūt. Cōmunis ergo fuit perditio, & cōmunis est inuētio. Sicut.n. per inobediētiā Adę, Multi cōstituentur

Quæstio.

Respōsio

Augu. de baptismo puulorū.

tuentur peccatores, reatu: & ita, Per Christi obedientiã iusti cõstituẽtur multi. [Lex autẽ subintrauit vt abũdaret delictũ: vbi autẽ abundauit delictũ, superabundauit gratia: vt sicut regnauit peccatũ in mortẽ, ita & gratia regnet per iustitiã in vitã æternã, per Iesum Christũ dominum nostrũ.] Lex autẽ. Ostenderat Christum dimittere omnia peccata, tã originalia quàm actualia, hîc addit etiã quod à peccato legis liberat, & à præuaricatione, vt Iudæi Christo magis sint obnoxij. Quasi dicat. Per Christũ est iustificatio. Lex autẽ, Mosi, Subintrauit, id est latenter intrauit culpam originalem & actualem, vel post naturalem legem. Vt abundaret delictum, id est vt homo superbè fidens de suis viribus acciperet præcepta: in quibus deficiens, & factus est etiam præuaricator, liberatorem saluatorêmque requireret: atque eum ita humilem factum, timor legis tanquam pædagogus ad fidem gratiámque perduceret. Oportebat ergo vt superbis, & de libertate sui arbitrij præsumentibus lex daretur, qua præuaricata suam infirmitatem, & legis sufficientiam peccatum non consumentis intelligentes humiliarentur, & ad subuenientem currerent gratiam. Natis enim in peccatis, & viribus suis multum assignantibus, datur lex à deo, ad domandam superbiam, qua dicebant, Non deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Eorum igitur superbiam domare volens deus, legem dedit: quasi dicens hominibus, Ecce do vobis præcepta, ne putetis deesse iubentem, non deesse qui iubeat: sed deesse qui impleat, quia homo in peccatis natus non valet implere, ideóque natus est Christus, id est gratia quæ sanaret. Hac ergo dispensatione lex data est vt crescente peccato humiliarentur superbi, & humiliati confiterentur, & confessi sanarentur. Non crudeliter hoc fecit deus, sed consilio medicinæ. Aliquando enim homo videtur sibi sanus, & ægrotat: & quia non sentit morbum, medicum non quærit. Augetur morbus, crescit molestia, quæritur medicus, & totum sanatur corpus. Magnum ergo dei consilium fuit, vt per legem abundaret delictum, vt in austeritate legis suam intelligentes infirmitatem, infirmi ad medicum cõfugerent, & auxilium gratiæ quærerent. Per legem autem

Augu. de spũ & lit.

Augu. ad Eutropiũ & Paulin.

Augu. super Ioan.

Augu. in ps. 102.

dicitur abundasse delictum, non quia lex delictum iube-
ret: sed quia eò quòd gratia ibi nõ erat, auctum est ex pro-
hibitione desiderium, & tunc ex propria quasi virtute fa-
ctum est grande vitium. Sic ergo abundauit peccatum:
quia & concupiscentia ex prohibitione ardentior facta
est, & peccantibus contra legem, præuaricationis crimen
accessit. Consilium autem dei quo legem dedit, Iudæos
nescisse, satis significauit isto verbo. Lex subintrauit &c.
Vel ita, Lex subintrauit vt abundaret delictũ.i. in lege da-
ta abundauit delictũ. Dicit enim hîc Apostolus, quid pro-
uenerit data lege, nũquid fecerit lex? Data erat lex in adiu-
torium, naturæ, vt quia ipsi naturę quodammodo sunt in-
serta iustitiæ semina, adderetur lex, cuius authoritate &
magisterio ingenium naturale proficeret ad fructum iu-
Ambrosi⁹. stitiæ faciendum. Sicut enim natiuitas nisi nutrimenta ha-
beat, interit, quibus fota adolescat: ita & naturale ingeniũ
iustitiæ nisi habeat quod respiciat, & veneretur, non faci-
lè proficit, sed ęgrotat, & superuenientibus cedit peccatis.
Consuetudine enim delinquendi premitur ne crescat in
fructum, & per hoc extinguitur. Prouidenter ergo, & ad
bonum data est lex, sed populus ueterem vsum sequen-
multiplicauit peccata. Ipso enim vsu plus cœpit pecca-
quam ante peccauerat: & sic factum est, vt data lege no-
minuerentur, sed abundarent peccata diabolo inuertente
legem bonã in malum, cõtra quod omnia deus dimisit, si-
cut cõsequenter ostenditur. Vel ita, Lex subintrauit vt a-
bundaret delictum, id est ad hoc data fuit, vt per eam abũ-
dantius cognosceretur delictum. Si enim lex non fuisset,
Augu. sup Lucam. peccatum lateret: sed per legem genera peccatorũ, & præ-
uaricationis crimen homo agnouit, vt qui in sordibus era-
Ambrosi⁹ pręuaricando, magis sordesceret.i. se sordidum cognosce-
Augu. de spũ. & lit. ret. Lex ergo author est boni. Demõstranda.n. fuerat ho-
mini fœditas languoris sui, vt videret non modò doctor-
sibi esse necessarium, verum etiam adiutorem. Præterea da-
ta fuit lex, vt mediocris pædagogum haberet, & perfectus
signum, & durus sentiret flagellum. Et quia hîc de lege
magnus sermo occurrit, videndum est quibus modis lex
accipiatur, & cui populo data sit, & quare illi, & non alijs:
quibus, & pro quib⁹ de illo populo data sit: postremo qu-
bu-

bus de causis data sit, summatim dicendum est. Lex ergo aliquando dicitur tota scriptura veteris testamēti, aliquādo scriptura quinque librorum Mosi, aliquando decalogus scriptus in tabulis, aliquando cerimonialia tantum, id est figuratura secundùm literam, aliquando litera cum spirituali intelligentia, aliquando obseruantia alicuius mandati, sicut in eadem lege sæpe dicitur. Hæc est lex paschæ, hæc est lex lepræ, hæc est holocaustorum lex, & huiusmodi. Inde est quod sancti de lege variæ loquentes dissentire, atque contraria dicere videntur. Ait enim dominus per Ezechielem, Dedi eis præcepta non bona, & iustificationes non bonas, in quibus non viuent. Cui concordat Apostolus dicens, Lex neminem ad perfectum duxit. Et item, Lex iram operatur. & hîc, Lex subintrauit vt abundaret &c. Et dominus in euangelio, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum, & pharisæorum &c. His autem videntur contraria hæc alia, Iustitia legis suo tempore custodita, non solum bona temporalia, sed & vitam cōferebat æternam. Et Apostolus ait, Itaque lex quidē sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Et dominus in euangelio, Non veni soluere legem, sed adimplere. Vt hæc ergo sicut videntur non esse contraria pateat, sciēdum est hæc esse dicta secundum diuersas legis acceptiones. Cum enim dicitur, Dedi eis præcepta non bona, & iust. non bo. in quibus non viuent, intelligendum est hoc de præceptis legalium cerimoniarum, quæ dicuntur non bona: non quia mala essent, sed quia bonos non faciāt obseruantes secundum literam. Hoc modo, & alia accipienda sunt quæ dicta sunt in hac parte: quæ autem econtrario dicuntur, accipienda sunt de lege secundum spiritualem intellectum, & secundum moralia, quæ in euangelio non tolluntur, sed adimplentur, sicut in Matthæo ostenditur. Lex autem data est populo Iudæorum tantum, ideo quia ille populus solus vnum deum colens dignus erat, cui eloquia dei crederentur, ceteris idola colentibus. Ideo etiam quia de hoc populo nasciturus erat dei filius, & ideo data fuit ei lex, per quam illud intelligeret, & dei filium venturum expectaret. Cum lex data sit illi soli populo, data est etiam omnibus generibus hominum qui erant

Nota.

Beda.

in illo populo, sed non pro omnibus. Erant enim in illo populo tria genera hominum, scilicet duri, insipientes, & perfecti: his omnibus data est lex, sed non pro omnibus data est, duris in flagellum, incipientibus in pædagogum, iustis in signum. Sed non pro iustis data est lex. Vt enim alibi ait Apostolus, Iusto lex posita non est, quia per eam iustitiæ nil accreuit. Legem autem hîc accipimus secundũ legalia. Legalia verò dicimus, quæ in lege instituta sunt, & cum lege terminata. Lex autem data est ad domandum superbum, ad flagellandum durum, ad instituendum incipientem, ad ostensionem delicti & humanæ infirmitatis, ad manifestationem & testimonium gratiæ, & futurorum significationem. Vbi autem, hîc agit de virtute gratiæ, & quanta efficit gratia ostendit, quasi dicat lege data abundauit delictum, sed non ideo despiciatur Iudæus, quia,

August. Abundauit &c. vel ita continua, Delictum abundauit, per

Augu. de legem, sed etiam hoc sanat Christus, qui Vbi abundauit

verb. apo. delictum, superabundauit & gratia. Omnia condonans. Totum enim quod de Adã traxisti, totum quod tuis prauis moribus addidisti, dimisit, totum deleuit, orationem docuit, certamen indixit, laborãti subuenit, victorem coronabit: vel, Superabũdauit gratia, quia non solum à præteritis peccatis absoluit, verum etiam à futuris cõmonuit.

Origenes vel, Superabundauit, quia gratia Christi, etiam his proficit

Ambrosi⁹ quos diabolus vincere non potuit: & quia peccatum ad tempus regnauit, gratia autem in æternum. Vt sicut regnauit &c. Quasi dicat, dico quòd gratia superabundauit, eo tamen tenore, ne quis confisus gratiæ securius peccet: sed vigeat gratia, & per iustitiam ducat ad vitam, sicut viguerat peccatùm ducens in mortem. & hoc est quod ait, Vt sicut, quasi eo tenore, dico gratiam superabundare. Vt sicut peccatum, quod etiam præter Adam est, quod lege data abundauit, quod non est originis, sed propriè voluntatis. Regnauit, ducens, In mortem, æternam. Ita & gra-

Aimo. tia, remissionis peccatorum, Regnet, in electis, Per iustitiam, bonorum operum perducens eos, In vitam æternam: & hoc, Per Iesum Christum dominum nostrum. sine quo nulla iustitia est, sicut aliqua peccata præter Adã sunt. ideo cum dixisset sicut regnauit peccatum in mundum

ctum, non addidit per vnum, vel per Adam, quia de illo peccato hîc agebat, quod non ex Adam traxerunt homines, sed sua voluntate addiderunt. Cùm autem dicit, Gratia regnet, & cum addidit, Per Iesum Christum dominum nostrum, quia per eum non tantum originalis, sed etiam voluntariorum fuit remissio peccatorum. Ab Adam autem tantummodo illud trahitur, quod est originale. Augu. de baptismo puulorū.

CAPVT. VI.

QVID ergo dicemus? Permanebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?]

Quid ergo dicemus? Obiicit Apostolus quod videt à peruersis posse obiici. Quidam enim peruersi audientes prædicationem Pauli, & aliorum apostolorum, vbi debuerunt accipere vitam, acceperunt mortem, dicētes apostolos prędicare, quod quanto amplius homo peccaret, tantomagis deo placeret, & maiorem gratiam consequeretur. Hoc autem peruersi accipiunt ex illo loco vbi dictum est, Vbi abundauit delictum, super abundauit & gratia: tanquā dixerit propter abundantiam gratiæ prodesse peccatū. Hoc dicere est esse ingratos gratiæ, & hoc est quod opponēdo sibi ait, Quid ergo dicemus? quasi dicat, & quia gratia viget, vbi delictum abundauit. Quid ergo dicemus? Dicem⁹, scilicet hoc quod, Permanebimus in peccato, vt gratia abundet? vt quidam nobis imponunt. Absit, vt nos hoc dicamus. Non est enim permanendum in peccato, vt quidam nos dicere existimant pro maiori gratia. Non enim peccantis merito, sed subuenientis auxilio superabundauit gratia, vbi abundauit delictum. Non enim permanendum est in peccato vt regnet gratia, sed potius per ipsam gratiam debemus, & possumus, peccato esse quasi mortui & sepulti, & resurgere in iustitiam ipsius in vitam æternā. quod consequenter ostēdit Apostolus, & prius quod mortui sumus peccato, subdens. Qui enim, vel, si enim: quasi dicat, Verè non est permanendum, Enim. i. quia, Mortui sumus peccato, in baptismo, id est liberati sum⁹ à peccato, vt iam non dominetur in vobis per gratiam dei. Mori enim

(Margin notes: Augu. de spiritu. — Augus. — Augustin. — Augu. de spū & lit.)

peccato, eſt liberari à peccato, Et ſi hoc eſt, Quomodo &c. vel ſi eſt ibi, Qui, ita leges, &, Qui, hoc iam habemus. Quomodo, id eſt qua ratione, Adhuc, poſt tantum beneficium, Viuemus in illo? & reddemus vires hoſti? Cum enim hoc præſtiterit gratia vt moreretur peccato, quid aliud facimus, ſi viuimus in eo, niſi vt gratiæ ſimus ingrati? Neq; enim qui laudat beneficium medicinæ, prodeſſe morbos dicit, & vulnera à quibus illa hominem ſanat: ſed quanto laudibus maioribus medicina prædicatur, tantómagis vituperantur & horrentur vulnera & morbi à quibus liberat: quæ ita laudatur, ſicut laus gratiæ & prædicatio, vituperatio eſt delictorum. [An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurrectionis erimus.] An ignoratis &c. Hîc confirmat quod dixerat. ſ. quòd mortui peccato quod fit in baptiſmo, non debemus ei iterum viuere, vt iterum mori ſit ei neceſſe, quia cum baptizamur commorimur Chriſto. & hoc eſt quod ait, An ignoratis &c. & quaſi quis diceret, An mortui ſumus peccato? Reſpondet vtique, ſumus, quia nos, Quicunque, id eſt cuiuſcunque conditionis, Baptizari ſumus, id eſt à vitiis purificati, In Chriſto Ieſu, id eſt in inſtitutione Chriſti quæ eſt in nomine trinitatis vel in operatione ipſius, qui baptizat verè. Baptizati ſumus in morte ipſius, id eſt in ſimilitudine mortis Chriſti: vt ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt carne, & ſemper viuit, ita nos ſemel mortui malo per baptiſmum, ſemper viuamus bono. Vel, In morte ipſius dicit nos baptizari, quia mors eius cauſa eſt huius purificationis. Et an ignoratis, vos hoc ô fratres. q. d. hoc non debetis ignorare. Nota quia ſæpe illos arguit de ignorantia. Conſepulti enim ſu. q. d. Verè in baptiſmate ſumus ſimiles mortis Chriſti, quia etiam Conſepulti ſumus fide in baptiſmo Cum illo, id eſt ad ſimilitudinem eius. nos dico ducti, Per baptiſmum in mortem, id eſt in peccatorum abolitionem, Ad hoc enim ſumus commortui & conſepulti, Vt quomodo

[Margin: Aimo. — Augusti. — Aimo.]

do Christus resurrexit, longè, A mortuis, remotus: & hoc. Per gloriam patris, id est per verbum patris homini vnitum, vel per gratiam dei: Ita &, tam firmiter. Nos, à vitiis resurgentes ad bona opera. Ambulemus, de bono in melius, positi, In nouitate vitæ, per iustitiam fidei & spem gloriæ. Si enim, quasi dicat, Dico ambulemus in nouitate quòd possumus. Si enim nos explantati, ad similitudinē arboris, de mala terra, Facti sumus, à deo: Complantati, firmiter hærentes, Similitudini mortis, id est si à veteri ritu remoti firmiter hæremus bono deo faciente, & similes morti Christi sumus. Simul, id est mox. Et erimus, cōplantati similitudini, Resurrectionis Christi, id est firmiter hærebimus similitudini resurrectionis Christi, vt sicut Christus deposita vetustate à morte nouus resurrexit, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Tunc dicit nos posse fieri similes resurrectioni, si similitudini mortis eius facti fuerimus complantati, id est in baptismo omnia vitia deponentes, postmodùm non peccemus. Hæc enim similitudo mortis præstabit similitudinem resurrectionis, vt in nouitate vitæ ambulem⁹. Nota quòd mors qua peccato mortui in baptismo dicimur, & vita qua nunc in iustitia & post æternaliter cum Christo victuri sumus, in morte & resurrectione Christi demonstrata sunt. Mors enim Christi & resurrectio nō tantum res, sed etiam sacramenta sunt. Quicquid enim gestum est in cruce Christi, in sepultura, in resurrectiōe, in ascensione, & in sedere ad dexteram patris, ita gestum est, vt his rebus mysticè nō tātum dictis, sed gestis, cōfiguretur vita Christiana. Attende ergo singula quæ facta sunt in his prædictis, & qualiter ex eis christiana vita cōfiguretur in Christo qui vixerat vetus homo. i. vetustate à primo homine contracta, non secundùm culpam, sed secūdùm pœnam, famem. s. & sitim, & huiusmodi. Hoc modo ipsam vetustatē finiuit & deposuit, vt dolorem crucis sustinens sic haberet membra distenta in cruce & fixa, ne ad priores actus mouerentur, à quibus etiam sepultus quieuit, humanis subtractus aspectibus, per hæc exigēs à nobis, vt nostram vetustatem peccatorū cum gemitu & dolore pœnitentiæ deponamus, & mēbra nostra cōtinētiæ atq; iustitię clauis cōfixa habeam⁹, ne ad priora mala

Ambrosi⁹

Augustí.

August. in Enchiri.

mala redeamus, à quibus etiam ita perfectè quiescamus, vt nec eorũ visio nec memoria habeatur, & sic ad bona resurgentes in nouitate vitę ambulemus, de virtute in virtutem ascendẽtes, quousq; in dextera dei locati deũ deorũ, sicut est, videamus. In cruce ergo est dolor cõfessorũ: in sepultura requies absolutorũ: in resurrectione vita iustorum: in ascensione, profectus perfectorum: in cõsessu ad dexterã, gloria beatorum. Hæc autẽ non solũ à nobis exigit Christus in sacramento passionis, sed etiã si volumus imitari efficit. vnde subditur. [Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiã viuemus cũ illo, scientes q; Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autẽ viuit, viuit deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidẽ esse peccato, viuentes autem deo in Christo Iesu.] Hoc scientes, quia vetus homo &c. Dixit nos per baptismum mortuos esse peccato, & ideo non debere amplius viuere in illo, sed in nouitate vitæ ambulare, & per quid hoc liceat ostendit. s. Quia vetus homo cru. &c. q. d. Dico ambulemus in nouitate vitæ. Nos dico, Scientes, hoc, Quia vetus homo. i. fomes peccati & cõsuetudo Noster. i. qui ex nobis est non ex deo, Simul, cũ Christo, Crucifixus est. i. cũ crucifixione Christi ita debilitatus est, Vt destruatur &c. Vel, Vetus homo noster, s. cũ Christo crucifix⁹. i. veteres actus nostri morte Christi crucifixi. i. mortui sunt ita, Vt destruat̃, dominãte ratione, Corpus peccati. i. oĩa crimina quæ simul sunt quasi corp⁹ & cõgeries peccati. gratia autẽ dei qui in similitudine carnis peccati in cruce pepẽdit, per baptismũ id agitur, vt vet⁹ homo crucifigatur, & corpus peccati destruatur: nõ ita vt in ipsa viuẽte carne cõcupiscẽtia respersa & innata repẽte absumatur & non sit, sed ne obsit mortuo quę inerat nato. Nã si post baptismũ vixerit in carne, habet concupiscẽtiã cũ qua pugnet, eãq; adiuuãte deo superet, si tamen nõ inuacuũ gratiã dei suscepit, si reprob⁹ esse noluerit. Nõ itaq; hoc p̃statur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili creatoris: vt lex peccati, quę est in mẽbris prorsus extinguatur,

Margin notes: Augusti. (beside "est, videamus. In cruce ergo…"); August. (beside "co, Scientes, hoc…"); Augu. de bapt. par. (beside "cũ Christo crucifix⁹…")

& nõ sit:sed vt quicquid mali ab homine factũ, dictũ, cogitatũ est, cum eidem cõcupiscẽtiæ subiecta mẽte seruiret, totũ aboleatur, ac velut factũ nõ fuerit habeatur. Ipsa verò cõcupiscẽtia, soluto reatus vinculo, quo per illã diabolus animã retinebat, & à suo creatore separabat, maneat in certamine, quo corpus nostrũ castigamus, & seruituti subiicimus. Vetustas itaq; nostra pœnę & culpę, quę est ex maledicto primi hominis in cruce Christi destructa est, qui nostrã mortalitatẽ suscepit, & peccata nostra ptulit in corpore suo super lignũ, in cuius peccati & mortis figura etiã Moses in heremo super lignũ exaltauit serpẽtẽ: persuasione quippè serpẽtis, hõ in damnationẽ mortis incidit. Itaq; serpẽs, ad significationẽ ipsius mortis cõueniẽter in ligno exaltatus est. In illa.n. figura serpẽs pẽdebat ĩ ligno. Quid aũt pepẽdit in ligno crucis nisi mors dñi, vt mortẽ moriẽdo superaret, & maledictũ geminę vetustatis nostræ factus maledictũ pro nobis cõsumeret? Qualiter aũt vetustas nostra in cruce cõsumpta sit, videamus. Vetustas nostra sicut & maledictio ĩ duobus cõsistit. s. in culpa & in pœna. Alterũ assumpsit Christus. i. pœnã. Vnde & dicitur factus maledictũ. & vtrũq; ĩ nobis cõsumpsit, quia nostrã duplã vetustatẽ sua simpla cõsũpsit. Vnde & vno die & duabus noctibus in sepulcro quieuit. Per vnũ diẽ simpla eius vetustas signat̃, p duas noctes gemina nostra vetustas. Quieuit ergo in sepulcro vna die & duabus noctibus, quia sua simpla vetustate nostrã geminã tulit: & qualiter, videamus. Culpã deleuit Christus, & præsentẽ & prẹteritã & futurã. Prẹterita peccata tulit, ea remittẽdo: præsentia, hoĩes ab eis retrahẽdo, & itẽ remittẽdo: futura verò nõ ea remittẽdo tulit, sed gratiã qua vitarẽtur cõferẽdo. ergo futura tulit, qa vt nõ fierẽt, fecit. Pœnã quoq; similiter cõsumpsit. Est aũt pœna duplex gehẽnalis & tẽporalis. Gehennalem prorsus deleuit, vt eã nõ sẽtiãt verè pœnitẽtes: Tẽporalẽ verò nõdum pœnitus tulit. Manet enim fames, sitis, mors & huiusmodi, sed regnũ & dominiũ eius deiecit, & tãdẽ in nouissimo eandẽ pœnitus exterminabit: sicut aliquis capiẽs hostem atrocissimum non statim interficit eum, sed patitur eũ cũ dedecore & dolore aliquantulũ viuere: ita & Christus pœnã quasi prius alligauit, in futuro autem perimet.

Ambrosius.

Nota.

Victa

Victa ergo mors cum triũpho est, & cum ea diabolus,sed nondum pœnitus interempta. Inde est quòd Petrus antè passionem ad vocẽ ancillæ negauit, : postea verò antè reges & præsides ductus non cessit. Ideòq; congruè ait Apostolus. Vetus homo noster crucifixus est.i. debilitatus ita, Vt destruatur corpus peccati, carne subdita spiritui: ita. Vt vltrà non seruiamus peccato : nõ dico vt nõ sit,sed vt non cogamur seruire: & verè nõ cogimur, quia iustificati sumus, & verè, Qui enim est mortuus peccato.i. qui liberatus est à peccato,vt nos sum⁹, Iustificatus est à peccato.i.iustus & liber est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo.i. si ita mortui sumus peccato,sicut Christus mortuus semel est pene. Credimus,etiam quia simul viuemus cum Christo.i. non alibi , sed ibidem cum eo. Id est dicere,Si mortui sumus Christo.i.similes morti eius sicut suprà dictum est,præter prædicta hoc habebimus,quia viuemus cum eo in æterna vita , viuemus dico, & tali vita, quali ipse. Scientes quòd Christus resurgens, longè, Ex mortuis,remotus, Iam.i.post hac, Non moritur.i.dissoluitur,dissolutione animæ & carnis. Et mors illi vltrà non dominabitur,aliqua passione. Quòd enim mortuus est &c. quasi dicat. Verè Christus iam nõ moritur,quia Christus mortuus est semel. Semel ideo, Quia mortuus peccato, id est pro peccato tollẽdo quòd vna morte fecit, quæ ad hoc sufficit. Vel mortuus est peccato.i.peccati similitudini.i. carni in qua non erat peccatum,sed similitudo peccati,cui mortuus est quãdo moriendo exutus est carne mortali simili peccatrici. In quo sacramentum baptismatis,quod in nobis celebratur commendat Apostolus. Vt quomodo ille semel moriendo similitudini peccati mortuus prædicatur , ita quicunq; in illo fuerit baptizatus eidem rei cuius fuerit illa similitudo, moriatur.i.peccato, & viuat à lauacro renascẽdo,sicut ipse à sepulcro resurgendo quamlibet ætatem gerat. A paruulo enim recẽter nato vsq; ad decrepitu senem sicut nullus est prohibẽdus à baptismo,ita nullus est qui peccato non moriatur in baptismo, sed paruuli tantũ originali, maiores verò etiã actualib⁹ quæ originali addiderũt. Nota etiã quòd Apostolus hoc dicendo voluit intelligere mortẽ deũ nõ fecisse,quam vtiq; deus nõ fecit, sed

Augu.cõtra Max. hæreticũ.

Augu.cõtra Iulia. hereticũ.

August in Enchi.

Augu.ex lib: Hipo nosticõ.

ſed homo manib⁹ & verbis accerſiuit. Attēde quòd hîc & alibi Auguſtinus deū mortem dicit nō feciſſe. Idem tamē alibi ita dicit, Videndū eſt ne male intelligatur quod dixi, Deus mali auctor nō eſt, qui & omniū quę ſunt auctor eſt, quia in quātū ſunt, in tantū bona ſunt: & ne tamē inde putetur nō ab illo eſſe pœna malorū, quæ vtiq; malū eſt, his q puniūtur. Sed hoc ita dixi, quemadmodū dictum eſt, deus mortē nō fecit: cum alibi ſcriptū ſit, Mors & vita à domino deo eſt: malorū ergo pœna, quæ à deo eſt, malū eſt quidem malis, ſed in bonis dei operibus eſt numerāda. quoniam iuſtum eſt, vt mali puniātur, & vtiq; bonū eſt omne quod iuſtū eſt. Sic ergo dicitur deus non feciſſe mortem, quia non fecit illud pro quo mors infligitur. i. peccatum. Non enim deo auctore fit homo deterior, ſed vitiū voluntatis eſt quo homo eſt deterior, quod vitiū, longè eſt à dei volūtate. Deo autē auctore cū dicitur, deo volēte dicitur. Quòd autem. q. d. Mors nō dominabitur Chriſto, ſed potius viuit. Et quòd viuit, nō qualitercunq; viuit. Sed viuit deo. i. ad ſimilitudinē dei patris: quia ſicut patris vita, ita & vita Chriſti, nullam inquietudinem recipit. Ita & nos. Quicquid ſupradixit eſſe hominibus per gratiam Chriſti. hîc Romanis attribuit. q. d. Sicut ſemel Chriſtus mortuus eſt, & poſteà ſemper viuit: ita & vos ô Romani. Exiſtimate quidē vos mortuos eſſe peccato, viuere autē virtutibus deo. i. in honorem dei. Et eſt ſenſus, Sicut Chriſtus mortuus eſt ſemel, ita peccatum in nobis ſemel moriatur, vt nō oporteat iterari: & ſicut Chriſtus ſemper viuit, ita & vos ſemper viuatis virtutibus, & hoc in Chriſto Ieſu domino noſtro. i. in opere Chriſti, alibi nulla ſpes eſt. [Non ergo regnet peccatū in veſtro mortali corpore, vt obediatis cōcupiſcentiis eius. Sed neq; exhibeatis mēbra veſtra, arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos deo, tanquā ex mortuis viuentes, & membra veſtra, arma iuſtitiæ deo. Peccatum enim vobis nō dominabitur. Nō enim ſub legè eſtis, ſed ſub gratia.] Non ergo regnet, quia ſupradixit non mortuos peccato eſſe, & nō debere viuere in eo, cum nemo ſine peccato ſit, determinat à quibus maximè eſt cauēdū, vt. ſ. Non obediamus cōcupiſcentiis, quaſi cōcludat illud quod ſuprà quærebatur. ſ. permanebimus in peccāto. q. d.

Augu. ne retractatione librorum.

Attende.

Ambroſi⁹

quia

q̃a ita mortui eſtis peccato, ergo peccatũ.i.fomes pecca-
ti,& ſi ſit, Nõ tamẽ regnet ĩ corpore veſtro.ſ.quod eſt ve-
ſtri iuris per gratiã. Corpore dico nũc. Mortali, ꝑ pecca-
tum: ſed fiet immortale in futuro, ſi nõ regnet modo pec-
catum. Vel nõ regnet peccatũ in corpore hoc mortali, in
ęternum.i.quod per hoc moriturum eſt in æternum quòd
Augu.de baptiſmo puulorũ. regnauerit peccatũ. Lex carnis eſt quã hîc Apoſtolus ap-
pellat peccatũ, cum ait, Peccatum nõ regnet, quia lex vel
peccatũ nõ ſic manet in mẽbris eorũ, qui ex aqua & ſpiritu
Attende. renati ſunt, tanq̃ nõ ſit eis facta remiſſio peccatorũ inter-
fectis omnibus quib⁹ ſeparamur à deo, ſed remanet in ve-
tuſtate carnis tãq̃ ſuperatũ,& perẽptũ: niſi illicito cõſenſu
quodammodo reuiuiſcat, & in regnũ propriũ dominatio-
nemq; reuocetur. Nõ regnet dico, ita, Vt obediatis cõſen-
tiẽdo & operãdo. Cõcupiſcẽtiis eius,& ſi cupitis ex infir-
Auguſtin⁹ mitate. Si.n.cõſenſeris, regnat peccatũ. Et nõ ſolũ nõ obe-
diatis, Sed, etiã, Neq; exhibeatis mẽbra peccato.i. concu-
piſcẽtiæ, q̃ tunc ſunt, Arma iniquitatis.i. quib⁹ impleatur
iniquitas. Et eſt ſenſus, Nõ ſolũ nõ obediatis cõcupiſcen-
tię, ſed nec cõcupiſcatis quod eſt exhibere,& habilia face-
re mẽbra peccato, q̃ tunc ſunt arma iniquitatis. Hîc autem
nota quòd cõcupiſcẽtia aliquãdo eſt nomẽ fomitis.ſ. vitii
innati. aliquãdo actus interioris, ꝗ eſt etiã in primo motu
qui dicitur propaſſio.& ĩ ſecũdo, ꝗ dicitur delectatio: & in
tertio, ꝗ dicitur cõſenſus. Hîc aũt nõ prohibet cõcupiſcẽ-
tiã, quæ eſt in primo motu: quia nõ eſt in poteſtate noſtra
quin ſurgat, ſed gratia dei cõpeſcere poſſumus, ne vſq; ad
delectationem & cõſenſum perueniat, quod prohibet.ſ. vt
mente nõ delecteris, vel cõſentias cõcupiſcẽtię carnis, quę
Auguſtin⁹ ex lãguore veniẽs rebellat aduerſum te. Languor aũt iſte
Auguſti. tyrãnus eſt, ꝗ mouet mala deſideria. Eſt ergo ĩ nobis mala
cõcupiſcẽtia quæ nõ eſt permittẽda regnare. ſunt etiã eius
deſideria quæ ſunt actuales cõcupiſcẽtiæ, quæ ſunt arma
diaboli. Per ea.n. occaſio datur illi vt deferentur nos deo
Ambroſi. accepta poteſtate illudat & mortificet. Si vis ergo eſſe vi-
ctor tyrãni & inimicũ inermẽ ĩuenire,& ſic tibi ſubiicere,
nõ obedias cõcupiſcẽtiæ malæ operãdo, nec etiã cõcupiſ-
catis delectãdo vel cõſentiẽdo. Sed potius exhibete.i. ha-
biles facite, Vos deo, vos dico, Tanq̃ ex mortuis viuẽtes.

q.d.

q.d. exhibere vos deo debetis, & potestis, quia estis viuẽtes virtutibus: & debetis, qa prius mortui eratis in peccatis, & si implere nõ potestis opere quod bonũ est. Vel.i. saltẽ velitis ꝑ quod habiles eritis & præparati. & hoc est quod dicit cũ subdit, Et mẽbra vestra exhibere deo, vt sint, Arma iustitię, quib⁹.s. ĩpleatur iustitia Sicut.n. peccato arma prębemus mẽbra nostra cũ malè agimus, vt verbi gratia, si surgẽti dam⁹ iræ, vel linguã ad maledicẽdũ, vel manus ad ꝑcutiẽdũ: ita & iustitiæ arma dam⁹ cũ rectè cõuersamur, mẽbra vestra custodiẽtes ab omni turpitudine. Peccatũ.n. q.d. quod dixi facite, quod & leuiter potestis. Peccatũ.n. vobis iã nõ dominabitur, vt olim solebat. Non.n. estis sub lege, quę nõ iuuabat. Sed estis sub gratia, quę refrigerat & iuuat, vt etiã legis quisq; sit factor, sine qua gratia, sub lege positus tatũmodo erit legis auditor. [Quid ergo? Peccabim⁹, quoniã nõ sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quoniã cui exhibetis vos seruos ad obediẽdũ, serui estis ei⁹ cui obedistis, siue peccati ad mortẽ, siue obeditiõis ad iustitiã? Gratias aũt deo, quòd fuistis serui peccati, obedistis aũt ex corde, ĩ eã formã doctrinę, ĩ qua traditi estis. Liberati aũt à peccato, serui facti estis iustitiæ.] Quid ergo? q.d. quia nõ sum⁹ sub lege q̃ terret, sed sub gratia, quæ bonũ ꝓmittit. Quid ergo? faciem⁹, an.s. Peccabim⁹ hac fiducia. Quoniã nõ sum⁹ sub lege, sed sub gratia? Hoc quidã dicebãt, q legẽ quasi cohęrẽtẽ gratiæ ꝑdicabãt tenendã, ꝙ Apostolus remouẽs ait, Absit, Vel ita, Dixi vos sub gratia esse nõ sub lege, & quoniã lex à deo est, ne ꝑ hoc ei fortè apponeretur, ipse sibi apponit. q.d. qa lex à deo est. Quid ergo dicem⁹? dicem⁹ hoc.s. ꝙ peccabim⁹. Quoniã nõ sub lege, sed sub gratia sum⁹.i. quod legẽ dimisim⁹ pro gratia? Absit. An nescitis, ne aliud profitẽtes, aliud faciam⁹: & cũ dei serui dicimur, gestis serui diaboli ĩueniamur ꝓmonet: & denũciat, nos esse seruos ei⁹, cui⁹ volũtatẽ explem⁹ operibus. q.d. non debetis peccare, sed bene operari. Quoniã cui exhibetis.i. affectatis, Vos seruos, vt ꝓnos ad obediẽdum cõsentiẽdo & operãdo. Serui estis.i. cogemini quadã necessitate, quã importat cõsuetudo, ad voluntatẽ ei⁹. Cui obedistis.i. postquã ei obedistis: & si nõ antè cũ primũ exhiberetis vos seruos. Et an nescitis hoc? Serui estis dico.i.

Ambrosi⁹.

Ambrosi⁹.

Aimo.

Aimo.

Ambrosi⁹.

Siue

Siue peccati, ducentis, Ad mortē, id est ad peccatū maius, vel ad ęternam pœnā: Siue obeditionis. i. iustitiæ, ducentis, Ad iustitiam, maiorem, vel ad æternam vitam. Gratias &c. q. d. eius estis cui vos datis. ego autem Gratias, ago, Deo, de eo quod cum prius essetis serui peccati, nō modo, & hoc est quod ait, sic lege literam. q. d. Ita est vt dixi, & hoc in vobis apparet, qui fuistis aliquando Serui peccati, nunc autem obedistis, & per hoc estis facti, serui iustitiæ, id est Christi. Obedistis dico nō specie tenus, Sed ex corde. i. animi iudicio, quia per naturā non per legem, ex voluntate non ex timore obedistis fidei. de hoc autem, Ago gratias deo. s. quod cum prius essetis tales, modo nō estis, vos dico tendentes In eam formam doctrinæ. i. in doctrinam quæ est forma nostra. Doctrina euangelij est forma quæ imaginem dei deformatam restituit. In eam formam, dico, in quam formā non per vos, sed gratia dei, Traditi estis, & per hoc, Liberati estis, per alium, A peccato. i. à fomite peccati ne regnet. Serui autem facti estis iustitiæ, cōsentiendo & operādo. [Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis mēbra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati: liberi fuistis iustitiæ, Quem ergo fructum habuistis tūc in illis, in quibus nunc erubescitis?] Humanum dico &c. Hactenus ostendit Apostolus non esse peccandum. hîc dicit quid deinceps sit agendum. s. vt seruiatur iustitiæ, de quo nullus est qui possit se excusare, quia nullus est qui non possit bene operari, saltem voluntate, quod item est per gratiā. Et ne religio Christiana quasi importabilis & aspera videretur, & ideo fugeretur, quiddam humanum. i. leue præcipit: scilicet ea mensura seruire deo, qua prius famulabamur peccato, cum vtiq; propēsius deberet seruiri deo q̄ peccato, quippè cùm hîc salus illic dānatio sit. q. d. & quia liberi estis à peccato, ideo dico. i præcipio vobis. Quiddā humanum. i. leue & sine onere, quod quidem est adultæ, sed non consummatæ iustitiæ. & hoc dico, Propter infirmitatē carnis vestræ. i. quæ est ex carne vestra, pro qua humanū dico, quia maiora deberem dicere si possetis ferre, quía plus seruitu-tis

Marginal notes: Ambrosi. (beside "saltem voluntate"); Origenes (beside "mensura seruire deo"); Ambrosi. (beside "vtiq; propēsius"); Origenes (beside "hîc salus illic")

tis debetis iustitię quàm peccato sed parco infirmitati vestræ non exigens plùs boni à vobis, quàm fecistis mali. Sicut enim &c. Hîc ostendit illud humanum, pudorem incutiens illis dum dicit, vt hoc saltem dependant iustitiæ, quod priùs immunditię detulerant. Quid ergo tam humanum.i. tam leue tam sine onere quod prorsus nulla possit carnis infirmitas excusare? q.d. Vere humanum dico, quia hoc humanum. Sicut enim exhibuistis.i. voluntate duce præparastis. Membra vestra, quæ vestri iuris essent, si velletis, Seruire operando immunditiæ carnis.i. luxuriæ, quæ corpus inquinat. Et iniquitati mẽtis, quæ & si corpus non inquinet, animam tamẽ corrumpit: iniquitati dico ducẽti, Ad iniquitatem.i. ad mali consummationem: Ita.i. similiter nunc cum sitis liberati à peccato, Exhibete.i. præparate, Membra vestra, quę vestri iuris sunt. Seruire, operando, Iustitiæ, ducenti, In sanctificationem.i. ad boni consummationem. Et est sensus, Sicut tunc nullus timor coegit vos ad peccãdum, sed libido voluptasq; peccati duxit: sic modò ad iuste viuendum, non vos supplicii metus vrgeat, sed delectatio charitasq; iustitiæ ducat: & hæc quidem quantum mihi videtur nondum est perfecta, sed quodammodo adulta iustitia. Vnde non frustra dicit, Humanum: humanum enim est quod ait, Sicut exhibuistis vos immunditiæ: Ita exhibete vos nũc iustitiæ, quia plùs etiã debet amari iustitia quàm tũc fuerit iniquitas, vt.s. pro iustitia tolleret homo dolores, & contemnat omnia, etiam mortem. Suauior est enim iustitia & lucidior quàm iniquitas, & ideò magis amanda. Appẽde enim iustitiam & iniquitatem, tantum ne amanda est iustitia, quomodo amata est illa? absit vt sic, & vtinam vel sic ametur, ergo plus amanda, plus omnino. In iniquitate consecutus es voluptatem, pro iustitia tolera dolorem. Ecce plus, sed non dicit Apostolus plus, sed sicut. Si ergo nõ plus seruitur iustitiæ, Vel.i. saltem tantum seruiatur, quantũ tunc iniquitati seruiebatur, hoc dicit ne fides, quasi aspera & importabilis fugiatur. Inueniũtur tamẽ forsitan aliqui qui sicut iustitię peccati voluptatem præposuerunt: ita præponant iustitiæ delectationem, voluptatibus carnis pro iustitia tamẽ pœnas mortemq; pati formidẽt. Humanũ est hoc. Parum est

Origenes

Augu. ad Anastasiũ

August. in eodem.

August.

Attende.

August.

August. in eodem.

vt contemnas quicquid te delectabat, cõtemne etiã quicquid terrebat, carceres, tormenta, etiam mortem. In vtroq; gradu amatores iustitiæ vos præparate. Cum enim &c. q. d. ideò seruiendum est iustitiæ. Enim. i. quia cum Essetis serui peccati, id est cum peccatum dominaretur vobis, Liberi fuistis iustitiæ, id est caruistis dominio iustitiæ. Serui

August. in enchirid.

addicti, quæso, qualis potest esse libertas? libertas serui est, quando eum peccare delectat, quod est ex libero arbitrio, liberaliter enim seruit, qui voluntatem domini, libenter facit. Ac per hoc ad peccandũ liber est, quia peccati seruus est, sic & iustitię liberè seruit, qui amat, qui lętatur. Ipsa est verè libertas propter rectè facti lætitiam, simul & pia seruitus propter præcepti obedientiam. Hæc est ergo bona seruitus & libertas, illa verò mala. Quem ergo. q. d. Cum serui essetis peccato caruistis iustitia, & etiam fuit vobis fructus talis vnde erubescatis, & finis mors æterna, & hoc dicit sub interrogatione. q. d. caruistis iustitia. Quem ergo fructum habuistis tunc? q. d. malum. s. maiorem turpitudinem: habuistis dico, In illis, turpitudinibus peccatorum, In quibus, id est in quarum memoria erubescitis nũc, cum sanę mentis estis. Est enim temporalis confusio quędam scilicet vtilis perturbatio animi respicientis peccata sua, & respectione horrentis, & horrore erubescentis, & erubescẽdo corrigẽtis. Et nota quòd ideò mala priora memorat Apostolus, quia hæc rememoratio facit priora abhorrere, & magis obnoxios gratiæ. [Nam finis illorum, mors est. Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem verò vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors: gratia autẽ dei, vita æterna in Christo Iesu domino nostro.] Nam finis, quasi dicat de fructu quæro. Nam de fine patet scilicet. Quòd finis illorum scilicet exitus vitæ, & actuum, Est mors æterna, quæ illis operibus & talia operantibus succedit. A morte enim peccati ad mortem æternam transitur. Ecce libertas illorum & maculis plena, & pœnarum squaloribus est mãcipata. De talib⁹ dicit propheta. Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumẽta dicuntur homines irrationabiliter viuentes sine honestate morum & conuersationis. Iumenta ergo in stercore putrescere est in

August. in psal. 30.

Ambrosi⁹

Aimo.

In fœtore luxuriæ, & turpitudine vitiorum, vitam finire. Nunc autem.q.d. Ita fuit tunc,cū seruiretis peccato. Nūc verò cū cōuersi estis, Liberati estis à peccato, cuius tūc serui eratis. Nota quòd supradixit eos liberos fuisse iustitię, nō liberatos: nūc autem à peccato nō liberos dicit, ne sibi hoc tribuāt, sed dicit prouidè ac vigilāter liberatos, referēs hoc ad illam domini sententiam. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis: sed hæc voluntas quæ in malis libera est, quia delectatur malis, ideò non est in bonis libera, quia liberata non est: nec potest homo aliquid boni velle, nisi adiuuetur ab eo, qui malum non potest velle: & ideò hîc vigilantissimè dixit liberatos à peccato, & suprà, liberos iustitiæ. Liberum enim arbitrium vsqueadeo in peccatore non periit, vt per ipsum peccent, maximè omnes, qui cum delectatione peccant, & quibus placet, quod eis libet. Liberi ergo à iustitia non sunt nisi arbitrio libertatis: liberati autem à peccato non sunt, nisi gratia saluatoris. Serui autem, quasi dicat liberati estis à peccato, serui autem estis facti quasi per alium Deo, qui tunc liberi. Fuistis, iustitiæ, & vos liberati & serui facti Habetis, in præsenti. Fructum vestrum, id est congruum: vos dico ducti. In sanctificationem, id est in virtutum consummationem. Finem verò, habebitis Vitam æternam, id est in exitu & fine vitæ, habebitis vitam quæ est sine fine. Stipendia enim &c.q.d. verè finis illorū Mors est, quia mors æterna est. Stipendia peccati.i. digna retributio pro peccato. Vita autem æterna, quæ est finis iustorum sola dei gratia datur, & hoc In Christo Iesu domino nostro, id est per Iesum Christum. Attēde quòd loquens de remuneratione peccati, stipendium nominauit: & de remuneratione electorum dixit gratiam dei, quia qui militant diabolo propriam mercedem accipiunt, quasi dicat stipendium, id est diabolicæ militiæ debitum. Stipendium enim dicitur à stipe pendenda, id est substantia ponderanda. Antiquitùs enim potius ponderabatur pecunia quàm numerabatur, quæ militibus pro patria militantib⁹ ex publico erario tribuebatur. Ideò dixit stipēdiū peccati mors, vt mortem peccato nō immeritò illatā, sed debitā demonstraret. Stipendia enim quasi emeritorum sunt, & stipendium pro

Augu. ad Bonifa.

August. in eodem.

Ambros.

Aimo.

August. Aimo.

August. in Enchirid.

August.

August.in eodem. Augu ad Valentiũ. Augu.ad Sixtum. p̄sbyterũ.

opere diabolicæ militiæ debitum redditur, non donatur. Gratia verò nisi gratis est, gratia non est. Intelligendum igitur est etiã bona ipsa hominis merita, esse dei munera quibus cum vita ęterna redditur, quid nisi gratia pro gratia datur? Et quia merita ex gratia sunt, & ita gratia pro gratia reddetur. Posset ergo rectè dicere stipendium iustitiæ, vita æterna: sed maluit gratia dei dicere vita æterna, ut intelligeremus deum ad vitam æternam pro sua miseratione nos perducere, non meritis nostris. Quid enim est meritum hominis antè gratiam, cùm omne bonum meritum nostrum nõ in nobis faciat nisi gratia? Quippè cum deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quàm merita sua. Vnde vita æterna, quæ in fine à deo meritis præcedentibus redditur, quia eadem merita quibus redditur non à nobis sunt, sed in nobis facta sunt per gratiam. rectè & ipsa, gratia nuncupatur, quia gratis datur: nec ideò gratis, quia non meritis datur, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur. Confitendum est ergo ideò gratiam vitam

Augu.de cor.& gr.

ęternam vocari, quia his meritis redditur, quę gratia contulit homini. Vnde in euangelio legitur & gratiam pro gratia. i. pro eis meritis quæ contulit gratia. Certum enim est vitam æternã bonis operibus reddi, sed ipsa opera quibus reddetur, ad gratiã dei pertinere. Vnde dominus ait:

Augustin. Fulgẽtius

Sine me nihil potestis facere. Accipimus ergo gratiã pro gratia, sed gratiam glorificationis pro gratia iustificationis indebitæ. Gratia enim iustificationis omne meritum malum deleuit, indebito beneficio, & cõfirmat iugi auxilio, cui gratia glorificationis iustè redditur in primo.

CAPVT VII.

AN ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quanto tempore viuit? Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro, si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro. An ignoratis fratres &c. Hactenus egit de vi gratiæ, ostendens ex ea non ex lege esse salutem: nunc dicit quia lex vltra non est tenenda, & agit de fine legis, & priori in-

utilitat

utilitate legis. Non ergo mirentur Romani, quia Apostolus ait, Non estis sub lege, sed sub gratia. Suprà enim dicebatur lex non iustificare: hîc dicitur debere cessare, quia data est vsq; ad Christum. q. d. aliquis diceret. Cur dicis per Christum esse vitam, & non per legis obseruantiam? Respon. quia iam finem habet ipsa lex, & non dat vitam, sed auget peccatum: & hoc est quod dicit sub interrogatione, & est ordo verborum talis. An ignoratis ô fratres hoc. s. ignoratis quia lex Mosi in homine dominatur, vt ei obediat homo? Quanto tempore viuit. i. quandiu statim habet ipsa lex, quod non debetis ignorare. Enim, id est quia vos scitis legem scilicet Mosi. Erant enim Romani de Iudæis & gentibus: & ego loquor scientibus legem, in qua quod dico manifestatur, si spiritualiter intelligatur. Deinde per simile illud ostendit subdens. Nam quæ viro, per quam similitudinem explanat & probat quod dixerat. Sicut enim mulier viuente viro, Alligata est legi viri. Si autem mortuus fuerit soluta est: ita dum lex statum habet ei subiectus est homo, cũ verò desinet habere statum, soluitur homo. Vel ita, An ignoratis. Agit de lege naturali. Vt enim firmet animos eorum in doctrina euangelii, & retrahat à lege Mosi, vtitur exemplo humanæ legis, vt per terrena suadeat cælestia. Sciunt vtiq; legem Romani, quia nõ sunt barbari, sed naturalem iustitiam comprehenderunt partim ex se, partim ex Græcis, sicut & Grçci ex Hebrçis. & hoc est. q. d. Ideò dico per Christum & non per legem Mosi, quia lex finem habet, quod patet per exemplum humanæ legis. An ignoratis fratres, quia lex naturæ quæ generalis est, sed non per omnes sui partes, ab omnib⁹ recipitur vel obseruatur. In homine dominatur, quanto temp. vi. i. quandiu statum habet? Mortua enim dicitur lex, cum cessat eius auctoritas, nõ debetis hoc ignorare, quia vos scitis legem naturalem. Et ego loquor sci. le. hoc de lege naturali literis inscripta, siue consuetudine hominũ comprobata, ait, sub qua erant Iudæi, Græci, Latini. Hæc enim lex generalis est, postea verò specialem legem proponit, per quam etiam vult probare apertiùs assertionem suam. Gradatim enim vult eis tradere veritatem: vnde subdit. Namque sub viro est &c. Verè dum sta-

[Margin: August. li. 83. quæst.]

[Margin: Ambrosi.]

[Margin: Ambros.]

tum habet lex dominatur,ſicut per hoc exemplum oſte
do. Nam mulier quæ ſub viro eſt,viro viuente alligata
legi viri,vt nõ poſſit diſcedere ab eo, ſic & lex Moſi q
diu ſtatum habet,debet ſeruari. Hoc ergo ſequenti exe
plo apertius docet Chriſtianum à lege factorum exu
non ab omni lege,ſicut mulier liberatur à lege viri,mo
tuo viro,non à lege naturæ,nec vltra debet Chriſtian
Ambroſi. eſſe ſub lege. Si enim ei lex viuit,adulter eſt,non prod
ei Chriſtianum dici , & hoc oſtendit poſitum exempl
exequendo. Si autem mortuus fuerit vir eius , ſoluta e
lege viri:ſimiliter ſi lex ſtatum amittit,ſoluitur homo
quia viuente viro alligata eſt legi viri, Igitur viuente
rito vocabitur adultera,ſi fuerit cum alio viro: ſic qui p
uaricatur lege ſtante peccat. Si autem mortuus fuerit v
Ambroſ. eius,liberata eſt à lege viri:ita ſublata lege data remiſſi
ne peccatorum hi qui iuncti ſunt euangelio per gratia
Ambro. liberati ſunt. Vt non ſit,quaſi dicat &c.ita libera eſt m
lier , vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro:ſic, ſi
lege non præuaricatur qui ad Chriſtum tranſit , dimi
figuris. Mortua enim lege non ſunt adulteri qui cũ Ch
ſto ſunt.immo ſi quis ſeruans legem mortuam,vult eſſe
dei,adulter in vtroque,nec prodeſt ei Chriſtus. [Ita
fratres mei, & vos mortificati eſtis legi per corpus C
ſti,vt ſitis alterius,qui ex mortuis reſurrexit,vt fructi
tis deo. Cum enim eſſemus in carne , paſſiones peccat
quæ per legem erant,operabantur in membris noſtris,
fructificarent morti,nunc autem ſoluti ſumus à lege m
tis,in qua detinebamur : ita vt ſeruiamus in nouitate ſ
ritus,& non in vetuſtate literæ.] Itaq; fratres mei. H
Aug. lib. úſque ſimilitudo eſt,dehinc incipit rem loqui,pro qua
83. quęſt. militudinem induxit,& infert à ſimili,quaſi dicat quia
Ambroſi. eſt inter virum & mulierem:itaque iuxta hanc ſimilitu
nem, Fratres mei,& vos vt nos Apoſtoli, Mortificati eſ
legi,dimiſſis peccatis,id eſt nihil debetis Legi, quæ d
eſt vſque ad Chriſtum,quaſi dicat non modò dimiſiſtis
gem,ſed etiam facti eſtis, vt mortui legi , id eſt figur
uis. Ita enim hîc appellatur lex. mortificati dico, Per co
pus Chriſti, id eſt per myſterium incarnationis, vel p
completionem veritatis, ad hoc eſtis mortificati legi

vos sitis alterius, id est Christi cuius non pudeat vos esse, quia ipse est. Qui ex mortuis resurrexit, cuius vtiq; sumus vt modo Fructificem⁹ deo, qui prius fructificabam⁹ morti sub lege, & verè modò fructificamus deo, & non olim. Cum enim essemus in carne, id est quæ carnis sunt operãtes quod erat sub lege. Passiones peccatorum, id est concupiscentiæ quæ sunt causa peccatorum mortalium, id est consensus operis, sub quibus tanquam sub viro dominante agebat anima, antequam gratia veniret per fidem, Quæ, passiones Per legem erant, vel notæ vel etiam auctæ, vitio faciente, Operabãtur in membris nostris. i. ducebãt membra nostra ad mala opera. Ita vt fructificarent morti. i. vt facerẽt digna æterna morte. Nunc autẽ cum sumus Christi, soluti sum⁹, remissis peccatis, à lege, quæ est causa mortis, id est peccati. Aucta est enim concupiscentia, cum lex prohiberet vbi non erat fides: & ad cumulum peccatorum præuaricationis crimen additum est, quia vbi non est lex, nec præuaricatio. Vel lex mortis ideò dicta est, quia peccantes interficit, & reos punit. In qua lege, detinebantur, Nec vnquam nisi gratia dei solueremur, soluti sumus dico, Ita vt seruiamus in nouitate spiritus & non in vetustate literę, id est seruiamus operibus noui hominis Christi, quæ nõ nostris viribus vel lege attingimus, sed gratia spiritus sancti, in quibus est sic immorandum, vt nihil addatur de operibus legis quæ vetusta sunt. Vel, Seruiamus in nouit. spiritus, id est lege fidei, quæ est in animo innouato, quæ etiam hominem facit spiritualem, & ideò rectè dicitur lex spiritus. Et non in vetustate literę. i. non secũdũ literã quæ senuit, quia cessauit. Attẽde quòd in præcedẽti similitudine tria sunt. s. vir, mulier, lex viri: & rursum in hac ꝓpter quã similitudo inducta fuit, similiter tria, anima, pctm̃, lex: hoc solũ hîc diuersum est, quòd in illa vir morit̃, vt à lege viri soluta mulier nubat, cui velit: hîc autẽ nõ peccatũ, sed ipsa anima morit̃ peccato. Prædictis nàq; passionib⁹ ipsa aĩa moritur q̃ iã seruit mẽte legi dei, quãnuis ipsę passiones nondũ mortuæ sunt, quãdiu carne seruit legi peccati. Restat ergo adhuc aliquid ei q est sub gratia, quod eũ tamẽ nõ vincat, nec captiuum ducat. Quid ergo? Hîc queritur vtrũ ipsa lex sit mala, quia videbatur culpas-

Ambros. August. Ambros. Augu. li. 83. quæst. Ambros. Ambros. Ambro. August. Augu. li. 83. quęst.

se legem dicendo passiones peccatorum esse per legem
& eandem vocando legem mortis & vetustatẽ literæ: quę
Augu. de verba malè intellecta fomitem insaniæ furori Manichæo-
verb. dñi. rum subministrarent. Manichæi enim legem Mosi dicunt
non à deo datam, & eam euangelio contrariã esse conten-
dunt: & quando cũ eis agitur, prædictis testimoniis Apo-
stoli quæ non intelligunt, conantur conuincere catholi-
cos. Quod ergo sensit Apostolus posse intelligi, opponit,
vt & hoc se intellexisse neget, & legem legis ipsius laude
defendat, & quo sensu prædicta dixerit verba, aperiat. q. d.
Quandoquidem lex mortis est, & auxit vires peccati de-
tinẽs à bona operatione. [Quid ergo dicemus? Lex pec-
catum est? Absit. Sed peccatum nõ cognoui, nisi per legẽ.
Nam concupiscentiam nesciebã, nisi lex diceret, Non cõ-
cupisces. Occasione autem accepta, peccatum per manda-
tum, operatũ est in me omnem concupiscentiam.] Quid
ergo dicemus? Dicemus, Quia lex peccatum, id est docẽs
vel faciens peccare. Vel talis pro qua donata peccauit au-
ctor eius, quasi malæ rei? Absit. Nõ enim lex mala est, sed
Ambrosi⁹ potius bona. Quia peccatum nõ cognoui nisi per legem,
id est quia peccatum fecit cognoscere, quia prius nesciebã-
tur quædam vel esse peccata, vel adeò esse grauia, vel esse
punienda. Non ergo adeò prius cognoui peccatum nisi
per legem per quam innotuit, vel esse peccatũ quod igno-
Ambrosi. rabatur, vel esse graue, vel esse puniendum. Per hoc osten-
Augu. ad dit legem non esse peccatum, sed indicem peccati. Quare
Simplic. intelligitur legem ad hoc datam esse, non vt peccatum in-
fereretur, vel extirparetur, sed tantum vt demonstraretur
quod animam faceret ream, vt quia peccatum sine gratia
dei vinci non possit, ipsa reatus sollicitudine, ad percipiẽ-
dam gratiam conuerteretur. Quòd autem per legem no-
tum sit peccatum, ostendit in parte. Nam concupiscentia,
quasi dicat peccatum non cognoui nisi per legem, sicut in
hoc vno patet. Nam concupiscentiam nesciebam, vel pec-
catum esse, vel tam graue: Nisi lex diceret, Non concu-
pisces. Ad probandum per legem cognosci peccatum,
August. hoc elegit Apostolus quod est generale peccatum, scili-
cet concupiscentia, vnde omnia mala veniunt. bona est
ergo lex, quæ dũ hoc prohibet, omnia mortalia prohibet.

Non

Non est lex peccatum sed insinuatrix peccati, per eam factus est homo doctus, sed peius est victus dum sine gratia Christi erat. Et nota quod ait, Nesciebam, non pro se hoc dicit, sed in persona sua generalem agit causam. Sed quæritur quæ sit ista concupiscentia. Dicunt quidam illam esse quę prohibetur in decalogo cũ dicitur, Non concupisces rem proximi, vel vxorem proximi. Alij ergo generaliter quamlibet concupiscentiam quorumlibet prohibitorum. Occasione autem &c. Ecce ostensum est quòd lex bona est quę peccatum prohibet, & ostendit: sed tamen ex ea malum accessit, quia, Peccatum, id est fomes peccati. s. vitium concupiscentię, quod & carnalitas appellatur. Vel, Peccatum, id est diabolus qui est auctor peccati, Operatũ est in me omnem concupiscentiam, id est consensus delectationis & operis. Aucta est enim cõcupiscentia ex prohibitione legis, quãdo adhuc deerat gratia liberantis: vel, Omnem concupiscentiam, id est omne peccatum: omnem enim dicens concupiscentiam, cuncta peccata significat. Erat enim antè peccatum, sed non omne, quando crimen præuaricationis adhuc deerat. Sed modò omne peccatum accessit, quia etiam præuaricatio. Operatum est dico. Occasione accepta per mandatum, id est per legem. Fomes occasionem accipit per mandatũ, quia talis est nostra carnalitas, vt ardentius desideret prohibita, quibus non memoratis iaceret quasi sopita, & diabolus etiam ex mandato accepit occasionem, quia videns legem in auxilium hominibus datam, magis exarsit iracundia aduersus hominem, & magis institit vt verteret legem illis in perniciem, cùm prius quasi securè possidens minus tentaret. Vel, Peccatum, id est diabolus vel fomes, Est operatum in me omnem concupiscentiam, non mutatur sensus horum verborum. & hoc, Per mãdatum. operatum dico, Occasione accepta, in ipsis rebus, vt visa muliere, vel auro, & huiusmodi. Attende rectè dici peccatum operatum omnem concupiscentiam per mandatũ. Vel occasionem accepisse per mandatum. Minor enim erat concupiscentia ante legem, quando securus peccabat homo. Ibat enim post concupiscentiam, & quò trahebat, currebat, eiúsque illecebras blãdas, & ex carnali suauitate iucundas magnam felicitatem putabat,

Augusti.
Hierony.
Quæstio.
Ambrosi.
Augusti.
Ambrosi.
Augu. ad Simplic.
Augusti.
Ambrosi.
Augu. de verb. dñi.

putabat,sed veniente lege quasi opposito obiice,vidit ho mo malum suum, voluit refrenare concupiscentiam, no ire post eam , strinxit se, conatus est homo de se præsu mens concupiscentiæ fluuium siccare,sed non valuit. Fre natus quidem est fluuius concupiscentiæ,oppositis obiici bus legis sed non siccatus, immo quia de se non de gratia homo præsumpsit. Aucta est concupiscentia opposita le ge,& quæ prius eum ducebat obiice nullo,obruit eum ob iice rupto. Per legem enim doctus, ea præuaricata peius est victus,& factus est legis preuaricator qui fuit antè ne scius peccator : & ideò bene dicit omnem concupiscen tiam. Omnis enim est quando transcendit legem. [Sine lege enim, peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, pecca tum reuixit. Ego autem mortuus sum,& inuentum est mi hi mandatum quod erat ad vitam,hoc esse ad mortem. Nã peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me,& per illud occîdit.] Sine lege enim &c. Bene dixit per mã datum , Sine lege enim, id est cum lex non erat , Pecca tum , id est diabolus seu fomes peccati mortuum erat, id est debile, quia non ita sæuiebat ad illusionem hominum ante legem. Patet quòd non ex sua persona, sed ex perso na hominis generaliter , loquitur Apostolus , & notatur hîc primus actus hominis ante legem, id est loquitur hîc in persona hominis ante legem . Ego autem, quasi dicat. Ante legem pec. erat mort. Ego autem, rationalis homo, Aliquando , id est in tempore ante legem , Viuebam , ad comparationem huius mortis cùm essem, Sine lege. Nota duos homines in eodem , scilicet interiorem & exterio rem,id est rationem & fomitem:qui est in carne,interiorẽ dicit assentire , legi & eius testimonio , bonam esse legem approbat:exteriorem verò dicit contra interiorem,& cõ tra legem repugnare & captiuare , & per legem maiorem potestatem peccandi habere . Sed cum venisset. Hîc no tatur secundus actus sub lege,id est hîc loquitur Aposto lus in statu hominis positi sub lege , quasi dicat sine lege viuebam . Sed cum venisset mandatum legis, peccatum prius sopitum, id est exterior homo,scilicet fomes pecca ti, Reuixit, id est cœpit apparere, & rebellare : Ego au tem

Margin notes: Idem. (beside "tiam. Omnis enim est…"); Ambrosi⁹ August. (beside "ante legem. Patet quòd…" and "na hominis generaliter…")

tem interior homo mortuus ſum aucto peccato & addita præuaricatione: vel ita ab illo loco, Sine lege. Et agit de peccato concupiſcentiæ, & de aliis quæ per legem nota fuerunt, & reſpicit ad illud quod prædixerat ſcilicet peccatum non cognoui niſi per legem, quaſi dicat & verè non niſi per legem. Quia ſine lege p.mor.eſt, id eſt ignotum latebat, non apparebat, omnino tanquam ſepultum ignorabatur. Ego autem viuebam ſine lege aliquando, id eſt videbar mihi viuere, quia non terrebar morte ex peccato, quia non apparebat, quaſi dicat. Neſciebam eſſe peccatum, & ideò ſecurè viuebam, quaſi deus non eſſet iudicaturus actus humanos. Sed cùm veniſſet mandatum peccatum reuixit, id eſt apparuit & innotuit mihi: nec tamen ait vixit, ſed reuixit, quia vixerat aliquando in paradiſo quando contra præceptum datum ſatis apparebat admiſſum: ſed cum homines nati peccatores ſine mandato viuerent, tanquam mortuum latebat, ſequebaturque concupiſcentias carnis ſine cognitione quia ſine cohibitione: ſed data lege, peccatum in notitiam nati hominis reuixit quod in notitiam primam facti hominis. Aliquando iam vixerat. Ego autem mortuus ſum, id eſt noui me mortuum: quia vidit ſe reum eſſe apud deum ex his quæ peccabat. Antè enim erat ſibi ignotus peccator, ſed modò factus eſt ſibi manifeſtus præuaricator. Et ita inuentum eſt alicui benè attendenti, Mandatum legis, quod erat ad vitam obedienti vel obſeruanti, vel erat ad vitam intentione dantis, quia bonum erat, hoc idem nòn aliud eſſe, Ad mortem æternam, mihi non obſeruanti, & peccanti. Ad mortem autem non eſt ex ſui vitio, ſed ratione prædictæ occaſionis. Nam peccatum, quia dixerat peccatum eſſe ad mortem quomodo hoc ſit determinat. quaſi dicat quomodo mihi eſt mandatum ad mortem? Ecce quia per illud ſeductus ſum falſa dulcedine, diabolo vel fomite. & hoc eſt, Nam peccatum, id eſt carnalitas vel diabolus, Fefellit me vel ſeduxit, id eſt à bono ad malum traxit me. Occaſione accepta per mandatum. Quia quod concupiſcitur, dulcius fit dum vetatur, & ſic peccatum fallit per mandatum, Ex prohibitione nanque vbi charitas deficit,

Auguſtin⁹ | Augu. de ver. apo. | Augu. ad Bonifac. | Auguſti. | Ambroſi. | Augu. de verb. dñi. | Ambroſi⁹ | Auguſtin⁹ | Augu. ad Simplic.

deficit, desiderium mali crescit, quo aucto dulcius fit quod prohibetur, & ita peccatum fallit falsa dulcedine. Fallax enim est dulcedo quam plures atque maiores pœnarum amaritudines sequuntur, & non solum seduxit per mandatum, sed etiam, Per illud, mandatum, Occîdit, quia etiam præuaricationis accessit reatus. Gladio ergo quem portabas te inimicus occîdit, armis tuis te vicit, armis tuis te interemit. Mandato enim tanquam gladio armatus eras, vt inimicum occîderes, quod non vales si de te præsumis. Esto ergo humilis non de te prę sumas, & poteris vincere. Vide ergo paruum Dauid contra magnum Goliam, sed in dei nomine præsumentem non in viribus suis: Tu venis, inquit, ad me cum clypeo & lancea, ego in nomine domini omnipotentis: sic omnino & non aliter prosternitur inimicus. Vel ita lege, Dico quod peccatum me seduxit, Et per illud, id est per hoc quod seduxit: occîdit me, id est ad æternam damnationem perduxit. [Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatũ vt appareat peccatum, per bonum operatũ est mihi mortẽ, vt fiat supra modum, peccans peccatum per mandatum.] Itaque lex quidem sancta, & mandatum &c. Suprà legem peccatum esse negauit, defendens eam à crimine, hîc eandem sui laude defendit. Aliud est à crimine obiecto defendere, aliud debito præconio prædicare. Crimen obiectum fuit vbi dictum est, lex peccatum est. Defensio subsecuta est cùm ait, Absit. Vno verbo defensa est veritas, quia magna est defendentis auctoritas. hîc autem vberrima laude legem commendat, ne quid suspicionis aduersę remaneret in lege. quasi dicat, quia lex est ad vitam, & bona iubet & mala prohibet, & fecit peccatum agnoscere, Itaque lex quidem est sancta, id est sanè docens, Et mandatum, id est quod per eam præcipitur, Est sanctum, in se, Et iustum, id est iustificans peccatorem, Et bonum, id est vtile vitam acquirens. Quid ergo? Hîc quæritur vtrum lex & si sit bona, sit tamen efficiendo damnosa, quod ex prædictis videbatur posse colligi. Dixerat enim mandatum esse ad mortem, & item dixerat esse bonum. Vnde minus intelligentibus videri potest bonum effecisse mortem, quod sibi opponens

Augu. de verb. dñi

August.

Ambrosi⁹

opponens remouet, & quo intellectu dixerat mandatum ad mortem, exponit contra quosdam impios qui dicebant vetus testamentum esse à principe tenebrarū, nouum autem à domino. quasi dicat, constat legem esse bonam, & cū constet modò quod bona est lex, & tamen ex ea mihi est mors, vt supradictum est, Ergo quod bonum est mihi factum est mors, id est datur hoc bonum mihi à deo, ita vt sit efficiens causa mortis? Absit. Non enim est ex ipsa lege mors, sed ex vitio hominis: quia non lex, sed fomes, est efficiens causa mortis, qui bonam rem vertit in malum. Sicut enim medicina non est causa mortis, si ostendat venena mortifera, licet his mali homines abutantur ad mortem suam, vel aliorum: sic lex quæ venena peccatorum demonstrat, & hominem libertate sua abutentem quasi freno cohibet, & composito gressu incedere docet, non efficiens causa peccati est: sed potius vitium hominis, id est fomes, & hoc est quod subdit, Sed peccatum, id est fomes peccati. Operatum est mihi mortē, id est peccatum actuale, quod est causa mortis. operatum est dico, Per bonum, id est per legem: non quia & ipsa sit efficiēs causa, sed quia ex ea accepit occasionem, sicut prædictum est. operatum est dico, ita, Vt appareat peccatum, id est efficiens causa peccati, quod tunc apparet, quando rationem trahit ad cōsensum, & ad operandum. Vel ita, Peccatum, id est fomes peccati, Operatum est mortem, id est peccatum. & hoc, Per bonum, id est per legem, non vtique efficientem peccatum, sed potius demonstrantem & prohibentem illud, ita, Vt per eam appareat peccatū: non dico vt sit per eam, Sed appareat, quia etiam erat quando non apparebat: sicut supradictū est, Concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret, Non concupisces. Non dixit non habebam. Bonum ergo est lex quæ sanctitate sua & iustitia, malum esse concupiscentiam quam nesciebam ostendit. Non igitur imputo legi Dei, sed vitio meo peccatum: bona est enim lex, sed sine gratia tantum ostendit peccatum, non intulit. ergo lex semper bona est, siue obsit inanibus gratia, siue prosit plenis gratia. Multa enim sunt bona quæ tamen quibusdam vitio ipsorum sunt noxia: sicut sol sanos quidem oculos mulcet, dolentibus auget dolorem.

Hiero. ad Alcasiū.

Augu. de verb. dñi.

Augu. cō tra Faust.

tem. Similiter ergo lex prodest habentibus gratiam, quæ est mentium sanitas. Inanibus obest non suo, sed illorum vitio. Dico operatum est mihi mortem, in tantum, Vt peccatum, id est, fomes peccati fiat peccans, id est peccare faciens, Suprà modum, id est plusquàm antè, non mediocriter, quia etiam præuaricatio accessit. fiat peccans dico, &

Ambrosi' hoc, Per mandatum, sine quo non tantum ardebat fomes,

August. & per quod acreuit præuaricatio. Concupiscentia enim

August. carnis, quę radix est malorum, per mandatum magis præualuit non defecit. Lex enim concupiscentiam non extinxit. Vbi enim non est gratia liberatoris, auget peccati desiderium, prohibitio peccatorum. Ideò ergo dixit, Per

Augu.li. mādatū, quia p̄uaricatio addita est cū peccādi libidine. Et

83. quęst. ideò dixit, Supramodū, quia per legē nō defecit, sed magis

Ambrosi. solutis cupiditatibus creuit. Vel per peccatū hîc intelligitur diabolus, quia per bonū dei incensus est iracūdia cōtra hominem, & contraria atque illicita illi suasit, quia ei vidit à domino prouideri, in quo apparet, Peccatum, id est inimicus. & hoc est, Peccatum, id est diabolus, Operatum

Ambros. est mihi mortem, incensus, Per bonum, id est per legem, ita vt appareat, Peccatum, id est inimicus dum videns homini prouideri per legem illicita suasit, vt pro vita ex lege ei mors proueniret. operatum est dico in tantum, Vt peccatum fiat peccans, id est peccare faciens. Supramodum, id est plus quàm ante. & hoc, Per mandatum, quo dato magis institit, vt hominem grauioribus pœnis subiiceret. Per legem enim accepit occasionem operari homini

Ambrosi. mortem. [Scimus enim, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.] Scimus enim &c. quasi dicat. Verè lex nō est malum, sed est bonum, Enim, id est quia, Scimus quòd spiritualis est, id est spiritum hominis alens, dum de spiritualibus instruit. Vel spiritualis, id est à spirtu sancto data. Attende quòd lex Mosi & iusta dicitur & spiritualis. Lex autem euangelij dicitur lex spi-

Ambrosi. ritus. Malis enim, id est quantum ad malos quos punit lex

Ambros. Mosi iusta esse dicitur: Bonis verò spiritualis est, quia pec-

Ambros. catum prohibet, & visibilia coli. Lex ergo Mosi spiritua-

August. lis dicitur, quia in ea sunt quæ dei sunt, & quia spiritualiter intelligenda est. Lex autem spiritus dicitur lex euāgelij,

gelij, quia ibi deus ipse est. Ibi ergo sunt verba, hîc res est. Ego autem, Hucúsque legem excusauit, quòd non debet refundi in eam culpa, hîc dicit quod non refundi debet in principalem naturam, id est rationem. secundum illud quod à deo habet, & ita non in creatorem, sed in homines qui ex se vitiati sunt, vt prauis moribus resistere nequeant. quasi dicat, Lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum, id est impotens animæ vitio resistere diabolo, quod vitium per concupiscentiam genitus ex carne contraxi. & vnde hoc sit, subdit, Ego dico, Venundatus in primo parente ita vt sim, Sub peccato, quasi dicat. Ecce vnde infirmus sum, scilicet ex culpa primi hominis qui pro delectatione cibi vetiti, se & omnes alios vendidit. Adam enim vendidit se prior, ac per hoc omne semen eius subiectum peccato, vt potestate sui vti non possit circa obedientiam legis. Adæ quippè præuaricatione atque, vt ita dicam, damnosa negociatione fraudulentaq; commestione venditi sumus. Omnem enim prolem suam serpentis persuasione seductus, illiciti cibi perceptione perpetuæ seruituti addixit. soletque hîc mos inter vendentes ementesque seruari, vt is qui se cupit alieno domino mancipari aliquid precij pro iactura propriæ libertatis, & additione perpetuæ seruitutis, à suo consequatur emptore: quod etiã inter Adam & serpẽtem manifestũ est intercessisse. Ille.n. preciũ libertatis noxię, & mortiferi pomi à serpente accipiẽs, à naturali libertate discessit. Maluit.n. se perpetuę ei⁹ seruituti dedere, à quo vetiti pomi letale preciũ acceperat, quàm deiceps cõditione pręcepti cõstrĩgi, & ita nõ immeritò omnẽ posteritatis progeniẽ eius subdidit famulatui, cuius effectus est seruus. Vẽdere nos potuit, sed redimere nõ valuit. Vẽdidit nos cõsensu peccati, redimimur iustitia fidei. Sanguis enim innocens datus est pro nobis vt redimeremur. In venditore ergo erubescat superbia, in redemptore glorietur gratia. Vendidit se homo per liberum arbitrium, sub dominante iniquitate, & accepit pro precio exiguam de arbore vitæ voluptatem. Creatus est ergo primus homo rectus sine culpa, sine vitio, sed ipse nõ rectum fecit se, quia deseruit imperatorẽ, & diuertit ad desertorem, cadensque à manu figuli vas fractum est, quod deus

Augu[st]. Ambros. August. in lib. collat.

Augu. de verb. apo.

deus permisit, vt miseria sua probaret, quia sine deo nihil potest. Se ergo & alios vendidit, voluntaria concupiscentia vt sub peccato, id est serui peccati sint. Quia enim cótinere cum posset noluit, inflictum est ei non posse cum velit. Per malum velle perdidit bonum posse, & factus captiuus dicit, Venundatus sum sub peccato. Vel vnusquisque vendidit se consuetudine propriæ voluntatis.

Ambrosi⁹ [Quod enim operor, non intelligo. non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, scio enim quia non habitat in me (hoc est in carne mea) bonum.] Quod enim operor &c. Probat quod seruus est peccati, & loquitur in persona hominis sub lege. quasi dicat, Verè sub peccato sum, id est, vt seruus peccati sum, Quia quod operor, secundum exteriorem hominem dimittendo bona vel faciédo mala, Intelligo, secundum interiorem hominem non esse operan-

Ambrosi. dum, quia aliud videt se per legem scire, & aliud agere.

Aimo. Nota quia personam duorum hominum assumit hîc Apostolus interioris, id est mentis: & exterioris, id est carnis, vel carnalitatis. Non enim &c. quasi dicat, Verè operor quod non intelligo, quia & dimitto bonum quod volo, & facio malum quod nolo: & est probatio à partibus & ab effectu. Dimittere enim bonū, & facere malum, sunt partes operari malum. Dicitur enim larga acceptione & cósueta locutione, etiam ille operari malum qui dimittit bonum. Volo autem & nolo sunt effectus intelligo. Ex eo enim quod quisque intelligit aliquid esse bonum & aliud malum, vult illud & non illud. & hoc est, Non enim hoc ago, id est bonum secundum exteriorem hominem, quod

Ambrosi. bonum ego interior, Volo, id est approbo. Subiectus enim peccato facit quod non vult, qua naturaliter quidem vult bonum, sed voluntas hæc caret effectu, nisi gratia dei addiderit velle suum, ad amandum bonum quod ad effectum potest perduci. Est enim triplex velle, scilicet velle naturæ, velle gratiæ, velle vitij. Velle naturæ per se impotens est, nec palmam meretur, & vincitur atque trahitur à velle vitij, nisi velle gratiæ subueniat, quod velle vitij fugat,

gat,& velle naturæ liberat. Ideò iste non redemptus gratia carens ait, Nō ago hoc quod volo, sed facio illud quod odio, id est malum. Si autem &c. Suprà ostendit carnalem esse seruum peccati, ex quo est malum. Hîc alterum ostendit, id est bonam naturam à deo creatam quę consentit legi, & malum naturaliter non facit, quod prohibet lex, & ita probat legem esse bonā, quia naturę suę dicit esse quod mandat lex, dum inuitus facit quod vetat lex. q. d. Non ago quod volo, & ago quod nolo. Si autem hoc. i. si quod nolo dimittere, tamen dimitto lege illud præcipiente, & quod nolo facere, Illud, tamen, Facio, lege illud prohibēte, tunc ego, secundum interiorem hominem Consentio legi. i. idē volo quod lex, quę quod nolo prohibet, & quod volo præcipit. dico consentio legi, & testis sum, Quoniam bona est. Nunc autem, quia consentit legi nolens quod prohibet, declarat aliud esse cuius impulsu hoc agit, id est peccatum, quasi dicat dixi facio malum, sed non ego interior facio. quod nunc patet, quia nolo illud, & consentio legi. & hoc est, Nunc autem, ego interior, Iam. s. sub lege, ante tempus gratiæ, non operor illud, sed peccatum, id est lex carnis, ad quam diabolus vt ad suā legē accedit. Quod habitat, id est semper est In me, id est in carne mea. Vel in me, id est contra salutem meam. Cauendum est nequis arbitretur his verbis auferri à nobis liberum arbitriū, quod non ita est. Nunc enim homo describitur sub lege positus ante gratiam. Tunc enim homo peccati conuincitur, dum viribus suis iustè viuere conatur sine adiutorio liberantis gratiæ, quæ liberum arbitrium liberat, vt liberatori credat, atque ita non peccet contra legem. Scio enim. quasi dicat, Per hoc patet quòd peccatum habitat in carne, Enim, id est quia, Bonū non habitat in me, & hoc est in carne mea, scilicet sensuali homine. & hoc scio, Quia non habitat &c. Quomodo habitat in carne peccatū cùm nō sit substātia, sed priuatio boni? Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatum, ipsaque corruptio per conditionem offensionis manet in corpore, robur tenens deum sententiæ datæ in Adam, cuius consortio anima maculatur peccato. Per id ergo quod facti causa manet, in hac habitare dicitur peccatū in carne, hæc est lex carnis, ad quam diabolus

Ambrosi. Ambrosi. Ambrosi. August. Augusti. August. in pp. epi. ad Roma. Ambrosi. Quæstio. Augustin. Ambrosi.

accedit, vt hominē malis suggestionib⁹ decipiat, ne faciat homo quod lex pręcipit. [Nam velle adiacet mihi: perficere autē bonū, non inuenio. Non.n.quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.] Nam velle.q. d. Verè non habitat in me bonum, quia nec bonum velle, nec bonum perficere: bonum velle, non, Nam velle bonū adiacet mihi.i.iuxta carnem iacet, & quiescit, impotens per se surgere ad benè operandum. Iuxta carnem ergo iacet velle: quia naturale est: quodammodo velle bonum per rationem, sed tale est hoc velle, quòd semper vi carnis superatur. Velle autē

Ambrosi. dei, carnem superat. Attende quia bona sunt quę iubet lex, adeò vt naturaliter amet homo, & facere velit, sed deest

Ambrosi⁹ virtus perficiendi. vnde subdit, Perficere autē bonū prorsus non inuenio, quia sic pressus est dominatione peccati, vt non possit ire quo vult, nec valeat vel audeat contradicere, quia potestatis eius alter est dominus. ergo & si velit nō tamen potest perficere bonum, quia ex deo tantum est, cuius gratia adhuc caret. Non enim.q.d.dico quòd bonū perficere non inuenio, quod in parte de qua minus videretur ostēdo, quia nec etiam illud bonum quod volo inuenio, sed econtrario malum, quia etiam illud quod nolo.& hoc est, Nō.n.ago hoc bonū quod volo, sed ecōtrario, Facio hoc malū quod nolo. Vel ita cōtinua, Nō inuenio bonū, nec mirū, quia nō est ibi, & verè nō. Non.n.quod volo &c. Hoc ideò dicit quia multi stulti sunt q nō inueniūt bonū in aliqua re, quod tamē ibi est. Si aūt quod nolo &c. Cōcludit superiorē sentētiā, quod.s.nō operatur malum.q.d. ego nō facio quod volo, & facio quod nolo. Si aūt facio illud quod nolo.s.dimittere bonū, & facere malū, Ergo ego nō operor illud.i.malū ex quo prior quęstio cōcluditur.s. quòd cōsentit legi dei. Ego non operor, sed quod inhabitat in me peccatū.i.fomes peccati, vel carnalis cōcupiscētia vnde omnia oriūtur peccata: Omne.n.peccatū mortale cōcupiscēdo cōmittitur, qua iste ad peccatum trahitur,

Ambros. pressus.n.peccato nō suā, sed illius voluntatē perficit. Sed nūquid, quia inuitū hominis dicit peccare, immunis debet videri à crimine? nō vtiq;. Ipsius.n.vitio & desiderio hæc

coepta

cœpta sunt quia.n.mācipauit se per assensum peccato, iure dominatur illius. Hoc ideò dicit, vt notet de quātis malis deus hominē eruit, & quę exitia ex Adā traxit, cui nec lex subuenire potuit: per hæc ergo beneficia Christi demonstrat qui de tātis liberat. [Inuenio igitur legē volēti mihi facere bonū: quoniā mihi malū adiacet. Cōdelector.n. legi dei, secūdum interiorē hominē, video autē aliā legem in mēbris meis, repugnātem legi mentis meæ, & captiuātem me in lege peccati, quæ est in membris meis.] Inuenio igitur. Dixerat legem esse bonam, & naturam esse bonam, quę idem vult, & eidem consentit: hîc adiungit legē bonæ naturę adiutricē, & tamē exterior homo.i.fomes peccati q est ex carne, illa duo iūcta vincit. vt homo p neutrū se posse euadere vidēs, obnoxius sit gratiæ.q.d.quia ego nō operor malū, immo nolo: igitur inuenio legē esse bonā.i. vtilē & adiutricē, Mihi.i. rationi, dū docet quid bonū vel quid malū sit. Mihi dico Volenti facere bonū.q.d.ex eo probo legē esse bonā, quia nolo facere quod ipsa iubet. Quoniā mihi &c.q.d. Benè dico volēti tātū, quia pficere bonū nō possum. ideò, Quoniā.i. quia, Malū adiacet.i. prope est insidiās, Mihi, rationi. In carne.n. est quasi ad ianuam animæ, & ideò cogit aliud facere, quàm vult homo & lex. Cōdelector.n.&c.q.d. Verè lex est bonū rationi. Quia condelector legi dei, volens quod ipsa iubet, & gaudēs iuuari ab ea. Cōdelector dico, Secūdū interiorē hominē. Interior homo animus est, quem dicit oblectari his quæ à lege traduntur, quia in anima non habitat peccatū, sed in carne.i. causa peccati non est ex anima sed ex carne, quia caro est ex origine carnis peccatricis, & per traducem omnis caro sit peccati. Quia enim caro ex Adam traducitur, peccatum in se habet, id est causam peccati: si anima traduceretur, & ipsa haberet, quia anima Adæ peccauit: si verò peccatum in se haberet homo, non se cognosceret: nunc autem cognoscit se, & cōdelectatur legi dei. Video autem, quasi dicat. Dico condelector legi dei, Sed video aliam legem, scilicet fomitem peccati, qui regnat, In membris meis, vt in oculo ad concupiscendum, in manu ad operandum, & huiusmodi, Repugnantem legi mentis meæ, id est legi & rationi meæ coniunctis in vnum.

Ambros.

Ambros.

Ambros.

Ambros.

Fomes autem qui est ex carne,& repugnat menti,rectè dicitur lex, quia legitimè factum est, vt qui non obediuit suo superiori,ei non seruiat suum inferius,id est caro. Supra te est dominus tuus,infra te caro tua. Serui meliori vt seruiat tibi inferior. Contempsisti superiorem, torqueris ab inferiori. Dico repugnantem, Et, etiam, Captiuantem me, vel captiuum ducentem me, per consensum & operationem, quia consuetudine peccandi dominatur. Captiuantem dico, Vel ducentem in legem peccati.i.in peccatum quod dicitur lex,quia dominatur: Quæ,lex,vt prædictum est, Est in membris meis.i.ex carne. quanto auté vicinior,tanto est periculosior. Hæc est lex mala,qua quisq; carnali consuetudine implicatus astringitur: hanc repugnare ait legi mentis suæ,& se captiuare. Vnde intelligitur ille homo describi qui non est sub gratia. Et quia captiuat me,ergo. [Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei, per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi, carne autem legi peccati.] Infelix ego homo sum,quia natus est sub peccato,hosté secum habés peccatũ,per quod aditũ ad illum habet Satanas. Gradus. n. fabricauit Adá per quos ad filios eius expoliator ascédat, nisi clemétissimus dominus ꝓtegat: ꝓpter quod subdit, Et quis me liberabit.q. d. infelix sum,& cũ per me nõ possum liberari, Quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? id est de dominio carnis in qua mors est? nõ potest facere hoc nisi magnus aliqs. Sed ecce quis me liberabit? nõ lex Mosi,nõ proprię vires liberi arbitrij. Sed gratia dei per Iesum Christũ dominũ nostrũ, quem vera misericordia dedit nobis,vt per eum peccatorũ remissione percepta, homo releuetur, vt de cætero possit resipiscere presso peccato. Potest.n.homo exoneratus malis,resistere aduersario, potestate recepta contra illum dũ iuuatur à deo. Et attende quòd hîc inducit quartam legé fidei, potiorem lege Mosi, quam & gratiam vocat. Quatuor.n.leges in hac serie memorãtur.s.lex naturę,lex mébrorum,quæ pro vna cum lege peccati accipitur, lex Mosi,quarta lex fidei. Et notatur hîc tertius actus, id est status hominis, in lege spiritus. Loquitur enim hîc Apostolus in persona hominis,sub gratia degétis. Igitur ego ipse &c.

August.in ꝓpe.epi. eiusdem.

Ambros.

Ambrosi.

Ambrosi⁹

&c. Quia dixit se gratia esse liberatum, ne quis torpeat securus quasi peccatũ non vltra noceat: determinat quomodo facta sit liberatio. s. si in gratia mãserit. Alioquin peccatum quidem iterũ occupat. q. d. quia liberat gratia, igitur ego. i. rationalis & interior homo, licet habens fomitẽ peccati vt prius, Tamen seruio. i. potens sum seruire, Legi dei: & hoc Mente. i. voluntate. Iam enim liber animus & in cõsuetudinem bonam reuocatus gratia adiuuãte, malas suggestiones potest spernere, & contraria superare. Carne autem. q. d. mente seruio legi dei, carne autem seruio legi peccati: & ideò non remissius agendum, sed cauendum est ne regnet. Aliter etiam potest legi ab illo loco, Ego autẽ carnalis sum, loquitur enim Apostolus in persona sua, vel alicuius iusti sub gratia constituti. Dicit autem Augustinus, Aliquando sibi visum fuisse in hoc Apostoli sermone describi hominem sub lege, vt antè dictum est: sed vt ait non est nisi homo gratię qui hîc loquitur qui condelectatur legi dei, & consentit: qui non operatur malũ, nec vult, & qui ignorat. i. non approbat, & cui nihil dãnationis nũc est sicut in sequenti ostenditur: & tamen adhuc se esse carnalem, dicit his verbis, Ego autem carnalis sum. q. d. lex est spiritualis, ego autem carnalis sum, hæc non indecenter etiam de seipso dicit Apostolus, secundum carnem quãdiu hîc viuit, propter carnis motus quos sentit, & hoc etiam benedicit omnis sanctus. Idem ergo spiritualis est idemque carnalis: spiritualis, quia secundum spiritum viuit: carnalis, quia carnis concupiscẽtias sentit: sed non totus carnalis, quia cõcupiscẽtiis non cõsentit. Ex parte igitur mortali carnalis est, ex parte spirituali spiritualis. Ex parte meliori, spiritualis: ex parte inferiori carnalis est. & quia hoc ex peccato primi hominis accessit, subdit, Ego, dico, venundatus sub peccato, id est præcio malæ voluptatis Adæ, subiectus peccato. i. cõcupiscentiæ. hoc enim peccati nomine appellat. vnde oriuntur omnia peccata. i. carnali cõcupiscẽtia. Quicquid. n. peccatorũ est in dictis, in factis, in cogitationibus, nõ oritur nisi ex mala cõcupiscẽtia, quæ à peccato facta est: & si cõsentiẽtẽ traxerit atq; illexerit, cõcipit paritq; peccatũ. A peccato ergo est. i. à fomite, & peccatũ nisi refrenetur, generat. Quod. n. Deter-

Ambros.

Augu. cõtra Pelagianos ad Bonifac.

Augu. de verb. apo.

Augu. li. 83. quæst.

Augu. cõtra Iulia.

minat qualiter se carnalẽ dixerat, quia non operatur quod approbat, & hoc est, Verè sub peccato sum. Quod .n. operor, non intelligo, vel ignoro. Alia litera .i. non approbo, non accepto, non mihi placet, non cõsentio. Aliter .n. videretur contrarium esse illi sententiæ qua dixit. peccatum vt appareat peccatum per mãdatum. Quomodo .n. apparet si ignoratur? Sed ignoro, sic dictũ est, hoc loco, vt intelligatur non approbo. Secũdum hãc locutionem dicit dominus peccatoribus, Non noui vos. Non .n. cùm aliquid latet. Sed quia peccata non inueniuntur in regulis præceptorum quas habet veritas, ideò ipsa veritas dicit nõ noui; & Apostolus dicit, ignoro, & verè non approbo. Non .n. ago hoc bonum quod volo .s. non cõcupiscere: sed potius, Facio illud, malum quod odi .i. concupisco ex carne: & si non assensum prębeo, ex ratione adhuc confligo: nondum vici. magnũ est mihi certamen, quia & si concupiscẽtiæ nõ cõsentio, tamen adhuc concupisco, & quod nolo facio. Facio ergo quod nolo, facio quod odio. quid odio? concupiscere. Nõ .n. est intelligendum quòd Apostolus vellet esse castus, & esset adulter: vel misericors & esset crudelis: & alia huiusmodi: sed audiens legem dicentem, Non concupiscas, vitiũ agnouit, & odit: bellũ habuit, quia volebat nõ cõcupiscere, & cõcupiscebat. ideò dicit, quod nolo facio .i. cõcupisco. Non quod post cõcupiscẽtiã eat Apostolus, & eũ ad mala trahat: luctabatur, nõ subiugabatur. De se hæc tibi proponit, ne de hoc desperes vitę. constituit tibi ante oculos pugnã suã, ne timeres tuã. Si .n. hoc nõ dixisset Apostolus cùm videres cõcupiscẽtiã moueri in mẽbris tuis, desperares, & diceres, si ad deũ pertinerẽ, nõ sic mouerer. Vide autẽ Apostolũ pugnãtem, & noli te facere desperãtem. Si autem &c. q. d. odio quod facio, Si autem quod nolo, ex mente, Illud facio, ex carne .i. nolo illud quod facio scilicet concupiscere, ergo Consentio legi .i. legem laudat voluntas mea, quæ non consentit concupiscentiæ carnis; quod lex prohibet quæ dicit, Non cõcupisces. quia quod nolo cõsentio legi, nõ quia illud ago. Quod .n. lex odit, ago .i. nõ approbat dũ cõsentire prohibet, cui in hoc cõsentio: & quia cõcupiscentiæ resisto, auerto mentem, nego arma, teneo membra, & tamen fit in me quod nolo, quòd nõ vult

Augu. de verb. apo.

Augu. li. 83. quęst.

August.

Augu. de verb. apo.

vult & lex. volo idẽ cum lege, quia quod non vult nolo, & tamen facio, sed ei non consentio: immo legi & testis sum quia bona est, quoniã idẽ volo quod lex. Dicit.n.lex, non cõcupisces, & ego nolo cõcupiscere: si vellem cõcupiscere, legi nõ cõsentirẽ. Nũc autẽ quod nõ vult nolo, & quod vult volo, & quod iubet facio: quia concupiscentiæ non consentio. Feruet ergo pugna, nõ cõcupiscere. Nanq; omnino perfecti est: post cõcupiscẽtias verò non ire luctãtis est, & laborãtis. Attẽde quomodo dicat Augustin⁹ hîc, legem nolle quod nolebat Apostolus. Illud.n. quod Apostolus nolebat, & tamẽ faciebat, Cõcupiscẽtia est, quæ est in primo motu quę est veniale peccatũ. Si ergo lex dicitur illã nolle.i. prohibere, tũc prohibet veniale peccatũ, & iubet aliquid quod omnino fieri non potest. Pręterea cõtrarium videtur ei, quod alibi legitur vbi dicitur prohiberi quod non potestatis nostræ est. Illud verò permitti quod vitare nõ possum⁹ super illũ locũ. Irascimini, & nolite peccare. Ad quod dicimus, Legẽ, omnẽ illicitã cõcupiscẽtiam nolle. Sed aliter dicitur, nolle concupiscẽtiã q̃ est in primo motu. Aliter cõcupiscẽtiã delectationis, & cõsensus. Illam quippè nõ vult.i. reprobat, detestatur, peccatũ esse ostẽdit. Hanc verò nõ modo ostendit esse peccatum, verum etiam prohibet, vt intelligatur quod dictum est, Non concupisces.i. cõcupiscentiam carnis omnino peccatum esse scito, & quantum vales caueto. Nunc autem dico facio quod nolo, nunc autem, ego interior homo, iam redemptus iam accepta gratia Christi, qui fui antè sub peccato venundatus, Non operor illud. Libera est enim mens, sed caro captiua. vnde subdit, Sed peccatum, id est fomes peccati, Qui habitat in me, hoc est in carne mea: & si hoc habitet, viuit tamen iste sanctus ex fide non consentiendo ei. Sunt enim desideria mala, sed si non regnant, ipse non facit. Faceret autem si consentiret. Motus enim malorum desideriorum non ipse operabatur, quibus non consentiebat ad perpetranda peccata. Multum verò fallitur homo, qui consentiens concupiscentiæ carnis suæ, & quod illa desiderat decernens facere, & statuens putat sibi adhuc esse dicendum, non ego Operor illud, etiam si oderit quia consentit. simul enim est vtrũque, & ipse odit, quia

August.

August.

Augu. de verb. apo.

August.

Augu. cõtra Iulia. de nupt. & cõcupi.

Obiectio priæ sniẽ.

malum esse nouit,& ipse facit quia facere statuit. Si verò etiã illud addat, vt quod facere statuit in corde,opere cõpleat & dicat, Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, ideò quia cum decernit & facit displicet sibi,tãtum errat,vt nec seipsum agnoscat,quãdo cum ex toto ipse sit,& corde statuẽte,& corpore implente adhuc seipsum esse nõ putat. Qui ergo dicit, Nõ ego operor illud, si tantummodo concupiscit,verum dicit, non si cordis cõsensione decernit, aut etiam ministerio corporis perficit. Motum porro illiciti desiderij, cui non obediẽdo nõ cum operamur:ideò & nos agere dicimur, quoniã non est naturæ vigor alienæ,sed languor nostræ naturæ qui eũ operatur à quo in futuro liberabimur, quia verò non sumus hic sine peccato, ideò habemus desideria peccati, sed iam nos ea non operamur,non eis obediendo,sed quod in nobis habitat peccatum eadem commouendo. & magnũ est hoc,quod cum sit ex carne concupiscẽtia, & ad carnẽ pertineant corporis membra, non tamen regnat peccatum. i. carnis concupiscentia. Scio enim. q. d. benè dixi peccatum in me habitare. Scio. n. quod non habitet in me, hoc est in carne mea,bonum, hoc vtique ait,quia vitium carnis in re bona non est bonum: quod cum esse destiterit, caro erit: sed iam vitiata vel vitiosa non erit. Hîc enim est concupiscentiæ vitium, quod mens quoque sed ex carne contrahit. Natura quippè humana non opere dei cum vitio primitus est instituta, sed ex voluntatis arbitrio primorum hominum venienti vitio,est sautiata. Nam velle, verè bonum non habitat in carne. Nam velle bonum adiacet mihi, id est in me est. Perficere autem bonum non inuenio, hoc est in me non est. Non ait facere, sed perficere, quia non nihil facit, rebellat enim concupiscentiæ, & non consentit. Delectat enim vxor aliena, & non annuit: mentem auertit, in secretarium mentis intrat, videt foris strepentem concupiscentiam & intus mundat conscientiam mali. Agit ergo bonum, quia concupiscentiæ non consentit, sed non perficit bonum, scilicet vt omnino non concupiscat: sic & hostis eius scilicet concupiscentia agit malum, quia mouet malum desiderium, & non perficit malum, quia non pertrahit ad malum, & in

Augu. de verb. apo.

Attende.

August. in ser. quodã

Augu. cõtra Iulia.

Augu. de verb. apo.

August. in ser. de spirituali certamine.

In isto bello est tota vita sanctorum. Non enim &c. quasi dicat. Verè non perficio bonum. Non enim ago hoc bonum quod volo, id est non concupiscere: Sed facio hoc malum quod nolo, id est concupisco. Si autem quod nolo illud facio, non ego interior operor illud sed peccatum, id est fomes peccati, Quod habitat in me, quia non mente consentio, sed carne concupisco: & quia ego non operor, Igitur inuenio legem esse bonam, quia ostẽdit malum mihi, id est rationi, Volenti facere bonum: volenti dico tantum, Quia, id est quia malum adiacet mihi, id est vitium concupiscentiæ inest mihi. Et verè volo bonum Condelector enim legi dei, & hoc secundum interiorem hominem, id est intus in mente quæ sæpè vel interior, vel superior homo dicitur, ex eo quod intus & desuper à spiritu sancto fœcundata superioribus intendit. Ecce partim libertas reddita est, scilicet secundum mentem. His atquæ huiusmodi consideratis in ista scripturæ apostolicæ circunstantia rectè intelligitur apostolus, non se solum in sua persona, verum etiam alios sub gratia constitutos significasse, Vtrum enim ex propria persona apostoli, an ex vniuersalis hominis persona sub gratia positi, hoc melius accipiatur, non omnino perspicuum est. Video autem &c. Quasi dicat, Cõdelector legi. Video autem aliam legem, in membris meis. Ecce partim restat infirmitas. Lex quæ in membris est repugnans menti, vitium carnis est quod ex pœna peccati, & ex traduce mortis prouenit, sed lex ista quæ est in membris, remissa est regeneratione spirituali, & manet in carne mortali: remissa est, quia reatus solutus est sacramento quo renascuntur fideles: manet autem, quia operatur desideria, contra quæ dimicant fideles, Repugnantem legi mentis meæ, id est legi & rationi coniunctis. Et captiuantem me, ex carne, non mente in legem peccati, id est in motum concupiscentiæ. Ipsa enim concupiscẽtia est lex peccati. Lex autem membrorum, vel carnis est morbidus quidam affectus, vel langor qui commouet illicitum desiderium, id est carnalem cõcupiscentiam, quam legem peccati vocat, quæ hoc carnale nostrum captiuum tenet, Lex ergo carnis me captiuat sub ipsa lege peccati, id est sub concupiscentia sua. Captiuum autem me ducit

Augustí.

August. super Ioan.

August. super Ioan.

Augu. cõtra Iulianũ hæreticum.

Augu. ad Valeriũ.

Augu. de verb. dñi.

ducit non ex mente, sed ex carne: non ex toto, sed ex parte, quia mens repugnat, & condelectatur legi dei. sic de ipso apostolo conuenienter accipitur, qui dicit se captiuum duci ex carne. Mens enim non consentit peccato titillanti, suggerenti, blandienti: quia habet interius alias delectationes, delectationibus carnis nulla ex parte conferendas. Mors ergo contendit, sed mens non consentit: & est in me, quiddam mortuum, & quiddam viuum. Vel lex peccati accipitur consensus & operatio paccati. Lex verò carnis vel membrorum, primus motus concupiscentiæ & hoc est. Video legem aliam, scilicet concupiscentiæ motum, in membris meis, vt in oculo ad concupiscendum, sic & in aliis, Repugnantem legi mentis meæ, hoc non mutatur. Et captiuantem, id est captiuare me conantem, in lege peccati, ad cõsentiendum mente, implendumq; opere peccatum. Vel potius eadem est lex membrorum, & lex peccati, scilicet carnalis concupiscentia. vt sit sensus, Captiuantem me in lege peccati, hoc est sub lege ipsa. Qui est in membris meis. Captiuat autem me, vt prædictum est, ex carne, non ex mente. Quid mihi sperandum? Expectanda est liberatio in Christo. Nam ego, spiritualis homo, quia carnalis. Infœlix sum, nõ in mẽte, sed in carne: &, Quis me liberabit de corpore mortis huius. i. de cõgregatione imminentium malorum, scilicet de motibus concupiscentiæ quibus nostrum corpus percutitur, in quo habitat peccatum? Vel de corpore mortis huius, id est de corpore isto, secundùm quod mortale est. Non enim sic liberabitur, vt hoc corpus non habeat. Habebit enim hoc corpus, sed non iam mortis huius. Ipsũm erit, & non ipsum erit. ipsum erit, quia ipsa creatio erit: non ipsum erit, quia mortale non erit. Liberabitur autem tunc, cùm mortale hoc induet immortalitatem, vbi nulla concupiscentia remanebit. Sed à quo liberabitur, id est per quẽ? Gratia dei per Iesum Christũ dominum nostrum, Sicut enim per vnũ hominẽ mors fuit, ita & per vnum hominem erit resurrectio mortuorũ. Sed modò interim quid erit? pugna, lucta. vnde subdit, Igitur ego ipse &c. Quasi dicat, mente condelector legi, & carne captiuus ducor. Igitur ego ipse, id est vnus & idem prorsus. Mente, & carne seruio: sed mente seruio, Legi dei, non consen-

Augu. ad Valeriũ.

August. in eodem.

Augu. de verb. apo.

Augu. cõtra Adamantem.

August.

August.

August. super Ioan.

consentiendo peccato, Carne autem seruio legi peccati, concupiscēdo: ergo ego ipse seruio in carne: ego ipse, seruio in mente. Non enim duo sumus inter nos contrarii de diuersis principiis venientes, sed ego ipse mente seruio legi dei: Carne autē seruio legi peccati, quandiu languor obluctatur saluti. Nō enim alius in carne, & alius in mente, & ego in carne, & magis sum in mente quàm in carne. Non enim sunt duæ naturę contrariæ, vt Manichæi mentiuntur, sed ex vtroq; vnus homo: quia vnus est deus à quo factus est homo. Mente igitur non consentio, carne concupisco. Semper itaq; pugna est in corpore mortis huius, quia ipsa cōcupiscētia cū qua nati sumus, finiri non potest quandiu viuimus, cotidie minui potest, finiri non potest.

Augu. de ver. apo.

Augu. de verb. apo.

CAPVT VIII.

Nihil ergo nūc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu: qui non secundùm carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis.] Nihil ergo &c. Quasi dicat, quia mente seruio legi, Ergo nihil damnationis est, nunc, & si antè, non tamen nunc, cùm in Christo sunt: non est dico, His qui sunt in Christo Iesu, in quo omnia soluuntur, & ideò nihil damnationis est illis, quia & si maculæ ex carne sunt, non obsunt, & si enim habent desideria carnis, quibus non consentiunt, & si lex in membris eorum repugnat legi mentis, Tamen nil damnationis est, quia per gratiam baptismatis & lauacrum regenerationis solutus est, Et ipse reatus cum quo erat natus, & quicquid anteá consensisti malè concupiscentiæ, siue cogitatione, siue locutione, siue actione. Deinde qui sint in Christo, determinat, dicens, Qui non ambulant secundùm carnem, quasi dicat, His nil damnationis qui non ambulant secundùm carnem, id est qui non obediunt carni, & si aliquando cadunt. Lex enim. Hîc ostendit, per quid gratia dei liberat, scilicet per spiritum sanctum. Dixit autem nil damnationis esse his qui non ambulant secundùm carnem, & quasi quis diceret, potes ne secundùm carnem non ambulare? Respondet, possum. Quia lex spiritus &c. Vel sic continua. Ideò nihil damnationis est, quia lex spiritus, id est

August. in sermone de cōcup. carnis.

id est spiritus sanctus, qui docet quid agendum sit, quid nô, qui est dator vitæ liberauit me. A lege peccati & mortis, id est à lege Mosi quę per peccatum, id est per pręuaricationem est causa mortis, & hoc, In Christo Iesu, id est per Christum qui dat ipsum spiritum. Vel ita, lex spiritus accipitur, lex fidei quæ dicitur spiritus: quia deus, cuius fides est, spiritus est. Discernendę hîc sunt tres leges, & satis necessaria est ista discretio. Lex, inquit, spiritus vitæ: ecce vna lex: A lege peccati & mortis, ecce altera lex: &, Quod impossibile erat legi, ecce tertia lex, hæc est lex per Mosen data in monte Sina. Duæ ergo leges hîc bonæ sunt. s. lex fidei quæ peccatum tollit, & lex Mosi quæ peccatum ostēdit & prohibet, lex verô peccati mala, quia reos facit. Videndū etiam quid intersit, cum dicitur lex spiritualis, quod prædictum est de lege Mosi: & cum dicitur lex spiritus, quod hîc dicitur de lege fidei. Hoc interest quòd lex Mosi dicitur spiritualis, ideò quia prohibet peccare, sed non dicitur spiritus, vel vitæ, quia non viuificauit remissis peccatis. Hæc autem dicitur lex spiritus vitæ, quia & peccari non vult, à morte reuocat: & quia spiritu, id est mente creditur, & spiritus est quod creditur, & spiritus est cuius fides est, quasi dicat, ideò nihil damnationis, Lex spiritus vitæ, id est lex fidei, per quam viuificamur, quam spiritus ponit in corde, Liberauit me: quæ liberatio facta est in Christo Iesu qui per fidem iustificat, & sine cuius fide non est iustificatio. Vnde liberauit? A lege peccati & mortis. i. à cōsensu operatione peccati: q̄ est causa & mortis, quod non potuit tertia lex Mosi. Lex carnis vt prædictum est, non est dei, sed peccati & mortis, & hæc reos facit. Lex autem Mosi sancta & dei est, quæ ostendit malū, sed non tollit. Lex autē spiritus quæ est lex fidei & gratiæ, malum tollit. [Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus. sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt.] Nam quod impossibile. Quomodo in Christo

Ambrosi. Augu. de verb. apo. Augusti. Ambrosi⁹ August. Anno. Augu. de verb. apo.

Christo facta sit liberatio, hîc exponit, quasi dicat, Bene dico in Christo Iesu nos liberatos, nam deus est in Christo filio suo, & ita per eũ potest fieri liberatio nostra quæ non poterat fieri per legem, & hoc est, Nam deus, pater, Misit filium, id est: visibilem fecit filium suum, id est sibi consubstantialem: non misit vbi non erat qui vbiq; est? venit in virginem, qui antè in virgine erat, quam creauit, elegit: quam, elegerat, creauit: attulit virgini fœcunditatem, non abstulit integritatem veniens in vterum virginis. Sed si antè ibi erat, quomodo venit? quia ibi alio modo cœpit esse quàm antè erat. Fuit enim ibi per vnionem naturæ, qualiter antè non erat. Ita etiam & in mũdo erat, & in mundum venisse dicitur, quia visibilis mundo apparuit. Misit dico, In similitudinem carnis peccati, non in carnem peccatricem, sed inei similem per passibilitatem, & mortalitatem, & alios defectus. Cętera verò omnis hominum caro peccati est, sola illius non est caro peccati: quia non eum mater concupiscentia, sed gratia concepit. habet tamen similitudinem carnis peccati, quia esuriuit, sitiuit, dormiuit, & huiusmodi. Licet ergo eadem caro Christi sit, quæ & nostra, non tamẽ ita facta est in vtero, sicut nostra: enim in vtero sanctificata & nata sine peccato, & nec ipse in illa vnquá peccauit. In pœna ergo similis est nostrę, est non in qualitate peccati: venit enim ad corpus immaculatum, naturam quidem corporis habuit, pollutionem tamen peccati, quę ex cõcupiscentiæ motu concepta est, omnino non habuit: Ideo ergo non erat caro peccati, quia nõ ex carnali delectatione nata: sed tamẽ erat similis, quia mortalis. In hanc similitudinem misit deus filium, vt sic damnaret peccatum. vnde subdit: &, De peccato: quasi misit filium: &, Mittens, id est per hominem faciens cognoscibilem & visibilem, Damnauit peccatum, id est destruxit diabolum, De peccato. facto in carne Christi, id est pro peccato quod fecit in carne Christi. Per hoc enim amisit dominium retentarum animarum, sicut suprà ostensum est: vel, Damnauit peccatum, id est debilitauit peccatum, id est fomitem peccati procedentem de peccato Adæ, damnauit. dico in carne Christi, cum qua vetus homo noster crucifixus est, sicut suprà monstratum est, Vel,

Damnauit

[Margin notes: August. — Augu. de verb. apo. — August. — Ambro. — Origenes — Ambro.]

August. Damnauit peccatum omne, id est deleuit, in carne Christi: & qualiter in carne ostendit, De peccato, id est pro eo quod factus est hostia pro peccato. Portauit enim peccata nostra in corpore suo super lignum, ibique deleuit. Ita hoc dicit, sicut in veteri testamento peccata dicebantur sacrificia pro peccatis, ita per eum damnatur peccatum. Vt iustificatio legis, id est iustitia quam lex Mosi promisit, Impleretur, id est consummaretur, In nobis. Lex enim Mosi tantum præcipit, sed lex spiritus implet. In nobis, dico, talibus, Qui non ambulamus, actibus, Secundum carnem. etsi aliquando cadamus. Sed secundùm spiritum.

Augustin⁹

Augu. de verb. apo. Non ambulat secundum carnem qui non agit opera carnis: secundùm spiritũ ambulat qui iuuatur spiritu in mente, ne post concupiscentias eat. Ecce duo dixit per Christum facta, scilicet peccatum damnatum; & iustitiam impletam: ad quæ duo perficienda legem dicit esse inualidam, addens, Quod impossibile &c. Quasi dicat, damnauit peccatum, Quod, scilicet damnare peccatum, Erat impossibile legi, naturali, vel scriptæ, impleuit iustitiam, In quo, id est in qua re, scilicet in iustificatione implenda, Infirmabatur lex per carnem, id est per carnales obseruantias quæ non poterant iustificare. vel per carnem, id est per fomitem peccati, scilicet per carnalitatem quæ rebellabat, & audita lege amplius est incitata, & sic infirma est lex literæ per carnem, & ideo ei erat impossibile liberare à lege peccati & mortis. Qui enim &c. Verè ambulans secundum carnem non est iustus, quia nec etiam ille qui est secundum eam: & hoc est, Qui enim secundum carnem sunt, id est qui mente consentiunt carni, non sunt iusti: cur non? Quia sapiunt, ea, Quæ carnis sunt, id est intenti & curiosi sunt in carnalibus, carnalia pro summis bonis concupiscentes, quod repugnat iustitiæ. Qui verò, probat quòd ambulans secundùm spiritum, est iustus, quia etiam ille qui est secundùm eum. & hoc est quod ait, Illi qui est secundum carnem carnalia sapit: Qui vero secundùm spiritum sanctum, vel Rationem sunt consensu, id est consentiunt his quæ spiritus sanctus docet, vel ratio

Aimo. insinuat, Sentiunt, ea, Quæ spiritus sunt, id est solliciti sunt ad ea implenda quæ spiritus approbat. [Nam prudentia

dentia carnis, mors eſt : prudentia autem ſpiritus, vita & pax. Quoniam ſapientia carnis, inimica eſt deo. Legi enim dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt.] Nam prudentia carnis. Quaſi dicat. Verè ille qui ſapit ea quæ carnis ſunt, non eſt iuſtus, Nam prudentia carnis eſt mors æterna, id eſt dignus eſt morte æterna, qui habet prudentiam carnis: quod eſt, cum ſtudioſius implet quæ carnis ſunt, appetendo bona temporalia, & fugiendo mala: & cùm naturas rerum tantùm ſequitur, quod eſt graue peccatum. Prudentia autem ideò dicitur, cum res ſtulta ſit : quia ita videtur ſecularibus hominibus. Prudentia carnis eſt mors. Prudentia autem ſpiritus, quæ eſt cùm ſtudioſæ quis agit ſpiritualia. Eſt vita, id eſt cauſa vitæ in futuro, & hîc pax mentis. vel. Eſt vita, & pax, id eſt vita cum pace quæ erit in futuro. Verè prudentia carnis eſt mors. Quia ſapientia carnis, ſcilicet quæ adeo intendit carnalibus, Inimica eſt deo, id eſt qui ſapit ſecundùm carnem, inimicus eſt deo, quem ſibi finem non conſtituit, vel quia nil putat deum poſſe præter quod in naturis rerum videtur. & verè inimica eſt deo, Legi enim dei non eſt ſubiecta, ſcilicet ſapiens ſecundùm carnem, bonis inſtitutionibus dei non obedit. Nota quòd hæc numerando deterret à carnis obedientia. & verè non eſt ſubiecta legi dei, Nec enim poteſt, eſſe ſubiecta. Quid eſt non poteſt? Non homo poteſt? non anima poteſt? non ipſa caro, quæ dei creatura eſt? poteſt vtique : ſed prudentia carnis non poteſt, id eſt natura poteſt, vitium non poteſt. Sed medicus ad hoc venit vt pellat vitium. Venit enim ſaluator ad genus humanum, nullum ſanum inuenit, id eſt magnus medicus venit, ad ſanandum vitium, quo ſanato, reparata eſt natura. & dicitur hoc contra Manichæos qui volebãt aliam contra deum inducere naturam mali. Hoc verbo apoſtoli ſuum confirmantes errorem. Sed vnus homo eademque natura, à bono deo condita bona, quæ heri ſapiebat ſecundùm carnem, hodie ſecundùm ſpiritum ſapit : quæ dum vitium habet, non poteſt ſubiici legi dei : ſicut claudicatio non poteſt ſubiici rectæ ambulationi. Tolle verò claudicationem, & videbis rectam ambulationem : ita excluſo vitio, ſanata eſt

Ambroſi.

Augu. de verb. apo.

est natura. Quid autem per singula immoror? [Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritū Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidē mortuum est propter peccatum: spiritus verò viuit propter iustificationem. Quòd si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis.] Qui autem in carne sunt. i. qui post concupiscentias carnis eunt, & carnis voluptatibus delectantur, Deo placere non possunt. Vos autē. Verba ad ipsos Romanos cōuertit, & quod esse in carne, non vita, sed vitio intellexerit, ostendit. quasi dicat, Qui in carne sunt, non placent deo, Vos autem, ô Romani, Non estis in carne. i. non facitis opera carnis. q. d. nō pro vobis dictum illud est superius, Sed estis in spiritu, id est, in his quæ suadet ratio, ita, Tamen, hoc dico, Si spiritus dei habitat in vobis. Ecce hîc docet quomodo quis ambulet secundum spiritū. s. si habeat spiritū dei. Et nota, quòd ambigue dixit hoc, quia in legem inducti nondū perfecti erant fidei, sed spes est proficiendi. Si quis autē. Quasi dicat, si quis habet spiritum dei, non est in carne. Si quis autem non habet spiritum Christi. i. dei, quia etiam idem est spiritus dei, & spiritus Christi, Hic non est. i. Christi membrum. Ecce vnde est secundum carnem ambulare, ex eo scilicet quod quis non habet spiritum Christi: quod est dum viuit secundum sensum carnis, vel secundum gesta carnis, id est dum mente consentit carni, vel eius opera actum explet. Secundum quæ duo suprà distinctum est, inter ambulare secundum carnem, & esse secundum carnem. Si autē. Q. d. qui non habet spiritum Christi, non est eius, sed, Si Christus in vobis est, qui est idem cum spiritu sancto. quod est dicere, si spiritus Christi in vobis est, Corpus quidē mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem. i. licet hoc sit quod corpus est mortuum, tamen spiritus viuit. Nota quod non ait mortale, sed Mortuum: mortale quidem fuit ante peccatum, id est potens mori: sed post peccatum fuit mortuum. i. habens in se necessitatem

Ambrosi.

Ambro.

August.

ceſſitatem moriendi: & ideo congruè addidit, Propter peccatum. ſ. originale, vnde eſt hæc mortalitas: vel, Mortuum eſt propter peccatum. ſ. vitandum, propter hoc. n. hæc infirmitas reſeruatur, vt per hanc pœnam quam ſentit, magis timeat peccare. Vel nomine corporis totum hominem ſignificat, ſicut propheta Ezechiel, econuerſo totum hominē animæ nomine ſignificauit, dicens, Anima quę peccauerit, ipſa morietur: qui autē in peccatis mortuus prius erat, per gratiam ſpiritus poſtea viuit. & eſt ſenſus, Si ſpiritus Chriſti in vobis eſt, licet Corpus mortuum eſt. i. homo mortuus fuerit, Propter peccatum. i. in peccatis, Spiritus, tamen. i. anima quę fuerat impia, Viuit, quia deo, qui eſt vita, iungitur. & hoc Propter iuſtificationem. i. peccatorum remiſſionem quæ eſt ex ſpiritu ſancto. Quòd ſi ſpiritus &c. q. d. Hoc iam eſt vobis quòd ſpiritus. i. anima viuit per iuſtitiam. Quòd. i. ſed, Si ſpiritus eius. i. dei patris, Qui ſuſci. Chriſtum à mor. hæc eſt cauſa, quare ſuſcitabit alios, quia Chriſtus ſuſcitatus eſt. Habi. in vo. dico quòd qui hoc potuit, ſcilicet Qui ſuſci. Chri. Ie. à mor. ſicut dictum eſt, Viuificabit, &. i. etiam, Corpora veſtra. i. impaſſibilia & immortalia corpora veſtra, Mortalia nō ait mortua, quæ modo ſunt, cum & ſupra dixiſſet corpus mortuū: ſed ait mortalia, quale fuit corpus hominis etiam ante peccatum. Tunc enim mortale erat, ſed non mortuum, quia poterat mori ſi peccaret homo, ſed non habebat in ſe neceſſitatem moriendi, ſicut hoc corpus noſtrum poteſt eſſe ægrotabile quamuis non ſit ægrum: & ita illud corpus iam tunc erat mortale, ſed propter peccatum factum eſt mortuum, id eſt neceſſariò moriturum. Ante peccatum ergo, corpus erat animale, ſcilicet quod non neceſſe eſſet mori modò mortuū eſt, ſcilicet quod neceſſe eſt mori. Animale, idem eſt quod mortale. Bene ergo ait, Mortalia, & non ait mortua. quia in reſurrectione cū mortale hoc induet immortalitatem, non ſolum neceſſitas moriendi, quam modo habet, ſed nec etiam mortalitas, quam corpus animale habuit ante peccatum, remanebit: & hoc fit non pro noſtra dignitate, nec propter noſtra merita: Sed propter ſpiritū eius inhabitantem, in nobis, id eſt propter ſuam miſericordiam, per quam ſpiritus ſancti gratia habitat in nobis. Eui-

Ambroſi⁹

Augu. de baptiſmo puulorū.

Augu. de baptiſmo puulorū.

Augu. de vera religione. dentissimè apparet, sed non tantum spiritus, sed & corporis mortem propter peccatum hominem meruisse, & per spiritum sanctum vtrumq; liberatum à Christo. Dono namq; eius quod animæ datur, id est spiritu sancto, non solum anima cui datur, salua & peccata, & sancta fit, sed etiam ipsum corpus viuificabitur, eritq; in natura sua mundissimum. Et est hîc euidentissimum testimonium de resurrectione & tam præclara & aperta sententia, vt non expositore sed lectore indigeat. Et notatur hîc quartus actus hominis. August. in psal. 118. In hac nanq; apostoli serie quatuor hominis actiones designantur. Prima fuit ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in vita æterna. In prima actione ante legem nulla pugna est cum voluptatibus huius seculi. In secunda sub lege pugnamus, sed vincimur. In tertia, pugnamus & vincimus. In quarta, nō est pugna sed quies, & pax æterna, quia nobis subiugatur nostrū inferius, quod ideo non subdebatur, quia superiorem nobis deum deseruerámus. Augu. cōtra Maxi. Attēde etiam quod spiritus sanctus, & spiritus patris est dictus, vbi legitur, Si autem spiritus eius qui suscitauit Christum. Et spiritus filii: vbi legitur, Qui autem spiritum Christi nō habet, quia spiritus sanctus de vtroq; procedit. Non enim duo sunt spiritus sancti, vnus patris & alter filii, sed potiùs vnus patris & filii. Sicut ergo filius non est à seipso, sed ab illo de quo natus est: ita & spiritus sanctus non à seipso est, sed ab illo de quo procedit, id est à patre & filio. Distinguere autem inter illam generationem, & hác processionem nescio, non valeo, non sufficio, quia & illa, & ista ineffabilis est. Ideoq; sicut propheta de filio loquens ait, Generationem eius quis enarrabit? Ita de spiritu sancto verissimè dicitur, Processionem eius quis enarrabit? Hæc ergo trinitas vnius eiusdemq; substantiæ est, quia filius non de aliqua materia est, sed nec de nihilo est, sed de quo genitus est: & spiritus sanctus non de aliqua materia, vel de nihilo, sed inde est vnde procedit. Ergo fratres &c. Quasi dicat, quia hæc bona à spiritu habemus, ex carne autem non est nisi mors. [Ergo fratres debitores sumus spiritu, non carni, vt secundùm carnem viuamus. Si n. secundùm carnē vixeritis, moriemini. si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim

enim ſpiritu dei aguntur, hi ſunt filii dei.] Ergo fratres debitores ſumus ſpiritui, id eſt ex debito ſeruire debemus & obedire ſpiritui ſancto, vel rationi: Non carni, ita, vt ſecundùm carnem viuamus, id eſt ſecundùm carnis voluptatem, & ſi neceſſaria ei miniſtrare debeamus, quia caro non eſt malum. Creatura enim dei eſt, & ab eo condita, à quo anima, nec illa eſt pars dei, nec illa, Tota enim trinitas eſt vnus deus, ſummè bonus. Anima verò magnum bonum eſt, non tamen ſummum. Item caro nec ſummum bonum, nec magnum eſt, ſed paruum. Anima ergo viuẽs inter ſummum & paruum bonum, id eſt inter deum & carnem, inferior deo, & carne ſuperior debitrix eſt deo, vt ſecundùm eum viuat. Non carni, vt ſecũdùm carnis delectationes viuat, quod non eſt faciendum. Si enim ſecundùm carnẽ vixeritis moriemini: hoc ideò dicit, quia ex ſenſibus corporis vitia naſcuntur quæ carni deputantur. Si autem mortificaueritis facta carnis. i. ſi pœnitus abieceritis quæ caro voluptuoſè exigit: &, Hoc ſpiritu, ſancto quod mos determinat vbi ait, Spiritu dei: vel, Spiritu, noſtro quod tamen non eſt niſi agente ſpiritu dei, Si, hoc inquam feceritis, Viuetis, hîc in iuſtitia, in futuro in gloria. Hoc eſt. n. opus noſtrum in hac vita. ſ. actiones carnis ſpiritu mortificare, non cõcupiſcentiis eius cõſentiendo, & ipſas etiam concupiſcentias minuendo, & ne ſe extolleret humanus animus, vel ſpiritus, & ſe ad hoc ſufficiẽtem iactaret, ſubdit, Quicunq; enim agũtur. q. d. quod facere poteſtis, quia filii eſtis, & verè, Qui enim aguntur. i. regũtur, Spiritu dei non ſuo, non lege minante, pręcipiente, promittente, non adiuuãte: Hi ſunt filii dei. i. ex dilectione ſeruiẽtes. Vel aguntur dicit, nõ reguntur, vt magnum gratiæ effectum oſtendat. Plus eſt enim agi quàm regi. Agi enim dicimus aliquẽ quaſi vix aliquid agẽtẽ. Regi aliquẽ dicimus, quaſi aliquid agẽtem, qui enim agitur, agere vix aliquid intelligitur: qui autẽ regitur, aliquid agit, & ideò agitur vt rectè agat. Vt ergo multum preſtitiſſe gratia ſaluatoris intelligatur, dixit aguntur, nõ vt nil agant, ſed quia impetu gratiæ aguntur, vix tamen vt agant. Nam tanto magis efficitur quis filius bonus quanto largius datur ei à patre ſpiritus vel ſanctus bonus, quo agitur & agit, & ſic bene agit, ſi à bono agitur.

Ambroſ.

Auguſt. in lib. ſentẽ. Proſperi.

Augu. de cor. & gra.

Auguſt. in pſal. 118.

Quando ergo non agit, vel non omnino faciẽdo, vel non ex charitate faciendo, oret vt, quod nondum habet, accipiat. [Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritũ adoptionis filiorum.] Non enim &c. Quasi dicat, filii esse debetis & non serui. Non enim accepistis iterum, vt olim in lege, Spiritum seruitutis in timore, id est spiritum qui vos inuitos timore pœnæ seruire faciat. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei, id est spiritum sanctum datorem bonorum per quę filii fiunt, quod est ex misericordia dei. Caue ne ex eo quod ait seruitutis, & spiritum adoptionis, diuersum intelligas spiritum, cùm sit vnus atq; idem spiritus: ille duntaxat, qui immunitate trinitatis spiritus sanctus accipitur, quod apostolus etiam ostendit dicens, Iterum. Idem ergo spiritus est, sed propter diuersa opera dissimiliter accipitur: vt Aegyptiis spiritus irę dicitur, quib⁹ aqua diuisa spiritu nocuit: filiis Israel non dicitur iræ, quibus aqua diuisa profuit. Similiter spiritus timoris dicitur esse Iudæis, quia eodem spiritu in quo tabulis lex scripta est, timor incussus est eis, qui gratiam nondum intelligebant de sua infirmitate, & peccatis per legem conuicti. Spiritus autem libertatis dicitur esse his quib⁹ impartitur eius opere gratia, & regeneratio in vitam valens æternam, id est fides quę per dilectionem operatur, non per timorem, non formidando pœnam, sed amando iustitiam. Vnde est ergo ista dilectio, nisi & vnde ipsa fides, id est à spiritu sancto? Non enim esset in nobis nisi diffunderetur in cordibus per spiritum. Charitas autem dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos: sicut iustitia dicitur dei, qua nos iusti eius munere efficimur: & domini salus, qua nos saluat: & fides Christi, qua nos fideles facit. Vnus ergo spiritus est qui duos timores facit. Duo enim timores hîc insinuantur, vnus qui est in perfecta charitate, scilicet timor castus. Alter qui nõ est in charitate, scilicet seruilis, in quo quamuis deo credatur, non tamen in deum: & si bonum fiat, tamen non bęne. Nemo enim inuitus bene facit, etiam si bonum est quod facit. Hi autem duo timores faciunt duo genera seruorum. Est enim seruus qui est & filius, qui timet dominum

August. in lib. quęst. Exodi.

Augu. de spũ. & lit.

August. super Ioan.

August. in li. sñiarũ. Prosperi.

minum & honorat patrem. Vnde per Malachiam dominus ait. Si dominus sum, vbi est timor meus? Si pater, vbi est amor meus? Et est seruus qui timet pœnam, sed non diligit iustitiam. Et quia de timoribus fit mentio, sciendum est præter naturalem timorem qui omnibus inest, quatuor esse timores, scilicet mundanum qui malus est, nec à deo est: & seruilē, qui bonus est & à deo, sed non sufficiens: & initialem, qui bonus est & sufficiens: & castum, qui bonus est & perficiens, de quo hîc agitur. Ipse enim generat nos filios. [In quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus, testimonium reddit spiritui nostro quòd sumus filii dei.] In quo. Quasi dicat, dedit spiritum adoptionis, In quo, id est per quem nos liberi, de vtroq; populo in ecclesia collecti, clamamus intensè, scilicet non ingrati. Clamor iste cordis est non labiorum, intus sonat auribus dei: qualiter Susanna clauso ore labiisq; immotis clamabat. Iudæi quidem clamabant. Abba, gentiles verò, Pater, quod tamen idem est. Abba enim hebraicè, pater latinè dicitur: sed propter sacramentum, vtrunq; posuit apostolus, Sicut & Marcus vtrunq; dominum in passione dixisse commemorat. Et fortasse dominus propter sacramentum ecclesiæ insinuandum, vtrumq; dixit: cui factus est angularis lapis, venienti partim ex Hebræis, ad quos pertinet, Abba: partim ex gentibus, ad quos pertinet, Pater: quia ecclesia est de vtroq; populo in vno angulari lapide collecta qui fecit vtraq; vnū, vt vnus esset grex, & vnus pastor: cui ecclesiæ bonus magister compatiens in se ostendit filios eius, scilicet martyres, nō debere desperare, si qua fortè tempore passionis eorum, ex humana fragilitate tristitia irrepit cum eam vicerint, voluntati suæ præponēdo voluntatem dei. Eleganter ergo, & non frustra duarum linguarum verba posuit, & idem significātia propter vniuersum populum, qui de Iudæis & gentibus, in vnitatem fidei vocatus est. Ipse enim &c. quasi dicat, verè filii sumus, hoc enim. recognoscere facit spiritus, scilicet nostrū spiritum. & hoc est, Ipse enim spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro, id est recognoscere facit mēte nostra, dum per eum facta remissione nō agimus, de quo quod, Sumus filii dei, hoc facit cognoscere spiritus sanctus, dum scilicet

Ambrosi. Augu. de blasphe.

Ambrosi⁹ Augu.de blasphe. in ecclesia fit remissio peccatorum in spiritu sancto, quam remissionem cum trinitas faciat, propriè tamē ad spiritum sanctum intelligitur pertinere, quia spiritus communis est patri & filio, amborūq; vnio, per quem fit societas & vnitas, qua efficimur vnū corpus vnici filij dei. Vnitas enim nos compaginat, quam facit charitas, & charitas non est nisi à spiritu sancto. Ergo spiritus est qui viuificat, quia viua facit mēbra: nec viua facit, nisi quæ in corpore, quod vegetat, inuenerit: sicut spiritus hominis non viuificat membrum, quod separatum inuenerit à corpore. Hęc dicuntur vt amemus vnitatem, & timeamus separationē. Nil enim sic debet Christianus formidare quàm separari à corpore Christi. propter hanc societatem spiritus sanctus descendit super viros congregatos in vnum, qui & omnibus linguis locuti sunt, quia per linguas cōsonantior est societas humani generis. Spiritus ergo testimonium filiorum dei reddidit, cum dono spiritus in eis signū paternū videtur.

August.su per Ioan.

Ambros.

[Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi, si tamen cōpatimur vt & glorificemur. Existimo enim, quòd non sint condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum dei expectat.] Si autem &c. Quasi dicat filij sumus, hoc autem est quod non est paruū, vel leue. Si enim filij sumus & hęredes, id est eiusdem gloriæ participes, Hæredes quidem dei, quia eius fruemur beatitudine: Cohęredes autē Christi, in quo & cum quo beati erimus: vnde dicitur, quia similes ei erimus. Nota quòd cum hæres dicatur, cum iam hæreditas morte decessoris firma teneatur, nec alio modo possit intelligi hæres secundum quod dicitur humanis legibus: nos tamen hæredes dei dicimur, & si non decedat, quia hæreditatem æternam nos filij sponsi, & sponsæ speramus, quam in futuro possidebimus: nō patris morte, qui mori non potest, qui est hæreditas nostra. Vel potest dici, quòd decedet secundùm modum cognitionis, quo nunc cognoscitur à nobis. Nunc enim ex parte cognoscimus, & per speculum videmus. Decedet ergo vt tunc non videatur per speculum in ænigmate sicut nunc, sed facie ad faciem. Potest etiam dici quod Christum caput nostrum in

Augu.de quęst. 83.

August.su per Ioan.

in passione decedēs, nobis reliquit pacis ecclesiasticæ possessionem, sicut ipse ait, pacem meam relinquo vobis. Attende etiam quod Christus hæreditas suorum est, & ipsi hæreditas eius. Vnde dabo tibi gentes hæredit. Et conuerso, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Sed quo merito sumus hæredes? Ecce, Si tamen compatimur. Quasi dicat, dico quòd sumus cohæredes Christi, Si tamen, compatimur, id est ad eius similitudinem patimur, quod pertinet ad illud, quod supradixerat, si facta carnis mortificaueritis. Mortificare autem facta carnis, nemo potest, vnde erit vita sine molestia, cui necessaria est patientia. Patimur dico hac intentione, vt glorificemur. Existimo enim. Quasi dicat, dico si compatimur, & patiendū est pro gloria habenda, Existimo enim, id est scio: quòd, Passiones huius temporis, id est temporales & momentaneæ simul omnes, Non sunt condignæ, id est sufficientes, si districtè ageretur nobiscum, ad promerendam, Futuram gloriam. Tribulatio namq; est cum fine, merces sine fine erit, & multò maior erit tibi gloria, quàm hîc labor. Quæ, gloria & si nunc occulta sit quam oculus non vidit, nec auris audiuit: tamen, Reuelabitur, omnibus bonis & malis, non quidem esse in malis. sed tantum esse, In nobis, bonis. Ecce hoc facit spiritus quod merita non possunt, Reuelabitur, & verè, quod probat authoritate expectantium. Nam expectatio creaturæ, &c. vsque ibi, Spe enim salui. Hoc capitulum obscurum est, quia non satis hîc apparet, quid nunc vocet creaturam. Dicitur autem secundam catholicam disciplinam creaturæ quicquid fecit & condidit deus pater per filium, qui non potest appellari creatura, quoniam per Christum facta sunt omnia. Hîc autem videtur ostendere esse diuersa, creaturam & filios, cum dicit, Creatura expectat reuelationem filiorum, & creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Quasi non simus nos creatura, sed filii dei. Item dicit, Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc, non solum autem illa, sed & nosipsi: tanquam aliud simus nos, aliud omnis creatura. Sciendum ergo quòd nosipsi dicimur creatura & filii: sed quòd sumus creatura, apparet: quòd autem filii dei, nondum

Augu. de quæst. 83.

apparet : ſicut Ioannes ait, Chariſſimi filii dei ſumus, ſed nondum apparuit quid erimus : cùm autem apparuerit ei ſimiles erimus. Diſtinctè ergo nunc ante gloriam illam qua apparebit quod ſumus. Vocamur creatura ſecundùm quod modo anima & corpore dolemus, dum facta carnis per abſtinentiam mortificamus, dum aduerſorum aculeos per patientiam ſuſtinemus, quales nunc apparemus. Filii autem dei dicimur ſecundùm adoptionem, & ſecundùm quod futuri ſumus, quando apparebit quid erimus, quod nunc adoptione meremur. Itaq; non naturæ alterius, ſed alterius qualitatis diuerſitate à creatura filios, quaſi diſtinguens, ait, Expectatio creaturæ, id eſt expectans creatura, Expectat, quaſi dicat, aſſiduè in actu expectandi eſt: geminatio namq;, aſſiduitatem notat. Expectat dico, Reuelationem filiorum dei, id eſt quando apparebit qualis futura eſt. Non enim creatura reuelationem naturæ alterius expectat, ſed ipſa qualis nunc eſt, expectat quando ſit qualis futura eſt, vt ſi diceretur, operante pictore ſubiectis ſibi coloribus, & ad opus eius paratis expectatio colorum manifeſtationem imaginis expectat, nũc quia tunc alii erunt, aut non colores erunt. Sed quia aliam dignitatem habebunt. Vel ſimpliciter creatura dicuntur boni, eò quòd manent in creatione dei : vel iidem boni, per excellentiam dicuntur creatura, quia ſunt cauſa omnium. Hæc ergo creatura expectat, quia nondum apparet quod eſt, Reuelationem filiorum dei, & ideò omnia tolerãda ſunt, vt illud obtineat quod expectat. [Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, nõ volens ſed propter eũ qui ſubiecit eam in ſpe : quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Scimus enim, quòd omnis creatura ingemiſcit & parturit vſquæ adhuc. Non ſolum autem illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis noſtri.] Vanitati &c. Procede prius ſecundum illam ſententiam, vbi per creaturam accipiuntur boni : quaſi dicat, Creatura expectat, & neceſſe eſt ei expectare, Quia vanitati ſubiecta eſt : & poteſt expectare, quia non amat vana, quæ ſunt omnia mundana : & hoc eſt quod ait, Vanitati

August.

ti etenim creatura, id est boni, Subiecta est non volens, Salomon.
id est non amans ista caduca quæ vana sunt. Vnde Sa- Augusti.
lomon, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Omnia
enim quæ nascuntur infirma, & corruptibilia sunt, ac per
hoc vana, quia statum suum tenere nõ possunt. Corruptio
ergo ipsa est vanitas, cui Subiecta est creatura. dico subie-
cta est, Vanitati, sed tamen patienter ferens, Propter eum
qui subiecit eam in spe, id est patiẽter sustinet sciens deum
subiecisse ad conuersationem humilitatis, sed non sine so-
latio spei huius, scilicet quia & ipsa creatura, Liberabitur
in futuro, vt Christus caput nostrũ iam liberatus est: vel,
Vanitati enim &c. Sicut supradictum est, creatura dici-
tur, quicquid modò in nobis dolet, id est nosipsi secũdum
quod corpore & anima dolemus, quæ vtique creatura est
dum carnem mortificamus, per ieiunia & aduersa, & hæc
creatura, vt prędictum est, expectat modò quod erit in fu-
turo, quasi dicat necesse est expectare, Quia creatura, id
est homo qui modo tãtum creatura videtur, Vanitati sub- Augnst.
iecta est, & hoc nolens. i. non sponte. Homo quippè spon-
te peccauit, sed non sponte damnatus est. Peccatum itaque
fuit spontaneum: contra præceptum facere veritatis, sed
non spõte fert pœnam peccati. Luit enim meritas pœnas,
peccati verò pœna est quod subiicitur fallacię. Dico quod
non est subiecta sponte: sed, Propter eum qui subiecit eã,
id est propter iustitiam & clementiam eius, qui & pecca-
tum punit: & peccantem sanare intendit, qui eam subiecit.
In spe, hac vtique: quia, Ipsa creatura liberabitur, sicut nos
apostoli. Per hoc. n. quod nõ ait simpliciter ipsa, sed & ipsa
facit intelligi, quod nec de ipsis desperandum est, qui nõ-
dum crediderunt: quia & ipsi credituri sunt, & liberabun-
tur, qui nondum sunt filij dei. Sed tantum creatura modò
dicuntur, cum nondum gratiam adoptionis receperunt.
Homo enim sigillo imaginis propter peccatum amisso re-
mansit tãtummodo creatura. & ipsa vtique Creatura, quæ
modò ita vocatur, cum nondum est filiorum forma perfe-
cta, Liberabitur, vt nos apostoli, qui iam filij sumus, & si
nondum apparet quid erimus. Liberabitur dico, A serui- Ambrosi⁹
tute corruptionis, vel interius, id est à cura quærendi vi-
ctum, & vestitum, & alia quibus seruitur nostræ mortali-
tati.

tati. veniens In libertatem gloriæ filiorum dei, id est in gloriosam libertatem, quam habebunt filij dei. & hæc omnia per spiritum fient. Scimus.n.q.d. verè creatura subiecta est vanitati, non volens. Scimus enim. q.d. expertò credite, Quid omnis creatura ingemiscit. Omnis creatura dicitur homo, quia omnis creatura in homine numeratur, non quòd in eo sint omnes angeli, & supereminentes virtutes, & cælum, & terra, & mare, & omnia quæ in eis sunt: sed quia omnis creatura est, vel corporalis, vel animalis, vel spiritualis. Corporalis per loca tēditur, animalis viuificat corporalem, spiritualis regit animalem: & tunc benè regit, cum seipsam deo regendam subiicit. Hæc autem omnis creatura in homine est, quia homo intelligit spiritu, vt angeli: & sentit anima: & corpore localiter est, & mouetur. Omnis igitur creatura in homine est, quia intelligit, viuit, corpus habet: sed non tota in ipso est, quia sunt præter eū, & alia quę intelligunt, viuunt, & sunt. Simile dictum est, omnis homo videt solem, sed non totus, quia oculus tātú. Omnis ergo creatura, sed nō tota. i. homo qui habet cōmunionē cū omni creatura pro sua deiectiōe, Ingemiscit q.d. semper in hoc noua est. quod notat per inchoatiuum verbum, & pro desiderio patriæ cælestis, Parturit. i. cum dolore operatur. q. d. pro irriguo inferiori & superiori, in labore est, & in sollicitudine. & hoc, Vsq; adhuc, id est vsque ad mortem: vel, Vsque adhuc, quia ita omnes præcedentes patres fecerunt, vsque in præsens: vel, Vsque adhuc, dicit, quia & si aliquis in sinu Abrahæ iam constitutus dolere destitit, tamen in illis qui nondum sunt liberati, omnis creatura ingemiscit & dolet adhuc, sicut & quæ præcessit: quia in his qui nondum sunt liberati, omnis dolor est propter spiritum, & animam, & corpus. Cum ergo omnis homo ingemiscit, & dolet: omnis creatura ingemiscit & dolet. Non enim hac vniuersali locutione, colligit singula omnium generum, sed genera omnia singulorum. Non solum autem, creatura, Illa, ingemiscit, & dolet: Sed & nos, ipsi apostoli qui maiores alij sumus, per hoc quòd primitias spiritus habemus; vnde subdit, nos dico, Habentes primitias spiritus, id est spiritum sanctum. & tēpore prius & cæteris abundantius: nos inquā, Et ipsi intra

August. in eodem.

Aimo.

nos

nos,vel, In nobis gemimus. & eſt ſenſus, Non ſolum autem, creatura illa dolet, id eſt non ſolum in homine corpus, & anima, & ſpiritus dolent ex difficultatibus corporis,Sed & noſipſi,ſcilicet apoſtoli, Primi. ſpi.ha. quorum iam ſpiritus,quaſi in ſacrificium oblati ſunt deo,& diuino charitatis igne ſuccenſi. Gemimus in nobis ipſis, præter corpus,id eſt exceptis corporis moleſtiis ſuſpirantes æternæ Hieruſalem.nos dico, Expectantes, ſecurè & fortiter, nec dilatione,nec aduerſis fracti, Adoptionem, perfectã, Filiorum dei , id eſt vt corpus etiam beneficiũ adoptionis accipiat,& ex omni parte filij dei ſint. Hæc enim adoptio, quæ iam facta eſt in his qui crediderunt, ſpiritu non corpore facta eſt . Nondum enim corpus reformatum eſt in illam cæleſtem mutationem , vt ſpiritus iam mutatus eſt, reconciliatione fidei ab erroribus conuerſus ad dominũ: ergo etiam in his qui crediderunt expectat adhuc adoptionem corporis . Deinde quid dixerit adoptionem exponit,ſcilicet. Redemptionem corporis noſtri, ſcilicet vt ipſum corpus redimatur à mortalitate , quod prius emptũ fuit à peccato. Vel,Noſipſi,apoſtoli, miſeriam habẽtes,vt alij,Gemi.in nos,vel in nobis.ip.carne & mẽte,quia in nobis eſt,vnde gemimus, non ſolum pro aliis. Hoc capitulũ ſi ita vt tractatum eſt aperiatur,non incidimus in illas moleſtias, quibus pleriq́ue homines contra catholicam diſciplinam quedã dicere cogãtur. Scio.n. vanos hæreticos de hoc capitulo multa impia,& inepta iactaſſe:quia.n. Apoſtolus vniuerſaliter ait, Oĩs creatura ingemiſcit &c. Dicũt quidã,vt Origenes,quòd etiam dignior creatura.i.ſummi angeli,ſublimeſq; virtutes doleãt & gemant,antequã liberemur penitus.ſed nõ eſt verũ. Nã & ſi nos adiuuant,ſine dolore hoc facere credẽdi ſunt,ne miſeri exiſtimẽtur:præſertim quia dixit eãdẽ creaturam quæ ingemiſcit & dolet, vanitati ſubiectã eſſe,quod de ſummis & excellẽtib⁹ angelis nefas eſt dicere.ſ quod ſubiecti ſint vanitati,& à corruptione liberãdi. Sed oĩs in homine dolet,& omnis in homine liberabitur,& ſi nõ in omnib⁹. Vel ita, Omnis creatura ingemiſcit & parturit &c. Parturire dolere eſt. Omnis autẽ creatura per cotidianũ laborem ingemiſcit,& dolet vſq; adhuc,id eſt vſque modò,ſcilicet quandiu legitur,

Auguſti. Auguſti. Auguſti.

Omnis

Omnis ergo creatura ingemiſcit & parturit, id eſt omnia elementa cum labore ſua explent officia: ſicut ſol & luna, non ſine labore ſtatuta, ſibi implent ſpatia, quod eſt cauſa noſtri. Vnde quieſcent nobis aſſumptis, & ideò diligenter nos paremus, non ſolum autem illa, ſcilicet elementorum creatura ingemiſcit, Sed & noſipſi &c. poſt creaturā mundanam adiicit, etiam nos expectare, hoc & ingemiſcere ad deum, vt hinc liberemur, quia Chriſtianis mundus hîc pelagus eſt. [Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem quæ videtur non eſt ſpes. nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus. Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. nam quid oremus (ſicut oportet) neſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus.] Spe enim, quaſi dicat, dixi quòd expectamus, & nō diffidenter, nam certi ſumus, quaſi iam ſalui ſimus, & hoc eſt, Spe enim, quaſi quodam merito, Salui, non dico ſimpliciter ſumus: ſed, Facti ſumus, nō enim à nobis eſt ſalus. Hæc ideò dicit ſpe nos eſſe ſaluos, quia nondum res eſt, & ita adhuc ſub vanitate ſumus. Spes autem, quaſi dicat ſpes ſaluat, hęc autem non eſt de re viſibili. & hoc eſt, Spes autem quæ videtur, id eſt res ſperata quæ videtur, Non eſt ſpes, id eſt non eſt ſubiecta ſpei virtuti, quæ non eſt niſi de non apparentibus: & verè non, quia qua ratione videretur ſpes hæc? & hoc eſt, Nam quod videt quis. quid ſpe. id eſt cur vel quomodo, Sperat, id eſt dicitur ſperare? quaſi dicat nullo modo. Hoc ideò dicit vt maius meritum ſpei videatur, & ideò debeat ſaluare. Si autē, quaſi dicat quod videtur non ſperatur, ſed potius quod non videtur: ſi autē hoc eſt, id eſt ſi ſperamus quod non videmus, creſcit hoc meritum, dum Per patientiam, quæ eſt aduerſorum, diu Expectamus, adhuc in vanis agentes quæ ſub ſole ſunt: & ideò gemimus quia patientes aduerſa expectamus quod nō videmus, & hæc omnia nobis ſunt ex ſpiritu. Similiter autē, quaſi dicat. Non ſolum in prædictis adiuuat nos ſpiritus: ſed, Similiter, id eſt per eandem gratiam ſuam ſpiritus dū expectamus, quod non videmus, Adiuuat, ad orandum, Infirmitatem noſtram, docens & faciens nos orare ſicut oportet. Quia enim, vt ſuperius dictum eſt, ingemiſcimus, &

ambroſi⁹

& in dolore positi liberari petim', & quæ lõge futura sunt mox fieri volumus, aut citò tolli ea per quæ ad interitum perueniamus: ideò spiritus adiuuat infirmitatem nostram, ne vel ante tempus, vel contraria petamus. Infirma enim est oratio, quæ contra rationem postulat, ideóque oportet infirmitatem hanc à spiritu sancto adiuuari. Adiuuat autem quia non finit vel antè peti quàm debeat, vel contraria. Et nota quia non solum illud quod oratio impetrat, sed etiam ipsa oratio inter gratiæ munera reperitur. Quicquid enim oratio impetrat euidenter ostenditur donum dei esse, ne homo existimet à seipso esse: quod si in potestate haberet, non vtique posceret, sed ipsum orare ex gratia est. Nulla enim orationis præcedunt merita, quib' non gratuita dentur, sed debita reddantur: iam enim gratia non esset. Et necesse est vt spiritus adiuuet, Nam nos nescimus. Ecce infirmitas, Quid oremus, sicut oportet, orari. Ecce infirmitatem orationis nostræ ignorantiam esse declarat. Fallimur enim putãtes prodesse quod poscimus, cum non prosit: vt ipsi Paulo contigit, dum oraret vt spiritus ab eo discederet, qui ex responso dei didicit, cõtra se esse quod petebat. Est etiam aliquando superba & stulta petitio: sicut fuit duorum Apostolorum, quibus dictũ est, Nescitis quid petatis. Sed ipse, quasi dicat. Nescimus quid oremus: Sed ipse spiritus postulat, non cõtra nos, sed, Pro nobis, id est ipse facit nos postulare, & hoc, Gemitibus inenarrabilibus, quod facit nos gemere plus quàm dici potest, tum pro hoc exilio, tum pro desiderio patriæ: vel gemitibus inenarrabilibus, id est qui fiunt de re inenarrabili. Quomodo enim narretur quando desideratur quod ignoratur, nec tamen omnino ignoratur: Nam si penitus ignoraretur, nõ desideraretur: & rursus si videretur, gemitus non quæreretur. Et sciendum quod secundum eandem locutionis figuram, qua dicitur apostolis à domino, Spiritus loquitur in vobis, ait hîc Apostolus, Spiritus postulat gemitibus. Non enim spiritus sanctus gemit, quasi indigeat, aut angustias patiatur, sed quia ipse nos mouet ad orandum cum gemimus: & quod ipso mouente nos facimus, ipse facere dictus est. Ita ergo dictum est, Spiritus postulat, non quòd alicuius rei spiritus sanctus sit indigens,

Augu. ad Sixtum.

Ambrosi.

Augu. ad probã de orãdo deũ

Augu. de bono pse.

Augu. cõtra manichæos.

Augu. ad Sixtum

Augu∫t.in eodem. Augu.ad Sixtum. Augu∫t.∫uper epi∫t. Ioan.

gens, ∫ed quia nos po∫tulare facit, nobi∫que interpellar & gemendi in∫pirat affectum. Adiutorium igitur ∫piri ∫ancti hîc expre∫∫um e∫t. Charitas.n.quę per ∫piritũ ∫an facta e∫t in nobis, ip∫a gemit, ip∫a orat. Contra hanc au claudere non nouit, qui illam dedit. Non ergo ∫ic e∫t telligendum quod hîc ait, vt æ∫timemus ∫piritum ∫anctu qui in trinitate incommutabilis deus e∫t cum patre & fi ita interpellare pro ∫anctis tanquam aliquem qui non deus: ∫ed dictum e∫t po∫tulat pro ∫anctis, quia po∫tulare cit ∫anctos. non enim ∫piritus, ∫cilicet in ∫emetip∫o in æternitate ∫ub∫tantię gemit, ∫ed in nobis, quia gemere facit. Hîc gemitus columbæ e∫t. Hoc modo locutionis

Augu.cõtra Maxi.

ctum e∫t, tentat vos deus, deus ve∫ter, vt ∫ciat ∫i dilig eum, id e∫t vt ∫cire vos faciat. Hoc locutionis tropo di tur frigus pigrum, quia pigros facit: & dies lætus vel t ∫tis, quia lætos vel tri∫tes facit. Similiter de die illa dici filius non ∫cire, quia non facit nos ∫cire. Hoc etiam mo locutionis, dixit deus ad Abraham, Nunc cognoui q

Augu.cõtra Maxi.

timeas deum, id e∫t cogno∫cere feci. Ita etiam quod a ait Apo∫tolus, nunc autem cogno∫centes deum, imò gniti à deo, ita dictum e∫t vt intelligamus deum in no feci∫∫e cognitionem ∫uam. Quid enim e∫t quod ait, cog ti e∫tis à deo, id e∫t cognitores ∫uos vos facit. Facit e deus nos cogno∫cere ∫e, vnde dicimur cogniti ab eo: omnia ∫ic debere intelligi, docet Apo∫tolus qui cum in co quodam dicat, Mi∫it ∫piritum clamantem abba pat

Augu.ad Sixtum.

libi, qua∫i hoc exponens ait, In quo clamamus abba pa Sic itaque & hîc aperiens qualiter adiuuet infirmita no∫tram ait, Spiritus po∫tulat pro nobis &c. Et ∫ciend quod aliter adiuuat nondum inhabitans, aliter inhabi Nondum inhabitans adiuuat, vt ∫int fideles: inhabi adiuuat iam fideles. [Qui autem ∫crutatur corda, quid de∫ideret ∫piritus: quia ∫ecundum deum po∫tulat ∫anctis. Scimus autem quoniam diligentibus deum om cooperantur in bonum, his qui ∫ecundum propo∫itum cati ∫unt ∫ancti.] Qui autem, qua∫i dicat ∫piritus facit po∫tulare, & etiam impetrat, id e∫t facit impetrare, qua∫i di non ∫olum po∫tulat, ∫ed etiam idem ip∫e ∫piritus qui ∫c tatur corda vt ∫ciat gemitus inenarrabiles, ∫cit.i. appro

& implet, quid desideret. i. quid desiderare facit: quia, Postulat pro sanctis. i. loco sanctorum. i. sanctos facit posture, quod est, Secundum deum. i. quod deus vult. Scrutari autem spiritus dicitur corda, non quasi quærens quod nesciat: sed quia nihil est occultũ, quod non sciat. Scimus autem &c. quasi dicat. Non solũ hoc facit spiritus quod prędictum est, sed etiam idem spiritus facit omnia venire in bonum, prospera, vel aduersa diligẽtibus deum. Hoc autẽ scimus, nos maiores & doctores, quorũ authoritati credẽdum est, Hoc. s. Scimus quoniã per spiritũ sanctũ, Omnia cooperantur in bonũ, vel procedunt, In, verum, Bonum. Vel, Spiritus sanctus, Cooperatur. Alia litera, Omnia in verum bonum. quibus? Diligentibus deum, seruando mãdata, & perseuerando vsque in finem. vnde subdit, His &c. q. d. non recedentibus omnia cooperantur in bonum, quod ita ait, His. s. Qui sunt vocati, per prædicatores, vel interius, Sancti. i. ad sanctitatem. & hoc non propter meritum suum: sed, Secundum propositum dei. i. secundum præsciẽtiam & prędestinationẽ. q. d. quod vocati sunt, nõ aliunde est quàm à prædestinatione dei. & inde est quòd omnia cooperantur in bonum, non ex meritis eorum, talibus omnia cooperantur in bonum. Tales enim deus consolatur prosperis, & exercet aduersis. Nam propria ipsorũ infirmitate exercetur humilitas, afflictione, patientia, paterna contradictione, sapiẽtia, odio, beneuolentia. & vsq; adeò talibus deus omnia cooperãtur in bonum, vt si qui eorum deuiant, & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atq; doctiores. Discunt. n. cũ tremore se exultare debere: non sibi arrogãdo, tanquam de sua virtute fiduciã permanendi. Vnde, Seruite domino in timore &c. & alibi, Non alta sapiẽtes. Quamuis ergo ipsa mors carnis de peccato primi hominis originaliter venerit, tamẽ bonus eius vsus gloriosissimos martyres fecit: ideoq; nõ solũ ipsa, sed etiam omnia huius sæculi mala, labores, doloresque hominum quanquàm de peccatorũ, & maximè de originalis peccati meritis veniãt, quo facta est & ipsa vita vinculo mortis obstricta, tamẽ etiã remissis peccatis remanere debuerũt, vt haberet homo cum quibus pro veritate certaret, & vnde

Augustin.

Augu. de cor. & gra.

Augu. de trinitate.

exercere

August. in eodem. exerceretur virtus fidelium, vt nouus homo inter hęc m[illegible] la nouo seculo pręparetur, miseriam quam meruit vita i[illegible] damnata sapienter tolerans, & quia finietur prudéter gr[illegible] tulans. Prosunt igitur ista mala, quæ fideles piè perferun[illegible] vel ad demenda peccata, vel ad exercendam probandá[illegible] que iustitiam, vel ad demonstrandam huius vitæ miseri[illegible] Deinde exponens qui sunt, qui vocentur secundum pro positum, subdit, [Nam quos præsciuit, & prædestina[illegible] conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogeni[illegible] in multis fratribus.] Nam quos præsciuit, quasi dicat v[illegible] rè omnia cooperantur in bonum, quia præscire & præd[illegible] stinare &c. & hoc est. Nam deus prædestinauit, id est p[illegible] appositam gratiam præparauit, vt verbo prædicationis c[illegible] derent illos, Quos præsciuit, id est longe antè prænou[illegible] Hoc est propositum de quo dixit, secundùm proposit[illegible] vocati præsciuit dico, Fieri conformes, In puritate vi[illegible] modò, & postea in beatitudine. cuius conformes, Imagi[illegible] filij eius. i. filii quæ est imago patris vsquequaque ead[illegible] cum patre. vnde dicitur, Qui videt me, videt & patrem. [illegible] nota quòd impropriè accipitur hîc prædestinatio secund[illegible] quod exposuimus. Accipitur enim de præsenti, scilicet p[illegible] gratiæ appositione, per quam præparantur ad recipie[illegible] dum verbum. Propriè autem prædestinatio est, præsci[illegible] tia & præparatio beneficiorum dei, quibus certissimè li[illegible] rantur, quicunque liberantur. Prędestinatio igitur est g[illegible] tiæ præparatio, quæ sine præscientia esse non potest, p[illegible] test autem sine prædestinatione esse præscientia. Præd[illegible] stinatione quippè deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse fact[illegible] rus, sed præsciuit deus etiam quæ non est ipse facturus. [illegible] omnia mala: quia & si sunt quædam quæ ita peccata sun[illegible] vt etiam penę sint peccati: secundum illud, Tradidit ill[illegible] &c. non tamen peccatum dei est, sed iudicium. Quocirc[illegible] prædestinatio dei, quæ in bono est, gratiæ est, vt dixi, præ paratio: gratia verò est, vt dixi, prædestinationis effectus & secundum hoc ita expone literam. Nam deus præd[illegible] stinauit, id est in præscientia apud se ab æterno præpara uit, id est ad præmia promissa elegit quos præsciuit fier[illegible] conformes imaginis fil. eius, vt, scilicet portemus imagi nem cœlestis, id est Christi sicut portauimus imagin[illegible] terren[illegible]

Margin notes: Remigi⁹. Augusti. — Augu. de bono pse. Augu. de ꝑdest. sanctorum. Attende. — August. Ambrosi⁹

terreni Adæ. Sua igitur bona quibuscunque deus donat proculdubio se donaturum esse pręsciuit,& in sua pręsciētia pręparauit. Sciēdum verò quia pręparauit deus,& malis ignem æternum, illis vtique quos iustè præparauit ad luenda supplicia, nec tamen præparauit ad facienda peccata. præparuit enim deus quod diuina æquitas redderet, non quod humana iniquitas amitteret. Non enim sicut præparuit sanctos ad iustitiam percipiendam, sic præparauit iniquos ad iustitiam amittendam: quia prauitatis præparator nunquam fuit. Hæc igitur regula inconcussè tenenda est, peccatores in peccatis præscitos esse, nō præparatos, pœnam autem esse præparatam secundum quod præsciti sunt. Vt sit ipse, quasi dicat dico conformes. ita tamen Vt in multis fratribus, id est inter multos fratres ipse sit primogenitus, id est iure hæreditatem patris obtinens,& aliis dispertiēs quod primogenitorum est. vel primogenitus dicitur, quia antè omnem creaturam non factus, sed natus est:& quia prim⁹ sine peccato natus,& primus impassibilis resurgens, in quo habet fratres. Nam secundum id quod vnigenitus est, non habet fratres, secundum id autem quod primogenitus est fratres vocare dignatus est omnes, qui per eius primatum in dei gratia renascuntur. [Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?] Quos autem. q. d. Quos præsciuit illos prædestinauit, Quos autē prædestinauit, quod fuit antequàm essemus, Hos, quāuis antè auersos, Et vocauit: per prædicatores, quia præparati erant in præsciētia, vel vocauit. s. interiori vocatione. Est enim exterior vocatio,& interior. Exterior est quę fit per pręedicatores, quę est communis bonorum & malorum: interior verò tantum electorum est. Vocare enim est cognitionem de fide adiuuare, vel compungere eum quem sciat audire,& hæc vocatio (vt diximus) est electorum tantum. Hac vocatione impletur prædestinatio. Est & alia vocatio quæ fit per prædicatores, de qua dictum est. Multi

Fulgētius

Augu. de bono pse.

Ambrosi⁹

Augu. de symbolo.

Augusti.

Ambrosi⁹ ad Optū.

Idem in eodem. vocati,pauci verò electi. Et quos vocauit.s. secundũ propositum, quia sunt & non electi, vocati exterius, Hos & iustificauit, remissione peccatorum, & bona operatione.

Augustin9 Ambros. Augusti. Quos autẽ iustificauit,dum peccatores essent, Illos & magnificauit,omni genere virtutum. vel ponitur præteritum pro futuro,vt sit sensus, Magnificauit, id est magnificabit æterna remuneratione,vt similes deo sint. Hoc autem futurum est, sed dicitur per præteritum, quia dicitur fecisse quæ ab æterno disposuit facere. Vnde Esaias qui fecit quæ futura sunt, talibus (vt dictum est)omnia cooperantur in bonum, etiam quod deuiant, & hoc,scilicet vt inde cautiores sint, & in se non fidentes, hoc ergo de præscitis intelligitur,& non de aliis,etsi.n.ad tempus quidã credant, & boni videantur,tamen quia non permanẽt non magnificantur. Nota quòd cum hîc sint quatuor memorata.s.

August.in psal.1. prædestinatio,vocatio,iustificatio,& magnificatio,vnum est in deo,& tria in nobis. Prædestinatio.n.nostra non in nobis est,sed in occulto apud deum in eius præsciẽtia:tria verò reliqua in nobis &c. hæc omnia præscitis sunt. Quid ergo dicemus ad hæc.i.contra hæc? Vel quid dicemus ad hæc, beneficia dei aspiciẽtes, hoc vtique quòd nullus persecutorũ potest nobis nocere. Si enim deus pro nobis est, vt prædictum est,prædestinando non existentes, vocando auersos, iustificando peccatores, glorificando mortales. Quis contra nos est? Nullus prorsus potest nocere,sed omnia cooperantur in bonum.

August.in eodem. Possunt.n.mali vt plus perimere corpus & dilaniare, sed animam inuictam educit, auxiliator deus. Qui etiam.q.d.dico quod deus pro nobis est, qui præter alia etiam filium suum pro nobis dedit.& hoc est, Qui etiam filio suo.id est consubstantiali non pepercit: Sed pro nobis omnibus, etiam peccatoribus quod maius est,id est pro reparatione omnium tradidit illum.& si filium dedit pro nobis, Quomodo non donauit nobis etiam cum illo omnia.i.in præsenti iustitiam,& in futuro vitam æternam,quod minus est.q.d.non potest hoc negari.

Ambrosi. Minus est.n.nobis omnia donare quàm nostri causa illum morti tradere:vel, Cum illo omnia donauit nobis.i.

August.in lib. quęst. euangeli. superiora,æqualia,inferiora,quippè nostra sunt superiora ad videndum,vt deus trinitas nostra sunt æqualia ad conuiuendum

uiuendum vt angeli, quibus æquabimur in futuro, modò verò inferiores sumus, nostra sunt inferiora ad dominandum, & sunt quędam nunc supariora, vt sublimes angeli, & vniuersa cælestia dei ministeria, quæ modò nostra sunt nō dominio, sed vsu: sicut res domini famulorū sunt, non dominij potestate, sed vtendi facultate, quia vtuntur eis ad victum, vel ornamētum, vel aliud huiusmodi. Angeli igitur nunc superiores sunt, & in futuro erunt pares: ita aliter modò nostri sunt, & aliter erunt in futuro Nota quòd hîc dicitur, quia pater tradidit filium. Verum calicis huius author est, etiam ipse qui bibit: vnde Apostolus ait, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Si ergo pater filium tradidit, & filius seipsum, Iudas quid fecit? pater tradendo filium benè fecit, filius tradendo seipsum benè fecit, Iudas tradendo magistrum pro auaritia malè fecit. Non enim quod nobis præstitum est de passione Christi, malitiæ Iudæ deputabitur. habebit ille mercedem malitię, Christus laudē gratiæ. Et cum hoc sit, [Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui cōdēnat? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexterā dei, qui etiā interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an ꝑsecutio, an gladius? Sicut scriptū est, Quia propter te mortificamur tota die, ęstimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superam⁹ propter eū qui dilexit nos. Certus sum.n. quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; prīcipatus, neq; virtutes, neq; instātia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei: quæ est in Christo Iesu domino nostro.] Quis accusabit, ita vt eius accusatio sit, Aduersus electos dei. i. vt noceat electis dei quos pręsciuit ad vitā? vtiq; nulli⁹ accusatio illis nocet. Nisus aūt diaboli accusatio dicitur. Verè null⁹ nocet, quia nec de⁹, nec ali⁹. Alius.n. nō potest, de⁹ nō vult, quia ipse est qui iustificat. Nūquid ergo vult accusare suos? nō. Et cū nullus accuset: Quis est q̄ cōdēnet. i. qui possit inferre mortē? null⁹ poterit inferre q̄ velit. Sol⁹.n. Christ⁹ posset, sed nō vult. Nūquid enim Christ⁹ Iesus q̄ mortu⁹ est ꝓ illis, vult dānare? dico

Augus. su pra Ioan.

Idem in eodem.

mortuus. Imò qui & resurrexit, quod maius est, vt & nos resurgamus. Qui etiam, quod est maximum, Est ad dexteram dei. i. æqualis patri. s. in honore quo deus pater est: vel, Ad dexteram patris, id est in potiorib⁹ bonis dei, qui etiam medius inter deum & homines, Interpellat pro nobis, nō voce, sed miseratione, & repręsentatione humanitatis, dum cotidie hominem quem assumpsit, & graue genus mortis quod pro nobis sustinuit, vultui paterno offert vt nostri misereatur, cuius postulatio cum tantus sit non potest contemni. Quis ergo, quasi dicat & cùm hæc prædicta sint nobis à deo. Quis ergo separabit nos à charitate dei? Nunquid separabunt nos hæc aduersa, scilicet. Separabit nos tribulatio, id est corporis afflictio? An angustia, id est mentis anxietas? An persecutio, quæ est de loco ad locum? An fames, id est penuria cibi? An nuditas. i. penuria vestitus? An periculum, id est apparatus mortis? An gladius, id est ipsa mors? nil vtique eorum separabit. Sicut scriptum est in primo, his verbis, Quia mortificamur, variis tormentis. & hoc Propter te. i. quia ibi inseparabiliter hæremus, mortificamur dico tota die, id est tota vita. Vel aliter, Sicut scriptum est. Quasi enim aliquis diceret, cur ita commemoras? fiunt ne vobis hęc mala? Responsio, vtique ista mala sunt nobis, sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die. Nota quòd ait propter te, per hoc causam notat, sine qua corona martyrij non redditur. Martyrem enim non facit pœna, sed causa: nam & rei cum Christo passi sunt, quibus similis erat Christus in pœna, sed dissimilis in causa: quia propter nos passus est, vt & nos propter ipsum patiamur: & in vtraque causa sua, scilicet propter nos, & nostra, propter ipsum, cōsultum est nobis. Aestimati sumus, sine respectu misericordiæ, Vt oues occisionis, quæ, scilicet non prosunt nisi occisæ. Ecce mala hæc sunt nobis. Sed in his omnibus, scilicet tribulationibus, tormentisque positi, Superamus, id est superiores efficimur, & hoc non propter nos, Sed propter eum qui dilexit nos, cuius beneficium superat prędicta. Superamus dico & verè. Certus enim sum, ex promissione dei dicentis, non te deseram neque derelinquam. Quia neque mors, quam minātur: Neque vita, promissa, separabit me à deo: Neque

Ambros. Aimo. — Aug. in sermone i natali dñi. — August. — Aimo. — Ambrosi⁹

Neque angeli, minor ordo: Neque principatus, scilicet mediocris ordo: Nequevirtutes, scilicet maior ordo, qui etiam miracula facit: hi autem ordines accipiuntur de malis angelis. vel de bonis, si fieri posset: Neque instantia. s. præsentia bona vel mala: Neque futura, bona vel mala: Neque fortitudo, id est alicuius violentia: Neque altitudo humanæ potestatis, vel eleuatio Satanæ: scilicet si diabolus in altitudinem se nobis ostendat subornatus fallaciis patris sui, ad seducendum nos: Neque profundum. i. sapientia alicuius: vel, Neque profundum, id est si diabolus mõstret infernum, vel minetur præcipitium: vel, Neq; altitudo, neque profundũ, id est neque prospera, neq; aduersa. Vnde Salomon ait, Diuitias & paupertates, ne dederis mihi, ne repletus mendax fiam, vel pauper rapiam, & periurem nomen dei. Multi enim peccãt altitudine, multi necessitate. Contra hoc proponitur Achas in Isaia qui nolebat petere à domino signum, neq; in alto, neque in profundo remedium de Christo qui neque elatus fuit de potestate qua æqualis erat patri, nec turbat9 deiectione mortis: quod est signum in alto, & in profundo, ne ille, vel regia potestate extolleretur, vel erumna turbaretur, sicut tũc erat pro bello assyriorum, Neque creatura, quælibet, Alia, à prædictis, vel alia, id est noua, scilicet contra naturã facta, vt ęquus bipes, si fiat vt fecit Iannes & Mambres, qui fuerant magi Pharaonis. nil, inquam, istorum Poterit nos separare à charitate dei, qua eum diligimus, quia omnibus melior est. Si ergo nulla res ab eius charitate nos separat, quid esse non solum melius, sed etiam certius hoc bono potest? Id ipsum enim quod diligimus deum mori non potest, nisi dum quis non diligit deum, cui mors ipsa est non diligere deum, quod nihil aliud est quàm ei, quicquam in diligendo præponere. Charitas igitur dei hîc dicta est virtus, quæ animi nostri rectissima affectio est, quæ coniungit nos deo, quæ charitas est nobis, non quidem à nobis, Sed in Christo Iesu domino nostro. i. à Christo. Vel charitatem dei dicit, qua deus diligit nos, à qua nõ separatur, nisi qui à deo diuiditur, quæ charitas nobis ostensa est, In Christo Iesu domino nostro. Deus enim charitatem suam in Christo nobis ostendit, quem pro nobis tradidit.

Ambrosi9

August.

Augu. de moralibus catholicę ecclesiæ.

 Caput

CAPVT. IX.

VERITATEM dico in Christo Iesu, non mẽtior testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto: quoniam tristitia mihi est magna & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem: qui sunt Israelitę, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in

Ambrosi. secula. Amen.] Veritatem dico. Quia contra Iudęos superius visus est loqui, qui ex lege iustificari se putant, nũc votum, & affectum suum circa eos ostendit. quod iurando

Ambrosi⁹ firmat, vt firmius credatur, ac per hoc dolet genus suum secundum carnem beneficio Christi priuari, quasi dicat. Asperè locutus sum contra Iudæos, hoc autem fuit ex dilectione, non ex inimicitia. Veritatem enim dico & non mentior, in aliqua parte positus, In Christo Iesu consciẽtia mihi perhibente testimonium, & si vos non creditis. Conscientia, dico, fundata, In spiritu sancto, quasi dicat & ipse spiritus testis est, de hoc, scilicet. Quoniam mihi est magna tristitia. i. stupor mentis. Et continuus dolor cordi meo, non specie tenus sed intimo corde. Vnde est dolor? pro fratribus meis. i. Iudæis à Christo errantibus, & verè doleo, qui à adeo: quòd, Optabã ego ipse esse anathema, id est separatus à Christo pro eisdem, Fratribus meis. i. si

Aimo. fieri posset, vellem ad horam, vel in hac vita, vel post mor-

Ambrosi. tem separari à Christo, vt fratres mei crederent. Attende quòd optabam, ait, non opto: quia scit tale. i. ita honestum membrum nullo præcedente vitio, non posse separari à Christo. tamen affectum & dilectionem circa illos ostendit, de quibus multa præconia consequenter enumerat, vt omnibus pro eis dolorem incutiat, quia non recipiendo saluatorem, prærogatiuam patrum, & promissionis perdiderunt, peiores etiam gentibus facti, quas prius abomina-

Ambros. bantur. Propensius. n. malum est dignitatem perdidisse quàm non habuisse. Deinde meritò dolere ostẽdit se, subdens, Qui sunt cognati mei secundũ carnem, & ideò amplius iuuandi. Qui sunt Israelitæ veri, secũdum bonos, vt gene-

genere secundum omnes .& ipsi sunt, Quorum est adoptio filiorum dei .i. ad quos pertinet adoptio, quia olim fuerunt adoptati filij, & gloria, quia dicebantur populus peculiaris dei. vel modò est eis gloria, per miracula quæ faciunt, Et testamentum nouum, & legislatio .s. quid vetus lex per figuram ferret: &, Obsequium .i. cultus vnius dei: &, Quorum promissa sunt .s. quibus factę sunt promissiones, Quorum sunt patres. Ecce laus à priorib⁹, deinde sumitur laus à posterioribus cum ait, Ex quibus Christus est secũdum carnem, hoc est quod in psalmo dicitur, Homo natus est in ea. qui Christus & si secũdu carnẽ sit natus de patribus, tamẽ est, Super oĩa de⁹ benedict⁹ in secula. Vnde in eodẽ psalmo dicitur, Fũdauit eam altissim⁹, Amẽ. q.d. verũ est, quod ipse est de⁹. [Nõ aũt quod exciderit verbũ dei. Nõ enim oẽs qui ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ: neq; qui semẽ sunt Abrahę, omnes filij sunt Abrahę: sed in Isaac vocabitur tibi semẽ. i. nõ qui filij carnis, hi filij dei: sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine.] Non autem quod exciderit, vel, Nõ aũt excidit, Quia dolebat Apostolus de Iudęis, cõsolatur dolorẽ suũ, inueniẽs scriptũ nõ oẽs esse saluãdos, sed tantũ similes Isaac, vt illis solis cõdoleat qui nõ crediderũt, possunt tamẽ credere: de quibus nõ est valde dolẽdũ, quia nõ sunt pdestinati ad vitã. Quis.n. plãgat eũ, q olim mortuus haberetur? Hos nanq; olim de⁹ nõ saluãdos decreuit prę scius, nõ personarũ acceptor. Nullũ enim dãnat antequàm peccet, nullũ coronat antequàm vĩcat, sed prę sciẽtia definitũ habet, qualis vniuscuiusq; sit futura volũtas ex qua dãnetur, vel coronetur. q.d. Iudæi nõ credũt in saluatorem, vnde mihi dolor est: sed hoc est, inquit, quod deus dixit futurũ, Vt nõ omnes filij carnis, sint semẽ Abrahæ, sed qui fidẽ habẽt, per quam natus est Isaac: & hoc est, Iudæi nõ credunt. Non autem ideò verum est, Quod excidit verbum dei: vel, Non autem ideò exciderit verbũ dei. i. non irrita facta est promissio dei, & si nõ omnes salui sint. Quamuis enim quidã ex eis errauerint, tamẽ illi qui sunt veri Israelitæ saluãtur, vt promissum erat. & hoc est quod ait, Non.n. omnes. q.d. verè nõ est inexpleta promissio, etsi non omnes sint salui, quia non omnes, Qui ex Israel sunt, secundũ carnẽ, Hi sunt Israelitæ. i. ad Israel

Ambrosi. Ambros. Ambros. Ambros. Ambrosi. August.

August. verè pertinentes. Neque qui sunt semen Abrahæ, secũdum carnem, hi sunt filij, id est hæredes Abrahæ. In his ostẽdit quòd sola gratia, non genus facit filios dei. Aliter ab illo loco. Veritatem dico, qualiter gratia confirmatus sit Apostolus supra ostẽdit dicens, Nil eum posse diuidere à Christo. Nunc verò quantum prius errauerit, dum Christi ecclesiam persequebatur, cum dolore exponit. In quo dei gratia commendatur, quasi dicat modo nil potest me separare à Christo, sed olim fui ego separatus, vnde modò doleo. quod iuramento firmat dicens, Veritatem dico, & non mentior in aliquo positus. In Chri. Ie. test. mi. perhi. cõ. mea, fundata in spiritu sancto, eidem contestante de hoc. Quoniam mihi est. tri. m. i. stupor mentis. & Continuus dolor. i. compunctio, Cor. m. de malis quę prius feci, & sic ipsa mala iam in bonum conuertuntur. & meritò doleo, quia multũ peccaui. Optabam enim ego ipse, qui modò sum Apostolus, Esse anat. i. separatio aliorum à Christo. Anathema. n. dicitur separatio, & separat⁹. & hoc, Pro fra. m. i. pro Iudæis qui sunt fratres in lege, quorum legẽ volebam defendere. Vel, Pro fra. m. i. pro his retrahendis à Christo, qui modò sunt fratres in fide, qui etiam sunt, Cog. m. secundum car. & ita grauius peccabam, Qui sunt Isr. veri, quorum est adop. fi. d. i. ad quos pertinet, &c. sicut superius exposita sunt percurre, vsque ibi. Amen, quasi dicat qui huic veritati olim contradicebam, modò confirmo. Non autem, &c. dixit quòd promissio æternæ hæreditatis facta est Iudæis, sed quia ipsi ex magna parte non crediderunt, videbatur verbum dei non esse impletũ. Ad quod respondet, Quod & si in quibusdam non est impletum, in aliis tamen impletum est, & in gentibus credẽtibus qui sunt veri filij Abrahę quasi dicat errauerunt Iudæi, sed non ideò excidit verbum dei, id est nõ ideò inexpleta fuit promissio. Nam verbum dei excidere, est promissa non implere. Verè non excidit, & si quidam non saluentur. Non enim omnes qui ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ: neque qui sunt semen Abra. omnes filij Abra. sunt. Hæc non mutantur, sed illi sunt filij Abrahæ qui sunt similes Isaac: quia ita dicit scriptura in Genesi, In Isaac vocabitur tibi semen, id est in semine reputabuntur similes

Aimo. (margin, beside "leo, quia multũ peccaui")

les Isaac, qui sunt præfigurati ab eo. In Isaac quippè qui promissus est filius Abrahæ figurati sunt, non qui se ipsos iustos, sed quos deus facit. Vnde per prophetam dicit Eccle. Ego sum dominus qui facio. Isti sunt filii liberæ quæ sursum est, quę est mater nostra. Filii verò carnis sunt terrena Ierusalem quæ seruit cum filiis suis: & sicut Isaac nō meruit, vt nasciturus prommitteretur, sic & isti: sed sola gratia promissa est eis, & data filiorum adoptio. Ideoq; congruenter, ait, Vocabitur, quia ex dei vocatione, & aliquis semen Abrahæ. Ideo autem dicit in Isaac, & non in Iacob, vel Esau, quia alia causa est in Isaac, alia in Iacob, alia in Esau: quia Isaac in typo Christi natus est: Iacob verò & Esau typum habēt duorum populorum, id est credentium. & non credētium. Fuerunt tamen boni & fideles de Esau quod probat Iob, q fuit ex filiis Esau, quintus ab Abraham, hoc est nepos Esau. Deinde exponit ipse apostolus authoritatem subdens, id est, Non qui filii carnis sunt, hi sunt, Filii dei, idem est quod filii Abrahæ, id est non sunt humano opere filii dei. Sed qui sunt filii promissionis, id est qui sola dei promissione generantur, vt Isaac, Aestimantur in semine, quia ex dei vocatione sunt. Quod autem Isaac ex dei promissione sit, ostendit ex ipsis verbis promissionis subdens. [Promissionis enim verbum hoc est, Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Non solum autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali. vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus: sed ex vocante dictum est ei, Quia maior seruiet minori: sicut scriptū est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.] Promissionis &c. Et quasi quis quæreret an Isaac ex promissione est, respondet vtiq;. Promissionis enim verbum, hoc est, in Genesi. Secundum hoc tempus, scilicet eodem die reuoluto anno, Veniā ad te, ô Abraham, & hoc efficiam: quod, Erit filius Saræ. i. quod Sara habebit filium. Non solum autem illa, scilicet Sara habuit promissionem, Sed etiam Rebecca, habuit promissionē. Habent, scilicet duos filios, Ex vno concubitu Isaac, hoc dicit ne viderentur merita parentum esse differentia in generatis. Non enim

potest

August. in Iulianū. Augu. de gestis Pelagij.

Ambrosi⁹.

August.

potest dici tunc genitus Esau, quando parentes mali, & tūc genitus Iacob quando parentes erant boni, Isaac dico, pa tris, id est institutoris, Nostri, quem scilicet imitari debemus, si volumus esse filij dei. Et nota quòd promissio facta Saræ ostendit, quòd propter genus nullus saluabitur, cùm Ismael de Abraham natus reprobatus sit, de quo eodem Isaac natus, sola gratia est saluatus. Ista vero promissio facta Rebeccæ, ostendit quòd propter nullum meritum suū,

Augu. ad Simplicianum. vel parentū aliquis eligitur, sed sola gratia. Vigilantissimè igitur ait, Ex vno concubitu, ne paternis meritis, vel maternis tribueretur, quod alter bonus, alter malus fuit. Cum enim &c. Quasi dicat, Rebecca habuit promissionē, & verè, quia hanc, Maior, id est Esau, Seruiet minori, id est Iacob. Et ne quis putet, hoc fieri ex præcedente merito illorum, Enim, id est quia hoc, Dictum est ei. i. matri, Cum nondum nati fuissent, & quia possent in vtero, etiam luctando aliquid meruisse videri, subdit, Aut cum nondum egissent aliquid boni, aut mali. Ideo dictum est, vt propositum dei, id est præscientia dei maneret, id est impleretur, id est impleri intelligeretur secundum electionem, id est secundum gratiam quæ elegit sicut præuidit: non secundū debitum meritorum, quia eligendos ipse fecit, nō inuenit, non ex operibus, sicut ostendit: nō pro meritis præcedentibus illud fuisse dictum, ita nec pro futuris meritis amborum dictum fuisse, hîc ostendit. Quasi dicat, dico non pro præcedentibus meritis, illud dictum esse. Item dico, quod, Non ex operibus, bonis futuris, vel malis, quæ bona vel mala non erant futura, nisi apposita gratia, vel subtracta, sed ex vocante, vel, Ex vocatione, id est ex gratia vocantis dei, Dictum est ei, id est Rebecæ in Genesi: hoc, scilicet,

XXV. Maior seruiet minori. quod ad literam de illis duobus fratribus ita potest intelligi, id est, Esau pficiet fratri suo Iacob persequendo eum. boni enim ex afflictionibus malorum proficiunt, dum eorum patientia exercetur. Vel ad literam, hoc etiam aliter potest dici. Quia Idumæi qui de

Augu. de quęst. 83. Esau descenderunt, qui etiam Edom dicitur, subditi fuerunt filiis Israel, & in tempore Dauid eis seruierunt: sed magis in hac prophetia intenditur, quòd populus Iudæorum maior. i. in cultu vnius dei prior, minori. i. posteriori popul

populo Christianorum esset seruiturus. Iudæi namque capsarij nostri sunt qui nobis codices portant. Sicut scriptum est, quasi dicat, Ita hoc ex gratia dictum est in Genesi cum nondum nati essent, sed nascituris sicut Malachias dicit de eisdem iam præteritis.s. quod Iacob gratia sit electus, non merito, Esau verò subtracta gratia sit reprobatus. & hoc est quod ait, sicut scriptum est in Malachia. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Sciendum quòd alterum elegit præscientia, alterum spreuit, & in illo quem elegit propositum dei manet, id est impletur, quia ita euenit vt pręsciit. & in illo quē spreuit similiter manet, quia ita fit vt præsciit, hoc autem quod habetur in Malachia, scilicet Iacob dilexi, Esau autem odio habui, Iam de iudicio dicit deus. Illud verò, scilicet Maior seruiet minori, de præscientia ait, Præsciendo enim quid quisq; illorum futurus esset, dixit illud in Genesi deus: & dum illud prædiceret se futurorum præscium ostendit, & nil absq; sua præscientia venire posse monstrauit. Hoc aliud verò quod in Malachia est, de iam præteritis dicitur, ex quorum vita antè acta & operibus apparebat, alterum saluandum, alterum damnandum, & de actis iudicium fieri solet, & notis. Ideò ergo illud dixit deus antè futurum iudicium, vt iudicaturus crederetur, & secundùm merita redditurus. Ideò etiam illud dixit deus, vt intelligeretur hoc apertum esse, postea per prophetam, quod antequam illi nascerentur erat in dei prædestinatione per gratiam. Nam in Iacob antequam natus fecisset aliquid boni, quid diligebat nisi gratuitum misericordię suæ donum? & in Esau quid oderat antequam natus fecisset aliquid mali nisi originale peccatum? nam nec in illo diligeret iustitiam quam nullam ille fecerat, neque in isto odisset naturam quam bonam ipse fecerat: sed quoniam rem stupendam de nondum natis nec aliquid boni vel mali agentibus proposuerat, scilicet quod vnum deus dilexerit, alterum oderit, quomodo hoc rectè fuerit cum nil egissent, quia re (vt dictum est) stupenda est, sibi obiicit exprimens, vnde moueri posset auditor, & ait. [Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deū? Absit. Mosi enim dicit, Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor.]

Ambros.

Ambros.

Augu. ad Sixtum. psbyterū.

August.in Enchi. Quid ergo dicemus? quaſi dicat. Quia ſine omni merito elegit hunc,& illũ reprobauit, Ergo quid dicemus? Nunquid dicemus quòd iniquitas ſit apud deum?id eſt dicetur iniquus deus. Iniquum enim videtur vt ſine vllis bonorũ, vel malorum meritis operum, vnum diligat,& alterum odit:qua in re ſi futura bona huius vel mala illius,quæ vtiq; deus præſciebat,attẽderet,non diceret,Non ex operibus,

Ambroſi⁹ ſed diceret ex operibus. Quia ergo ſine meritis alterum elegit,alterum reprobauit,Nunquid ideò iniquus? Abſit, Non enim iniquus eſt,quia vnum dilexit & alterum odit, quia hunc,id eſt Iacob per miſericordiam elegit: illũ ſci-

Augu.ad Sixtum. licet Eſau per iuſtitiam reprobauit:In quo neutro eſt iniquitas.Nemo autem dicat deum,quia futura opera præuidebat, alterum elegiſſe alterum reprobaſſe: ſed potius ne quiſquam de ſuorum operum meritis audeat gloriari, ad dei gratiam & gloriam commendandam valere quod di-

Ambroſi. xit,demonſtrat,ſubdens. Moſi enim.q.d. Verè homo per miſericordiam elegit,quia ita dicit Moſes. Deus enim dixit Moſi,id eſt deus inductus à Moſe dixit, Miſerebor,vocando interius,Cuius miſereor,prædeſtinando,ecce nulla merita præcedunt pro quibus eligatur,ſed ſola gratia præ-

Ambroſ. deſtinantis eſt ex qua vocatur,& ſaluatur.vnde ſubdit, Et miſericordiam præſtabo, vitam æternam dãdo,Cuius miſereor,vocando, Vel ita.q.d.non eſt iniquus deus, ſed iuſtus,ſcit enim quid faciat, nec retractandum eſt eius iudicium. Moſi enim dicit. Miſerebor cuius miſertus ero, id eſt illius miſerebor vocando & gratiam apponendo, cui præſcius eram, quod miſericordiam daturus eſſem, ſciens illum conuertendum, & apud me permanſurum. Deinde

Ambroſi⁹ repetit vt repetitione magis confirmet. Et miſericordiam præſtabo, ei cui miſericordiam præſtitero, id eſt illi miſericordiam dabo, quem præſcio poſt errorem toto corde reuerſurum ad me,hoc eſt dare illi cui dandum eſt,& non dare illi cui dandum non eſt: vt eum vocet,quem ſciat obedire, illum verò non quem ſciat non obedire. quia non in voluntate petẽtis,ſed in arbitrio dantis debet eſſe quod datur. An enim dandum ſit, dantis debet iudicio penſari. Et quamuis periculoſum ſit iudiciũ dei diſcernere, tamen propter hæſitantes ne putent iniuſtum iudicium dei,quod

non

non iniustè iudicat, rebus potius probemus quàm verbis. Duo enim fuerunt, Saul & Dauid. Inquiramus in historiis qualis vnusquisq; eorū reperiatur, post iudicium præscientiæ dei. Videamus ergo si Saul in necessitate ita se gessit, vt Dauid: qui accepta misericordia domini minimè cōtempsit, & post veniam peccatorum tam bene perstitit. Saul verò non auditus, non in prece perstitit, sed impatiēs & de dei iudicio indignatus, ad idola, quæ prius damnauerat: cōuersus, ab eis auxilium requisiuit. Vnde iustē repro- Ambrosi.
batus à pręscio videtur. Ex hoc enim iustum esse iudicium præscientiæ dei etiam nolentibus manifestatur. [Igitur non volentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Dicit enim scriptura Pharaoni. Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meū in vniuersa terra.] Igitur non est volentis. q. d. Quia ex misericordia gratuita præparat quos vult & vocat, igitur velle bonum, Non est volentis, neq; currere, id est operari, Est currentis hominis, Sed miserentis est dei, id est non est ex libero arbitrio hominis bonum volentis vel operantis, ipsa bona voluntas vel operatio est: sed ex misericordia dei qui per gratiam appositam facit nos velle & currere. Ecce non propter futura quæ præuideret elegit. Vbi ergo sunt merita? vbi opera vel præterita vel fu- Augu. ad
tura, tāquam liberi arbitrii, viribus impleta siue adimplen- Sixtum.
da? Nónne apertam protulit Apostolus de gratuitæ gratiæ, id est veræ gratiæ commendatione sententiam cū ait, Non est volentis neq; currentis. Hoc si attenderes ô Iuliane non extenderes contra gratiam merita voluntatis, cum audias. Non est volentis neq; cur. sed m. d. Non er- Augu. cō-
go ideò misertus est deus Iacob, quia Iacob voluit & cu- tra Iulia.
currit: sed ideò voluit & cucurrit, quia misertus est deus. hæreticū.
Paratur enim voluntas à domino, & à domino gressus hominis diriguntur: ideoq; congruè ait, Non est vo. neq; Augu. de
cur. sed m. dei, non quia hoc sine voluntate nostra agatur, pfe. iust.
sed quia voluntas nostra nil boni agit, nisi diuinitus adiuuetur. Vnde alibi Apostolus. Non ego autem sed misericordia dei mecum. Nō ideò hoc ait, quia nil boni agebat, sed quia nil ageret si illa nòn adiuuaret: ita & hoc dicit, August. in
Non est vo. sed m. d. non quia nulla est hominis voluntas, Enchi.
atque

atq; cursus, sed quia nil potest nil ille misereatur. Deus enī est qui operatur in nobis velle & operari bonum, sed cum homo credere vel sperare non possit, nisi velit: nec peruenire ad palmam nisi volūtate currat, quomodo dicit. Non est vo.n.cur. nisi quia & ipsa voluntas preparatur à domino. Fortè aliquis accipiet hoc sensu dictum esse. Non est volen. neq; cur. sed m.d. tanquam diceretur non sufficit sola voluntas hominis si non sit & misericordia dei. Cui dicitur econtrario. Non sufficit etiam misericordia dei si non sit voluntas hominis, ac per hoc si rectè dictum est illud, quia id voluntas hominis sola non implet, cur nō etiā à cōtrario rectè dicitur non miserentis est dei sed volentis hominis, quia id misericordia dei sola non implet. Restat ergo vt ideò rectè dictum intelligatur, vt totū deo detur qui hominis volūtatem bonam, & præparat ad iuuandam, & adiuuat præparatam: volētem præuenit vt velit, volentem subsequitur ne frustra velit. Cum autē dei misericordiam commēdasset verbis prædictis, vt etiam iudicium dei commendaret, & apud eum iniquitatem non esse ostenderet, subiūxit. Dicit enim scriptura Pharaoni.q.d. sicut Iacob per misericordiam elegit, ita per iustitiā Esau reprobauit. Verè illum per iustitiam reprobauit, Quia hoc dicit scriptura, inducens deum loquentem Pharaoni quem per iudicium sicut Esau reprobauit. Vel ita continua.q.d. misericordiæ est velle vel currere, ex iudicio autem non ex iniquitate: contrà sicut apparet in Pharaone. Dicit enim scriptura &c. ac si diceret, ex apposita gratia, quod quidem est per misericordiam, sunt bona: quia & ea subtracta, quod quidem est per iustitiam, fiunt mala, sicut apparet in Pharaone. Dicit enim &c. Vel ita continua, ex misericordia est velle, vel currere: quod apparet in aliis qui sunt ex eadē massa, cui debita est perditio, vt in Pharaone apparet. Dicit enim scriptura.i. dominus in ea Phar. Quia in hoc ipsum, quod non continuatur hîc, sed legitur ac si non esset, quasi excitaui te ô Pharao, malus quidem eras, sed quasi sopitus. Ego autem ostendens tibi signa quæ feci per Mosen. Excitaui te in hoc ipsum.i. in hanc eandem malitiam, vt deterior fias: & hoc iustū est, vt qui in sordibus est nec resipiscere vult, sordescat adhuc.i. meritū hominis id exigit vt

August.

Augusti.

git vt ipse qui nõ vult peccatum deserere peccato amplius contaminetur. sicut Pharao, qui visis signis debuisset corrigi, sed deterior factus est vitio suo. Nec hoc inutile fuit, sed vt, In te, indurato, id est per te induratum, vel In te, id est contra te, Ostendam, bonis, Virtutem meam, vt in signis Aegyptiis fecit. Ecce hîc patet, quòd etiam malis bene vtitur deus. Ostendam dico, & per ostensam virtutem. Annuncietur nomen meum, in vniuersa terra. Nota quia exemplum de Pharaone, qui iusto iudicio dei reprobatus est, pertinet ad Esau qui eodem iudicio ęquissimo licet occulto reprobatus est sicut Iacob per misericordiam electus. Vel ita, Quia in hoc ipso excitaui Alii codices sic habent, in hoc ipso. Resuscitaui vel seruaui te, & est, seruaui te ô Pharao, hoc dicit ei deus cum tantis malis esset reus, vt indignus esset viuere, quem tamen deus reseruauit in hoc. i. ad hoc vt in eo ostẽderet virtutem suã i. vt multa signa & plagæ ostenderentur in eum. Vel suscitaui te, suscitatus dictus est, quia cum apud deum mortuus esset, modicum tamen tẽpus accepit vitę, vt in eo dei virtutem omnes gentes addiscerent, & non esse alium deum præter illum qui Iudæorum erat. [Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat.] Ergo cuius vult. Hîc cõcludit de vtroq; s. de misericordia & iudicio, & ex præmissis exẽplis, vbi apparet gratuita misericordia & iustũ iudicium infert. q.d. quia miseretur de⁹ Iacob gratis, ergo patet quod cuius vult miseretur gratuitò: & quia Esau & Pharaonẽ reprobauit, ergo patet, quia quẽ vult ĩdurat iusto iudicio. Si autem quęrimus meritũ obdurationis & misericordię: obdurationis meritũ inuenimus: misericordiæ verò meritũ non inuenim⁹, quia nullũ est misecordiæ meritũ ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur. Meritũ aũt obduratiõis est peccatũ totius massæ dãnatæ, nec obdurat deus impartiẽdo malitiã, sed non impartiẽdo gratiã sicut nec digni sunt: quib⁹. n. nõ ĩpartitur, nec digni sunt, nec merẽtur, potius vt nõ impertiatur, hoc digni sunt, hoc merẽtur. Quisqs igitur obdurat⁹ est, se obduratũ debitè, & quisqs adiut⁹ se adiutũ gratis agnoscat. Misereĩ ergo magna bonitate & obdurat nulla iniquitate, vt nec liberat⁹ de suis meritis glorietur, nec dãnatus nisi de suis meritis conqueratur.

Ambrosi.

Augu. ad Sixtum

Augusti.

August. in Enchi.

queratur. Sola enim gratia redemptor discernit à perditis, quos in vna perditionis concreauerat massa ab origine ducta perditionis causa communis. Vniuersum quippe genus humanum tam iusto iudicio dei in apostatica radice damnatum est: vt etiam si nullus inde liberaretur, nemo rectè posset vituperare dei iustitiã. In illis vero qui liberantur ostenditur pluribus nõ liberatis & in damnatione iusta derelictis quid cõmeruisset vniuersa conspersio, & quo etiam istos debitum iudicium dei duceret, nisi eius indebita misericordia subuenisset. Non ergo intelligendum est quòd: deus ita induret, quasi quenq̃ peccare cogat, sed tantum quibusdam peccatoribus misericordiam iustificationis suæ non largitur, & ob hoc eos obdurare dicitur, quia non eorum miseretur, non quia impellit vt peccent, eorum autem non miseretur quibus gratiam non esse præbendam æquitate occultissima, & ab humanis sensibus remotissima iudicat, quam nõn aperit Apostolus, sed miratur vbi ait, O altitudo diuitiarũ scientiæ & sapientiæ dei: vniuersa nãq; massa meritò damnata, cõtumeliam debitam cui vult reddit dei iustitia, honorem indebitum donat cui vult dei gratia, non meritorum prærogatiua, non fatali necessitate, nõ temeritate fortunæ, sed clausa altitudine sapientiç & sciẽtiæ suæ. Multi de isto profundo quærentes reddere rationem atque secundum coniecturas cordis inscrutabilem altitudinem iudiciorum dei cogitare conantes in fabulas vanitatis abierunt dicẽtes, quia animæ sursum in cælo peccant, & secundum sua peccata ad corpora pro meritis diriguntur, & dignis sibi quasi carceribus includuntur. Ierunt hi tales post cogitationes suas, & volẽtes disputare de dei profundo, mersi sunt in profundum dicentes, Animas in cælo antè conuersatas, & ibi aliquid boni vel mali egisse, & pro meritis ad corpora terrena detrusas esse. Hoc autẽ respuit catholica fides propter euidentem Apostoli sentẽtiam qua ait, Cum nõdum nati essent, aut aliquid boni vel mali egissent. Melior ergo est fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. Ergo cuius vult miseretur gratuita misericordia, & quẽ vult indurat veritate rectissima. Quis porrô tam impiè desipiat, vt dicat deum hominẽ quas & quando voluerint, in bonum non posse conuertere, cum volun-

tati

Augu. ad Simplic.

Augu. de verb. apo.

Augu ad Bonifac.

August in Enchirid.

tati eius nil resistat, sed cum facit per misericordiam facit, cum autem non facit per iudicium non facit. Miseretur utique secũdum gratiam quæ gratis datur. obdurat autem secundum iudiciũ quod meritis redditur. Vnde datur intelligi, vt obduratio dei sit, nolle misereri, vt nõ ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed tantum quo sit melior non irrogetur. Ideoq; non quomodo dictum est, Non est vo. neque cur. sed m. dei: ita etiam dictum est, nõ est volentis neque currentis sed obdurantis dei, quia non obdurat impartiendo aliquid mali, sed non largiendo bonum: quod facit æquitate sua, sicut ex misericordia sua gratiam prestat. Constat itaq; quòd nullus liberatur nisi gratuita misericordia, & nullus damnatur nisi æquissima iustitia. Sed cur potius hunc quàm illum liberet, vel non liberet, scrutetur qui potest tam magnum profundũ iudiciorum Dei, veruntamen caueat precipitium. Cur ergo illum liberet & non illum, nolo vt me queras, homo sum, profundum nimis esse aduerto, non penetro, expauesco, non scrutor. Inscrutabilia enim sunt iudicia dei. Præterea notandum est vel obduratio dei tantum temporalis est. Obdurat enim temporaliter non ab eterno. Reprobatio verò alia ab eterno, alia temporaliter. Quę autem temporaliter est, idem est quod obduratio scilicet desertio. Quæ autem ab æterno est, hoc est quod deus præscit aliquem damnandum. Similiter diligenter distinguendum est de prædestinatione, electione, dilectione, & odio. [Dicis itaq; mihi, Quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis resistit? O homo tu quis es qui respõdeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?] Dicis itaque mihi, Quia dixerat cui vult miseretur, & quem vult indurat, videbatur carnali, quod sicut non ex meritis est quod miseretur, ita non esse ex meritis quod obdurat. Videbatur etiam ex voluntate dei esse cui resisti non potest, quòd aliquis est malus. Hoc igitur ex persona contradicentis Apostolus sibi obiicit, quasi dicat quia ex voluntate est quod miseretur vel obdurat. Dicis itaque mihi hoc. Quid quæritur, id est quare inquiritur. Adhuc, id est post

Augu. cõtra Iulia.

Augusti.

August. super Ioan.

Augu. ad Sixtum.

Augu. de verb. apo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

quàm constat ex volũtate dei esse obdurationem, cur (inquam) quæritur, vnde alius sit bonus, alius sit malus? non est opus hoc inquiri, quia talis erit quisque, qualẽ vult eũ deus esse. Voluntati enim eius qui nos obdurat, Quis resistit? q.d. nullus, & ita ex voluntate eius est aliquis bonus vel malus dicit carnalis, & ideo iniustè aliũ saluat, alium damnat. vel, Quid quæritur ab aliquo vt benefaciat, id est cur nititur aliquis benefacere? Adhuc, scilicet postq̃ constat ex volũtate dei esse cũ nil possit, nisi quod deus vult. Voluntati enim eius quis resistit? Vel ita cùm ex voluntate sit obduratio quid queritur. i. cur conqueritur deus si offendimus? Adhuc, id est cur conqueritur de peccatis hominum cũ ipsi nequeant vitare quod deus vult? Conqueritur enim deus sæpe de hominibus sicut per innumera apparet sacræ scripturæ loca, quod nolũt credere & rectè viuere, contra quod carnales in voluptatibus suis viuentes: sic solẽt (sicut dictũ est) murmurare, & loqui aduersus deũ & voluntati eius non vitio suo deputare quod mali sunt, quos redarguit Apostolus reuocãs ab huiusmodi præsumptione, & huius impudentiam quęstionis ita retundit. O homo &c. Hoc autem non facit ex inopia reddendæ rationis, sed hominem ad suæ capacitatis considerationem reuocat dicens, O homo quasi dicat te & illum attende. Tu es homo, ille est deus. Tu, inquam, O homo, id est caro non spiritus, id est carnalis non spiritualis, tu miser cui displicet quod deus conqueritur, & qui murmuras contra deum, quòd alium reprobat & aliũ eligit. Quis es. i. cuius valentiæ es. Qui respondeas. i. intelligas quæ facit, id cur hui9 miseretur, & te indurat. q.d. si tibi diceretur nescires respõdere. i. intelligere pro tua carnalitate, nec te ad hoc iuuat sapientia tua, nec aliqua virtus tua. Vel, Quis es? qui respondeas. i. contradicas, Deo. i. rationibus cõtra deum agas quòd iniustè eligat, vel reprobet? Magna indignitas est, & pręsumptio hominẽ contradicere deo, iniquũ iusto, malum bono, imperitũ perfecto, infirmũ firmissimo, mortalem immortali, seruũ domino, creaturam creatori. Mouetur autem iniquus eo quòd de eadem massa, creatos alios iustificat deus, alios reprobat. Ad hoc autem ostendendum rectè fieri, vtitur verbis Esaiæ & figmenti similitudine.

Augu. ad Simplicianum.
Idem.
Augu. ad Simplic.
Augu. de verb. apo.
Ambrosi.
Ambrosi.

litudine, quod aduersus figulum, non habet vocem conquerendi: dicens. Nunquid figmentum dicit ei qui se finxit, id est ei à quo factum est, & qui nil ei debet, hoc scilicet, Quid me fecisti sic, quasi dicat, non potest contra factorem suum opus conqueri, sic & tu homo fingeris à deo, & ideo nequis aduersum deum causari quare fecit te sic vel non sic. Si enim pecus loqui posset & diceret deo quare me pecudem fecisti cùm istum feceris hominẽ non iustè succenseres, & diceres ô pecus, tu quis es qui respondeas deo? quia verò quæstionis huius ratio ex hoc illi firma videtur quod ex vna massa facti sunt, reprobãdi & iustificandi, subdit, An non habet quasi dicat. Verè nõ potest dicere opus factori quare me fecisti sic. Quia figulus luti, id est qui de luto operatur. An non habet iustam potestatem facere ex eadem massa aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? habet vtique. Manifestum est aliqua vasa fieri ad honorem, quæ ad vsus honestos sunt necessaria. Alia verò ad cõtumeliam quæ vsibus sunt culinarum necessaria, vnius tamẽ esse substantiæ, sed differre opificis volũtate: ita & deus, cùm ex vna eadémque massa omnes simus in substantia, & cuncti peccatores: alij miseretur, & alterum despicit, non sine iustitia. In figulo enim sola voluntas est, in deo autem, voluntas cum iustitia. Sicut igitur vas quod nõ fit in honorem sed in contumeliam, si vile est, ex luto habet, non ex figulo: sic tota massa humani generis, nõ ex deo, sed suo vitio iustè corrupta & lutosa est. Ideoq; si inde vas in honorẽ fit, misericordia est: si in cõtumeliã iustum est, quia hoc erat ex natura. Tota enim natura in ipsa radice vitiata diuino iudicio debitę damnationi est subiecta, & merito peccati vniuersa damnata. Cũ ergo id supplicij recipiãt vasa iræ quod omnibus debebatur, & ab illa liberentur vasa misericordiæ, in altero ęquitas, in altero misericordia perspicua est. Massa enim illa si media esset, vt sicut nil boni ita nil peccati haberet, nõ frustra videretur iniquitas, vt ex ea fierent vasa in contumeliã. Cum verò per liberũ arbitriũ primi hominis in condẽnationẽ vniuersa defluxerit, ꝓcul dubiò quòd ex ea fiũt vasa in honorẽ, nõ est ipsi⁹ iustitiæ ꝗ gratiã in illa pręcessit, sed dei misericordiæ. Quòd verò

Augu. de verb. apo.

Ambrosi⁹

Ambros.

August. sũ per Ioan.

Augustin⁹

Augu. ad Bonifac.

Augu.de ciuit. dei. Augu ad. Bonifac.

in contumeliam non iniquitati dei quæ penitus nulla est, sed iudicio deputandum est. Bene autem dispensauit dominus, vt nec omnes damnaret nec omnes liberaret: si enim omnes liberarentur, lateret quid peccato per iustitiam deberetur: si nemo liberaretur, lateret quid gratia largiretur: quia proculdubio quantum pertinet ad originale peccatum omnes pares erant, sed misericordia quos voluit discreuit. Ibi gratuita est indulgētia, vbi iusta posset esse vindicta. Ecce ex his iustitia dei apparet, in his qui non habent tempus operandi, scilicet in paruulis. De his autem qui habent tempus operandi, subdit. [Quod si deus volens ostendere iram & notam facere potentiam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam.] Quod si volēs. vel, Quid si deus volens, quasi dicat, iam ostensum est quòd & si deus nil boni det homini, non tamen iniquus est. Sed quid dices si quibusdam etiam bona dedit scilicet cum essent apti iræ in interitū sustinuit in multa patiētia. & hoc est qđ ait, q.d. non esset iniquus deus, & si nihil daret boni, sed dat bonū quibusdā, per quod apparet bonus. Quia sustinuit vasa iræ apta in interitum in multa patientia. Patientia & longanimitas dei est quandiu sustinet malos: vt si velint corrigantur, vel in incepta malitia perdurātes ordinatè disperdat. Diu enim expectati inexcusabiles sunt, & ideo expectauit eos deus cum sciret non credituros, & vt vtatur illis quasi instrumento ad salutem bonorum. Nouit enim deus bene vti malis, in quibus humanam naturam non ad malitiam creat sed perfert eos patienter quousq; scit oportere: non inaniter, sed vtens eis ad admonitionem vel excercitationem bonorum. Nullum enim deus vel angelorum vel hominum crearet, quem malum futurum esse præsciret, nisi pariter nosset quibus eos bonorum vsibus commendaret. Dico quòd sustinuit malos, & interim dum expectabat, ostendit eis multis indiciis, vel ipsos aliquando puniendos, vel alios coram eis, iram suam futuram, id est pœnam æternam vt sibi cauerent, & in hoc quod sustinuit eos & iram eis ostendit. Notam, fecit, Potentiam, suam, scilicet quòd per malos purgat bonos. Si autem hoc est, scilicet

Augu.ad Sixtum. Ambrosi⁹ Augu.ad Simplic. Augu.super Exo. Augu.ex lib. sñia Prosperi.

quòd

quòd deus volens ostendere iram & notam facere potentiam suam,sustin. vas.irę ap.in interitum in mul.patientia quid respondeas deo? vel, Quid diçes.q.d. poteris dicere quod iustè gratiam subtrahit talibus, & damnat eos qui ita expectati de peccatis noluerũt resipiscere,sed hac prædicta gratia abusi sunt. Ecce hîc ostenditur iustitia circa eos qui habent tempus operandi. Vt ostenderet. q.d. Ad hoc patitur deus malos, & præostendit eis iram & ad notitiam suam attrahit, Vt sic ostenderet in vasa misericordiæ,id est electis per misericordiam, Diuitias gloriæ suæ, id est, quàm diues & quàm magna sit gloriosa misericordia sua. Ob hoc enim dat tot bona malis, & tamdiu eos tolerat, vt conuincat eos iustè damnari: & vt fideles magis eum diligant, quibus gratiam malis non communem ipse conseruauit. vel, Ostenderet hîc va. m. id est in electis, Diuitias gloriæ suæ,id est copiosam & gloriosam misericordiam suam,per fornacem tribulationis, quam tolerant à malis:quia quanto magis tribulationibus exercentur tãto puriores & meliores gratia dei operante reddũtur. Vel de futuro potest legi sic, Quod si volens. quasi dicat non esset iniquus deus etiam si nil boni daret, sed quid dices si etiam bona dedit: & dedit vtique,quia deus: Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, id est malos quos cum posset iudicare statim,diu sustinuit,vt conqueri non possint damnati. Ideo ergo expectati sunt, vt inexcusabiles deperirent,quos pręsciuit non crediturus. Deus dico, Volens ostendere,in futuro, Iram suã, id est pœnam æternam,in perditis quos male vsos patientia sua æternaliter damnabit. Et volens facere no.pot.scilicet in saluẽdis quos tunc glorificabit, cum vindictam sanguinis eorũ super malos exercebit, qui cùm antè putaretur, non iudicaturus quia diu dissimulauit, iudicando potens videbitur. Vt ostẽderet,quasi dicat ita modo sustinuit vasa iræ, vt in futuro seculo. Ostenderet, per comparationem reproborum, In vasa misericordiæ, id est electis per misericordiam, Diuitias suas, id est copiosam & gloriosam misericordiam suam. Ostendit enim quantum fecit eis quos liberauit & glorificauit, cum illi quos deseruit pœnam habent, quæ pariter omnibus debebatur. Nota quia ex ver- Ambrosi⁹

 bis

bis Apostoli quibus vsus est in hoc sermone dicens, Iacob gratis dilectũ & electũ à deo: Esau autem iudicio reprobatum sicut Pharaonem, & alios quos voluntate sua deus obdurat ostenditur quod quidã sunt, quibus nec gratiam

Ambros. apponit deus, vt Esau & Pharaoni, cũ aliis infert eã quasi coactis vt apostolo Paulo. In his autẽ causis præscientia dei flagitanda est quia non aliter euenit quàm futurũ nouit. Præscientia enim dei est qua diffinitum habet, qualis vniuscuiusq; futura erit voluntas, per quã aut damnetur, aut coronetur. præsciens itaq; deus aliquos malæ voluntatis futuros, non habuit eos in numero bonorũ. sicut & de præscientia Pharaonẽ damnandũ esse censuit, sciens eum non se correcturum: Apostolum verò Paulũ elegit præscius, quod futurus esset fidelis. Sunt autẽ & alij quidam,

Ambros. quibus gratia data est in vsum vt Sauli, Iudæ, & illis discipulis quibus in euãgelio dominus dixit, Ecce nomina vestra scripta sunt in cælo, & post abierunt retro: sed hoc de eis dominus dixit, propter iustitiam cui deseruiebãt, quia hoc est iustũ vt vnicuiq; respondeat pro merito. Ac si diceret, Digni estis nunc vita ęterna, quia erant boni. Frequenter enim antè sunt mali, qui futuri sunt boni: & aliquoties prius sunt boni, qui futuri sunt, & permansuri mali. Tales erant illi, & ideo nomina eorum erant scripta in cælo, propter iustitiam cui deseruiebant: secundum verò præsciẽtiam in numero erant malorum. De iustitia enim iudicat deus non de præscientia, quia iustitia nõ dei præsciẽtia causa est, quare apud deum aliquis dignus sit vita.

Ambrosi Vnde & Mosi dicit, Si quis peccauerit ante me, delebo eũ de libro vitæ vt secundum iustitiã iudicis videatur deleri cum peccat, iuxta præscientiam tamen in libro vitæ nunquam fuerat. Vnde Ioannes ait, Ex nobis exierũt, sed ex nobis non erant. E contrario vero tunc aliquis videtur ascribi cũ malus esse definit, qui tamen secundum præscientiam nunquã defuit. Cum igitur ex gratuita misericordia apponat gratiam quibus vult, & liberet quos vult, manifestè ostenditur diues & gloriosa bonitas eius in vasa mise-

Ambros. ricordiæ, Quæ preparauit, similiter expectando, sicut ex-

August. pectat vasa iræ. preparauit dico, In gloriã futuram. Omnes enim sustinet deus sciens exitus singulorum, & vtique bonis

bonis prodest quod malos expectat. [Quos & vocauit, non solũ ex Iudæis, sed etiã ex gentibus. sicut in Osee dicit, Vocabo non plebẽ meam, plebẽ meam: & nõ dilectã, dilectã: & non misericordiã consecutã, misericordiam cõsecutam. Et erit in loco vbi dictũ est eis, Non plebs mea vos, ibi vocabũtur filij dei viui.] Quos & vocauit, Cum ostẽsum sit quòd ex sola gratia sint filij, incipit ꝓbare per authoritates prophetarũ quod hi sunt ex vtroq; populo. q.d. illos qui sunt vasa misericordiæ pręparauit in gloriã. Quos & vocauit, per prędicatores & interius cùm sint ex vna massa Adæ, de qua & mali qui sunt vasa iræ cui debita erat dãnatio. Tota quippè ita massa iustæ dãnationis reciperet debitũ, nisi ex ea faceret non solũ iustus, sed etiã misericors figulus, alia vasa in honorẽ secũdum gratiam non secũdum debitum: dũ & paruulis subuenit quorũ nulla merita dici possunt: & maiores pręuenit, vt habere aliqua bona merita possint, quia stirpe inobedientiæ ducitur ꝓpago peccati atq; supplicij, nõ cõditione diuina sed voluntatis iniquitate vitiata natura q̃ à deo est cõdita bona. Si ergo male viuunt homines de suo est, vel quod originaliter traxerũt, vel quod insuper addiderũt, ideo non se excusent hoĩes qui nolunt rectè viuere dicentes quid nos fecimus quod nos male viuimus, cũ gratiã vnde bene viueremus nõ accepimus? Nõ veraciter possunt se excusare, Si enim vasa iræ sunt quibus debita ꝑditio redditur, hoc sibi imputẽt, quia ex massa sunt quã merito peccati deus iustè damnauit. Si autẽ vasa misericordiæ sunt quibus ex eadẽ massa factis, suppliciũ reddere noluit, nõ se inflent, sed ipsum glorificẽt qui eis misericordiã indebitã pręstitit. Vocauit dico, Non solũ ex Iudæis sed etiã ex gentibus & primũ pro gentibus, authoritatẽ Oseę ponit dicẽs, Sicut in Oseę dicit, deus. q.d. nõ Osee ex se hoc dicit, sed deus in illo. Vocabo nõ plebẽ meã. i. gentes quę prius nõ nouerunt me, nec dicebantur plebs mea. Plebem meã, vt scilicet cognoscãt me, & dicantur plebs mea. Et non dilectam meã. scilicet gentilẽ vocabo, Dilectã meam, scilicet, vt dilectione seruiant. Et non misericordiã consecutam, vocabo misericordiã consecutam, vt scilicet ad æternam gloriã perueniãt. Et erit istud, quod dicam scilicet, quod,

Augusti. ad Optat.

Augu. ad Sixtum

Aimo. Ambrosi⁹ In loco, id est in toto mundo (vt dictum est,) Non plebs mea vos, Ibi, in toto mundo, Vocabuntur filij dei. Vel, In loco, id est in Iudæa & inter ipsos Iudæos, qui dicebant, Dei populus non estis. Ibi vocabuntur filij dei, ab eisdem Iudæis. [Esaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquię saluę fient. Verbum autem consummans & abbreuians in æquitate, quia verbum breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut prædixit Esaias, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus.] Esaias autem ait, Hîc ponit auctoritatem Esaiæ pro Iudæis.q.d. Osee ita pro gẽtibus dicit. Esaias autem clamat apertè pro Israel, id est pro Iudæis dicens, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris.i.licet sint innumerabiles filij Israel. Tamen, solummodo, Reliquiæ saluæ fient. Ecce sic dicitur salus Iudæorum, vt maior pars sit excæcata. Vel arenæ cõparat propter sterilitatem. Et est, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, id est licet sint steriles à gratia fidei, & fructu boni operis, non tamen ideo radix patriarcharũ periit. Vel, In nos reliquiæ saluæ fient, id est illi quos mihi reliqui cùm alios reppuli. Vel, qui ab aliis relinquuntur, vt viles, vel pauci. Deinde subdit propheta, per quid salui fiant, scilicet per verbum euãgelij, vt gloria legalium operum excludatur. q.d. Verè salui fient. Dominus enim faciet verbum consummans & abbreuians, id est verbum euangelij, quod dicitur consummãs, quia ad perfectionem ducit: & abbreuians, quia omnia legalia in vno Christo abbreuiauit, vt compendio fidei per gratiam saluet, non per innumeras obseruantias quibus ille populus seruiliter premebatur, & hoc licet verbis abbreuiet, tamen æquum est priori verbo legis: vnde subdit, Abbreuians dico, In ęquitate, vt nil desit ad iustitiã de omnibus figuratiuis. Vel ideo dicitur, Abbreuiãs in ęquitate, quia quę ęqua sunt retinet: vt moralia, quę ius est tolli, vt figuras recidit. Et nequis dubitet de eo, propheta repetione confirmat dicens, Quia dominus qui prius fecit verbũ legis prolixum, ens super terrã, idest ens in terra homo factus, Faciet verbum breui. contra antiquum verbum quod deum fecisse constat.

(Marginal notes: Augusti. — Augusti. — Augu. ad Simplic.)

constat. Vel, Verbum consummatum & abbreuiatum est Charitas, quæ dicitur verbum consummans vel consummatum, quia consummat: & abbreuians siue abbreuiatum, quia in eo pendet lex & prophetæ, in duobus enim mandatis charitas vniuersa abbreuiat. Et sicut prædixit, Adhuc ponit auctoritatem Esaiæ commendans illud verbũ, quasi dicat Deus fecit verbum, & hoc verbum tam necessarium erat: quòd sicut prædixit Esaias, Nisi dominus sabaoth, id est virtutum vel exercituum reliquisset nobis semen, id est verbum euangelij, vel Christum qui fructum vitæ protulit, Facti essemus sicut Sodoma &c. Vel per semen accipiuntur reliquiæ saluandæ, de quibus supra egit, id est apostoli & alij boni, quasi reliquiæ saluæ fient, quia nisi per illas prędictum esset verbum dei, gẽtes periissent. & hoc est quod ait, Nisi dominus sabaoth, id est exercituum, quando alios excæcauit, Reliquisset nobis, id est ad nostram vtilitatem, Semen, id est apostolos de quibus seges Christi creuit, Facti essemus sicut Sodoma, quæ interpretatur muta, id est muti essemus ad confitendũ. Et fuissemus similes sicut Gomorra, quæ interpretatur aspera, id est sine gratia asperi essemus, spinis vitiorum operti. Et nota quòd non sine causa posuit similes & sicut, cum alterum posset sufficere. Sed hoc ideò fecit vt per alterũ notet similitudinem culpæ nostræ, & illorum: per alterum similitudinem pœnę, quasi dicat pares essemus in pœna, quia similes essemus in culpa. [Quid ergo dicemus? Quòd gẽtes quæ non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Israel verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderũt enim in lapidem offensionis: sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui credit in eum non confundetur.] Quid ergo? Auditis Osee & Esaiæ auctoritatibus inquiri intellectum prophetarum ne Iudæi aliter inuerterent, quasi dicat quia ita dicit Osee & Esaias, Quid ergo dicemus? id est, quo intellectu prædicta prophetarum verba esse dicta intelligemus? hoc vtique quòd gentes, quæ per opera legis, Non sectabaantur iustitiam, id est non præsumebant iustificari,

Hierony.

Ambrosi9

Ambrosi9

ex legalibus obseruantiis. Apprehenderunt quasi subitò & firmiter, Iustitiam, non qualemcunque, sed eam, iustitiam quæ est ex fide, quæ per gratiá est, quam impetrando ex deo, non ex seipsis præsumendo, iustitiam apprehenderunt. Israel verò sectádo, & hoc item ex prophetia Esaiæ, quasi dicat gentes consecutæ iustitiam sunt: Israel verò sectando, per opera legalia, Legem iustitiæ, id est legem Mosi quæ est iustitiæ, si bene sit intellecta. vel, Sectando legem iust. id est iustitiam legis quæ est ex timore pœnę, non ex amore iust. Non peruenit in legem iust. id est innocentiam &c. quæ lex verè docet, & ideò competenter dicit, Sectando. Secutus enim est Iudæus legem quasi retrò, quia nunquam attingit spiritualem intelligentiam qua iustificaretur. Quare? non peruenit, quasi dicat attéde diligenter, quare. s. Quia non ex fide, quærebat iustificari, Sed ex operibus legis, quasi hæc possent iustificare. Ideò ergo Iudæus non peruenit in legem iustitiæ, quia non ex fide quærebat iustitiam, quia non petiuit illam à deo, non credidit in eum qui iustificat impium, non credens deum operari in homine quo iustificetur. iustificatio autem ex fide impetratur. Vnde ergo contigerit, vt non crederent, supponit, Offenderunt enim. quasi quis quæreret cur fidé non habent Iudæi? respondet, quia, Offenderunt in lapidem offensionis, id est quia offensionem pro tumore superbiæ suæ, id est excæcationem in Christo passi sunt, qui dicitur lapis offensionis quadam ratione similitudinis. Christus enim latens in humilitate habilis fuit offendere ad similitudinem parui lapidis, à quo non cauetur. Sperabatur enim venturus à populo Iudæorum, & quia humilis venit, non est agnitus: quia lapis paruus erat, in illum offenderunt, & facti sunt: sed creuit lapis, vt Daniel ait, & factus est mons magnus qui repleuit totam terram. Sed quia primò humilis venit, offenderunt in illum Iudæi: cui rei attestatur Esaias. Vnde subditur. Sicut scriptum est in Esaia, Ecce, quasi dicat in euidenti, patenter, Pono, id est nasci facio, In Sion, id est in Iudæis, Lapidem offensionis, id est Christum: à quo, quasi paruo lapillo non caueatur. Et petram scandali, id est eundem Christum ex toto conterentem malos in futuro & cõtristantem. Lapis ergo offensionis

Augu. de spũ & lit.

Augu. de spũ & lit.

Augusti.

fensionis dicitur Christus secundum statum quo apparuit hîc malis: petra scandali, secundum quod in futuro faciet malis. Scandalum enim dicitur cum in via obex aliquis inuenitur, qui gressus incedentis impediat. Quia igitur hi qui erant in Sion viam non bonam incedentes, & iter perditionis concito pede currentes Christum in futuro sentient vindicem, ideò petra scandali dicitur. Vel sicut petra dicitur ante politionem, & lapis per politionem: ita Christus & petra dicitur ante politionem, & lapis per politionem. Politio autem Christi passio fuit, qua infirmitatis miseriam deposuit. Christus ergo ante passionem fuit petra scandali, quia illo tempore scandalizati sunt in eum Iudæi irascentes & indignantes, quòd filium dei se faceret. Lapis verò offensionis fuit Christus in politione, id est in passione, quando maximè offenderunt, & excæcati sunt deum non esse credentes, quem mortuum videbant, à qua offensione quosdam liberat fides. Vnde subdit, Et omnis qui crediderit, quasi non modò non est ipse offensio malis, sed remuneratio erit bonis: quia omnis siue sit Iudæus siue Gentilis, Qui crediderit in eum non confundetur cum venerit in futuro.

Origenes

Aimo.

CAPVT X.

FRatres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad deum, fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem quidem dei habēt: sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credēti.] Ne ex odio videatur Apostolus loqui contra Iudęos, vel ne gētes eos ex toto abiicerent, subdit, Fratres, cur offenderunt, & tamen, O fratres voluntas quidem mea est, vt saluētur, & hęc voluntas non vtiq; ficta, Sed est cordis mei. i. vera, & etiam, Obsecratio fit à me ad deum pro illis offendētibus. Et hoc in salutem, id est vt deus det illis fidē per quam saluentur. Attēde quia per hoc quod Apostolus deprecatur pro nō credētibus, vt credāt: ꝓ aduersis, vt cōuertātur innuit quòd ex gratia detur, quia nec ipsa conuersio sine dei adiutorio fit. Volūtas. n. vt ad vera credēda moueatur,

Augu. de verb. apo.
Augu. ad Paulum.

mmoueatur,non ſibi ſufficit niſi per gratiam deus opitule-tur.vnde ipſe ait, Nemo venit ad me niſi ei datum fuerit à patre meo. Teſtimonium enim,quaſi dicat obſecro pro illis & iuſtum eſt & neceſſe:iuſtum eſt, quia æmulationem dei habent: & neceſſe eſt, quia ſecundum ſcientiam, & hoc eſt quod ait, Teſtimonium enim, ego qui olim ſimilis Illis fui,perhibeo illis, de hoc. Quia æmulationem quidem dei habent, id eſt zelum dei. & ideò iuſtum eſt orare pro eis, Sed non ſecundum ſcientiam, diligendi. Stultum eſt enim legem venerari, & deum legis perſequi: ſtultum eſt etiam patrem confiteri, & filium negare. Et eſt ſenſus, Pro dilectione dei putant ſe facere,ſed veram dei dilectionem non habent,& ideò neceſſe eſt pro eis orare. De his autem hoc dicit,qui non inuidia & maleuolentia(vt Scribæ & Phariſæi)ſed errore Chriſtum tradiderunt: quibus Petrus ait, Scio fratres quia per ignorantiã hoc egiſtis. Illi ergo ęmulationem dei habentes, ſed voluntatem & conſilium eius neſcientes,contra deum agebant,quem ſe defendere teſtabantur. Quomodo autem non ſecundum ſcientiam habeãt zelum,oſtendit ſubdens, Ignorantes enim &c. quaſi dicat. Verè non ſecundum ſcientiam habent zelum,quia, Ignorantes dei iuſtitiam,non qua deus iuſtus eſt,ſed quę homini eſt ex deo, id eſt quam dat homini, quæ eſt per fidem Chriſti,quæ eſt à deo qui iuſtificat impium: Et quærentes vel volentes,vt ſuperbi,ſtatuere ſuam, quæ eſt per carnales obſeruantias, quæ dicitur ſua illorum, non quia lex ab illis eſt cõſtituta,ſed in lege, quę ex deo eſt,ſuam iuſtitiam cõſtituebant: cum eandem legem ſuis viribus implere poſſe credebant vt merita præcederent gratiam,non gratia pręcederet iuſtitiam. Hoc(inquam)facientes, Non ſunt ſubiecti iuſtitiæ dei,quá iuſtificat credentes,id eſt non credũt per fidem impios iuſtificari. Hæc eſt enim iuſtitia dei,quæ non in præcepto legis,quo timor incutitur:ſed in adiutorio gratiæ ipſi conſtituta eſt. vnde ſubdit, Finis enim,quaſi dicat. Verè ignorant iuſtitiam dei,quia ignorant Chriſtũ, qui Chriſtus, Finis eſt legis, id eſt qui adimplet in ſe & in nobis quod lex prædixit, Qui etiam valet ad iuſtitiam omni credenti, id eſt qui eſt dator iuſtitiæ omni credenti. Ex Chriſto ergo non ex lege eſt iuſtitia,quia ſi per legem

Aimo. Ambroſ. Auguſt. Augu. de gratia & libero arbi. Ambroſi⁹ Augu. de gratia & libero arbi. Auguſti. Augu. de natura & gratia. Ibidem. Idem.

ſcriptam

ſcriptam vel naturalem eſſet iuſtitia ſine fide Chriſti, ergo Chriſtus gratis moreretur. Si autem non gratis mortuus eſt, ergo in illo ſolo iuſtificatur impius, cui credēti in eum deputatur fides ad iuſtitiam. Omnis ergo humana natura & iuſtificari & redimi ab ira, id eſt à vindicta nullo modo poteſt, niſi per fidem, & ſacramentum ſanguinis Chriſti. Finis enim Chriſtus, in quo lex iuſtitiæ non conſumitur, ſed impletur. Omnis.n. perfectio in ipſo eſt, vltra quem non eſt quo ſpes ſe extendat. Finis etiam fidelium Chriſtus eſt. Ad quam cùm peruenerit currentis intentio, non habet amplius quod poſſit inuenire, ſed habet in quo debeat permanere. Finis ergo dicitur non quia cōſumit, ſed quia perficit. Perficit ergo iuſtitiam per fidem ſine operibus legis, & ſunt opera quæ videntur bona ſine fide Chriſti, & non ſunt tamen vera bona: quia non referuntur ad eum finem ex quo ſunt bona, id eſt ad Chriſtū qui eſt finis legis, ad iuſtitiam non vtique humanam ſed diuinam. Eſt enim humana iuſtitia, & eſt diuina. De humana ait ibi, Moſes enim. De diuina verò ait ibi, Quę autem &c. De humana vtique prius agens ſubdit, [Moſes enim ſcripſit, Quoniam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, qui fecerit homo viuet in ea. quæ autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendet in cælum? id eſt Chriſtum deducere. aut, Quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt Chriſtum à mortuis reuocare.] Moſes enim, quaſi dicat. Verè Chriſtus tantum eſt iuſtitia ad ſalutem, quia iuſtitia legis tantum ad præſentem vitam valet, & hoc oſtendit Moſes. Moſes enim ſcripſit in Numeris & in Leuitico, Quoniam homo qui fecerit, quaſi ſine gratia adiuuante, iuſtitiam quæ ex lege eſt, quæ eſt ex timore non ex amore viuet in ea, id eſt non punietur legali pœna: quia lex Moſi reos illos non faciebat ſi ſeruaretur, id eſt viuebant faciendo legem. Et vocat hîc iuſtitiam legis opera illa legalia. vnde & in Moſe ita habetur, Qui fecerit ea, viuet in illis. Timebant vtique ne ſi non ea feciſſent, paterentur lapidationem, vel aliquid huiuſmodi. Viuet ergo in ea, id eſt habebit hoc præmium, ne iſta morte puniatur. Non eſt ergo magna iuſtitia timere, nec habet meritum apud deum. Aliud eſt ergo non iuſtificari apud deum, aliud

August. in li. I. prosp.
August. super Ioan.
Ambros.
Ambrosi.
August.

liud non omnino iustificari: qui omnino non iustificatur, nec illa seruat quæ temporale habent præmium, nec illa quæ æternum: qui verò in operibus legis iustificatur temporalé inde expectat mercedé, nec iustificatur apud deū, sed tamen & ista quædam est, vt sic dicam, terrena carnalisque iustitia. Deinde de iustitia fidei subdit, Quę autem, quasi dicat de illa iustitia legis ita dixit Moses: sed de iustitia, quæ est ex fide, id est de iustitia fidei, sic Moses dicit in Deuter. Ne dixeris &c. Vel ipsa iustitia, quæ est ex fide, sic dicit in corde hominis, scilicet, quòd obseruata ducit ad cælum, non obseruata ducit ad abyssum. & hoc est quod ait, Ne dixeris. hęc autem iustitia fidei est, ne dubitetur de spe dei, quæ est in Christo, ne diffidat homo Christum spoliasse infernum, & cum animabus cælum ascédisse, ex quibus efficitur iustus. De hac ergo dicit Moses, vel ipsa in corde hominis hoc dicit, O homo ne dixeris in corde tuo, id est ne saltem cogites, Quis ascendet in cælum, id est nullus homo ascendet in cælum. ideò ne hoc cogites, quia qui hoc cogitat, negat Christum ascendisse, & hoc est quod subdit, quia id cogitare est deducere Christum, id est negare Christum ascendisse. Et sunt hæc verba apostoli, hoc est Christum &c. de quibus aperit sensum præmissorum verborum Mosi. Aut ne cogites. Quis descédet in abyssum, scilicet in infernum, id est nullus descédet, quod est pro non obseruata lege: ideò ne cogites, quia hoc cogitare est Christum reuocare, A mortuis, id est credere quòd Christus non descendit in infernum, quia si illi, qui iustitiā nō obseruāt, non descendēt: tūc Abrahā & antiqui patres multo minus descéderūt. Si autē illi nō descéderūt, tūc nec Christus, qui nō nisi pro illis liberādis descédit. Et sunt itē hęc verba apostoli vbi ait, Hoc est Christū. vel ita, Ne dixeris, quasi dicat. Cum audieris post resurrectioné prædicari Christū ascédisse in cælū, Ne dixeris, id est noli dicere in corde tuo, mendacium est. Quis enim ascen. in cæ. ideò ne hoc dicas, quia hoc dicere est Christū de cælo deducere, quantū ad te pertinet, quia hæc infelicitas, quātum in te est, Christum de cælo, ad terrā deducit: & similiter cum audis prędicari quòd Christus ad infernum descendit, noli dicere médaciū est. Quis enim descé. in abys. ideò

Ambrosi.

Ambros.

ideò ne hoc dicas, quia hoc dicere, Est Christum reuocare ex mortuis, quantum in te est. [Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod prædicamus, quia si confitearis in ore tuo dominũ Iesum, & in corde tuo credideris, quòd deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit.] Sed quid, quasi dicat ne hoc dixeris, sed potius hoc crede de verbo quod scriptura dicit de eo in Deuteronomio. Quid inde dicit? Ecce, Verbum, id est Christus qui est verbum in principio apud patrem. Vel verbum, id est Christi prædicatio & doctrina, Prope est, id est vtile, quia iustificat & saluat. verba veteris legis longè absistebant à iustificatione & salute. Vel, Prope est, quia non est aliquid inconueniens vel dicere vel credere, quia non longè à natura animorum & loquendi ratione quod nobis dicitur vt credamus. & hoc verbum debet esse, In ore tuo, ad confitendum, & in corde ad credendũ. Deinde Apostolus scripturam Mosi exponit dicens, Hoc est verbum fidei quod prædicamus, quo & baptisma consecratur. De hoc verbo dominus ait, Iam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis, non ait propter baptismum. Quare? nisi quia & in aqua verbum mundat. Detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum. Vnde est ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur sed quia creditur? Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud est virtus immanens. Quia si con. quasi dicat & prope debet esse verbum. Quia si confiteris in ore tuo, non opera legis, Sed dominum Iesum resurrexisse, cum aliquis impugnat. Vel, Quod Christus est dominus Iesus, id est saluator & in corde tuo credideris, Quòd illum excitauit vel suscitauit à mortuis saluus eris. Ecce laus fidei & merces fidei, laus fidei est si credideris, quia dominus est Iesus, & quia resurrexit merces,

Ambrosi⁹.
Aimo.
August.
August.

merces verò, salus æterna. Corde enim, quasi dicat. Verè credere dat salutem, quia dat iustitiam quæ est causa salutis. Corde enim creditur ad iustitiam, id est per fidem cordis iustificatur aliquis, id est de impio fit pius. Ore autem, post cordis fidem, aliter enim non valet, Confessio fit, nó modò ad iustitiam, sed etiam ad salutem, quę confessio super additur fidei, vt in martyribus, qui inter torméta imminentia fidem, quam corde tenebant, ore confessi sunt.

August. Non ergo incassum additum est, ore confessio fit ad salutem. Nam penè omnes, qui Christum coram persecutoribus negauerunt, quod de illo credebãt, corde tenuerũt: & tamen ore non confitendo perierunt, nisi illi, qui pœniténtia reuixerunt. vt Petrus, qui in illa negatione intus veritatem tenebat, & foris mendacium proferebat. Cur enim lachrymis diluit, quod ore negauerat? saluti faciebat, quod corde tenebatur. Quærens ergo à deo pacem, non aliud habeat in professione oris, aliud in arcano cordis. Nil enim prodest hoc esse in corde quod verum est, sed hoc dicitur voce quod falsum est, quia veritas & credenda & loquenda est. Et nota quòd non ait simpliciter creditur, sed corde creditur, quia cætera potest homo nolens, credere: non nisi volens, intrare ecclesiam: & accedere ad altare potest nolens, sed non credere: ideoque congruè ait, Corde creditur. De hac autem radice cordis surgat confessio. Confiteri enim est dicere quid sit in corde. Si. n. aliud est in corde, aliud in ore, loqui est, non confiteri. Quod ergo est in corde, debet esse in ore: quia non sine causa signum crucis fit in fronte, id est in sede pudoris, ne Christi opprobrio Christianus erubescat. Peccatum fuit Petrum ore negare, cùm corde crederet. Discedat ergo mala verecundia, accedat salubris confessio. non erubescamus de Christi nomine. Insultetur nobis, quia credimus in Christum crucifixum, planè dico, quia in occisum, sed hoc in illo occisum est quod sumpsit de me, non quo fecit me. Dicit enim scriptura, quasi dicat. Verè corde creditur ad iustitiam. dicit scriptura per Esaiam. Omnis non tantum Iudæus, sed etiam gentilis, Qui credit in illum non confundetur, id est non erubescet in futuro, & si hîc videatur cófundi. Et benè dixi omnis, Nó enim est distinctio Iudæi &

August. in lib. contra médatium

August. in li. s. prosp.

August. super Ioan.

August.

August. in psal. 30.

Augu. de verb. apo.

& Græci, ſed in omni gente, qui timet deum hîc acceptus eſt illi. Et verè non eſt diſtinctio. Nam idem eſt dominus, id eſt creator Omnium diues in omnes, id eſt ſufficiens ditare omnes, Qui inuocant illum, fide & opere: aliis non eſt ipſe diues, quia participes non ſunt bonorum eius: qui autem inuocant recipient æternam remunerationem De-inde ab authoritate Eſaiæ probat quod dixerat, Omnis enim, Iudæus vel Græcus, Quicũque nomen domini .i. filium patris, Inuocauerit, benè ſe ei ſubiiciẽdo, Saluus erit, in æterna beatitudine. Oratio ergo neceſſaria eſt. Orans enim inuocat, ſed hoc verè non poteſt, niſi prius credat. Qui ergo verè inuocant, non modò credunt, ſed etiã orant, vt poſtquàm crediderit alicuius animus, nõ deſinat id poſtulare, quod promiſit deus toto corde vigilantibus, quia credere dat remiſſionem peccatorum. Inuocare autẽ impetrat promiſſa dei. Vt autem oſtendat quòd non eſt vera inuocatio ſine fide, ſubdit, Quomodo ergo vel autẽ. Probato quod de vtroque populo aſſumuntur, oſtẽdit per quid, ſcilicet per promiſſionẽ vtriſque factã, quam qui nõ receperit, inexcuſabilis eſt, quaſi dicat. Inuocatio ſaluat, ergo oportet credere. [Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quẽ non audierunt? Quomodo autẽ audient, ſine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, niſi mittantur? Sicut ſcriptũ eſt, Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem? euãgelizãtium bona?] Quomodo inuocabitur &c. vel ita continua ſi eſt ibi autẽ. q. d. qui inuocat ſaluus erit. Hoc autẽ nõ poteſt aliquis aduerſus: quia, Quomodo inuocabunt in quem nõ crediderunt? non inuocabunt niſi credant, Aut quomodo credent ei quem non audierunt, quaſi dicat nõ credent niſi audiant, nec olim aliquis credidit qui nõ aliquo modo audiuit, vel interius, vel exterius. vel, Quomodo cre. ei non au. i. cui non obedierunt. Apertum eſt, quia nõ creditur illi cui obedientia negatur. Quomodo autem audient ſine prædicante? id eſt niſi prędicetur eis, quaſi dicat non audient niſi prædicetur. Vel, Quomodo autem ſine præd. id eſt ſi prædicãti reſiſtãt? Nec hoc obſcurum eſt, quia qui prædicanti reſiſtit, authorem eius non recipit. Quomodo verò prædicabunt niſi mittantur, neque iſtud

Ambroſi.
Ambroſi.
Ambroſ.
Auguſt.
Ambroſ.
Ambro.

recipit quæstionem. quia non sunt veri apostoli nisi missi, nec predicabunt nisi mittãtur. Nulla enim signa virtutũ his perhibent testimonium. Ecce patet quòd & ad gentes missi sunt prædicatores. Et sic refellit eos Apostolus qui putabant Iudęis tantum prædicandum esse euangelium. Hæc autem ad ipsam gratiã commendandã valent: vt per hoc totum bonum nostrum à gratia prouenire ostẽdatur. Dicit enim quòd credere ex auditu est, audire ex prędicatione, prædicare ex missione dei, vt ita totum descẽdat ex fonte gratiæ. Prædicatio autem verè est ex missione, quia etiã pseudo bene nunciantes misit deus, qui in bono malis nouit vti, Aliquãdo etiã & malos malis mittit in ira.i. prædicare permittit malos malis, ad eorũdẽ pœnã, vt vicissim per se pereãt, sicut iustũ est meritis eorũ exigẽtibus. Sicut scriptũ est.q.d. nõ prædicabũt nisi mittãtur, sed missi sunt
Aimo. sicut scriptũ est in Esaia, vel in Naũ propheta. Quàm spe-
Ambrosi⁹ ciosi sunt pedes.i. aduẽtus apostolorũ qui illuminãt mun-
Ambrosi. dũ, in quo apparet illos à deo missos. Alioquin hoc nõ poterãt facere. Euãgelizantiũ.i. annũciantiũ. Pacẽ.i. recõci-
Ambros. liationẽ inter populũ & populũ diruta macerie legalis rit⁹ in Iudęis, & idololatrię in gẽtib⁹, & inter deũ impios per fidẽ iustificãtẽ, & hoĩes in eũ credẽtes. Euãgelizãtiũ, etiã bona futura.i. pacẽ super pacẽ, quia regnũ dei pax est. q.d. valde speciosi sunt, quia illuminãt mũdũ & quia euãgelizãt.i. bene nũciãt. Bene.n. nũciãt, qui quod ore prędicant, opere cõplent. [Sed nõ oẽs obediũt euangelio. Esaias.n. dicit, Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autẽ per verbũ Christi.] Sed non.q.d. oẽs audierũt per Apostolos: Sed nõ omnes obedierũt euãgelio. Cùm.n. ex gratia sit auditus, necessaria est.n. alia gra-
August. tia quę cor moueat. Quòd verò oẽs nõ obedierũt, ꝓpheticο firmat testimonio, aliquos non oẽs obedire his verbis: Esaias.n. dicit, Dñe quis credidit auditui nostro.i. his quę à nobis audierũt? vel quæ nos audiuimus à te.q.d. aliquis
August. super Ioan. credidit nõ omnis. Quidã inter se mussitant & vbi possunt proclamãt, & turbulenta disceptatione cõtendunt, dicentes, Quid fecerunt Iudæi, vel quæ culpa eorum fuit si necesse erat, vt sermo impleretur Esaiæ, quem dixit. Quam quæstionem vrgent, & profundiorem faciunt, per ea quæ

leguntur

leguntur in euangelio Ioannis. Ait.n. Propterea non poterãt credere quod dixit Esaias, Excęcauit oculos eorũ & indurauit cor eorũ. Quibus respondemus quòd deus præscius futurorũ per prophetã prędixit infidelitaté Iudęorũ, sed non fecit: neq; pręscisset mala eorũ nisi ea haberẽt. Nõ enim ideò quenquam deus cogit ad peccandũ quia futura hominũ peccata prænouit. illorum enim præsciuit peccata nõ sua. Ideóq; si ea quæ ille præsciuit, ipsorũ nõ sunt, ipsorum non vera ille præsciuit: sed quia illius præsciẽtia falli non potest, sine dubio non alius sed ipsi peccãt, quos deus peccatores esse pręsciuit: & ideò si nõ malũ, sed bonũ facere voluissent, nõ malũ facturi pręuiderentur ab eo qui nouit quid sit quisq; facturus, & quid pro ei⁹ opere sit eis redditurus. Sed ex verbis euãgelij prædictis magis nos vrgẽt quàm ex illis Esaię. Dicũt.n. nobis, si non poterãt credere, quod peccatũ est hominis non faciẽtis quod non potest facere? Si autẽ non credẽdo peccauerũt, potuerũt ergo credere & non fecerũt. Si autẽ potuerũt, quomodo dicit euãgelium, non poterãt credere? quia dixit Esaias, Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ. Etiã tantũ procedunt, quod grauius est, vt ad deũ referant causam, qui vel quare nõ crediderunt, quoniam ipse excæcauit eos, & indurauit. Audistis propositã quæstionem & quàm profunda sit cernitis: Sed respõdemus vt possumus. Si à me quæratur quare credere non poterant, respondeo, quia nolebant. Malã quippè eorum voluntatem præuidit deus, & per prophetã prænunciauit. Sed aliam causam, inquies, dixit propheta, non voluntatis eorum. hanc.s. excæcauit oculos eorum & indurauit cor eorum. Sed hîc respondeo, eorum voluntatẽ hoc meruisse. Sicut enim excęcat deus, sic obdurat, quod est deserendo non faciendo, & hoc meruit voluntas. Hoc enim meritum cæcitatis & duritiæ superbientis audacia & voluntatis, inflixit. Si ergo dicitur, Non possunt Iudæi credere, quia Esaias prædixit: Respondeo, immò non possunt, quia nolunt, quod deus præsciuit & prædixit, non fecit. Non igitur mirum est quòd non poterant credere, quorum voluntas sic superba erat, vt tantum suis viribus attribuerent, vt negarent necessarium sibi esse diuinum auxilium ad bene viuẽdum. Quoquot.n. tam

August. | August. in eodem. | Augustin⁹ | Quæstio. | Respõsio | August. in eodem. | August. Attende.

ſuperbè ſapiunt non poſſunt credere in Chriſtũ: nòn quia mutari homines in melius non poſſunt, ſed quandiu talia ſapiũt non poſſunt credere. Sicut ergo quod deus ſeipſum negare non poteſt, laus eſt voluntatis diuinæ: ita quòd illi non poterant credere culpa eſt voluntatis humanę. Siquis iſtam quæſtioné melius nouit exponere, abſit, vt non ſim paratior diſcere quàm docere. Ergo, quaſi dicat quia aliquis credit auditui, & ſi non omnes. Ergo fides, aliquando & ſi non vbique eſt, Ex auditu, etſi enim deus intus doceat tamen præco exterius nunciat. Auditus autem eſt nõ per noſtra merita, ſed Per verbum Chriſti, id eſt per gratiam Chriſti doctores verbi euangelici nobis mittentis. Niſi. n. dicatur aliquid nec audiri poteſt nec credi. [Sed dico, Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico. Nunquid Iſrael non cognouit? Primus Moſes dicit. Ego ad æmulationem vos adducam in non gẽtem, in gentem inſipienté, in iram vos mittam. Eſaias autem audet & dicit. Inuentus ſum à non quærentibus me, palàm apparui his qui me non interrogabant. Ad Iſrael autem dicit, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi.] Sed dico. q. d. ex auditu crediderunt, ſed qui ſe volunt excuſare quòd nõ crediderunt, quaſi dicat non audierunt dico, Nunquid nõ audierunt? Audierunt vtique, ſicut in pſal. oſtendit Dauid dicẽs, Sonus. i. fama. Apoſtolorum vel eorum exiuit, quidem, Et. i. etiam, In omnem terram, id eſt non modò proximi, ſed etiam vltimi audierunt. vel, Equidem, alia litera, id eſt certè. In omnem ter. ex. ſo. e. & ita inexcuſabiles ſunt. Et in fines orbis ter. id eſt ex omni parte audita ſunt. Tempore autem apoſtoli nec hoc impletum eſt, ſed ſpiritu ſancto reuelante videt implẽdum in poſteris. Quamuis ergo locutus ſit præteriti tẽporis verbis, tamen quod fuerat futurum prædixit. non quòd iam factum atque cõpletum eſſet, ſicut & ipſe propheta quo vſus eſt teſte, non ait exiturus eſt. Sed exiit ſonus eorum, quod vtique nondum erat factum. Dicendo ergo, Eorum, non ſolum de apoſtolis, ſed de eorũ præteritis intelligi voluit, ſicut & illud nõ ſolum apoſtolis dicitur. Teſtes mihi eritis vſq; ad vltimũ terræ.

Auguſt. Auguſt. Auguſt. Aimo. Augu. ad Iſichium. Idem in eodem.

terræ. Et illud, Vobiscum sum vsque ad cõsummationem seculi. Et illud. Cũ videritis hæc omnia. scitote quia propè est in ianuis. Sed dico, Probauit omnes audisse. & ita Iudæos audisse constat. Sed quia possent & audisse & non cognouisse, affirmat etiam eos cognouisse, quasi dicat omnes quidẽ audierunt, Sed, de Iudęis specialiter, Dico, Nũquid Israel non cognouit? cognouit vtiq;. Quia Moses qui primus. i. maximus fuit inter alios dicit, Eos cognouisse. vel, Primus i. antequàm alij dicerent dicit eos cognouisse quod & alij post eum dixerunt. Israel autẽ dicitur cognouisse doctrinam euangelij, & Christi aduentum, quia cõtradicere non potuit ratione, vel authoritate: sed non verè cognouit, vt menti eorũ bene sederet. Deinde verba Mosi ex persona dei patris loquentis in Deuteronomio ponit dicens, Ego adducam vos. i. permittã vos adduci ad ęmulationem habitam in non gentem. i. contra gentiles. i. ad inuidiam de conuersione gentilium, qui prius dicebantur non gens, quia sine lege erant. Vel modò sunt non gens, quia non gentiliter viuunt. Inuidia enim Iudæis est dum gentes eorum deum suum dicunt, & promissiones & legem eorum & prophetas ad se pertinere. In gentem. i. contra gentem, Insipientem. i. contra gentiles, qui deum verum non nouerãt. Mittam vos in iram, id est permitam vos irasci & persequi, & cum hoc factum videant, attendant quod venerit. Et non tantum Moses hoc dicit, sed & Esaias, & si præuideret sibi pœnam imminere, tamen audet, & dicit ex persona Christi. Inuentus autẽ sum antè quærẽtibus me. s. gẽtilibus. i. sponte obtuli me illis qui per se non quærebãt me, & inde est inuidia Iudęorum. Et palam. i. in manifesto apparui his, Qui de me nõ interrogabãt, ab aliis. Ad Israel autem &c. q. d. ita hoc pertinens ad gentes dicit Esaias, ad Israel autem pertinens, hoc aliud dicit ex persona Christi. Tota die expãdi manus meas. hoc non dicit de manibus extensis in cruce, vbi tota die non fuit: sed de operibus quę illi populo exhibuit. Et est, Tota die. i. toto tẽpore quo cũ eis cõmorat[9] sum, & mũdum illuminaui. Manus meas. i. opera, & affectus, expandi ad populum Iudæum. i. ampliora ostẽdi Iudæis, quia nullũ beneficiũ eis negauit. Nã mortuos illorũ suscitauit, diuersas infirmitates cura-

Ambrosi.

Aimo.

Aimo.

uit. Ille dicitur manus expandere, qui poſcentibus beneficia largiter tribuit. Vel de manibus extenſis in cruce poteſt accipi, vt poſitum ſit totum pro parte. Tota ergo die, id eſt diei parte totius. Expãdi in cru.m.m.;ad populũ nó credentem, ſed contradicentem quod peius eſt, Mihi.

Ambroſi⁹ Aimo. Aimo. Ambroſi.

CAPVT. XI.

Dico ergo. Nunquid deus repulit populum ſuum? Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abrahã de tribu Beniamin. Non repulit dominus plebẽ ſuã quam præſciuit. An neſcitis in Elia quid dicit ſcriptura, quẽadmodum interpellat deum aduerſum Iſrael? Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderunt, & ego relictus ſum ſolus, & quærũt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum reſponſum? Reliqui mihi ſeptem milia virorum, qui non curuauerũt genua ante Baal.] Dico ergo, quia tot auctoribus confutauit Iudæos, inſultare poſſent gentes dicentes ex toto repulſos eſſe, contra quos incipit ſic, Dico ergo &c. Quia enim populum Iſrael incredulum oſtendit, ne omnem Iſrael diffidentem dixiſſe putaretur, oſtendit deum non repuliſſe hæreditatem ſuam. q. d. quia dixi Iſrael eſſe populum non credentem Ergo dico, id eſt dicere videor quod deus, Ex toto repulit populum ſuum, vel hæreditatem ſuam, id eſt Iudæos quibus bona fecit. Sed nunquid, hoc dico. vel, Nunquid repulit deus? Abſit. Si enim dico Iudæos eſſe infideles: non tamen omnes, & ſi deus repulit eos ex parte, non tamen ex toto, quia me & alios prædeſtinatos non repulit. Nam & ego Iſraelita ſum, id eſt Iudæus non proſelitus, Quòd ſemine Abrahæ & ex tribu Beniamin, quaſi dicat ab Abrahã deſcendi per lineam Beniamin, hoc ideò dicit ne putaretur eſſe de Iſmael. Non repulit, quaſi dicat ſicut me non repulit, ſimiliter non repulit deus, Plebem ſuam, quam præſciuit ſaluandam. præſciuit enim, poſuit pro prædeſtinauit. Sic enim debere hoc accipi ex ſequentibus patet. Ideò autem dixit, Quem præſciuit, ne iterum ſuperbiant Iudæi ex eo quod dixit eos non repulſos & plebem dei. An neſcitis, quaſi dicat, ita reliquias in hoc tempore non repulit dominus, ſed ſaluauit ſicut tempore Eliæ multos ſibi referuauit, cum ſolus ſibi Elias videretur, qui ſi ignorauit non

Aimo. Ambroſi.

mirum

mirum si isti ignorant. Tempore nanque Eliȩ quando Achab Rex Samariæ dedit filiam suam Ioram Regi Iuda, tunc omnes Iudȩi videbantur Idololatræ, ita vt Elias putaret se relictum solum in cultu dei. Quando Achab Rex Samariæ & Iezabel vxor eius pseudoprophetis credentes, prophetas dei persequebantur, qui in speluncis se occultabant, & ipsi item Achab & Iezabel populum ad idololatriam hortabantur, sed ostendit Deus Eliæ quod non remanserat solus, & hoc est quod ait, An nescitis quid dicit scriptura, id est liber Regum, In Elia, id est vbi de Elia loquitur, scilicet. Quemadmodum interpellat, id est inter se & illos deum iudicem vocat. Aduersum Israel, dicens, Domine prophetas tuos occiderunt, hoc sub Iezabel factum est, Et altaria tua suffoderunt, id est à fundamento subuerterunt, Et ego relictus sum solus, in cultu diuino, Et quærunt animam meam, id est vitam tollere. Sed quid? quasi dicat putauit se solum, Sed quid dicit scriptura illi dixisse, Responsum diuinum? Ecce. Reliqui, id est per gratiam reseruaui, Mihi septem milia virorum, id est omnes bonos: per septenarium enim vniuersitas, per millenarium perfectio designatur. Qui non curuauerūt genua sua ante Baal, qui erat deus Achab & Iezabel. [Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt. Si autē gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, cæteri verò excæcati sunt: sicut scriptum est, Dedit illis deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant vsque in hodiernum diem. Et Dauid dicit, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem & in scandalum & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.] Si ergo & in hoc tempore vsque.q d. Quia tunc erant multi boni. & si nesciret Elias. Sic ergo. i. ita latenter. vel, Sic. i. per eandem gratiam, & in hoc tempore gratiæ vbi facilius est. Reliquiæ saluæ fiēt, vel factȩ sunt, & hoc non secundū merita, sed, Secūdum electionem gratiȩ. i. per gratiā qua electi sunt. Vnde dominus ait, Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos. Neq;.n. ante credideramus

Ambros.

Ambrosi.

Ambrosi.

Ambrosi.

August.su per Ioan. in eum, vt eligeret nos. Nam si credētes iam elegit, electos elegit. Si autē.q.d. Dixit per gratiā saluari. Si aūt gratia.i. per gratiā salui sunt, Iam nō ex operibus legis, alioquin.i. si per opera legis sunt, salui sunt, Gratia iā non est gratia, sed debitū. constat autem gratiam esse gratiam. Quid ergo? Audito quòd reliquiæ saluæ factæ sunt gratia non ex operibus. Quid ergo dicendū est? hoc.s.quod. Israel non est consecutus hoc quod quęrebat.i. ex operibus iustitiam legis. Electio autem consecuta est.i.per gratiam electi, iustitiam per fidem receperunt. Cæteri verò, non solum non consecuti sunt iustitiam, Sed etiam excæcati sunt vel fuerunt per iudicium. Electio igitur gratię est non meritorū. Excæcatio verò meritorum est. Excæcati enim sunt quia credere noluerunt, sicut & illi quia voluerunt crediderūt. Misericordia igitur & iudicium in ipsis voluntatibus facta sunt deo illis per misericordiam gratiam apponente, istos verò per iudicium deserente. Quicunque enim cum intellexisset nolui credere, id debet cōsequi quod vult.s. ne de cętero possit credere. In voluntate ergo sua adiuti sunt non immissa malitia, sed deserente gratia, vt quia scientes verū dicerent esse falsum, de cętero non intelligerēt quod verum est, & hoc meruit inuidia malę voluntatis. Non ita autem est de illis qui errore hoc agūt. Deinde authoritate Esaiæ probat Iudęos ex parte fuisse excęcatos dicēs, Sicut scriptum est in Esaia, licet & aliis verbis, Dedit enim illis deus spiritum cōpunctionis.i. malum.i. permisit eos habere malam cōpunctionem. Malam enim cōpunctionem hic significat, qua sæpe fit vt etiā bonum sit homini molestū, sicut pharisæis displicebat doctrina Christi. Spiritum ergo compunctionis appellat mentem inuidentem qua inuiderunt doctrinæ Christi & saluti gentium, Dedit etiā, Oculos, id est rationem quæ per se videre potest, sed ipsi ita habent, Vt non videant, per se. Et aures, id est rationem quæ alio docente intelligit, sed ipsi ita habent, Vt non audiant. Et est sensus rationem eis dedit, qua tamen nec per se intelligunt quæ per se possent intelligere si vellent, nec alio docente intelligunt, quæ per alium possent scire. Hæc autem eorum cæcitas durat. Vsque in hodiernum diem, id est quandiu poterit dici hodiernus dies,

Augu. de præ dest. sanctorū. Ambrosi[9] Ambrosi. in eodem.

Aimo.

Aimo.

dies,id est, vsq; in præsentem diem omnium ad quos hoc scriptum perueniet. Deinde authoritate prophetæ idem confirmat subdens, Et Dauid dicit, Mensa eorũ, id est malitia quam mihi obtulerunt, quæ dicitur fuisse, Coram ipsis, quia iniquitatem nouerunt,& tamen in ea persiterũt, Fiat ipsis in laqueũ.q.d. sicut seipsos acetum mihi obtulerunt, Sic fiat illis, ipsa iniquitas laqueus, vt eos impediat: Et in captionem, vt eos teneat, Et in scandalum & in retributionem, id est, sit causa scandali,& pœnæ ęternæ. Vel mensam vocat scripturã sanctam, vbi fidelium animæ spirituali cibo reficiuntur & saginantur. Iudæi verò de litera legis præsumentes & spiritualem intelligentiam contemnentes ad mensam sedent esurientes. Hæc ergo mensa, id est scriptura sacra, Eorum, id est eis ante alios oblata, Coram ipsis, posita dicitur, quia in eius carnalibus obseruantiis delectantur. Vel coram eis ideò posita dicitur, quia si rationi vellent intendere possent intelligere. Hęc, inquam, mensa, Fiat illis in laqueum. Scriptura enim quæ intelligentibus est panis refectionis illaqueat, dum male intelligitur,& propterea prędicatio Christi respuitur. Et, fiat eis, In captionem & scand.& retri. & ita facta est Iudæis. Fuit enim eis scriptura legis causa captiuitatis, dum zelo eius Christum occiderunt, & illa captiuitate fuit eis causa scãdali,& opprobrij, & post erit causa æternæ damnationis, quæ specialiter retributio dicitur. Obscurentur oculi eorum, id est ratio quæ videt, Ne videant se peccare q.d. quia sine causa non viderunt. Fiat eis non videre, Et dorsum, id est liberum arbitriũ quod debet erigi sursum. Semper incurua, id est peccatis aggraua. Nota quòd hæc verba non optantis voto, sed prædicentis officio dicũtur. Aimo.

[Dico ergo, Nunquid sic offenderunt, vt caderent? Absit. Sed illorum delicto salus gentibus, vt illos ęmulentur. Quòd si delictum eorũ diuitiæ sunt mundi, diminutio eorum diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo eorum?]
Dico ergo.q.d. authoritate prophetarum dico Iudęos esse excæcatos: hoc ergo dicendo dico, id est dicere videor & reputor, quòd sic offenderunt, Vt, non tantum, Caderẽt sine reparatione & vtilitate. Sed nũquid putatis quod irrecuperabiliter, sine vtilitate ceciderint, quia dico excæ- Aimo.

catos authoritate prophetarum? Imò & casus eorum prodest & possunt restitui, ne quis adeò despiciat eos. Nunquid enim sic offenderunt, vt inutiliter, vel irrecuperabiliter caderent? Absit, vt inutilis sit casus eorum, sed potius

Augusti. vtilis: quia Illorum delicto, quo cæci deum occiderũt, vel

Augusti. verbum repulerunt: Salus, facta est, Gentibus, ad quas relictis Iudæis apostoli conuersi sunt, ex quorum voce in actibus apostolorum dicitur ad Iudęos, quia repulistis verbum dei, ecce conuertimur ad gentes, & ita ex eorum de-

Augusti. licto quo repulerunt verbum fuit salus gentibus. Fuit etiá

Augu. de iudi. dei. ex delicto quo ipsum occiderunt salus gentibus, dum Iudæi pro peccato mortis Christi vastati infelicius à Romanis, & diuisi per mundum, funditúsque à suo regno eradicati in testimonium sunt, non fictas de Christo esse prophetias quas apostoli gentibus de Christo exposuerunt. Vt illos. q. d. salus facta est gentibus, ita vt Iudæi zelo legis & patrũ, Aemulentur illos, id est, gentiles. i. inuideant eis, eósque odio habeãt. Vel in bono potest accipi sic. q. d. salus facta est gentibus, ita vt Iudæi, Aemulentur, id est, imitentur illos. i. gentiles. Hoc sæpe factum est, & plenius fiet in fine sęculi, quando Iudęi Christianos sequentur in fide Christi. Tũc enim manus Mosi reuocabitur in sinũ, tunc Moses noster reuertetur ad matrem & ad fratres. Potest etiam sic intelligi. q. d. Salus erit gentibus, ita vt gentes, Aemulen. ill. id est imitentur illos. i. Iudęos, vt credát sicut & ipsi credebant. Vel, Vt gentes æmu. i. dei ęmulatione circa opera Iudæorũ mala moueantur. Quòd si deli

Ambros. ctum. Dixi delictũ Iudęorũ prodesse, ꝗ si est, magis eorũ

Ambros. cõuersio proderit. & hoc est quod ait. q. d. delicto eorũ sa

Aimo. lus est gentibus. Quod. i. sed. Si delictum eorũ quo Christum occiderunt, vel verbũ repulerunt, Diuitię sunt mundi. i. si eorũ delicto ditatus est mundus: Et si diminutio. i. abiectio eorum, Diuitiæ sunt gẽtium. i. si pauci de eis conuersi, vt Apostoli, ditauerũt gẽtes: Quanto magis plenitudo eorũ, q̃ in fine mundi cõuertetur, erit diuitiæ gentiũ. i. si malũ eorũ vertit deus in bonũ. i. in diuitias mundi, multo magis bonũ eorum. s. cũ in fine mũdi plenitudo eorum cõuersa ditabit gẽtes doctrina & exẽplo. In quo ostendit nec inutilẽ, nec irrecuperabilẽ casum Iudęorũ, & quasi ali

quis

quis quęreret,an poterunt cõuerti? Ait, poterunt vtique.
[Vobis enim dico gẽtibus:quãdiu quidẽ ego sum gentium apostolus ministeriũ meum honorificabo, si quo modo ad emulandum prouocem carnem meam,& saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum,reconciliatio est mundi: quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? Quòd si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami. Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt,tu autem cum oleaster esses insertus es in illis,& socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es,noli gloriari aduersus ramos:quòd si gloriaris,non tu radicem portas,sed radix te. Dicis ergo, Fracti sunt rami,vt ego inserar. Bene. Propter incrudelitatẽ fracti sunt. Tu autem fide stas? Noli altum sapere,sed time. Si enim deus naturalibus ramis nõ pepercit: ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt,seueritatem:in te autem,bonitatem dei, si permanseris in bonitate:alioquin & tu excideris. Sed & illi si non permanserint, in incredulitate, inserentur:potens est enim deus iterum inserere illos. Nam si & tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi qui secundum naturã inserentur suæ oliuæ?] Vobis enim dico gẽtibus,id est gentilibus qui mihi proprij estis, hoc scilicet, Quod quandiu ego sum apostolus quidem gẽtium, quod semper est & non Iudęorũ,quia ad gentes missus sum, Honorificabo ministeriũ meum, etsi Apostolus gẽtium sum, tamen honorifico ministerium meũ vltra hoc quod debeo superaddendo, vt etiam de Iudæis laborem, tentans, Si quomodo scilicet, vel cum prosperitate, vel cum aduersitate, Prouocem,id est prouocare valeam, Carnem meam, id est Iudæos de quibus natus sum, Ad ęmulandum,id est imitandum me. & cum pluribus modis experiar conuertere Iudæos, vt si hac non succedit via,aggrediar aliam viam, ꝙ non facerẽ,si de salute eorum desperarẽ,prouocẽ dico ad ęmulandum,vt, Sic saluos faciam, gratia dei adiuuante, saltẽ, Aliquos ex illis. Si enim.q.d.& ideo de illis laboro, quia vtilis erit assumptio eorum ad informationẽ gentium. Et verè, Si enim amissio eorũ.i.infidelitas reconciliatio est mundi, Quæ,erit, Assumptio,reliquorum,nisi, Vita, Augu. de ciuit. dei.

Vita, gẽtium, Ex mortuis, id est ex eo quod mortuæ sunt. Quod autẽ Iudæi possunt assumi ad reprimendam superbiam quorũdam gentilium fortè dicentium totum genus esse damnatum, probat per naturæ similitudinem subdẽs, Quòd si deliberatio quasi dicat, Dixi quod assumptio eorum erit multum vtilis, quam ne dicatis ô Gentiles non posse fieri, quasi totum genus sit repudiatum. Quod, id est quia, Si deliberatio facta est, id est si pauci de illis assumpti ad fidẽ, vbi apostoli & alij discipuli sunt facti sancti, Tunc & massa est sancta, id est gens potest sanctificari. Est autẽ delibatio parua ex aliqua re assumptio ad experimentum totius massæ, vt ex cibo vel potu. Cum enim delibatio vnius substantiæ sit cum massa, non potest esse delibatio sancta & massa immũda. Delibatio enim de massa est. Et si radix est sancta, id est si patriarchæ à quibus contrahunt humorem fidei sancti fuerunt: Tunc rami, id est illi qui de genere eorum excreuerunt, in eorũ fide fundati, sancti sunt. Sicut enim radix bona bonum succũ diffundit in ramos, vbi fiunt fructus boni saporis: ita apostoli & alij qui originem duxerunt à sanctis patribus & eorũ fidem imitati sunt, boni & sancti fuerunt. Quòd si aliqui. Probat adhuc Iudæos posse assumi, vt reprimat gentes. q. d. rami possunt sanctificari, Quod, id est sed, Si aliqui ex ramis naturalibus fracti sunt, id est à promissione excisi, scilicet ipsi blasphemi & impij de populo Iudæorum, Tu autem, ô Gentilis esses oleaster, id est sterilis naturaliter & amarus, Insertus es, id est aliena operatione cõiunctus, In illis, id est in loco fractorum. Et factus es socius, id est particeps, Radicis scilicet patriarcharum & prophetarum, Et pinguedinis, id est apostolorum, qui præ omnibus habent spiritum. radicis dico, Et pinguedinis oliuæ, id est populi Iudaici fructiferi ante aduẽtum Christi. si, inquam, hoc est, Noli gloriari aduersus ramos fractos, id est noli insultare malis alterius. Et si enim putata est oliua non tamen amputata. Illi enim superbi & blasphemi per fragmẽtum iam ibi non sunt. Oleaster non ibi erat. ibi est. Illi per superbiam frangi meruerunt, iste per humilitatem inseri meruit. Illi amiserunt radicem, & iste tenuit eam, & factus est socius radicis, & pinguedinis oliuæ in spe promissionis

Aimo.

August. super Ioan.

August. in psal. 133. ambrosi⁹

missionis, quia non credentibus multis Iudæorum, & gentes insitę sunt per fidem in spe promissionis, vt dolor esset Iudæis. Hoc autem dicitur contra morem & legem insertionis. Bona etenim arbor in nō bonam inseri solet. Hîc autem non bona in bonam. Dicit enim oleastrum insertū, vt surculus fructum radicis afferat. Noli ergo gaudere in incredulitate illorum. Vt enim ait Salomō, Displicet deo qui insultat malis alterius. nec enim causa gentium abiecti sunt, sed quia non crediderunt, precandi gentibus occasionem dederūt. Vel, Noli gloria.ad.ra.stantes, Quòd si gloriaris aduersus illos, dicitur tibi ô gentilis quòd non tu radicem portas, sed radix te, id est gens illa nil à te habet, sed ab ea fidem habes. Dicis ergo ô gētilis fracti sunt rami, vt ego inserar. quasi dicat, si non contra stantes, vel contra eos licet gloriari dicit gentilis, qui causa insertionis meæ repulsi sunt. quod remouet Apostolus, ita dicēs, Bene dicis, id est verum est quod dicis, scilicet quòd fracti sunt, sed quod addis vt ego inserar, illud non est causa efficiēs: sed fracti sunt, Propter incredulitatem suam, id est suo vitio. Vnde tibi, Opportunitas salutis, fuit non propter te. Non enim Iudæi sunt reprobati à deo vt gentes intrarent, sed ipsi seipsos reprobos fecerunt spernētes dei donum, Vnde & occasionem dederunt gentibus ad salutem. quam extollentiam reprimi vult, vt magis saluti congaudeatur, non infirmitati insultetur. Facilè enim decipitur, qui gaudet alienis malis. Tu autem fide. stas. q. d. Vide gratiam noui test. quòd stas dei beneficiū est, nō tuum meritum: & ideo, Noli altum sapere, id est superbe sapere, ne & tu frangaris per superbiam vt ille per incredulitatē. Sed time, castè time. scilicet offendere, nō scilicet incidas in supplicium, sed ne amittas tantæ gratiæ beneficium. timor enim castus est, cum cauet anima, ne deus illam desertus deserat. Et timere debet, Si enim non pepercit deus naturalibus ramis, id est Iudæis qui quodámodo naturales rami sunt, prærogatiua patrū quibus facta est promissio: vide scilicet Ne, hoc fortè, contingat, quod vtiq; cōtingere potest? vt, Nec tibi, alieno, Parcat. Si enim deus Iudæis non pepercit, qui à sanctis patribus originem ducebāt, & ex quorum gentē ipse carnē assumpsit, multo magis

[Margin: Ambrosi⁹. | Augu. de q̄st. nat. t. | August in ser. de timore dn̄i. | Ambros. | Aimo.]

gis

gis nec vobis parcet, si à fide recesseritis, vel in superbiam intumueritis. Deinde duobus præmissis, duo alia reddens subdit, Vide ergo quasi dicat, quia fide stas. Vide ergo bonitatem: & quia illi per incredulitatem fracti sunt, Vide seueritatem, id est districtam iustitiam, Dei. bonitatem & seueritatem dei memorat, quia bonitate suadet, & seueritate terret. Vtrunque ergo ô gentilis aduerte, & per vtrunque disce humiliari. In eos, quidem, Qui ceciderunt, vide seueritatem: in te autem, vide bonitatem dei, qua tibi beneficium confert. dico in te esse bonitatem dei, tamé hac conditione: si, Permanseris in bonitate, vt, scilicet totum deo tribuas. Alioquin, id est, nisi tu permanseris, Et tu, sicut & illi, Excideris, à sancta radice, & senties dei seueritatem. Sed & illi, quasi dicat, non solum tu excideris, si non permanseris in bono: sed, Et illi, id est Iudæi, si non permanserint, In incredulitate inserentur, & ideo non sunt despiciēdi. Dico si non permanserint, quod vtique potest fieri. Potēs est enim deus inserere illud iterum, Nam si, quasi dicat: potens est inserere, & verè. Nam inserentur, & hoc à minori probat loquens ad gentilem, quasi verè inserentur. Nam tu, ô gētilis, Excisus es ex oleastro, id est ritibus gentilium sterilium, Naturali, tibi quia inde etiam natus es. Idololatria enim, & huiusmodi gentibus ex vsu sunt quasi naturalia, Et insertus es in bonam oliuam, id est vnitus es per fidem patriarchis, & apostolis, qui pinguedinem sancti spiritus habuerunt. Oliua enim hîc intelligitur fides patriarcharum: Insertus es, dico, & hîc contra naturam, quia naturale est, vt surculum bonæ arboris inseramus in truncum malæ: non surculum malæ, in truncum bonę: & hoc insitio dicitur. Dicitur autem humano more contra naturam esse, quod est contra naturæ vsum, mortalibus notum: sicut est illud, vt surculus fructū radici ferat. Id enim contra naturā, dicit apostolus quod est contra consuetudinem naturæ, quam notitia humana comprehendit. Deus autem creator & conditor omnium naturarum, nil cōtra naturam facit: quia id est naturæ, vel naturale cuiq; rei quod facit, à quo est omnis modus, numerus, ordo naturæ, sed tamen non incongruè dicitur aliquid facere contra naturam, quando facit cōtra id quod noui-

Ambrosi⁹

augu. cōtra Faustū

nouimus in natura. Hăc enim etiam cognitum nobis cursum appellamus, solitúmque naturæ, contra quem cum deus aliquid facit magnalia, vel mirabilia dicuntur, vel nominantur. Contra verò illam summam naturæ legem à notitia remotam, siue impiorum, siue infirmorum, tam deus nullo modo facit, quàm contra seipsum non facit. Quanto magis, quasi dicat, & si hoc est quod vtique est, Quanto magis hi qui sunt secundum naturam, id est Iudæi qui sunt edocti in lege cultum dei, inserentur suæ oliuæ, id est vnientur suo populo. [Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobisipsis sapientes: quia cæcitas ex parte contigit in Israel: donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret: sicut scriptũ est, Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob. Et hoc illis à me testamẽtum, cùm abstulero peccata eorum. Secundùm euangeliũ quidem inimici propter vos, secundum electionem autem charissimi propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio dei. Sicut enim aliquando & vos non credidistis deo: nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur.] Nolo enim, quasi dicat, inserentur Iudæi. Et verè quia & interim quidam & tandem in fine plenitudo, & hoc volo vos scire. & hoc est quod ait, Nolo enim vos ô fratres ignorare, id est nolo, quod vos ignoretis, Mysterium hoc, id est hoc occultum dei iudicium: mysterium dico, Vt non sitis ipsi vobis sapientes, id est ideo voco mysterium, ne putetis vos hoc vestro ingenio posse discutere, & quod sit illud mysterium, quod non vult eos ignorare ostendit, scilicet, Quia cæcitas, non ex natura, sed ex culpa eorum, Contigit in Israel. & hoc, Ex parte. Non enim omnes excæcati sunt. contigit dico, Donec plenitudo gentium intraret, id est vt intraret, & donec intraret vt causa notetur & terminus, Et sicut, scilicet postquam intrauerit, Omnis Israel, prædicante Elia & Enoch, Saluus fieret, æmulando gentes, Sicut & cætera. quasi dicat, Israel saluus

fiet.

fiet. Sicut scriptum est, in Esaia Veniet, secundum carnem. Ex Sion, id est de Iudæis, Qui eripiat, quasi vi, quod & interim est quãdo aliquis Iudæorum vix conuertitur Et auertat, voluntariè, quod erit in fine quando facile cõuertentur. Ab Iacob, id est à Iudæis, Impietatẽ, id est infidelitatem, vel legalis obseruantiæ cultum. Cultus enim Iudæorum ab aduentu Christi impietas est. Et hoc testamentum erit illis à me, id est hæc promissio complebitur illis à me, quia ego ipse faciam quod promisi: quando, Cũ abstulero, id est remisero, Peccata eorum, hoc erit in fine, quando in prædicatione Eliæ, & Enoch cõuertentur Iu-

Augu. de ciui. dei. dæi. Vnde per Malachiam dicitur Mittam vobis Eliam Thesbiten qui conuertet corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres, vt etiam intelligant filij, sicut patres, id est prophetæ intellexerunt Sic enim cor patrum conuertetur ad filios, cum intelligentia eorum perducetur ad filios, & cor filiorum ad patres, dum id quod filij senserũt illi sentient, & isti, Secundum euangelium, quasi dicat, tũc

Aimo. conuertentur Iudæi, Sed modò inimici sunt deo, & nobis, & hoc, Secundum euangelium, id est propter euangelium, quod contra legem eorum est, non propter genus. & hoc totum fit, Propter vos, id est ad vtilitatem vestram ô

Ambrosi⁹ gentes, vt scilicet vobis esset locus intrandi ad fidem. Error enim Iudæorum gentibus aperuit viam ante tempus intrandi ad fidẽ. Prius enim vbique omnibus Iudæis prædicandum erat, & tunc demum gentibus. Sed quoniã non crediderunt Iudæi, ablatum est eis regnum, & datum est gentibus. Ipsorum igitur occasione gratiam dei gẽtes citius perceperunt. Vel ita, Tunc conuertentur, sed modo inimici quidem sunt dei: & nostri interim ex se, id est ex suo vitio, sed hoc est secundum euangeliũ: & propter vos,

Augusti. id est ad profectum euãgelij, & vestrum. Inimicitia enim eorum qua Christũ occiderunt, euangelio sine dubitatio-

Augu. de ꝑdest. sanctorum. ne profecit. & hoc ostẽdit ex dei dispositione venisse. qui bene vti nouit, etiam malis non quod eis prosint, sed ipso illis bene vtente, prosunt electis. Est ergo in malorum potestate peccare, vt autem peccando hoc, vel hoc, illa malitia faciant, non est in eorum potestate, sed dei permittentis. Ex se ergo possent inimicari, quod proficit euangelio

gelio deo vtente malis ad bonum, vt cum faciant contra voluntatem, id eſt præceptum dei impleatur tamen de illis, & ſinit ab illis voluntas dei ſapienter omnia diſponentis. Secundum electionem autem. quaſi dicat, Quidam Iudæorum ſunt inimici ſecundum euangelium, & propter vos. Quidam autem eorum ſunt chariſſimi & electi, & hoc non eſt propter eorum merita, ſed ſecundum electionem, id eſt quia per gratiam ſunt electi, &. Propter patres, id eſt promiſſiones patribus factas, quia dilectio dei in his exuſcitatur memoria bonorum patrum, quorum prærogatiua plurima à deo beneficia perceperũt. Electi ergo ſunt dilecti propter patres, quibus hæc promiſſa ſunt. Ecce oſtenſum eſt in his verbis prædictis, quare pars Iudæorum excæcata eſt, ſcilicet ſuo vitio, & propter gentes, & pars illuminata, ſcilicet gratia electionis, & propter patres. Et ſi enim quaſi de eiſdem loquatur, dicendo, inimici & dilecti, quia vna gens erat omnium illorum: alij tamen ſunt inimici dei, alij chariſſimi & dilecti. Sine pœnitentia enim, quaſi dicat, dico quod ſecundum electionem, & propter patres ſunt ſaluandi, quia non ſunt vocati ea vocatione qua multi non præſciti vocantur, qui tamẽ pereunt: de qua dictum eſt, Multi vocati, & cætera. ſed illa qua vocantur electi, ad quam qui pertinent omnes ſunt docibiles dei, nec poteſt eorum quiſquam dicere, credidi, vt ſic vocarer, quia præuenit eum miſericordia dei qua vocatus eſt vt crederet. quæ vocatio eſt, Sine pœnitentia, id eſt ſine mutatione: quia qui audit à patre venit ad filiũ, qui non perdit quicquam de omni dato: quiſquis verò perit, non inde fuit: qui inde eſt, omnino non perit. Propter quod Ioannes ait, A nobis exierunt, ſed ex nobis non fuerunt. Fuerunt enim de multitudine vocatorum. ſed nõ de paucitate electorum. Si enim fuiſſent de nobis, manſiſſent vtique nobiſcum. Et hoc eſt quod ait, quaſi dicat, verè ſunt ſaluandi ſecundum electionem, & propter patres: quia, Dona, id eſt promiſſiones, Et vocatio dei, id eſt electio dei ab æterno, Sunt ſine pœnitentia, id eſt ſine immutatione conſilij dei. vel ita, ideo dico ſecundum electionem, quia quibus deus fidem inſpirat, Sine præcedente eorum, Pœnitentia, inſpirat. & hoc eſt, Sine pœnitentia

Ambroſ.

Auguſt.

Augu. de pdeſt. ſanctorum.

Auguſt,

tia enim præcedente, Sunt dona & vocatio dei, id est gratuita & interior vocatio, qua deus vocat ad fidem quod nullius meritũ præuenit. Vel ita. Dixerat, Veniet q auertat impietatem à Iacob, & hoc erit cum abstulero peccata eorum. Sed ne quis putet eos nõ posse accipere misericordiam, quia non videt eos exteriori pœnitentia affligi, ait, Sine pœnitentia, quasi dicat, nemo diffidat de eis, & si non exterius plangant, quia vocatio dei qua vocat ad fidem, & dona, id est remissio peccatorum quam præstat in baptismo, Sunt sine pœnitẽtia, exteriori. Verum est, quia gratia dei in baptismo nõ requirit gemitum, vel planctũ, vel opus aliquod, nisi solam fidem, & cordis cõtritionem: & omnia gratis condonat. Hæc ideò dicit, ne putent illos non posse accipere misericordiam, quia eos dolere non vidẽt. Sicut enim. Hîc ostendit posse fieri, vt impietas auertatur ab Iacob, quia & à gentibus ablata est, quæ aliquando non crediderunt. quasi dicat, ita opus erat vt alij Iudæorum essent inimici, & alij electi. Sicut enim & vos, ô gentiles, Aliquando, id est longo tempore plus quàm isti, Non credidistis deo, quod valuit ad hoc, vt humiles modo credatis, id est qua ratione permisit vos olim deus nõ credere, scilicet ne causam superbiæ haberetis postea conuersi. Nunc autem, id est nuper, Consecuti estis misericordiam, probato quod deficit natura, id est quod per liberum arbitrium iuuari non potestis. Consecuti estis dico, & hoc, Propter incredulitatem illorum, quæ est aliqua causa vestræ misericordiæ, ita & isti, id est Iudæi, Nunc non crediderunt, ne postea conuersi materiam in lege gloriandi habeant. Non crediderunt dico venientes, In vestram misericordiam, id est, non habuerunt fidei gratiam, per dei misericordiam sicut & nos. Non crediderunt, dico, Vt & ipsi, humiliati, Consequantur, vobiscum, Misericordiam, id est, fidei gratiam. Ideo itaque de vtrisque, id est, de Iudæis & gentibus ita factum est. quia Deus, conclusit, id est, permisit concludi omnia, id est Iudæos & gentes, In incredulitate, quia aliter ex superbia ruerent. Hîc videtur aliquo modo mysterium exponere. Conclusit enim deus omnia in incredulitate, vt de amaritudine infidelitatis suæ pœnitendo con-

Ambrosi⁹ | Ambros. | Ambrosi. | Aimo. | Ambrosi⁹ | Augu. de ciuit. dei.

confusi, & ad dulcedinē misericordiæ dei credendo conuersi, humiliores permanerent, & vt gratia muneris esset gratissima: & clamarent, Quàm magna multi.d.t.domine. Conclusit dico, tamen ita, Vt misereatur omnium, id est Iudęorum & gentilium quod nullum damnaturus sit: quod quidam falso opinati sunt. [O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum. Amen.] O altitudo, &cætra. Pręmiserat sententiam miræ profunditatis, scilicet quod deus conclusit omnia in incredulitate, vt omnium misereatur, cuius profunditate, velut horrore percussus, & velut abyssi altitudinem expauescens Apostolus exclamat. O altitudo, &cætera. Valde enim paruum sensum habemus ad discutiendam iustitiam iudiciorum dei, ad discutiendam gratuitam gratiam nullis meritis præcedentibus redditam: nec tam mouet nos quòd gratia pręstatur indignis, quàm quòd indignis æquè aliis denegatur. Scio enim quòd sicut impossibilitas, ita & iniquitas non est apud deum: & scio quòd resistit superbis, & humilibus dat gratiam. Illud verò obscurum est, quare quibusdam indignis dat, quibusdam negat. Aliquid est in abdito & profundo iudiciorum dei. Similiter nec illud perspicuum est, quare hoc modo saluauerit Iudæos & gentes, vt prius permitteret eos concludi in infidelitate. Si quis ergo quęrat, quare sic saluantur, cum multi alij modi saluationum sint, hoc se nescire per animi rationem innuit Apostolus: quasi dicat, Excæcauit deus gentes & Iudæos ad tempus, vt omnium misereatur. Quare sic factum sit, non putes posse comprehendi. Hæc est enim altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quæ gentiles & Iudæos multifaria prouidentia adquisiuit ad vitam. Hanc igitur admiratur Apostolus dicens, O altitudo diuitiarum, hoc dicit, quia multa scit, & profunda sapientiæ, quæ est de rebus spiritualibus, & scientiæ dei, quæ est de mundanis. Omnium enim diuinarum humanarúmq; rerum sublimis

[Margin notes: Ambros. — Augu. de cor. & gr. — Augu. de spū & lit. — Ambrosi. — Aimo.]

& profunda cognitio est apud deum, qui solus sicut sunt omnia intuetur, ad cuius notitiā omnis sensus noster retunditur. Quàm incomprehensibilia, & cætera. quasi dicat, sicut sapientia & scientia eius sunt incomprehensibiles, sic & iudicia pro quibus cepit de sapientia & scientia. & hoc est, Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, id est, dispositiones de omnibus rebus? Et quàm inuestigabiles viæ eius, id est impletiones, quia nec in exhibitione potest cognosci quod disposuit. Deinde vtens verbis Esaiæ, altam esse sapientiam dei probat subdens, Quis enim, quasi dicat, Verè est alta sapientia & scientia. Quis enim cognouit, hoc Esaias dicit, Sensum domini? in sapientia & scientia. Aut quis consiliarius eius fuit? In dispositione, vel exhibitione rerum, id est, quis fuit, cuius consilio ageret, vel qui eius consilium sciret?

Ambrosi⁹ Patris consiliarius est vnigenitus filius eius, qui & angelus magni consilij appellatur: sed ex hominibus, & angelis nullus ei fuit consiliarius. Aut quis prior, quasi dicat, & si iudicia dei nō possumus scire, saltē hoc constat quòd sola gratia dat bona, non ex præcedenti merito. & hoc est quod ait, Aut quis prior dedit illi fidem & bona opera, priusquam ab eius gratia præueniretur? Et retribuetur ei, merces à deo ex hoc quod fidem suā prior dedit illi? Nullus.

August. Quoniam potius, Omnia sunt ex ipso patre, ex quo filius est:

Aimo. Et per ipsum, filium, per quem omnia facta sunt:

August. Et in ipso, spiritu sancto, quia sola dilectione creauit, & conseruat omnia.

Aimo. Ecce trinitas personarum hîc ostenditur, & essentię vnitas.

Aimo. Tres enim diuersę prępositiones,

Augusti. scilicet, ex, per, in, distinctionem personarum indicāt. Ipse verò, id est pronomen repetitum identitatem substātiæ insinuat: sicut & illud quod subdit, Ipsi gloria, non dicit ipsis. Non enim duos, aut tres deos fides catholica prædicat, sed ipsam trinitatem, vnum deum: nō vt eadem trinitas simul possit dici aliquando pater, aliquando filius, aliquādo spiritus sanctus, sicut Sabellius credit: sed vt pater non sit, nisi pater: & filius non sit, nisi filius: & spiritus sanctus, non nisi spiritus sanctus: & hæc trinitas, non nisi vnus deus. Hanc trinitatem apostolus creditur insinuasse, cum dicit, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Cum

Cum audimus omnia esse ex deo, omnes vtique naturas intelligere debemus, & omnia quæ naturaliter sunt. Neque enim ex ipso sunt peccata quæ naturam non seruant, sed vitiant, quæ peccata ex voluntate peccantium nascuntur. & cum in deo sint omnia quæ condidit, non tamen inquinant eum qui peccant. De cuius sapientia dicitur, Attingit omnia propter suam munditiam, & nil inquinatũ in eam incurrit. Attẽdendum etiam est, quòd nõ ait de ipso, sed ex ipso sunt omnia. Ex ipso enim non hoc significat pœnitus quod de ipso. Quod enim de ipso est, potest dici ex ipso, sed non omne quod ex ipso est, potest dici esse de ipso, quia non est de substantia sua. Ex ipso enim sunt cælum & terra, quia ipse fecit ea: non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si gignat filium & faciat domum, ex ipso est domus, ex ipso est filius: sed filius de ipso, domus verò de ligno, & de terra est. Oportet igitur vt creatorem, per ea quę facta sunt, intellectu conspicientes trinitatem intelligamus, cuius trinitatis vestigium in creaturis apparet. In illa enim trinitate summa, est origo omnium rerum, & perfectissima pulchritudo, & beatissima dilectio. Itaque illa tria à se inuicẽ determinari videntur, & in se infinita sunt. Ita & singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & vnum omnia. Non ergo confusè accipiendum est quod ait apostolus ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso dicit propter patrem, & per ipsum propter filium, in ipso propter spiritum sanctum. Non ait ex ipsis, per ipsos, & in ipsis: nec ait ipsis gloria, sed ipsi. Insinuare volens hanc trinitatem vnum deum esse. Illud verò vigilanter intende, ne quia patrem volens intelligi, dicit ex ipso, sic intelligas omnia esse ex patre, vt neges omnia esse ex filio, vel ex spiritu sancto. cum ex patre, & per patrem, & in patre omnia esse sanè dici possit, similiter de filio & spiritu sancto dici potest. Ac per hoc, dum dicitur ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, sine dubiò patris, & filij, & spiritus sancti, demonstrabitur æqualitas. Et quia nõ antè nominauerat patrem, vel filium, vel spiritum sanctum, sed deum & dominum, quod ipsa trinitas dici potest, singula horum trium referri ad singulos voluit, sub-

[Margin notes: Augu. de nat. boni. — August in eodem. — Attede. — Augusti. — Augu. de trinitate. — Caue. — August. — August. in eodem.]

aut ſpiritus ſanctus: id eſt quia ſola eſt iſta, non inde trini-
tas, ſine ſubſtantia perſonarum, ſicut Sabelliani putaue-
rũt: ſed ideo ſimplex dicitur, quia eſt hoc quod habet, ex-
cepto quòd relatiuè quoque perſona ad alteram dicitur,
nec eſt ipſa. Nam vtique pater habet filium, ad quem rela-
tiuè dicitur, nec tamen eſt filius: & filius habet patrem, nó
tamen ipſe eſt pater. propter hoc itaque & natura hæc di-
citur ſimplex, quòd non ſit aliud habens, & aliud id quod
habet, ſicut & in cæteris rebus eſt. Non enim habens, li-
Augu. ad Maximi. quorẽ, liquor eſt, nec corp⁹ color, nec aer lux. Non ergo
pater ſolus, nec ſolus filius, nec ſolus ſpiritus ſanctus deus
eſt: ſed ipſa trinitas, vnus deus eſt ſolus. Ipſi gloria, quaſi
dicat, & cum talis ſit, ipſi ſecundum ſubſtantiam ſingula-
riter vni ſit gloria non ipſis, & hoc in ſecula ſeculorum.
Amen.

CAPVT XII.

OBſecro itaque vos fratres per miſericordiam dei, vt
exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſan-
ctam, deo placentem, rationabile obſequium veſtrũ.
Et nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in no-
uitate ſenſus veſtri: vt probetis quæ ſit voluntas dei bona,
& beneplacens, & perfecta.] Obſecro vos itaq;. Poſt tra-
Ambroſi⁹ ctatum legis & fidei, & naturã Iudaici populi & gentilis
ad bonam vitam agendam hortatur. Hucuſq; enim ne al-
ter aduerſus alterũ ſuperbiret monuit. Hinc moralis am-
monitio qua monet, vt alter de alterius vtilitate laboret.
q.d. quia in ipſo ſunt omnia. Itaque obſecro vos fratres,
quaſi dicat, quod rogo fraternitas exigit, obſecro dico, &
hoc, Per miſericordiam dei, id eſt per apoſtolatum miſe-
ricorditer mihi à deo commiſſum, vel per miſericordiam
à deo vobis factam & exhibitã. Quod rogo, Vt exhibea-
tis, id eſt offeratis, Corpora veſtra, non tamen mentes,
ſed etiã corpora. licet caro repugnet. Offeratis dico, Ho-
ſtiam, in mortificatione carnalium deſideriorum, Viuen-
tem, per bona opera, Sanctam, in deo, ſcilicet firmam.
Augu. de ciuit. dei. Deo placentem, vt bona intentione faciatis. Verum enim
ſacrificium eſt omne quod agitur, vt inhæreamus deo:
relatum

relatum, ſcilicet ad illum finem boni, quo beati veraciter eſſe poſſimus. Vnde & ipſe homo dei nomine conſecratus, & deo votus in quantum mundo morimur, vt iuuat deo, ſacrificium eſt verum, Tũc ergo corpora noſtra ſunt hoſtia deo acceptabilis, ſi ipſa incõtaminata ſeruem°, diſſimiles illis qui voluptatibus carnis ſeruiũt. Et nota quod ait hoſtiam viuentem olim quod apud veteres, oblata hoſtia occîdebatur, vt homines cauſa peccati, æternæ morti ſubiecti oſtenderentur. Hunc autem quia per donum dei purificati ſunt homines, & à ſecunda morte liberati, viuã hoſtiam debent offerre vt ſit ſignum vitæ æternæ. Non enim ſicut tunc, corpora pro corporibus immolantur, ſed corporum vitia perimuntur. Rationabile, quaſi dicat, Exhibete corpora veſtra hoſtiam: tamen, Obſequium veſtrũ, totum in prædictis ſit, Rationabile, id eſt cum diſcretione ne quid minus ſit: ſed cum temperantia, veſtra corpora caſtigetis, vt non naturæ defectu cogantur diſſolui, ſed vitiis mori. Et nolite. Hîc anima iubetur in ſacrificium deo offerri, ſicut antè iuſſerat deo corpora offerri. Si ènim corpus quo inferiore tanquam famulo, vel inſtrumento vtitur anima, cum eius bonus vſus & rectus ad deum refertur, ſacrificium eſt, multo magis anima ipſa ſit ſacrificium, cum igne diuini amoris accenſa, formam concupiſcentiæ ſecularis amittit, & deo ſe referens ei tanquam incommutabili formæ ſubdita reformatur. & hoc eſt quod ait, quaſi dicat, offerte corpora veſtra, Et, etiam animas, hoc modò Nolite, in veſtra enim manu eſt, Conformari huic ſeculo, id eſt formam concupiſcentiæ ſecularis accipere. Sed reformamini, qui in Adam fuiſtis deformati. quia in eo partim eſt amiſſa imago dei. Nam ſi nõ amiſiſſet homo imaginem dei, & rurſum ſi totum amiſiſſet, nõ diceretur, Reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vel mentis veſtræ: vt incipiat illa imago ab illo reformari, à quo formata eſt. Non enim reformare ſe ipſam poteſt, ſicut potuit deformare, Vel reformamini, quaſi dicat, item itemque de die in diem quæ reformatio fit in his qui ſemper proficiunt, & in ea quę antè ſunt, ſe extendunt, nouum hominẽ Chriſtum imitantes. Vnde ſubdit, Reformamini, dico, In nouitate ſenſus veſtri, vel mentis veſtræ, id eſt mentem cui

Ambroſi°.

Augu. de ciuit. dei.

Auguſt.

Augu. de trinitate.

non

Augu. de pfectione iustitiæ ho.

non damnãtur peccata reformamini ad modum noui hominis. Et nota quod hîc est generalis prohibitio, & generalis iussio, prohibitio enim est, Nolite conformari huic seculo. Iussio autem est, Sed reformamini in nouitate sensus vestri. Illud pertinet ad non concupiscere, hoc ad diligere: illud ad continẽtiam, hoc ad iustitiam: illud ad declinandum à malo, hoc ad faciendum bonum. Non concupiscendo enim vetustate expoliamur, & diligendo nouitate induimur. Ad hoc vtique reformamini, Vt, in vobis ipsis experimento, Probetis quæ sit voluntas dei.i. quid deus velit, quæ voluntas est bona, quia quicquid deus vult bonum est. Et beneplacitis illis, qui intelligunt & experti sunt. Et perfecta in omni bonitate, vt nihil sit melius. Et nota quia voluntas dei dicitur, siue ipsa, qua vult quæ in deo deus est, siue illud quod vult: hîc autem accipitur dei voluntas qua vult, quæ semper impletur, quæ beneplacitũ dei vel dispositio interdum appellatur. De qua propheta ait, Omnia quęcunque voluit fecit. Et Apostolus, Voluntati eius quis resistit? Omnia ergo bona quæ fiunt, deus fieri vult, quorum ipse author est, mala verò non vult fieri, nec tamen vult non fieri. Si enim vellet non fieri, & fierẽt, voluntati eius aliquid resisteret. sed tamen fieri ea præscit. Præterea voluntas dei dicitur eius operatio, vel permissio. Vnde Augustinus, Non fit aliquid quod omnipotens fieri non velit, vel sinendo vt fiat, vel ipse faciendo.

August. in enchirid.

Item voluntas fieri dicitur interdum eius consilium, vel approbatio, præceptio, vel prohibitio. [Dico enim (per gratiã quæ data est mihi) omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ, & vnicuique sicut deus diuisit mensuram fidei.] Dico.n. per gratiam, quasi dicat, Illud obsecro vt non conformemini sæculo, sed reformemini In nouitate sensus vestri. Hoc autem prohibeo, Dico enim per gratiam, Apostolatus.i. authoritate apostolica, Quæ data est mihi non plus sapere.i. inuestigare de misteriis diuinis. Quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: vel, Ad temperantiam.i. sine præsumptione, & temperanter, quod præceptum. omnes hæretici trãsgressi sunt. & hoc dico non omnibus vobis, Sed omnibus qui sunt inter vos, tales, quia nec omnes hoc

hoc agebant, sed quidam inter illos. Et sciendum quia hoc est sacrificium Christianorum, vt multi vnum corpus sint in Christo. Hoc enim in sacramento altaris fidelibus voto demonstratur ecclesiæ, quæ in ea re quam offert significatur. Sicut enim panis ex multis conficitur granis, ita ex multis fidelium membris sancta constat ecclesia, qui creatoris sui participatione congauderet, cuius munere sancti sunt & vnum, quod in sequenti ostenditur, vbi ait, Multi vnum corpus sumus in Christo, quod non potest fieri nisi sapiant ad sobrietatem quod hîc præcipit. Et vnicuique. Sicut monuit ne de priori statu superbiant, ita ne de donis quæ in fide recipiuntur. q. d. præcipio nō plus sapere quàm oportet, & præcipio, scilicet maiori vel minori sapere, Sicut diuisit deus mēsuram fidei. i. ea ratione qua deus dedit vnicuique diuisim dona mensurata, quæ fides meretur, quod ideò fecit, vt nec indigeat, & sit subseruiendi materia, vt ita sit mutua dilectio. Apertè ostendit Apostolus in his verbis hoc debere, nos sapere quod iustitiæ terminos non egrediatur, vt non nobis solis vtile sit, sed & nulli obsit: vel ita, Et vnicuique præcipio non plus sapere, Sicut diuisit mensuram fidei, id est secundum fidem quam deus mensuratè diuidit. Nam & fidem mensuratè partitur deus vnicuique, & hæc est operans per dilectionem sine qua nulla cuiusque bona opera existimanda sunt, ex qua omnis iustitia sumit initium, quæ non est tribuenda libero arbitrio, nec illis præcedentibus meritis, quia inde incipiunt omnia bona quæcunque merita. Opera quippè bona fiunt ab homine, fides autem fit in homine, sine qua illa à nullo fiunt homine. Fides ergo donum dei est quam partitus deus, Vnicuique, sicut & alia dona sancti spiritus, sine quo spiritu sancto constat Christū nos diligere, & eius mandata seruare non posse: & id nos posse, atque agere tanto minus, quanto illum percipimus minus, tanto amplius quanto illum percipimus amplius. Idcóque non solum non habenti, verum etiam habenti non incassum promittitur: non habenti quidem vt habeatur, habenti autem vt amplius habeatur. Nam si ab alio minus, ab alio non plus haberetur, sanctus Elisæus sancto Eliæ non diceret, Spiritus qui est in te duplo sit in me

Augu. de ciui. dei.

Ambrosi.

Augustin.

Augu. ad Iulianum

Christo

Christo autem qui est dei filius, non ad mensuram datus est spiritus, quia in illo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Neque enim sine gratia spiritus sancti, est mediator dei & hominum homo Christus. Quod enim vnigenitus est filius, æqualis patri, nō est gratię sed naturæ. Quod autem in vnitate personæ vnigeniti assumptus est homo, gratiæ est non naturæ. Cæteris autem omnibus ad mensuram datur, & datus additur, donec vnicuique pro modo suæ perfectionis propria mensura compleatur. Vnde Ioannes de Christo loquens ait. Non enim ad mensuram deus dat spiritum. Cæteris verò diuiditur, non quidem ipse spiritus, sed dona eius. Et sciēdum quod obtemperandum est apostolo præcipienti vnicuique sapere secundum mensuram fidei. Si enim pro viribus suis alitur infans, crescit vt plus capiat: si autem vires suæ capacitatis excedit, deficit antequam crescat. [Sicut enim in vno corpore multa mēbra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra, habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam, secundum rationem fidei: siue ministerium, in ministrando: siue qui docet, in doctrina: qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit, in simplicitate: qui præest, in sollicitudine: qui miseretur, in hilaritate: dilectio, sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono: charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem præueniētes: sollicitudine non pigri: spiritu feruentes, domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos. Benedicite, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus.] Sicut enim, quasi dicat, ideò mensuratè diuisit dona, quia multi vnum corpus sumus, & ideò omnia necessaria danda, sed non in vno. & hoc est quod ait, Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non habent eundem actum: ita nos, Multi, per diuersa dona, Vnum corpus sumus in Christo, inuicem subseruiendo. Ecce corporis exemplo docet, non posse nos singulos habere omnia, ac per hoc curam nostri

Augu. de ciuit. dei.

inuicem

inuicem nos agere debere, quia inuicē officiis nostris indigemus. Singuli autem, quasi dicat, omnes vnum corpus sumus in Christo, Singuli autem, sumus membra: Alter quidem, est Membrum alterius, & ita sumus aliis seruientes, & aliis indigentes. Ideò dicitur Singuli, quia nullus excluditur, maior vel minor. Habentes autem, vel, Igitur, quasi dicat, singuli sumus membra: ad hoc, Autem, sumus, Habentes donationes differentes, id est dona differentia. Habentes dico secundum gratiam, Quæ data est nobis. Vel ita lege, quasi dicat, Singuli sumus membra. Igitur in differentibus donis hoc agatur. & hoc est quod ait, quia sumus membra, Igitur habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis, scilicet simus membra alter alterius. Quæ autem illæ sint gratiæ, ex quarum diuersitate dicuntur membra, & qualiter in illis nobis inuicem subseruire debeamus aperit dicens, Siue habentes prophetiā, id est reuelationem futurorum, vel quorumlibet occultorum, simus membra aliorum, vt illis prophetemus: habētes dico, Secundum rationem fidei, quia vt exigit fides eorū, vel auditorum datur prophetia. Et nota quod in enumeratione gratiarum à prophetia incipit, quæ est prima probatio, quod fides nostra sit rationabilis, quia credentes accepto spiritu prophetabant. Siue ministerium, ecclesiasticum habentes, vt presbyteri simus membra aliorum, In ministrando, assiduè, Siue qui docet, id est qui habet gratiam docendi sit membrum alterius, In doctrina, id est in exhibitione doctrinę. Qui exhortatur, id est qui habet gratiam exhortandi sit membrum alterius in exhortādo. Qui tribuit, eleemosynas tribuat, non in duplicitate præsentis & future gloriæ, sed, In simplicitate, futuræ gloriæ, & ita sit membrum alterius. &, Qui pręest, vt princeps, pręsit In sollicitudine, id est vt sollicitè agat, & ita sit membrum alterius: &, Qui miseretur, id est qui habet gratiam compatiendi, oppresso, hoc faciat, In hilaritate. id est læto animo subueniat. & ita sit membrum alterius, quoniā in multis offendimus omnes, suggerit apostolus dominicam, & cotidianam medicinam. Hæc enim miseratio est cotidiana medicina cotidianis & si leuioribus tamen vulneribus & multis. Iudicium enim sine misericordia fiet illi qui non fecit

Ambrosi⁹ August. Hiere.

fecit misericordiam. Vnde dominus ait, Dimittite & dimittetur vobis. Date & dabitur vobis. Et hoc vtique iustū est vt dimittatur dimittenti, & detur danti. Inest quippe deo & misericordia iudicāti, & iudicium miserenti. Quisquis verò quasi nimis iustus & securus iudicium expectat sine misericordia, irā prouocat. Misericordia hæc est multiplex, scilicet dare alij, peccanti ignoscere, oppresso subuenire &c. Et ideò non superfluè hoc subdit de misericordia, ponendum vnum misericordiæ membrum, cum præmissum sit aliud membrum misericordiæ, vbi ait, qui tribuit in simplicitate, hoc dicit in hilaritate. Simplicitas excludit hypocrisim. Hilaritas gaudium ostendit fretum spe futuri. Omnis ergo misericordia, & simpliciter, & cū gaudio debet fieri. Dilectio, qua diuersa dona vniuntur sit, Sine simulatione, & sic erit alter alterius membrum: & sitis, Odientes malum, & adhærentes bono, vt nec dilectio amici faciat malum amare, nec malum faciat bonum dimittere. & sitis Diligentes inuicem charitatem fraternitatis, id est quod fratres charitatem habent inter se: vel sitis volentes à fratribus rediligi: & sitis, Inuicem præuenientes, vos, Honore. i. in qualibet reuerentia. Alter non est fraternus amor, nisi mutuis se præueniant obsequiis. & sitis, In sollicitudine non pigri, id est si solliciti estis corde non sitis pigri opere. Maledictus enim est sicut Ieremias ait, qui opus dei fecerit negligenter, quia pigri in conuersatione diuina sine spe sunt: & ideò vt pigritiæ frigus pellatur, sitis Feruentes spiritu, id est igne charitatis, & si actu non potestis implere quod vultis. Ideò autem dicit, Feruente:, quia spiritus sanctus ignis est quo feruet charitas quę diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum: cui feruori contrarium est, quod dicit dominus, Refrigescet charitas multorum. De hoc igne dominus ait, Ignem veni mittere in terram. Domino. vel, Tempori, quasi dicat. Quanuis dixerim, vt spiritu feruentes sitis, tamen non passim, & importunè verba dei ingeratis, sed, Tempori, id est opportunitati sitis Seruientes, vt modestè cum honestate, & aptis locis, & personis, & apto tempore fidei verba loquamini. Vel dando proximo sitis Domino seruientes, quasi dicat quod proximo impenditis credite vos impendere

Ambrosi⁹ Augusti.

Ambrosi⁹ Ambrosi.

Aimo. Augu. de blasphemia spūs sancti.

pendere deo & in his ſitis, Gaudentes ſpe, vt non niſi ęterna ſperetis, & inde gaudeatis. Certi enim de futuris gaudent, quia ſperant certiſſimè ſe accepturos, & ideò patientes ſunt in tribulationibus. Vnde ſubdit, In tribulatione, quaſi dicat hoc agite quæ dixi, & ſi in his bonis malà occurrunt, ſitis Patientes in tribulationibus: & vt poſſitis mala pati, ſitis Inſtãtes orationi, quia adhuc differtur res, & ideò neceſſaria eſt oratio. Neceſſitatibus, quaſi dicat patiamini, Et neceſſitatibus ſanctorum, ſitis Communicãtes, veſtra, id eſt ſanctis paſſis veſtra communia facite, & recipite ſanctos in hoſpitio. quod ita ait, ſitis Sectantes hoſpitalitatem, exemplo Abrahæ, & Loth. Et etiam, Benedicite, id eſt bona orate, Perſequẽtibus vos. Per hoc remouet eos à cõmuni cõſuetudine, ne irato animo incitati, vt prius facilè maledicant, ſed magis victa iracundia benedicant, vt laudetur dominica diſciplina: ideóque repetit, vt hoc ſemper faciendum doceat dicens, Benedicite, quaſi dicat itẽ itẽq;. Et nolite maledicere, quaſi dicat benedictio veſtra ſit ſine ammixtione amaritudinis. Et etiã debetis Cum gaudentibus gaudere, de profectu. & debetis Cum flentibus flere, de eo vnde flendum ſit, vt de lapſu alicuius, vel de gloriæ dilatione, Et ſitis [Idipſum inuicẽ ſentientes, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona non tantum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt (quod ex vobis eſt) cum omnibus hominibus pacem habentes. Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum,] Idipſum inuicem ſentientes, cum illis in gaudio, vel in fletu. & pro his omnibus prædictis & aliis, Non, ſitis, Sapientes alta, in corde ſaltem: Sed, ſitis, Conſentientes humilibus, id eſt humilium imitatores. Et nota quòd non ait, colloquentes humilibus, ſed conſentientes, quod non ſit ore tantum, quia tunc vera eſt humilitas, ſi non eſt

[Margin notes: Auguſt. in pſal. 83. — Ambroſi. — Ambroſi⁹ — Auguſt. in pſal. 130.]

lingua

lingua sola, sicut hypocrita, qui dicit se peccatum non habere foris, fingit humilitatem, intus amplectitur vanitatē, ergo in corde & in ore non habet veritatem. Ideò ergo
Ambrosi. dixit, non alta sapientes, ne sit elatio in animo, & ne præsumentes de se condoleant aliis, sed exprobrēt, quasi peccatoribus. Hæc est superbia quæ cum se præponit offendit. deinde adiunxit, Sed humilibus consentientes, vt aliena causa sit eorum, vt ita gratiam habeant apud deum qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam. Et nolite esse prudentes apud vosmetipsos, id est ne prudentiam vestrā apud vos tātum, sed magis apud proximos exerceatis, etiā si quis eorum offendit. Vnde subdit, Nulli, sitis, Reddentes malum pro malo, etiam si qui offendant vos. Deinde monet ne etiam licita cum scandalo fiant, dicens, & sitis Prouidentes bona, non tantum coram deo, id est in secre-
Ambrosi. to cordis, sed etiam coram omnibus hominibus, vt nō fiat scandalum, sed bonum exemplum, quia illud fieri debet, quod & deo non displiceat, & fratri scandalum non sit. Et etiam sitis, Habentes pacem cum hominibus si fieri potest, vt assentiant. si verò non potest fieri, malorum iniquitate merente, saltem, Quod ex vobis est, facite. s. quod ad vos pertinet. i. pacem cum eis habete quantum in vobis est, vt etiam cum his qui oderunt pacem sitis pacifici. Vel, Sitis habētes pacem cum omnibus hominibus, si fieri potest. ideò dicit si fieri potest, quia difficilè est. Quod tamen licet sit difficilè, Est ex vobis, id est in potestate vestra, scilicet habere pacem cum omnibus. Et non sitis, Defendentes vosmetipsos charissimi, id est non sitis referientes aduersarios. Sed date locum iræ, id est iudicio dei. At-
August. in psal. 83. tende quod non præcipit vt nolint sancti vindicari à deo quod clamant sancti, sed vt non seipsos vindicantes dent locum iræ dei, qui dixit, Mihi vindictam, ad quem in apocalypsi sancti clamant, Vindica domine sanguinem nostrum. Quod aliter oporteat accipi, non est prætereundū, ne videantur sancti, propter exaturandum odium desiderare vindictam, quod ab eorum perfectione longè est. Nō ergo vindictam volunt propter exaturandum odium: sed tamen scriptum est, Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Præcipit autem Apostolus hîc, vt dictum est, vt non

non ipsi se vindicantes dent locum iræ dei. Sed si vult bonus, vt deus inimicum puniat, vbi ergo est illud. Diligite inimicos vestros, benefacite illis qui oderunt vos: & illud, Non reddentes malum pro malo. Nónne hoc est reddere malum pro malo? & non diligit, nec bonum facit inimico? Cum igitur & homo iustus, & homo malus de inimicis suis velint à domino vindicari, in quo discernuntur. Sed bonus magis cupit corrigi inimicum quàm puniri, & cum deus punit nõ delectatur de pœna inimici, quia non odit eum, sed de iudicio dei, quia deum diligit. Hoc ei placet quod domino, quia & deus quem in hoc sequitur, pluit hîc super iustos & iniustos: tamen & in hoc sæculo asperis corripit, & pertinaces in fine damnabit. Huic ergo reseruanda est vindicta. Vnde ait, Date locum iræ, id est vindictæ dei. vel, iræ aduersariorum. Ille dat locum iræ aduersarij, qui permittit aduersario facere quod vult. Et debetis dare locum iræ dei. Scriptum est enim in Prouerbiis, Mihi vindictá, reseruaui, vel vos reseruate, Et ego retribuam, dicit dominus, id est vindicabo, & qui non facit, deum contemnit. Sed si esurierit. Nota insolentiam sed coniunctionis, ita est enim prosequendum, quasi non sit ibi interposita vtraque coniunctio. Ac si diceret sine sed, Si esurierit &c. Vel ita potest legi vt neutra superfluat coniunctio, quasi dicat non solum non defendatis vos, Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi, id est in vitæ necessariis subueni illi. Hoc enim faciés, quasi dicat ideò facito hoc, quia, Hoc faciens congeres carbones ignis, id est feruorem charitatis, vel sancti spiritus, vel vrentem pœnitentiæ ardorem, Super caput eius, id est mentem eius. Et si non pœnitet, tamen, Noli vinci à malo, sed vince malum in bono, id est in patiendo, quia si repercutis, similis ei nequam fies. Bonitate ergo contende contra illum. Et est vera contentio, & salubrę certamen, vt sit bonus contra malum, non vt sint duo mali, si tu iam non es malus, opta malo vt sit bonus, displiceat tibi quod malus est, placeat vt fiat bonus ne sint duo mali.

Aimo.

Augu. sup psal. 33.

CAPVT XIII.

OMNIS anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à deo: quæ autem sunt à deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa: dei enim minister est tibi in bonū. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram, ei qui malè agit. Ideóque necessitati subditi estote, non solum propter iram, sed etiā propter cōscientiá. Ideò. n. & tributa præstatis, ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes.] Omnis anima. Et hîc ad humilitatem inuitat, videbatur enim quibusdam quod mali domini & maximè infideles non debent fidelibus dominari, & si boni & fideles essent, bonis & fidelibus deberent esse pares, quam etiam superbiam remouet hîc Apostolus à parte superiore. i. anima significans totum hominem. Quid est enim omnis anima nisi omnis homo? quasi dicat. Omnia prædicta facienda sunt, & si ita perfecti estis in corpore Christi, tamé Omnis anima, subdita sit, id est omnis homo subditus sit, quem nomine animæ, ideò significo vt non solum in corpore, sed & voluntate seruiatis. Omnis, ergo, Anima subdita sit, vt etiam voluntate seruiat homo, Potestatibus, secularibus, bonis vel malis. s. regibus, principibus, tribunis, cēturionibus, & aliis huiusmodi. Si enim bonus fuerit qui tibi præest, nutritor tuus est: malus si fuerit, tentator tuus est, & nutrimenta libenter accipe, & in tentatione approbare. Esto ergo aurum, & attende mundum istum, quasi fornacem aurificis. Sit ergo omnis anima sub. potestatibus sublimioribus, id est in hoc quod sublimes sunt. i. in mundanis. Vel causa notatur cum dicit sublimioribus, id est quia sublimiores sunt. Non est enim. probat quòd debent subiici, hoc modò, quia omnis potestas est à deo, sed quæ à deo data sunt, ordinata sunt, igitur potestas est ordinata, id est quicunque habet potestatem dei, ordinatione habet. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, & hoc est quod dicit, quasi dicat. Ideò debes subiici potestati, quia, Non est potestas, alicui homini, vel bono, vel

August. super Ioan.

Aimo.

Augusti.

vel malo. Nisi à deo, data. Vnde Pilato dominus ait, Non haberes in me potestatem, nisi datum esset tibi desuper. Malitia hominum, cupiditatem nocendi per se habet: potestatem si ille non dat, non habet. Ideóque diabolus antequàm aliquid tolleret Iob, dicebat domino, Mitte manū tuam, id est da potestatem, quia etiam nocētium potestas, non est nisi à deo. Sicut scriptum est loquente sapientia, Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terram. Vnde Iob de domino ait, Qui facit regnare hypocritam propter peruersitatem populi. Et de populo Israel dicit deus, Dedi eis regem in ira mea. Nocendi voluntas potest esse ab hominis animo. potestas autem non est nisi à deo, & hæc est abdita aptaque iustitia. Iniustum enim non est vt improbis accipientibus nocendi potestatem bonorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. Nam per potestatē diabolo datā, & Iob probatus est vt iustus appareret: & tentatus est Petrus, ne de se præsumeret: & Paulus colaphizatus, ne se extolleret: & Iudas damnatus, vt se suspēderet. Cum ergo deus iustos faciat suos per potestatem diabolo datam, tamen pro iniqua nocendi volūtate, quæ diaboli ipsius fuit, ei reddetur in fine suppliciū. Quæ autē sunt à deo ordinata, id est rationabiliter ab eo disposita sunt. Iob ait, Deus potentes non abiicit, cum & ipse sit potens. Gregorius deum imitari desiderat, qui fastigium potentiæ alienis intentus vtilitatibus, & non suis laudibus administrat. Qui prælatus cæteris prodesse appetit non præesse. Timoris nanque elatio non ordo potestatis in crimine est, potentiam tribuit, elationem verò potentiæ malitia nostrę mētis inuenit. Tollamus ergo quod de nostro intulimus, & bona sunt quæ domino largiente possidemus: quia nequaquam iusta potentia, sed actio praua damnatur. Itaque qui resistit, vel dolo, vel vi, Potestati, id est homini habenti potestatem, in his, scilicet quæ ad potestatem pertinent, vt in tributo, & huiusmodi. Dei ordinationi resistit. i. habenti potestatem dei ordinatione. Non ergo secundum dei ordinationem agit. de potestate bona patet quòd deus præfecit eam rationabiliter: de mala etiam videri potest dum boni per eam purgantur, & mali damnantur, & ipsa deterius præcipitatur,

Augu. de natura boni.

pitatur. Et nota quòd nomine potestatis interdum accipitur potestas ipsa quæ datur alicui à deo, aliquando ipse homo habens potestatem quod diligẽs lector distinguat. Qui autem, quasi dicat qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Hoc autem tam graue est, quòd, Qui, ei, Resistit, ipsi sibi acquirit damnationem, & ideò non deberet quis resistere, sed subiici. Si tamen illud iubeat quod non debes facere: hîc sanè contemne potestatem timendo maiorem potestatem. Ipsos humanarum rerum gradus aduerte, si quid iusserit curator, nunquid faciendũ est si contra proconsulem iubeat? Rursum, si quid ipse proconsul iubeat, & aliud iubeat imperator, nunquid dubitatur illo contempto illi esse seruiendum? ergo si aliud imperator, aliud deus iubeat contempto illo obtemperãdum est deo. Nam principes, quasi dicat meritò acquirunt damnationem qui potestati resistunt. Nam principes boni vel mali nón sunt, Timori boni operis, sed mali, id est non sunt ad timorem his qui benè operantur, sed his qui malè. Si enim bonus est princeps benè operantem non punit, sed diligit. Si verò malus est non nocet bono, sed purgat eum. Malus verò debet timere, quia instituti sunt principes vt mala puniant. Principes dicit illos quia propter corrigendam vitam, & prohibendo aduersa creãtur, dei habentes imaginem, vt sub vno cæteri sint, Vis autem, quasi dicat malè operantibus sunt timori, Tu autem vis non timere potestatem, quæcunque sit siue bona, siue mala. Fac bonum, & nó est vnde timeas, imò, Habebis laudem ex illa, & si mala est, dum tibi causa est maioris coronæ. Si autem iusta est potestas, habebis laudem ex illa, etiam ipsa laudante. Si iniqua est, habebis laudem ex illa, non ipsa laudante, sed ipsa tibi laudis occasionem præbente. Verè ex illa laudem habebis. Dei enim minister est tibi in bonum, id est tibi est faciens bonum siue bonus, siue malus sit, quia exercet, vel datus est a deo in bonum tuum, vt tueatur te & tua. Manifestum est enim quod ideò dati sunt rectores à deo ne malum fiat bonis. Si autẽ malè feceris. q. d. bono nó est timendũ. Si autẽ malè feceris time. Et timẽdum est, Enim. i. quia. Portat gladium. i. habet iudiciariam potestatẽ. Non sine causa, sed vt malos puniat, & hoc ostendit subdens.

Aug i ser. scti Laurentij.

Dei

Dei enim minister est.i. loco dei vindicat. ipse dico existens Vindex in iram dei.i.propter offensam dei vindicādam. Vel vindex in iram dei futurā ostendendam.i.propter vindictam dei futuram ostendēdam, quia hæc punitio vindicat persistentes in malo,grauius esse puniendos. Dico quod vindex est,& hoc, Ei.i. ad damnum eius, Qui malum agit,& quia minister dei est, Ideò subditi estote ei, quasi ex necessitate. vel necessitati, alia litera.i.necessariæ ordinationi, Subditi estote, & hoc non solum propter irā principis,vel dei vitandam,Sed propter conscientiam.s. vt munda sit vestra mens,prælatum à deo diligendo, licet.n. omnes fideles inquantum fideles sunt,vnum sint in Christo,in cuius fide non est distantia Iudæi & Græci,domini & serui, & huiusmodi, differentia tamen est in conuersatione mortali, & eius ordinem in huius vitæ itinere seruandum esse apostoli præcipiūt. Alia sunt.n.quæ seruamus in vnitate fidei sine vlla distantia. Alia in ordine huius vitæ tanquàm in via, ne nomen domini, & doctrina blasphemetur. Ideò enim, Hęc est probatio subiectionis.q.d.subditi esse debetis,quia etiam Ideò.i.ad ostendendam subiectionem, Præstatis tributa, quod est signum subiectionis, non ait soluitis,sed præstatis,quasi reddituris,quia reddūt seruiendo in defensionem, dum pugnant pro patria,& dū agunt iudicia præstatis tributa,vos dico seruiētes deo. In hoc ipsum.i.propter hoc ipsum seruitis deo,quòd illis tributa datis. Verè per hoc seruitis deo. Ministri enim dei sunt. Ad hoc enim instituti sunt, vt boni laudentur, mali puniantur. Vel ita, Ministri enim.q.d.debetis præstare tributa. quia, Ministri dei sunt. Ipsi dico, Seruientes vobis, dum patriam defendunt. In hoc ipsum.i.propter hoc,scilicet propter tributū seruiunt vobis in defensione patriæ, & quia ministri dei sunt. [Reddite ergo omnibus debita, cui tributū tributū,cui vectigal vectigal,cui timorē timorem,cui honorē honorē. Nemini quicquā debeatis,nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum,legē impleuit. Nam non adulterabis,non occîdes,non furaberis, non falsum testimonium dices, non cōcupisces,& si quod est aliud mandatū,in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilexio proximi malum non

 operatur.

operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.] Reddite omnibus debita, vt sic laudetur disciplina euangelica, hoc modo, Cui, debetis, Tributum, reddite Tributum. Tributum dicit quod regiones soluunt. Cui debetis, Vectigal, reddite Vectigal. Vectigal dicitur stipendium, quod datur dominis quando per patrias vehuntur, vel tributum dicitur, quod domi soluitur: vectigal quod ad domum dñi vehitur. Cui, debetis Timorē reddite timorē, vt dñm timeamus, & personas vereamur. Cui honorē, debetis, reddite honorē, vt assurgere, & huiusmodi. Quis per singula: Nemini quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis, id est cætera ita soluite vt non debeatis aliquid. Charitatem verò ita soluite vt semper debeatis. Sola enim charitas est quæ etiam reddita semper detinet debitorem. Redditur enim cum impenditur. Debetur autem si reddita fuerit, quia nullum est tempus quo ipsa danda non sit, nec cum redditur amittitur, sed potius reddēdo multiplicatur. Habendo enim redditur non carendo, vt pecunia quæ reddi non potest, nisi habeatur, nec haberi nisi reddatur. Imò cum redditur ab homine, crescit in homine, & tāto maior acquiritur, quanto pluribus redditur. Hîc autem fit mentio de charitate, quia valet ad humilitatem prædictam. Et nota quòd pacem nos suprà monuit habere ad omnes. Hîc autem dilectionem dicit esse habēdam inter fratres quod notat dicēdo, Inuicem. Aliter enim verè fratres non sunt, & verè dilectio est habenda, quia, Qui diligit proximum, legem impleuit. & hoc per partes ostendit, dicens, Nam non. q. d. Verè impleuit, nam hoc præceptum, Non adulterabis: & hoc, Non occîdes: & hoc, Nō furaberis: & hoc, Non falsum testimoniū dices: & hoc, Non concupisces rē proximi tui. Et si quod est aliud mādatū, per Moysen datum, Instauratur. i. cōtinetur, & impletur. In hoc verbo. i. in hoc mādato, quod Moyses fecit in Leuitico. s. diliges proximū tuū sicut teipsum. In bono diligēdus est proximus, non in malo: quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam suam: & ita non seipsum diligit, quia nec proximū sicut seipsum. Et nota quia cum duo sint præcepta charitatis, in quibus tota lex pēdet & prophetæ: pro vtroq; sæpe vnū ponitur, non immeritò, quia deus, nec sine proximo, nec

Aimo.

Augu. ad Celestinū

Ambrosi.

Ambrosi.

Augu. de trini.

nec proximus ſine deo diligi poteſt. Hîc autem dilectio proximi ideò cõmemoratur, quia dilectio proximi in factis apparet. Dilectio verò dei amplius latet, & ideò hanc ſpiritualius ponit, de qua dominus ait, Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem, vbi illud mandatum maius dilectionis dei videtur eſſe prætermiſſum. Sed bene intelligentibus vtrunque inuenitur in ſingulis, quia qui diligit deum, non poteſt eum cõtemnere quem deus præcipit diligi. Et qui ſanctè ac ſpiritualiter diligit proximum, quid in eo diligit niſi deum? Ipſa eſt dilectio ab omni mundana dilectione diſcreta, quam diſtinguendo dominus ait, Sicut dilexi vos. Quid enim niſi deum dilexit in nobis, nõ quem habebamus, ſed vt haberemus, ſicut medicus diligere dicitur ægros? & quid in eis diligit niſi ſalutem quã cupit vtique reuocare, non morbum quem venit expellere? Sic ergo & nos inuicem diligamus, ait, quantum poſſumus inuicem: ad habendum deum in nobis, curam dilectionis attrahamus. Tunc eſt quippè optimus homo, cũ tota vita ſua pergit, in incommutabilem vitam, & toto affectu inhæret illi. Si autem ſe propter ſe diligit, non ſe refert ad deum, ſed ad ſeipſum conuerſus, non ad incommutabile aliquid conuertitur, & ideò iam cum defectu aliquo ſe fruitur. Si ergo teipſum, non propter te debes diligere, ſed propter illũ, vbi dilectionis tuę rectiſſimus finis eſt, nõ ſuccẽſeat alius homo, ſi etiã ipſum ꝓpter deũ diligis. Hęc enim eſt regula dilectionis diuinitus cõſtituta, vt diligas proximũ ꝓpter deũ. Deũ verò ex toto corde, ex tota anima, ex tota mẽte, vt. ſ. oẽs cogitationes tuas, & omnẽ vitã, & omnẽ intellectũ in illum conferas, à quo habes ea ipſa quæ confers. Nemo ergo diligit proximum, niſi diligat deum. Quantum ergo poteſt, proximo impendat quem diligit, ſicut ſeipſum, vt & ille diligat deum, quem ſi ipſe non diligit, nec ſe, nec proximum diligit. Amator enim dei, amator eſt ſui: & non diligens deum non diligit proximum, quia non diligit ſeipſum. Qui autem ſe propter habendum deum diligunt, ipſi ſe diligunt: ergo vt ſe diligant, deum diligunt. Non eſt hæc dilectio in omnibus hominibus. Pauci enim ſe diligunt, vt ſit deus omnia in omnibus. Dilectio, quaſi dicat verè qui

August. ſuper Ioan.

Augu. de doctrina. Chriſtia.

Augu. ad Hiere.

Auguſtin⁹

Auguſt. ſuper Ioan.

August in psal. II. diligit proximum, bene facit, quia, Dilectio proximi non operatur malum .i. diligens proximum, nullũ malum mortale operatur. Proximum omnem hominem oportet intelligi, quia nemo est, cum quo sit operandum malum. Qui ergo amat homines, aut quia iusti sunt, aut vt iusti sint, amare debet. Sic enim & seipsum amare debet. s. vel quia iustus est, vel vt iustus sit. Qui enim aliter se diligit, iniustè se diligit: quia ad hoc se diligit, vt sit iniustus. Ad hæc ergo vt sit malus, ergo iam non se diligit. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Et quia dilectio non agit malum, Ergo dilectio est plenitudo legis. i. qui diligit plenè implet legẽ. Vbi enim charitas est, quid est quod possit deesse? Vbi autem non est, quid est quod possit prodesse? Cur ergo non dicimus qui hanc virtutem habet, habere omnes, cum plenitudo legis sit charitas, quæ quanto magis est in homine, tanto magis virtute est præditus. Quanto autem minus, tanto minus inest virtus. Quanto minus inest virtus, tanto magis inest vitium. In hac decalogus legis impletur. Decalogus enim legis decem præcepta habet, quæ sic sunt distributa vt tria pertineãt ad deũ, septem pertineant ad hominem. Est enim bellũ quod secũ agit homo, dimicans contra concupiscentias malas, & frenans auaritiam, elidens superbiam, suffocans ambitionem, trucidãs libidinem. Has pugnas fac in occulto, & nõ vinceris in aperto. Ad hoc docentur manus nostrę ad pręliũ. Non est hoc in spectaculis vestris venator? quod citharista. Aliud agit venator, aliud citharista. In spectaculo dei vnum est, tangis easdem decem cordas, & feras occîdis. vtrunque simul facis? tangis primã cordam qua vnus deus, cecidit bestia superstitionis. Tangis secundam cordam, quia non accipis nomen dei tui in vanum, cecidit bestia erroris, & nefandarum hæresum. Tangis tertiam cordam, vbi pro spe futuræ quietis facis quicquid facis, interficitur crudelior cæteris bestiis amor seculi huius. Propter amorem huius sæculi laborant homines in omnibus negociis, tu autem in omnibus operibus tuis, labora, non propter amorem sæculi, sed pro sempiterna requie quam promittit deus. Honora patrem tuum & matrem tuam, tangis quartam cordam, vt honorem parentibus deferas

Augu. sup Ioannẽ. Augu. ad Hierony. August. in ser. de. 10. cordis.

feras, & cecidit bestia impietatis. Non mœchaberis, tangis quintam cordam, cecidit bestia libidinis. Non occides, tangis sextam cordam, cecidit bestia crudelitatis. Non furtum facies, tangis septimam cordam, & cecidit bestia rapacitatis. Non falsum testimonium dices, tangis octauam cordam, & cecidit bestia falsitatis. Non concupisces vxorem proximi tui, tangis nonam cordam, & cecidit bestia adulterinæ cogitationis. Aliud est enim non facere aliquid tale propter vxorem propriam, aliud non appetere alienam vxorem. Ideò duo pręcepta sunt, non mœchaberis, & non concupisces vxorē proximi tui. Non concupisces rem proximi tui, tangis decimam cordam, & cecidit bestia cupiditatis. Ita cadentibus omnibus bestiis, securus, & innocens in dei dilectione & humana societate versaris. [Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus, quàm cum credidimus. Nox pręcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus, non in commessationibus & ebrietatibus, nō in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christū, & carnis curam ne feceretis in desideriis.] Et hoc scientes. Alia commendatio charitatis est hîc. Supradixit quòd malum non facit: hîc dicit, quòd etiam oportunitatem parat bene operandi: quasi dicat, Scimus quia dilectio malum non operatur, & hoc etiam scimus, Quia hora est iam nos de somno surgere. Et nos, Hoc sciētes, abiiciamus, &c. Vel ita sicut quidam libri habent, Hoc tempus, quasi dicat, dilectio est plenitudo legis, & nos, Scientes hoc tempus, scilicet gratiæ, Abiiciamus, &c. quod debemus, Quia iā, scilicet ex quo dilectionē habuimus, Est, nobis, Hora, id est oportunitas, sed breuis, Surgere de somno, id est de torpore bene operandi & negligentia, vel ignorantia quæ per somnum significatur hîc, & debemus surgere nunc. Nunc enim nostra salus, id est æterna quæ nobis promittitur, Est, propior, id est magis debita per bona opera, Quàm tunc, Cùm, tantummodo, Credidimus. Manifestū enim est, quia post lauacrum aliquis bene operans & studens charitati vicinius est ęter- Ambrosi. Ambrosi.

næ

næ vitæ. Bona enim vita signum est & causa salutis futuræ, baptismus verò est ad veniam, vita bona etiam ad coronam: quia ergo credidimus & operati sumus, turpius est nisi surgamus. Vel, nūc est, scilicet hoc tempore, Propior nostra salus, quàm cum credidimus, quia plus morti proximi sumus. Nox præcessit, &cęt. Item hîc ostenditur cur surgere debent. quasi dicat, ideo etiam debetis surgere, quia, Nox, infidelitatis & ignorātiæ, Præcessit, id est fuit, sed modò non est, cuius memoria monet, vt caueatis. Dies autem, id est æterna beatitudo, Appropinquauit, dum peccata sunt remissa, dum iusti estis per gratiam. Vel ita, debetis surgere, quia, Nox præcessit. id est vetus homo, qui in baptismo præteriit, scilicet fomes peccati. Dies autem appropinquauit, scilicet sol iustitiæ Christus, cuius luce veritatem didicerunt, vt sciant quid agendum sit. Prius enim ignorātes Christum in tenebris erant. At vbi lux orta est, transierunt à falso ad verum. Ergo, scilicet, propter insertas causas. Abiiciamus opera tenebrarum, id est opera mala quæ ex tenebris ignorantiæ venerunt. vel quæ tenebras amāt, & ad tenebras ducunt. Et induamur tanquā ornamentum, Arma lucis, id est virtutes quæ sunt arma, quæ exigit lux, id est fides. Et acceptis virtutibus, Ambulemus honestè, id est, in actu earum exerceamur Sicut, decet, In die, fidei. Quæ autem sunt opera tenebrarum ostendit, subdens, Non in commessationibus. quasi dicat, Ambulemus honestè, sed non in his, scilicet, nō commessationibus, id est luxuriosis conuiuiis. quæ aut collatione omnium celebrantur, aut vicibus solent à contubernalibus exhiberi. Et ebrietatibus, id est, immoderatis potationibus. Brian enim genere masculino dicimus calicē aptum potationi, à quo dicitur ebrietas, quę est nimia potatio vini. Non in cubilibus, id est in pigritia dormientiū. Et impudicitiis, id est in luxuria quæ in cibo & potu nimio venit. & ideo post cōmessationem & ebrietatem posuit, Nó in contentione & æmulatione, ambulemus, sicut solebant facere se inuicem pręferendo, in quo minor inuidebat maiori, & ita erat cōtentio, id est, æmulatio. Et nota Romanos in his tangi, & ideo non est eis ius gloriandi. Horum autem morborū superbia est mater, & humanę laudis auiditas

Aimo. (margin, beside "ximi sumus. Nox præcessit")

Aimo. (margin, beside "exhiberi. Et ebrietatibus")

Augu. ad Aurelianū episcopū. (margin, beside "nit. & ideo post cōmessationem")

ditas, quę etiã hypocrisim sæpe generat. Huic non resistitur, nisi crebris diuinorum librorũ testimoniis incutiatur timor & charitas dei. Sed induite. q. d. ne faciatis prædicta: Sed induite, vel, Induimini dominum nostrũ Iesum Christum. i. formã Christi in omnibus, quem induti non cogemini seruire carni. Vnde subdit, Et carnis curã ne feceritis, non dico in necessariis ad substentationem, sed, In desideriis, illicitis. Sic enim sumenda sunt alimẽta quemadmodum medicamenta Fames enim, & sitis vt quidã dolores vrũt, & sicut febres necant, nisi alimentorũ medicina succurrat, quæ præsto est ex consolatione munerũ dei, qui regnum dei quærentibus omnia adiicienda promisit. Sic ergo sumenda est alimonia vt medicina, sed dum ad quietẽ satietatis ab indigentia trãsitur in ipso transitu insidiatur laqueus concupiscentiæ, & cùm salus debeat esse causa edendi adiungit se tanquam pedissequa periculosa iocunditas, & sæpe conatur præire, vt eius causa fiat quod salutis causa faciẽdum erat, & sæpe incertum fit, vtrũ necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptaria cupiditas fallaciæ ministerium suppetat. Ad hoc incertum hilarescit infœlix anima gaudens nõ apparere quid satis est moderationi valetudinis, vt obtentu salutis obumbret negocium voluptatis, nec idem vtriusque modus est. Nam quod saluti sat est delectationi pater est.

August. in lib. cõfes.
Augu. de ser. ĩ mõte
August. in confess.

CAPVT XIIII.

INfirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare se omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. Is qui manducat, nõ manducantem non spernat: & qui nõ manducat, manducantem nõ iudicet: deus enim illum assumpsit.] Infirmum autem in fide, quia ex Iudæis erant, qui Romanos ad fidem Christi assumpserant admixta lege, ideo quibusdam videbatur cibos debere discerni, sicut lex mandabat, & hi non erant perfectæ fidei. Aliis verò qui Christum sine lege sequebantur videbatur econtrario, scilicet, licere edere omnes cibos. perfectę enim fidei est nullum cibum discernere, & immundum putare, quia omnia mũda sunt mũdis: sed quidam infirmi (vt dictũ est) censebãt, vel dicebant à quibusdã abstinẽdum, & ita inter Ro-

Ambros.

Romanos erat contentio. Vnde præcipit hîc Apostolus tales assumere, non abiicere: sed patiendo ad fidem erigere exemplo & verbo, & si incognitum est quo quis animo faciat, nõ inde disceptare. Tales igitur apostolus tãquam ægros medicis offerens ait, Infirmum autem, &c. quasi dicat, in nobis honesti sitis, vt dictum est. Infirmum autem in fide, id est illum qui nondũ perfectè credit, scilicet, qui non credit vt credendum est, assumite ad sanãdum. Sicut Christus ægros assumpsit vt eos sanaret, assumite dico, Non in disceptationibus cogitationum, id est non ita, vt de occultis iudicetis eum reum. Non est enim damnãdus cuius cogitatio non est aperta. vel de quo nescimus qualis post futurus sit. Non igitur nobis vsurpemus diiudicare cogitationes aliorum, sed deo præbeamus cogitationes nostras, & faciem boni videntes gaudeamus, cor verò deo committamus, pro quo oremus. Dico assumite infirmum, & sunt inter vos quidam qui hoc possunt. Alius enim vestrum, in fide perfectus, Credit, se posse, Manducare omnia, humanis vsibus data. & hîc talis potest assumere alios. Qui autem infirmus est, id est, qui cibos discernit reputãs alios mundos, alios immundos, Manducet olus. Hîc indiget assumi qui permittitur edere olus, in quo nulla quæstio est, in cuius esu omnis secta consentit. Infirmus ergo est qui cibos discernit eo quod Iudæi prohibiti sunt edere, hũc suo iudicio dicit relinquendum Apostolus, ne cum scrupulo edat. Vel infirmus dicitur pronus ad casum, qui facilè impetu libidinis sternitur. quasi dicat, licet perfecta fides sit quæ omnia licere credit, tamẽ qui infirmus est, id est qui timet casus vitiorum, mãducet olus, id est tenues & aridos cibos qui non fomentum vitiorum, & abstineat ab illis quibus libido excitatur. Crassitudo enim carnium, & delitiosę epulæ prouocant corpus ad libidinẽ. Is qui manducat. Supra præcepit non disceptare de cogitationibus aliorum. Hîc præcipit non spernere illos. Quasi dicat, & cum hæc ita sint, Is qui manducat, omnia indifferenter, Non spernat non manducantem, id est abstinentem, quia voluntatis est edere, vel non edere, & ideo quæstio huic fieri non debet. Omnia enim voluntati humanæ subiaceant, sicut dominio humano subiecta sunt. Et qui non man-

Aimo. Augusti. Ambrosi' Hiere. Ambrosi.

manducat omnia, Non iudicet manducantem, tanquam reum, id est nõ credat, & asserat eum peccare, cum nesciat quo animo faciat. De manifestis enim nõ de occultis iudicandum est. Manifesta verò sunt quæ non possunt animo bono fieri, vt sunt stupra, blasphemiæ, furta, & huiusmodi, de quibus iudicare permittitur nobis. De quibus etiam dicitur, Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Sed ea quę dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretamur: vt de cibis, quia possunt bono animo & simplici corde sine vitio concupiscentiæ quicunque humani cibi indifferenter sumi. De talibus enim rebus quę possunt bono animo fieri, & non bono, volebant illi cũ homines essent, ferre sententiam in occulta cordis, de quibus solus deus iudicat. Vnde dicitur, Nolite ante tempus iudicare. Sunt ergo quædã media facta, quæ ignoramus quo animo fiãt, quia & bono & malo fieri possunt. De quibus temerarium est iudicare, & maximè vt non condemnemus. Deus enim. quasi dicat, neuter alterum iudicet, vterque enim seruus dei est. & hoc est, Deus enim, illũ, scilicet manducantẽ assumpsit ad fidẽ, &c. hoc est ergo, [Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem, potens est enim deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit: & qui manducat, domino mãducat: gratias enim agit deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo.] Tu quis es, id est cuius valentię es, Qui iudicas alienum seruum? id est damnãdum affirmas? quod non debes cum sit alterius seruus. Manifestum est enim seruum non debere conserui voluntatem iudicare, Suo &c. quasi dicat, de incognito corde alieni serui, tu nõ habes iudicare. Quia suo domino, id est ad honorem domini sui, Stat, qui stat, Aut cadit, suo domino, quia ad eum pertinet etiam casus cadentis, qui erigere potest, vel iudicare. Stat, aut cadit, ideò dicit, quia ambiguũ est, quia forsitan stat qui putatur cadere: vel, Suo domino stat, aut cadit, quia qua conscientia edat, vel non edat, deus iudex est cuius seruus est. Stabit autem, id est stare poterit, Domino suo, quia neque si edit reus est: neque si nõ edit, culpa-

Augu. de ser. ĩ mõte

bilis eſt, ſi tamen deuotione hoc agit. Vel ita, Stabit autẽ, quanuis de omnibus regeneratis, & piè viuentibus loqueretur Apoſtolus dicens ſeruum alienum, continuò tamen reſpexit ad prædeſtinatos cum ait, Stabit autem, hoc de prædeſtinatis dicit: & ne ſibi ſtare arrogent ſubdit, Potẽs eſt enim deus ſtatuere illum, de quo nulli eſt ambiguum. Per hoc autem quod ait, ſtat aut cadit, oſtendit ſe neſcire quo animo ille ſe agat in dubiis. Cũ verò addit, ſtabit autem: Hîc innuit quòd ambigua debemus in meliorẽ partem vertere, & plus ſalutem quam mortem reorum optare, & in futuro ſpẽ boni habere: & ſi aliter ſit in præſenti. Nam alius iudicat. Supradixit quod alij omnia mãducãt, alij non omnia, de generibus ciborũ agens: hîc dicit, quod alij omni, alij aliquo certo tempore abſtinẽt: & vtrunque rectè poſſe fieri dicit, quaſi dicat, dico ſtabit, & poteſt credi ſtaturus eſſe, quia quod agit ex iudicio dei agit. & hoc eſt quod ait, Nam alius iudicat, dicit eſſe eligẽdum in ab-

Aimo. ſtinentia interpoſitum, Inter diem, & diem. Alius autem omnẽ diem iudicat, eſſe eligendum in abſtinentia. i. quidã certis diebus, quidã omni tẽpore putant eſſe abſtinẽdum. Vnuſquiſq; autẽ eorum In ſuo ſenſu, in ſua conſcientia, Abũdet, in melius, vt qui edit cũ gratiarũ actione edat, & qui abſtinet ꝓ deo faciat. vel, In ſuo ſenſu. i. in ſuo cõſilio dimittatur ne ſcandalum paſſus, à charitate (quę eſt mater

Ambroſi⁹ omnium virtutũ) recedat. Dico quod in ſuo ſenſu ſit abundans: & ita faciet, Qui ſapit diem omnem: vel, Inter diem & diem, deo domino ſapit, id eſt, ad honorem domini facit, quia deo placere in hoc ſe putat. Et ſimiliter, Qui manducat, omnia, Manducat domino, id eſt ad laudem domini & honorem, cuius omnia creata credit munda: & quia ei ſeruiturus illis ſuſtentatur: & quòd domino mãducet, effectus indicat, Gratias enim agit deo, pro omnibus creaturis quibus ſuſtentatur & paſcitur. & ſimiliter, Qui non manducat, id eſt, qui abſtinet, Domino, id eſt ad honorem domini eſt, Quod non manducat, effectus indicat. Et, id eſt quia, Gratias agit deo, pro collatis ſibi abſtinentia, & debemus edere, vel nõ edere domino. Enim, id eſt quia. [Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Siue enim viuimus, domino viuimus: ſi-

ue mo

ue morimur, domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: vt & viuorũ & mortuorũ dominetur. Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuum? aut tu quare spernis fratrẽ tuũ? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptũ est enim, Viuo ego dicit dominus, quoniã mihi flectetur omne genu, & omnis lingua cõfitebitur deo. Itaq; vnusquisq; nostrũ pro se rationẽ reddet deo. Nõ ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ fratri, vel scandalũ.] Nemo nostrum, fideliũ. Viuit spiritualiter. s. in virtutibus. Sibi. i. suæ voluntati. Qui enim lege frenatur & regitur, non sibi viuit, sed deo qui legem dedit. Si lex non esset, sibi quisque viueret. aut, Nemo, nostrum. Moritur, vitiis, sicut fit in baptismo. Sibi, id est, vt sibi placeat: sed domino, quo iudice dãnatur, vel coronatur. Vel, Nemo viuit, virtutib⁹ aut moritur vitiis, Sibi, sed domino. Et verè nemo sibi. Siue enim viuimus, vita virtutum, Domino vi. id est, à domino iudicãdi, vel vt ei placeamus. Siue morimur, vitiis & peccatis, Domino morimur, id est, ad similitudinem Christi, in cuius morte baptizati sumus: vt sicut Christus semel mortuus est, & semper viuit: ita & nos semel mortui peccato, in baptismo, semper viuamus deo. Vel ita, Nemo enim viuit, temporaliter, scilicet coniunctione animæ & corporis. Aut morimur, dissolutione animæ & corporis, Sibi, id est ad laudem suam sed dei. Sicut enim magnitudinis eius nõ est finis, sic nostræ laudis non erit finis. Non enim cùm mortui fuerimus in hac carne desinemus laudare deum, & secundum hoc de fidelibus tantum agit. Vel, Sibi, id est à se iudicãdus, sed à domino. secundum hoc de bonis ac malis accipitur. Et verè nemo sibi, sed domino. & hoc est, Siue enim viuimus, corporali vita: Domino viuimus, id est ad laudem domini, vel sub iudicio domini. Siue morimur, temporaliter, Domino morimur, id est ad laudem domini; vel à domino iudicãdi. & quia vtrunq; est à domino: ergo Siue viuimus, siue morimur domini sumus serui. vel, Domini. i. à domino sumus iudicandi. Cur ergo iudicat homo? In hoc enim. q. d. Verè domini sumus, quia precio sanguinis eruit nos, nec tenebit mors illum pro quo mortuus

Aimo.

Aimo.

Ambrosi.

August. in Enchi.

tuus est liber in mortuis.& hoc est, quod ait, In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit vt dominetur, id est intelligatur dominari, Et viuorum & mortuorum, & vtrosque iudicare, & accipit ad literam viuos & mortuos. Hoc iam ideò dicit, vt non putetur Christus tantum iudicare de mortuis, quasi dum viuunt hominibus sit commissum iudicium, sed post mortem deo. Hoc enim insipientium dogma peruersum tradidit. Sed melius est, vt vtrorumque dicatur Christus dominari, & vtrosq; iudicare, quia quibus dedit filios dei fieri, illi & nunc & post mortẽ regnãt, cum Christo. Sed aliter nunc regnant, cũ illo sancti eius. Aliter tunc regnabunt. nunc regnant: quia quæ sursum sunt sapiunt & quærunt, postremò regnabunt cum illo ita vt sint in regno eius, & sint etiam illi regnum eius: quia & animæ piorum mortuorum non separãtur ab ecclesia, quę etiam nũc est regnum Christi, quia regnat nunc cũ Christo ecclesia in viuis & mortuis. Alioquin, nec ad altare dei fieret memoria eorum in communicatione corporis Christi. Ergo fideles etiam defuncti, membra sunt eius. Ideò ergo mortuus est, & resurrexit, vt ostenderetur dominus atq; iudex, Viuorũ & mortuorum. Vel ita, vt mortuos & viuos mysticè accipiamus. q.d. Verè domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est & resur. vt dominetur viuorum & mortuorum, id est, vt ad dominium suum traheret viuentes in virtutibus, & mortuos in peccatis. Per Christum enim creatura quæ pro peccato alienata erat ab authore, & facta captiua, est liberata, quem pater de cælo misit ad terras ne opus eius periret, pro quibus liberandis & adiuuandis, Christus venit, mortuus est, & resurrexit. Mortuus enim est, vt mortuos in peccatis liberet à peccatis: dum vixit, viuus salutis viam ostendit: resurrexit, vt iustificatos secum viuere faciat. Ex perditis ergo reformauit sibi seruos. Tu autẽ. quasi dicat, Ex his apparet quod Christus debet dominari. Tu autem, manducans omnia, Quid iudicas fratrem tuum non manducantem? Aut tu, non manducans, Quare spernis fratrem tuum manducantem? non ita debes facere. Omnes enim stabimus, vt iudicandi, Ante tribunal Christi, id est, ante iudicẽ deum sedentem. Et dicitur hoc à simili. Tribunal enim sedes iudicum.

Augu. de ciuit. dei.

Ambros.

dicum est, quæ in excelso locatur, vt iudex ab omnibus videatur, & ipse ex eminenti loco omnes valeat intueri: ita & Christus quasi in tribunali sedebit, quia & ab omnibus videbitur, & ipse omnium conscientias videbit, & causas diiudicabit. Et verè, Scriptũ est eñ in Esaia, Viuo ego dicit dominus. quasi dicat, qui olim fui mortuus iam viuo in potentia, quæ in hoc patet. Quoniam flectetur, mihi in iudicio, Omne genu, etiam inimicorũ, Et omnis lingua, id conscientia cognoscens me esse deum, Confitebitur, quid egerit, Mihi, deo. Et quia scriptura ita dicit, Itaque vnusquisque nostrum, iudicandus à domino, Reddet deo pro se rationem, non eludet ibi per ambages. Et quia pro se quisque reddet rationem, Non ergo amplius, Sicut hactenus facimus, Inuicem iudicemus nos, ex opinione. quasi non vsurpemus nobis, quod ad nos non pertinet. Non reprehendamus ea quæ nescimus quo animo fiant: vel etiam si aperta sint, non ita reprehendamus, vt de sanitate desperemus. In his enim duobus temerarium est iudicium, scilicet, cum incertum est quo animo quidque factum est. Vel cum incertum est qualis futurus sit qui nũc bonus, vel malus manifestè apparet, & vel superbia est, vel inuidẽtia, de his iudicare quod maxime faciunt, qui magis amant clamare, vituperare, quàm emendare & corrigere. Vnde dicitur, Nolite iudicare & non iudicabimini, Sed magis iudicate: id est obseruãdo discernite quod prosit, vt hoc, scilicet ne, Ponatis fratribus offendiculum, id est aliquid vnde pereat frater vestro exemplo idem faciẽs, vel scandadalum, id est contristationẽ quod minus est. [Scio & cõfido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo, & probatus est hominibus. Itaq; quæ pacis sunt sectemur, & quę ædificationis sunt inuicẽ custodiamus. Noli propter escã destruere opus Dei.] Scio, &c. q. d. Dico ne ponatis fratri offendi-

Augu. de ciuit. dei.

culum, non autem dico, offendiculum vel ſcandalum, eo quod cibus ſit immundus, quia, Scio, per hoc, Et, id eſt, quia, Confido in domino Ieſu, id eſt per hoc quod confidentia eſt mihi in Ieſu, qui poſtquam venit abſoluit à lege, Quia nihil eſt commune, id eſt immundum per ipſum id eſt per aduentum eius, vel per eius creationem. Nota quia commune ponit pro immundo, & eſt tractum à vaſis quæ ante erant omnibus vſibus communia, quorũ quędam poſtea ſacrificiis dedicata iam non cõmunia, ſed ſancta dicebantur. Vel tractum eſt à Iudæis, quia ipſi Iudæi

Aimo. dicebantur prius proprius populus dei. Alij verò omnes dicebantur communes & immundi, & ita Iudæi cibos ex lege conceſſos tantum, dicebant mundos. quibus autẽ gentes communiter vtebantur illos communes, id eſt immundos appellabant, nihil eſt commune dico, Niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe, ſed illi pro cõſcientia qua hoc æſtimat, Commune eſt. Vnde dominus in euangelio ait, Nõ quod intrat in os coinquinat hominẽ, ſed quod pro-

Ambroſi. cedit ex corde coinquinat. Qui hoc exiſtimat eſt infirmus, de quo ſupradixit, Olus manducet. Dubitando enim infirmus eſt, apud iſtum immundũ eſt quod putat, non edẽdũ. Si enim. q. d. ideo ne ponas offendiculũ vel ſcandalũ fratri, quia ſi propter cibum frater tuus, non dico ſcandalizatur, ſed quod minus eſt ſaltem cõtriſtatur, iam ex hoc ſolo patet, quod, Non ambulas ſecundum charitatem: in quo peccas, ſcilicet, quòd nõ ambulas ſecundum charitatem. Caue ergo, ne cibo tuo fratrem tuum. plus autem caue ne perdas. vnde ſubdit, Noli cibo tuo illũ perdere pro quo Chriſtus tantum quidem fecit, Quod mortuus eſt, ex cuius morte cognoſcitur, quantũ valeat ſalus fratris. Debes ergo illum confirmare in bonũ non ſcandalizare, nec pro re friuola facere illi ſcrupulũ: & quandoquidẽ frater contriſtatur. vel perditur cibo tuo, Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum, id eſt per hoc minimum cætera bona nõ obfuſcentur, quia qui habet opera bona, ſi reprehendatur in re minima bonum ſuum obfuſcat, & incipit bonum eius blaſphemari per malum. Vnde Ezechiel, Iuſtitia iuſti, non profecerit ei, ſi errauerit. Vel, Non blaſphemetur bonũ veſtrum, id eſt comeſtio in ſe bona non ſit blaſphe-

mabi-

mabilis,quod eſt dũ alij nocet,& quia nocet abſtine,quia nõ eſt cauſa regni dei: ꝙ ſi eſſet,pro nullius ſcãdalo omitteres.& ꝙ non ſit cauſa regni dei,dicit ſic,Non enim &c. q.d.ideo abſtine.quia eſca & potus nõ eſt regnũ dei,id eſt horum vſu nõ adquiritur regnum dei ſicut nec amittitur. Non enim vſus ciborum, ſed concupiſcentia eſt refrenanda. Non enim intereſt omnino,quid alimentorũ,vel quantum quis accipiat, dum modo id faciat, pro congruentia hominum cum quibus viuit,& perſonæ ſuæ,& valetudinis ſuæ neceſſitate,ſed quãta facilitate & ſerenitate animi careat his, cum vel oportet, vel etiam neceſſe eſt his carere, vt dicere poſſit,Scio abundare & penuriam pati,ſic iuſtificatur ſapientia à filiis ſuis, qui intelligũt,nec in abſtinẽdo,nec in manducando eſſe iuſtitiam,ſed in æquanimitate tolerandi inopiam & intemperantia,non ſe corrumpẽdi,per abundantiam atq; oportunè ſumendi,vel nõ ſumẽdi. Iuſtificatur igitur ſapientia à filiis ſuis,qui intelligunt vtendis terrenis opportuna tempora debere eſſe. Facilitatem verò carendi talibus & amorem fruendi æternis,non variari oportere per tempora,ſed perpertuo retinere. Vnde ſubdit, Sed iuſtitia. q.d. eſca & potus non eſt cauſa regni,ſed iuſtitia,vt fratri facias quod tibi vis, Et pax,id eſt concordia quę eſt effectus iuſtitiæ, Et gaudium,non vtiq; in epiſtolis vt multi ſolent,Sed in ſpiritu ſancto,id eſt de bonis ſpiritus ſancti non ſuperbire,ſed humiliter & gratè accipere. Hoc gaudiũ oritur de fraterna pace, ſicut de diſceptatione naſcitur ira,vbi non eſt ſpiritus ſanctus,qui in ſolis pacificis eſt,cuius gratia hæc tria ſunt in aliquo,quæ non in vobis ſunt,ô Romani. Qui enim.quaſi dicat. Verè iuſtitia & pax cauſa regni eſt. Qui eñ in hoc,ſcilicet in iuſtitia pace & gaudio,Seruit Chriſto, placet deo, qui hoc pręcipit,qui nulli ſcãdalũ fecit. Et ꝓbatus eſt hominibus. Diſtingue. Placet vtiq; deo,ſecundũ quod gaudium eſt in ſpiritu ſancto Probatus verò habetur hominib⁹, ſecundũ iuſtitiam & pacẽ. Et quia diſceptatio diſcordiã parit:itaq; dimiſſis temerariis iudiciis,Sectemur quæ pacis ſunt,non diſcordię. Et cuſtodiam⁹ inuicẽ,ſcilicet Iudęus erga Gentilem & Gentilis erga Iudæum. Quæ ædificationis ſunt, cum pace docendo alios, vt cæteri ædificentur, vel iam Ambroſi⁹

ædificati conseruẽtur. Noli,&c. quasi dicat, hæc sectemur, sed nõ destruamus opus dei. Vel ita iũge, Ideo iterũ non debes cum offendiculo fratris edere, quia destrueres opus dei. Et noli, Propter escam, sumptam, vel non sumptam, Destruere opus dei, id est fidem & alias virtutes, & bona quæ in eis deus operatus est, non dico propter escam quin munda sit, quia, [Omnia quidem sunt mũda, sed malum est homini qui per offendiculum mãducat. Bonum est nõ manducare carnem, & non bibere vinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram deo. Beatus qui non iudicat seipsum in eo quod probat. Qui auté discernit si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quòd est ex fide, peccatũ est.] Omnia creata quidem, Munda sunt, quia vt in Genesi legitur, omnia fecit deus valde bona. Sed malum est homini, qui manducat per offendiculum, aliorum, quanto magis dei. Vt Adã pomum, Esau lentem, Iudæi carnes in deserto. Dei enim non parua in Israelitis erat offensio, repudiare quod dabat sapientia, & murmurare, quia id deerat in quod inhiabat concupiscentia. fastidiebant quippe quod habebant, & quòd non habebant impudenter petebant. Petierunt culpabili concupiscentia quod malo suo impetrauerunt, concupierunt carnibus vesci quibus pluebatur manna de cælo, vt sciremus non dei creaturam esse culpabilẽ, quia creatura dei omnis bona est: Sed inobediẽtiam contumacem, & inordinatam cupiditatem: non propter porcũ, sed propter pomum mortem primus homo inuenit: & Esau primatum suum perdidit, non propter galinam, sed propter lenticulam. Non ergo immunditiam obsonij timeo, sed immunditiã cupiditatis. Scio enim Noe omne genus carnis quod cibo esset vsui manducare concessum, Eliam cibo carnis refectum, Ioannem mirabili abstinentia præditum animalibus, id est locustis in escã cedentibus nõ fuisse pollutum: & scio Esau lenticulæ concupiscentia deceptum, & Dauid propter aquę desideriũ à seipso reprehensum, & regẽ nostrum non de carne, sed de pane tentatum. Bonum est. q. d. Ab his pro offendiculo debes abstinere, quia etiã ab omni carne & vino. Bonum est tibi, ô homo, Non

Ambrosi⁹

August. super Ioan.

August. in psal. 72.
Idem in eodem.
Augu. super Ioan.

Non manducare carnē,& non bibere vinū,neque,aliquid facere, In quo frater tuus offenditur, perturbatus, nesciēs quid teneat,id est in quo esset ei causa dānationis. Offenditur enim,quia à fide recta discedit. Aut scandalizatur, id est,contristatur. Aut infirmatur,vt dubitet, & si nō offenditur. Infirmatur enim qui nō recedit,sed dubitare incipit. Tu fidem.q.d.hoc bene potes facere,quia de tuo bono nihil perdis,& hoc est, Tu habes fidem,qua credis omnia esse munda & edenda.& hoc,Penes temetipsum,id est in corde,quam,scilicet nullus auferat. Habe,tantum,Coram deo,non coram abstinente ne ei noceas, vt ita pacem serues cū fratre,quod est vtile apud deum. Ideo istud fac, quia, Beatus, est ille, Qui non iudicat semetipsum, id est qui non facit se culpabilē,in eo quod probat.i.in eo quod bonum esse iudicat,nocendo aliis de suo bono. Vel, Beatus est qui non iudicat se in eo quod probat, id est,qui nō aliud facit q̄ quod bonum æstimat. Beatū ergo dicit, qui non aliud facit,q̄ quod vtile probat,sed proprio iudicio illum censet fore damnandū,qui quod dicit se nō debere facere facit. Qui autem.q.d. Ille est beatus,sed,Qui discernit,cibos,reputando alios mūdos,alios immundos, Si mā-ducauerit,cum illa conscientia, Damnatus est. Verum est quia qui iudicat non edendum & edit,damnatus est. Ipse enim reum se facit,quando id quod inutile sibi asserit facit. Ideo damnatus est, Quia non,māducat, Ex fide,id est secundum conscientiam. Contra fidem vtique edit, qui edendum non credit. Omne autem, etiam si bonū sit in se, Quod non est ex fide,id est quod fit contra fidem,vt credamus malum esse, Peccatum est , non tamen omne quod fit cum fide,bonum est, quia ignorantia quæ est ex culpa nocet. Omne igitur,quod ad conscientiam pertinet si aliter fiat dicit esse peccatum, quāuis etiam fiat quod bonum est,si tamen non faciendum credatur, vel sic non faciendum vt fit,peccatū est. Vel ita,conuersus ad fidem Christi qui discernit cibos,postea iudicans alios mundos,alios immūdos, Damnatus est,id est,damnationem sibi acquirit,& præcipuè,si manducauerit. Qui non manducauit ex fide, id est,quia infideliter egit non credens omnia munda esse dubitans in fide,& ea comedens quæ immunda pu

Ambrosi. Ambrosi. Aimo. Ambros. Aimo. Aimo.

tat,& ita nõ secundum fidem agit. Fides enim nostra vult vt homo agat hoc quod bene intelligit esse agendum, & peccatum est quod aliter fit,quàm probatũ est. Peccat ergo ille qui ad fidem conuersus est in hoc : quia cibos discernit,& in hoc maximè si manducat, quia non ex fide agit,sed tanquam infidelis. Omne autem quód nõ ex fide, est peccatũ,id est,omnis infideliũ vita peccatum est, quia omnis infideliter viuens, vel agens, vehementer peccat, & nil bonum est sine summo bono,vbi deest agnitio æternæ & incommutabilis veritatis,falsa virtus etiam in optimis moribus.

August.in lib.sentẽ. Prosperi.

CAPVT XV.

DEbemus autẽ nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisq; vestrũ proximo suo placeat in bonum,ad ędificationẽ. Etenim Christus nõ sibi placuit,sed sicut scriptũ est. Improperia improperãtiũ tibi ceciderũt super me. Quæcũq; enim scripta sunt,ad nostrã doctrinam scripta sunt,vt per patientiã & cõsolationem scripturarum , spem habeamus. Deus autẽ patientię & solatij,det vobis idipsum sapere in alterutrũ,secundũ Iesum Christum,vt vnanimes vno ore honoreficetis deum & patrẽ domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem,sicut & Christus suscepit vos in honorẽ dei.] Debemus autẽ.q.d. infirmus si edit damnatur, sed Nos firmiores debemus, nõ prouocare,nõ cõtemnere,sed Sustinere.i.pati & exigere, Imbecillitates infirmorum,cũ illi non possint se ad nos erigere. Et,debemus,nõ nobis placere.i.non nostræ voluntati obedire,id est nõ quod nobis tantum placeat vendicare,sed quod fratri,quia inuicẽ curam agere debemus. Ille dicitur sibi placere,qui ita facit quod sibi bonum videtur , vt non curet, siue placeat, siue nõ placeat proximo, quod nõ conuenit. sed potius vnusquisq; nostrum charitati studẽs, Placeat,id est ,placere curet, Proximo suo,id est omni homini non in malum,sed In bonum,id est ad id quod vtile est. Ad ædificationem. Et verè non debemus nobis placere, Et enim Christus non sibi placuit, id est, quod non placeret carni fecit,sicut ipse dicit in euangelio, Non veni facere voluntatem

Ambros.

Aimo.

tatem meam, sed eius qui misit me. Non sibi placuit dico, sed deo patri, Sicut scriptũ est. in psal. Improperia, psalmographus ex persona Saluatoris verba facit deo patri dicens, Improperia, vel detractiones Iudæorum improperantium tibi in me ô pater, Ceciderũt super me, id est causa fuerunt oppressionis meæ, id est, cum facerem voluntatem tuam ô deus, in hoc quia eieci malos de templo quod fecerunt speluncam latronum, & in omnibus aliis Iudæi mihi improperia ingesserunt, quia dixerunt me peccare in te, qui potius me non recipiendo, quem misisti exprobrauerunt te, & peccauerunt in te, non recipiendo me, & ideo me occiderunt, quasi peccantem in deum, & sic peccata peccantium in deum, ceciderunt super Christum, quia innocens à peccatoribus occciditur quasi blasphemus. Quæcunq; enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. quasi quis quæreret, quid hęc ad nos pertinẽt, quę de Christo dicis? Respondet, multũ ad nos pertinent. Quæcunq; enim scripta sunt, de Christo in diuinis libris. vnde dicit suprá, scriptum est, Ad nostrã doctrinam scripta sunt, Christi enim vita, & vitæ nostræ, & morum est disciplina: deinde subiungit vtilitatem diuinæ lectionis dicens, Vt per patientiam & consolationem scripturam spẽ habeamus. i. per ea scripta doceamur pati ꝓ proximis, & consolemur in ea per exemplũ Christi, & ita speremus quod Christus accepit. Deus autẽ. q. d. scriptura sacra est ad doctrinã per quã patientia & solatiũ habetur, sed deus qui est dator Patiẽtiæ & solatij, det vobis sapere idipsum, id est indifferenter. Et hoc In alterutrum. s. vt quod vnus sentit alter sentiat & hoc nõ præter Christum, sed Secundum Iesum Christũ, vt secundum doctrinã Christi sapiatis, Vt vnanimes, id est, eadẽ voluntate, Et vno ore, id est, eadem vocis confessione, Honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi, id est, honorificetis eum qui est deus essentia, qui & creator est, & qui pater Christi natura, & nostri gratia, qui beneuolus apparet Christum mittendo. Quia ergo creator est, & quia beneuolus honorificate eum idem sapiendo. quasi dicat, nisi idem sapiatis, deum honorare non poteritis. Propter quod, scilicet, vt deum honoretis, Suscipite inuicem, infirmos.

August.

Augusti.

Sicut & Christus suscepit vos, id est infirmos, In honorē dei, id est, vt faceret vos immortales. [Dico enim Christum Iesum, ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrū, gentes autem super misericordia honorare deum: sic scriptum est, Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit, Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterum, Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait, Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in spe & virtute spiritus sancti. Certus sum autē fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni sciētia, ita vt possitis alterutrū monere.] Dico enim. Verè Christus suscepit infirmos, quia Iudæos & gentes. Iudæos vtiq; ita suscepit, vt esset minister eorū, id est Apostolus & prędicator eorū, & hoc est quod ait, Dico enim Christū fuisse ministrum. i. apostolū & prędicatorem. Circuncisionis, id est Iudæorū ad quos corporaliter venit: sicut ipse dixit, Non sum missus, nisi ad oues quæ per. d. Is. id est Christus minister fuit Iudæorum, & hoc propter veritatē dei, scilicet, Ad confirmandas promissiones patrum, id est, vt verus esset, id est, vt se esse veracem ostenderet in promissis, & compleret promissa patribus Iudæorum. promiserat enim Abrahæ, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et Dauid, De fructu vētris tui, ponam super sedem tuam. Et item dixit, Orietur stella ex Iacob. Ecce ex his patet: quia non repulit deus Iudæos, quibus propriè veritas exhibita est, gentibus verò misericordia præstita est, quibus nulla promissio facta erat. Impleta ergo est veritas dei in Israelitis, qui crediderunt. Venit vnus paries ex circuncisione applicans se ad lapidem angularem, sed ille lapis angulum non faceret, nisi in se parietem alium susciperet. Ille itaq; paries, tanq̄ pertinet ad veritatem: ille verò alius ad misericordiā. vnde subdit, Gentes autē. q. d. non modo Iudæos Christus assumpsit propter veritatem, sed & gentes sumpsit propter misericordiā. & ideo dico gētes, Debere honorare deū super. i. de Misericordia, qua eas nō pro eis missus,

Ambrosi⁹

ambrosi.

missus, nec ad eas missus suscepit, & velut oues adduxit. Hoc autem testimonio prophetico probat subdens, Sicut scriptum est in psal. cuius authoritate confirmat de gentibus quod assumptæ sunt de quibus minus videretur. Propter hoc, vel, Propterea confitebor tibi in gentibus, id est faciam tibi confitentes de gentibus. Confessio autem nõ tantum peccatorum est, sed & laudis dei. Et nomini tuo cantabo, id est faciam cantantes tibi canticum nouum, & cum lætitia te laudantes. Et iterum, Esaias dicit, Lætamini ô gentes, quia assumptæ estis, vt sitis vnum ouile. Cũ plebe eius, id est cum Iudęis: Quia cum eis vnum estis. Et iterum Dauid dicit, Laudate omnes gentes dominum. & laudantibus omnibus gentibus deum. Omnes populi. s. duodecim tribus, Magnificate eum, qui auxit numerum plebis suę gentibus adiectis. Et rursus, Esaias, quiddam ad idem pertinens, ait, Iesse, qui fuit pater Dauid, qui & Esai dictus est, Erit radix. Dauid arbor fuit, quæ per ramum, id est Mariam fecit fructum Christum, quia Maria genuit Christum, dico quod Iesse erit radix, & ex hac radice erit ille, Qui exurget, à morte. Regere gentes, per fidẽ & opera bona. Et ideò Gentes sperabunt in eum. Deus autem spei. q. d. moneo vos inuicem suscipere, Deus autẽ, dator, Spei, id est qui dat spem, vel Deus spei, id est in quo speramus, Repleat vos omni gaudio, spirituali, vt nec vnus vestrum doleat, sicut solebatis dolere in lite. Et, vt possitis gaudere, repleat vos, Pace, habita, In credendo, id est det vobis pacem, id est concordiam adinuicem. & hoc vtique erit si sit sana fides, Vt abundetis, quasi dicat hæc prædicta det vobis deus, vt per ista habita abundetis, In spe, id est certiores sitis de æterna beatitudine. Et abundetis in virtute spiritus sancti, id est in fortitudine bonæ operationis quæ datur per spiritum sanctum. Certus sum autem, vel, Enim, Ne videretur intelligere Apostolus omnes esse discordes, & ad corrigẽdum insipientes, remouet hoc quod ideò incipit, vt ammoneat perfectiones de correctione minorum. & inde proponit se exemplum qui laborat de aliis, & opus est vt isti hæc faciant cum ipse aliis impeditus ad eos venire non possit, quasi dicat & si ita moneo vos suscipere inuicem, non tamen omnes indigetis

Ambros.

Ambrosi.

Ambrosi[9]

Aimo.

getis hac ammonitione. Certus sum enim &c. vel si est in litera, Autem, sic iunge, Moneo vos suscipere, sed tamen, Et ego ipse, qui ita loquor, Certus sum, de vobis ô fratres mei, de hoc, Quoniã, & vos, Ipsi, nõ solum ego, Pleni estis dilectione, qua velitis bonum. & repleti, Sciẽtia, qua possitis cognoscere, Omni, scilicet veteris & nouæ legis. Ita, repleti estis his duobus, Vt possitis, nisi culpa vestra remaneat, Monere vos, vt non dicam, docere, Alterutrum, id est vicissim alter alterum. Nota, quia per hanc laudem prouocat eos ad meliora more exhortantis. Qui enim videt se laudari, laborat vt vera sint quæ dicuntur. Vnde nec dicit eos se docere sed monere, id est non dicit vt se doceant, sed moneant, quasi quod sciatur, sed subterfugit animo, hoc enim solet moneri, quod cum sciatur aliquando, subterfugit animo aut negligenter habetur. [Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducens propter gratiam quæ est data mihi à deo, vt sim minister Christi Iesu in gentibus sanctificãs euangelium dei, vt fiat oblatio gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium in verbo & factis, in virtute signorũ & prodigiorum, in virtute spiritus sancti: ita vt ab Hierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim euangelium Christi. Sic autem prædicauit euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem. sed sicut scriptum est, Quoniam quibus non est annunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt de eo intelligent. Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos & prohibitus sum vsque adhuc.] Audacius autem, quasi dicat. Pleni estis dilectione & scientia, sed tamen & si pleni sitis, Audacius, id est aliquantulum audacter. Scripsi vobis ô fratres, dico ex parte. Perfectorum, id est perfectis omnibus. nam quãtum ad alios non esset audacia. Vel scripsi, Ex parte, scilicet ecclesiæ dei, vel, Ex parte, scilicet epistolæ. Scripsi dico, non quasi putans vos insipientes, sed, Tanquam reducens vos in memoriam, id est quasi faciens vos memores, quid agere debeatis. In quo eos quasi obli-

Ambros. (margin, beside "maneat, Monere vos…")

Aimo. (margin, beside "psi, Ex parte…")

tos

tos latenter arguit. Dico quod ſcripſi vobis audacter, ſed non temerè, quia hoc ad me pertinet propter gratiã, Quæ data eſt mihi, id eſt propter apoſtolatum mihi datum A deo, quaſi dicat pro officio meo omittere non potui, data eſt mihi dico gratia ad hoc, Vt ſim miniſter Chriſti Ieſu, quæ, ſcilicet ipſe non alius inſtruit. Miniſter dico, In gẽtibus. Non ergo temere ſcribit eis, ſed Apoſtolus gentiũ audet omnibus gentibus ſcribere, authoritate ſibi data per gratiam dei. ego dico, Sanctificans, id eſt ſanctum eſſe oſtendens, & confirmans, Euangelium dei, bona operatione & miraculis. Vt oblatio gentium fiat accepta, deo. Et ſanctificata, id eſt vt gentes quas offero ſint acceptæ deo, fidei perfectione: & ſanctificatę bona operatione, & hoc In ſpiritu ſancto, cuius gratia eſt fides, & bonum opus. & quia ita ago, Habeo igitur gloriam, id eſt meritum dignum gloria, ſic & vos ſi de fratribus laboratis. gloriam dico referendam, Ad deum in Chriſto Ieſu, id per Chriſtum Ieſum, cuius gratia hoc ago. habeo dico gloriam, & rectè, Non enim audeo, vt pſeudo, Loqui aliquid eorum quæ per me non efficit Chriſtus, id eſt ea loquor tãtum quæ per me. i. miniſterio meo Chriſtus efficit. In obedientiam gentium. i. vt gentes obediant euangelio. Hoc ideò dicit Apoſtolus vt nil minus ſe poſſe probet quàm apoſtoli qui cum Chriſto fuerunt, nec aliquid minus inter gentes virtutum operatũ eſſe. Efficit dico, Verbo & factis etiã virtute ſignorum, minorum, Et prodigiorũ, maiorũ. i. per prędicationem meã, & bonã operationẽ, & per potentiam maiorum & minorũ miraculorũ, Factorũ in virtute ſpiritus ſancti, qui in me talia operatur, quo in me operãte, Ita laboraui vt repleuerim, id eſt plenè prædicauerim, Euãgelium Chriſti per circuitum, id eſt circũquaque, Ab Hieruſalem vſque ad Illyricum, mare, in quo magna ſpiritus ſancti virtus apparet, quòd tot gentes per me euãgelium receperunt. Hoc autem euangelium prædicaui ſic, id eſt in tali loco vbi non eſt nominatus Chriſtus à pſeudoapoſtolis. quare? Ne ædificarem ſuper alienum fundamentum. Si enim aliud facerem, hoc inde contingeret, Quod ædificarem ſuper alienum fundamentum, id eſt ſuper doctrinam à pſeudoapoſtolis traditam. Non ſine

Ambroſi.

Ambroſi⁹.

Ambro.

cauſa

causa Apostolus hoc fecit, quia sciebat pseudoapostolos aliter quàm oportebat Christum tradere, & sub nomine Christi falsa docere, quod postea corrigere maximi laboris erat: ideò sollicitus erat preuenire pseudo, & veritatem integrè tradere vbi nōdū nominatus erat Christus, vt integra linea, & superficies ordinata, incolume fundamenti robur exhiberet. quod testimonio prophetæ probat subdens, Sicut scriptum est. Vel pro bonis Apostolis hoc dicit. Sicut autem prædicaui, & hoc non vbi nominatus est Christus, ab aliis Apostolis. Quare? Ne ædificarem super alienum fundamentum, id est, ne prædicarem iam per alios conuersis: non quod hoc non facerem si contigisset, sed malebam iacere fundamētum fidei vbi non erat, quàm super aliorum prædicationem. Hoc autem prophetico testimonio confirmat dicens, Sicut scriptum est, quasi dicat ita hoc feci, Sicut scriptum est, in Esaia. quoniam, Quibus non est prius annunciatum de eo, id est de Christo, ipsi Videbunt, id est credent: Et qui non audierunt. prius alicuius prædicationem, Intelligent, meam prædicationem esse verā. Vt enim verus esset & inuiolabilis de verbo dei intellectus, festinauit Apostolus gentes veritate imbuere.

ambrosi⁹ Propter quod, scilicet quia tot prædicaui. Impediebar plurimum venire ad vos, sicut & in initio epistolę dixit, Quia sæpe (inquit) proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc: quod nunc absoluit, ostendens qua causa sit impeditus, vt. scilicet excluderet pseudoapostolorum praua cōmenta. Denique postquam omnibus in circuitu prędicauit, vacare sibi dicit venire Romam quod olim optauerat, venturum tamen se pro tempore promittit, quo in Hispaniam erat iturus, ita subdens, [Nunc verò vlterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primū ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti

facti sunt gentiles, debent in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cum consummauero & assignauero eis fructũ hunc, per vos proficiscar in Hispaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam. Obsecro ergo vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad deum, vt libe rer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierusalem sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei, vt refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.] Nunc verò vlterius non habens locum, id est causam morandi, in his regionibus. Cupiditatem autem veniendi ad vos habens ex multis iam præcedentibus annis, cum cœpi proficisci in Hispaniam, hoc ideo dicit, quia & hos præoccupare festinat, & quia ad illos difficilè iter fuerit pseudoapostolis, iam tardare licuit, cum (inquam) illuc proficisci cœpero. Spero, quasi dicat ex me nil possum, sed in misericordia, Spero, quod videam vos, sed, Præteriens, quia non indigetis longa mora, sed interim vos præparetis ne me à cæteris retardetis. Videam vos dico, Et à vobis deducar illuc, scilicet in Hispaniam. Si, tamen, Vobis primum fruitus fuero, id est de fructu vestro lætatus, Ex parte, illa quæ modò discors est. Vel, Ex parte, temporis, id est aliquandiu, & quia hîc non habeo locum, & vos videre desidero. Igitur nunc, id est indilatè, Proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis, qui omnium rerum venditarum precia posuerunt ante pedes apostolorum, & passi sunt à contribulibus suis. De his communis cura erat omnibus apostolis. Proficiscar ministrare, Probauerunt enim, non eos coegi, Macedones, & Achaici vel Achæi. vel Macedonia & Achaia collationem facere aliquam in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem. Hi totos dederunt se diuinis obsequiis, nil mundanum curantes, exemplum bonæ cõuersationis præbebant credentibus. Istis interdum fecerant Achaici & Macedones collectam: per quam rem ad huiusmodi opera Romanos Apostolus inuitat, quia per misericordiam Dei viuit, & iustificatus est, pius debet esse causa fratris. Placuit, quasi dicat bene dico probauerunt.

Ambros.

Augusti.
Augusti.
Ambrosi.

Ambros.

Placuit

Ambro. Placuit enim illis: Et, etiam, Debitores esse eorum, adeò vult Apostolus eos esse misericordes, vt & hoc deberi-cat ab eo qui misericordiam expectat. & verè sunt debitores. Nam si Gentiles facti sunt participes spiritualiu: id est prædicationis & sacramentorum eorum, id est Iudæorum qui miserunt eis prædicatores ab Hierosolymi. Debent, vtique, Et ipsi ministrare eis in carnalibus, id e Iudæis. Hoc igitur quasi dicat. Quia illis hoc placuit. scilicet facere communionem sanctis, qui sunt in Hierusale, Igitur cum consummauero hoc, id est cum perfecero opus ministrationis, Et assignauero eis, id est sub signo cuiusque ecclesiæ, ostendero eis Fructum hunc, proficiscar, in Hispaniam. & hoc, Per vos, & ideò interim corrigite vos. Scio autem, quasi dicat per vos transibo, sed tamé scio certus de gratia dei. Quoniam iam diu veniens, voto, Ad vos, tandem, Veniam, re ipsa. & hoc, In abundantia benedictionis Christi, id est, ita quod vobis multum prodero per benedictionem Christi. Hæc auté benedictio est virtus signorum qua confirmati sunt. Et quia venturus sum, Obsecro igitur vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, id est si eum diligitis, Et per charitatem spiritus sancti, id est si in vobis est charitas quam facit spiritus sanctus habere, Vt adiuuetis me in orationibus vestris, directis, Ad deum, id est per orationes vestras ad deum factas. Non ideò hoc dicit Apostolus, quia ipse minus mereatur quam illi minores, sed ordinem sequitur, vt ab ecclesia pro rectore suo fiat oratio. Et benè vtique rogat Apostolus minores pro se orare. Multi enim minimi dú cógregantur vnanimes, fiunt magni, & multorum preces impossibile est vt non impetrent. Si ergo cupiunt eum videre, orent vt liberatum eum recipiant cum gaudio charitatis. Vnde subdit. Vt liberer. q. d. obsecro vt iuuetis me in orationibus. in hoc, scilicet oretis pro me, Vt liberer, ab infidelibus, qui sunt in Iudæa, ne quod defero auferát. Et ita oblatio obsequij mei, id est mihi iniuncti, Fiat accepta, quasi dicat sufficiens, non diminuta, Sanctis qui sunt in Hierusalem. Vel, Fiat illis oblatio accepta, vt illi intellecta charitate apostoli erga seipsos, cum illo vnanimes deo gratias agant. Magnus enim profectus est ei, cuius ministerio

Margin notes: Aimo. (beside "iusque ecclesiæ"); Ambro. (beside "tus sancti"); Ambro. (beside "tis. Vnde subdit")

ſterio multi facti læti deum laudant. Orate ita fieri, Vt, hoc facto, Veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei. hoc dicit vt oſtendat omnia cum dei voluntate ſe agere. Et refrigerer vobiſcum, quod erit illis pacatis. Deus autẽ pacis. q. d. venturum me ſpero ad vos: ſed ſiue veniã ſiue non, Deus pacis ſit cum omnibus vobis. Deus pacis Chriſtus eſt qui ait, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: qui cum ſuis eſt vſque ad conſummationem ſæculi, ſicut ipſe ait, Vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi, ita cum iſtis cupit eum Apoſtolus eſſe. Amen, quod eſt confirmatio ſui deſiderij.

CAPVT XVI.

COMMENDO autem vobis Pheben ſororem noſtram, quæ eſt in miniſterio eccleſiæ, quæ eſt Chencris, vt eam ſuſcipiatis in domino dignè ſanctis, & aſſiſtatis ei in quocũq; negocio veſtri indiguerit. Etenim ipſa quoque aſtitit multis, & mihiipſi. Salutate Priſcam & Aquilam adiutores meos in Chriſto Ieſu (qui pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt, quibus non ſolum ego gratias ago, ſed & cunctæ eccleſiæ gentium) & domeſticam eccleſiam eorum. Salutate Ephenetum dilectum mihi, qui eſt primitiuus Aſiæ in Chriſto Ieſu. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & concaptiuos meos, qui ſunt nobiles in Apoſtolis, qui & ante me fuerunt in Chriſto. Salutate Ampliatum dilectum mihi in domino. Salutate Vrbanum adiutorem noſtrum in Chriſto Ieſu, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellen probum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtoboli domo, Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi domo: qui ſunt in domino. Salutate Tryphænam & Tryphoſam, quæ laborant in domino. Salutate Perſidam chariſſimam: quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino: & matrem eius, & meam. Salutate Aſyneretum, Phlegontam, Hermẽ, Patrobam, Hermam, & qui cum eis ſunt fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & ſororem eius, & Olympiadem, & omnes qui cum eis ſunt ſanctos.

Salutate

Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes ec-
clesiæ Christi.] Commendo vobis, id est commendabilem
vobis ostendo Pheben sororem nostram vel meam, in-
de, Quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est Chencris, Phe-
be ditissima mulier fuit, & nobilissima, quæ ecclesiam i[n]
Aimo. loco quę dicitur Chencris sustentabat sua substātia, ea ve-
rò tunc temporis pro aliquo negocio Romam profecta
est per quam forsan hanc epistolam misit. Commendo, di-
co, Vt suscipiatis eam in domino, vel pro domino, Digne
sanctis, vt dignum est sanctos suscipere. vel sicut quidam
codices habent, Suscipiatis dignè satis, id est valde hone-
ste, & honorifice. Et assistatis ei, id est auxiliemini ei, In
quocunque negocio indiguerit vestri. Et iustum est, Et
enim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi. Salutate Pri-
scam vel Priscellam, Prisca enim ipsa est quæ & Priscella
vocabatur in Actibus Apostolorum. Priscillam & Aquil-
lam adiutores meos in Christo Iesu .i. in prædicatione
Ambros. Christi Iesu. Aquilla vir Priscellæ fuit qui coadiutores
Apostoli fuerunt, & Romam non ociose, sed ad cōfirma-
tionem Romanorum venerant: sic & omnes alij quos sa-
lutat hîc, Romæ fuisse intelliguntur. Hos autem iterum
laudat, vt pericula pro eo pati non abnuisse dicat, subdēs,
Qui pro anima mea, id est vita liberanda, Supposuerunt
suas ceruices gladio, in ministrando mihi, Quibus nō ego
solus gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ gentium, quia hi
laborant ad profectum gentium, exhortantes fidem Chri
sti qui pericula pro apostolo pati non recusauerunt. vnde
& Romani eis obedire debent. Et salutate domesticam
ecclesiam, id est familiam eorum. Salutate Ephenetum di-
lectum meum, qui primitiuus est Asiæ in Christo, id est
qui primus in Asia credidit in Christum. Salutate Mariā,
quæ multum laborauit in vobis, quæ impensius laborauit
ad exhortationem eorum quæ discordiam pertulit ad A-
Ambrosi' postolum. Salutate Andronicum & Iuliam cognatos
meos, quia Iudæi sunt. Et comcaptiuos, quia causa fidei
Aimo. passi sunt captiuitatem. Spiritualiter quoque cognati
Ambrosi. sunt, quia spiritu apostolo erant coniuncti, & spiritualiter
concaptiui: secundum illud, Quandiu sumus in corpore
peregrinamur à domino. Qui sunt nobiles in Apostolis,
id

id est in prædicatoribus, id est famosi inter prædicatores Qui & ante me fuerunt in Christo, id est in fide Christi. Salutate ampliatum dilectissimum mihi in domino. Iste amicus erat apostolo in domino, sed non concaptiuus. Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo, id est qui operis particeps, & socius mihi est, & aliis in exhortatione fidei. Stachyn dilectum meum, qui amicus meus proprius est, & si non adiutor & particeps operis. Salutate Apellen probum, id est probatum, In Christo, per tētationes enim iste inuentus est fidelis in Christo quem salutat, & si non amicus esset vel particeps operis. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo. Aristobolus ille solebat congregare fratres in Christo, quos salutat Apostolus adeo probans factum illius. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo. Narcissus iste dicitur fuisse presbyter, sicut legitur in aliis codicibus, qui peregrinando confirmabat sanctos fratres, quia qui tunc præsens non aderat suos salutat Apostolus, & quia non omnium illorum merita nouerat, discernit subdens, Qui sunt in domino, id est eos quos dignos videritis. quia non omnes digni erant. Salutate Tryphænam & Tryphosam, quæ laborāt in domino, scilicet in ministerio sanctorum, & in angustiis. Salutate Persidam charissimam meam, quæ multum, scilicet plusquàm prædictæ, Laborauerunt in domino. Labor est hîc & in exhortatione & in ministerio sanctorum, & in præssura, & in egestate propter Christum. Salutate Rufum electum in domino, quia promotus erat ad res domini agendas, scilicet ad sacerdotium. Et matrem eius, carne. Et meam, beneficiis, Pro sanctitate eius vocat eam Apostolus matrem suam, cui filium præponit pro ecclesiastico officio. Salutate Asyneretum, Phlegontam, Hermen, Patrobam, Herman, & qui cum eis sunt fratres. Hos omnes simul salutat, quia sciebat eos esse iunctos in christiana amicitia. Salutate Philologum, Iuliam, Nereum, & sororem eius, & Olympiadem, & omnes qui cum eis sunt sanctos. Hi omnes simul vnanimes erant, & ideò simul salutat eos. Salutate omnes vos inuicem. in osculo sancto. Omnes quibus scribit, & quos nominat iubet salutare se inuicem in osculo sancto. i. in pace Christi,

Ambros. Ambrosi. Ambrosi. Ambrosi. Ambrosi. Aimo. Aimo. Ambro. Ambrosi.

vt religiosa sint oscula non carnalia. Salutant vos. o.ec. horũ locorũ.ecclesiæ,dico, Christi.i.quæ in Christo cõfidunt non in alia re.[Rogo autẽ vos fratres,vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinã quam vos didicistis faciũt,& declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt,sed suo vẽtri,& per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocẽtiũ. Vestra.n.obediẽtia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis conterat Satanã sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscũ. Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei. Saluto vos ego Tertius,qui scripsi epistolã in domino. Salutat vos Caius hospes meus,& vniuersa ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri

Ambrosi⁹ Iesu Christi cũ omnibus vobis. Amen.] Rogo autẽ.q.d. Hos prędictos salutate,& imitamini. Hos autẽ alios vitate.& hoc, Rogo vos,ô Fratres,vt obseruetis.i.discernatis, Eos qui faciunt dissensiones & offendicula.i.qui faciunt vos dissentire & offendere inuicem. Illos dico docentes,

Ambros. Præter doctrinam quam vos didicistis,à veris Apostolis: quia illi de lege agebant, quia cogebant credentes iudaizare. In hoc,pseudoapostolos tangit,quos in tota epistola cauendos esse monet. Obseruetis dico, Et declinate ab illis,etiam debetis. Huiusmodi enim,homines,non seruiunt Christo domino nostro,sed suo ventri. Aliis enim adulãtur, & aliis detrahunt vt possint suum ventrem implere. Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda

Aimo. innocentium. Compositis enim verbis suam traditionem commendabant, quibus simplicium corda decipiebant. Vestra enim.q.d. Ideo moneo vos vitare illos,quia fides vestra & obedientia vbique laudatur.& hoc est, Vestra.n. obedientia diuulgata est in omni loco, quia estis in capite mundi, & sic exemplo vestro iam possunt alij corrumpi. Vel,Rogo vos vitare,& securè,quia Obedientia vestra.i. facilitas obedientiæ vestræ, Diuulgata est in omni loco, vbique enim notum est,quia leuiter obedistis,quod bonũ est,& inde gaudeo. vnde subdit, Gaudeo igitur in vobis, sed

ſed volo vos eſſe.i.vt vos ſitis, Sapientes in bono, diſcernẽdo, Et ſitis Simplices in malo, id eſt ſine aliqua parte mali. Deꝰ autẽ.q.d. Volo vt ſitis ſapiẽtes. Deus autẽ, dator, Pacis.ſ. Chriſtus, Conterat Satan.i. falſos prædicatores, vel quẽlibet vobis aduerſantem hominẽ vel diabolũ, Sub pedibus veſtris, vt.ſ. vos lædere non valeat: ſed potius ſi diabolus eſt, conteratis caput eius, ſicut Euæ dictum eſt, in figura eccleſię vel ſenſualitatis.i. primos motus ſuggeſtionum eius cõtemnatis. Et hoc faciet Velociter.ſ. in aduẽtu meo. quod vt fiat, Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti ſit vobiſcum. Vel, interim autem, Gratia domini &c. Gratiam quam promiſit in aduentu ſuo iam optat eis. Salutat vos Timotheus adiutor meus, qui eſt quaſi coepiſcopus: Et Lucius, & Iaſon, & Soſipater.q.d. his eſtis curæ: qui Cognati mei ſunt genere vel fide. Ecce tot & tanti cõgaudẽt cœpto veſtro, & ideò perſeuerare vos decet. Saluto vos ego Tertius, nomine non numero. Qui ſcripſi epiſtolam in domino. Iſte Tertius erat notarius Apoſtoli, cui conceſſit ſub nomine ſuo ſalutare. Salutat vos Caius hoſpes meus. Hîc eſt ille cui Ioannes ſcripſit in epiſtola canonica gaudens, quia fratribus his ſumptus miniſtrabat. Et vniuerſa eccleſia. Supradixerat omnes eccleſias ſalutare illos, & hîc dicit vniuerſam eccleſiam ſalutare illos, quod puto non ocioſè dictũ, vel ſuperfluè, nil enim tantus vir ſuperfluum poſuit: ſed hîc dicit eccleſiam alterius prouinciæ vnde Caius erat. Salutat vos Eraſtus arcarius ciuitatis, Athenienſium. Arcarius dicitur ab arce, quaſi dicat princeps. vel potius dicitur ab arca, quia præerat arcæ, vbi ponebantur cenſus tributorum & vectigalium. vel diſpenſator ciuitatis. Et Quartus frater. Quartus proprium nomen eſt ſicut & Tertius. Gratia, quaſi dicat. Iſti hoc modo ſalutant vos, Gratia domini &c. Vel, hi prædicti ſalutant vos, & ego ipſe ſubſcribo propria manu, Gratia domini ſit omnibꝰ vobis. Amen. [Ei autẽ qui potens eſt vos confirmare iuxta euangelium meum & prædicationem Ieſu Chriſti, ſecundum reuelationem myſterij temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum eſt per ſcripturas prophetarũ ſecundum præceptũ æterni dei ad obeditionẽ fidei in cunctis gẽtibus cogniti, ſoli ſapiẽti

Ambroſi.

Auguſti.

Ambro.

Aimo.

deo per Iesum Christum. cui honor & gloria in sæcula seculorum. Amen.] Ei autem, quasi dicat. Ego sic moneo vos. Ei autem. s. deo trinitati. Qui potens est vos confirmare in fide perfecta, sit Honor & gloria, à quo solo omnia bona sunt. In quo epistolæ notatur summa, quia hoc principaliter intendit Apostolus, illos monere, vt omnia gratiæ dei attribuant. Dico qui potens est cõfirmare vos. & hoc, Iuxtà euangelium meum, à quo non discordat prædicatio Christi. vnde subdit, Et secundum prædicationẽ Iesu Christi. quod euangelium, quæ etiam prædicatio est, Secundum reuelationem mysterij taciti æternis temporibus, id est secundum quod reuelatum est mihi de occulto

Aimo. dei consilio, & ab æterno tacito. Aeterna enim tempora dicit quæ præcesserunt mundi exordium. Vel. quod Euãgelium est secundum reuelationem mysterij taciti æternis temporibus, id est reuelat ipsum mysterium tacitum à mundi exordio. Mysterium dicit incarnationem Christi & cætera talia, quæ æternis temporibus erant abscondita, quia licet ex aliqua parte antiquis patribus cognita fuissent. plenè tamen à nullo fuerunt præscita, quousque suo tempore per Iesum Christũ sunt reuelata scripturis prophetarum ab eo reseratis, testimonium dantibus huic prędicationi. & hoc est quod dicit, Quod, mysterium Patefactum est, à Christo, Per scripturas prophetarum, reseratas ab eo. Patefactum est dico, & hoc, Secundum præceptũ, id est dispensationem. Aeterni dei, qui ab æterno hoc ordinauit, quasi dicat non est fictum. Solus deus propriè ęternus dicitur. Dicitur autem & ignis ęternus, & pœna ęterna, sed non sicut deus dicitur æternus. Ignis enim dicitur æternus, eo quod sine fine sit, non est tamen sine initio, Deus autem etiam sine initio. Illa est ergo vera æternitas, quæ est vera immortalitas. Hæc est illa summa incommutabilitas, quam solus deus habet qui immutari omnino nõ potest. Aliud est enim aliquid non mutari cum possit mutari: aliud autem non posse prorsus mutari. Sicut ergo dicitur homo bonus non tamen sicut deus, de quo dictũ est, Nemo bonus nisi solus deus: & sicut dicitur anima immortalis, non tamen sicut deus, de quo dictum est, Solus habet immortalitatem. Et sicut homo dicitur sapiens, non

*Augu. de natura boni.

tamen

tamen ſicut deus, de quo dictum eſt Soli ſapienti deo: ſic dicitur ignis æternus, non tamen ſicut deus, cuius ſolius immortalitas ipſa eſt vera æternitas. Ad obeditionē.q. d. Patefactum eſt illud myſterium.& hoc, In cunctis gentibus, ad obeditionem. Vel, Ad obediendum, id eſt vt obediant fidei bene operando. Dico myſterij taciti, vtique alijs: ſed Cogniti ſoli ſapienti deo, quia & ſi modò ſit hominibus reuelatum cum ſoli deo cognitum eſt qui ſolus perfectè nouit, cur ita factum eſt? In quo reprimit inquiſitores qui quærunt cur tantum diſtulit deus venire, cur tot gentes perire permiſit. In hoc autem quod ait, Soli ſapiēti deo, error quibuſdam ſurrepit, arbitrantibus hîc ſolum patrem ſignificari, & ſolum verè ſapientem eſſe: cum tamē non ſit dictum ſoli ſapienti patri, ſed ſoli ſapienti deo, & deus vnus ipſa eſt trinitas: vt ſic intelligamus ſolum deum ſapientem, ſicut intelligimus ſolum potentem, ſcilicet patrem, & filium & ſpiritū ſanctū qui eſt vnus & ſolus deus, cui ſoli ſeruire iubemur. Si tamen dixiſſet Apoſtolus, ſoli ſapienti patri, nec ſic tamen ſepararet filium vel ſpiritum ſanctum, ſicut in Apocalypſi de filio legitur, qui habet nomen ſcriptum quod nemo ſcit niſi ipſe, nec ideò tamē dicitur pater neſcire hoc nomen, à quo eſt filius inſeparabilis. Sicut ergo ſcit pater quod nemo ſcire dictus eſt, niſi filius, quia inſeparabiles ſunt pater & filius: ſic etiam ſi dictum eſſet ſoli ſapienti patri, ſimul intelligi deberet etiam filius & ſpiritus ſanct⁹, quia inſeparabiles ſunt. Dico quòd myſteriū patefactum eſt, & hoc per Ieſum Chriſtū Cui.ſ. ſoli deo. vel, Cui.ſ. Chriſto eſt Honor, à nobis, Et gloria, in ſe, quia ipſe eſt vera gloria, & beatitudo, & ſummū bonū. & hoc, In ſecula ſeculorum.i. fine fine. Ecce oſtenſum quomodo Ei, & cui, legi poſſint. Quidā autem legunt ſine Cui, ſi autē auferas cui, abſoluta eſt lectio. Sed beatus Auguſt. dicit apponi. & tradit quomodo debet accipi vt non ſuperfluat, & legit alio modò quam prius dictū eſt, ſic, Ei autē.q.d. Potens eſt vos confir. vt.ſ. deo patri, vel deo trinitati. Potens eſt dico, Iuxta euangelium meum, & prędicationem Ieſu Chriſti, ſecundū reuel. m. tē. æt. taciti, Hæc non mutantur. Quod, myſterium. Nunc patefactum eſt, per ſpiritum ſ. vel per Chriſtum. & hoc, Per ſcrip. proph.

Augu. cōtra Maximinum.

Aug. cōtra Maximi.

ſec.prece.dei,ad ob.fi.in cum.g.c.ſo.ſa.deo. Hæc nõ mutantur. Cui, inquam.i. deo trinitati,vel deo patri, Sit honor & glo.per Ieſ.Chri.cui cum honor, à nobis, Gloria, in ſe. Quod additur cui gloria,cũ ſufficeret ei gloria, inuſitatę noſtræ linguæ eſt locutio,nõ ſenſus ambiguus. Idẽ eſt enim dicere, ordine inuſitato verborum, ei gloria,per Ieſum Chriſtum cui eſt gloria, quod vſitato ordine dicere ei gloria,cui per Ieſum Chriſtum eſt gloria. Quid enim ſenſui deperit ſiue hoc ſiue illo modo dicatur? per Chriſtum verò eſt patri gloria.i.clara cum laude notitia, quia per eum innotuit hominibus deus trinitas,quod eſt myſterium tacitum ab æternis tęmporibus, quod per Chriſtum reuelatum eſt. Quod ergo interpoſitũ eſt per Ieſum Chriſtum, non debet accipi tanquam dicatur ſoli ſapienti deo per Ieſum Chriſtum,vt,ſcilicet deus ſolus ſapiens per Ieſum Chriſtum ſapiens eſſe intelligatur,non participando ſed gignendo ſapientiam,quæ eſt Chriſtus Ieſus, ſed potius ita debet accipi vt intelligatur per Ieſum Chriſtum gloria eſſe ſoli ſapienti deo. Quis enim audeat dicere per Ieſum Chriſtum fieri vt ſit ſapiens deus pater, cum ſecũdum ſubſtantiam ſuam non dubitandum ſit eum ſapientem eſſe? potiuſque ſit ſubſtantia filij per gignentem patrẽ,quàm ſubſtantia patris per genitum filium? Reſtat ergo vt ſoli ſapienti deo, Gloria ſit, per Ieſum Chriſtum.i. clara cum laude notitia,qua innotuit gentibus deus trinitas. ideò per Chriſtum, quia vt alia taceam ipſe præcepit gentes baptizari in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti,vbi præcipue commendata eſt huius indiuiduæ gloria trinitatis. Deus itaque qui eſt ipſa trinitas,propterea ſolus ſapiens rectè dicitur,quia ſolus ſecundum ſuam ſubſtantiã ſapiens eſt, non ſecundum accedentem participationem ſapientiæ,qualiter ſapiens eſt rationalis creatura. Ideò ergo dixit ſoli ſapiẽti deo quia deus eſt pater,& filius,& ſpiritus ſanctus, & iſta trinitas eſt ſolus ſapiens deus, qui nec vnquam potuit eſſe incipiens,nec vnquam poterit per gratiam particeps eſſe ſapientiæ,ſed ſapiens immobilitate,atque immutabilitate naturæ. Ei,ergo, Sit gloria per Chriſtum,cui eſt honor & gloria in ſæcula ſeculorum. Amen.

Argumen-

¶ Argumentum in Epistolam ad Corinthios.

COrinthij sunt Achaici, & hi similiter ab apostolo audierunt verbum veritatis, & subuersi sunt multifarie à falsis apostolis, quidam à philosophiæ verbosa eloquentia, alij secta legis Iudaicæ inducti sunt. Hos reuocat Apostolus ad veram fidem & euangelicam sapientiam, scribens eis ab Epheso per Timotheum.

PETRVS LOMBARDVS IN EPIST. I. AD CORINTH.

CAPVT I.

PAVLVS vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Sosthenes frater ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro. Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo.] Hanc epistolam scribit Apostolus Corinthiis. Corinthij autem sunt Achaici, hi ab ipso apostolo sunt conuersi, qui præcepto domini admonitus resedit apud Corinthios annum vnum & menses sex, docens inter eos verbum dei: sed post per pseudoapostolos multifarie subuersi sunt, vt, scilicet de baptistis se iactarent, vnitatem ecclesiæ scindentes, & sacramentorum virtutem, & vsum ex ministrorum meritis iudicantes. Putabant enim sacramenta maioris esse vsus, si per bonos tractarentur, maioris autem vel minoris esse vsus si per magis vel minus bonos darentur. Ita quoque subuersi erant vt cõtempto Apostolo de sapientibus sæculi se iactarent, quorum eloquentia & terrena philosophia delectabantur, vt sub nomine Christi his imbuerentur quæ contraria Ambrosi⁹

ſunt fidei. Inflati quoque erant eo quòd non iret ad eos Apoſtolus. Fornicatorem quoque, qui vxorem patris te- Ambroſ. nebat, inter ſe eſſe patiebantur. Sunt & alia capitula in ſuis locis notanda. De his & huiuſmodi magna cum fiducia & charitatis affectu ſcribit eis Apoſtolus, aliquando commonens, aliquando blandiens, aliquando arguens. Nam multæ ſunt cauſæ propter quas ſcribit eis Apoſtolus, ab erroribus ad rectam fidem & à ſchiſmatibus eos reuocans ad vnitatem. Eſt igitur intentio Apoſtoli in hac epiſtola Corinthios ab erroribus & ſchiſmatibus ad fidem rectam, & à vitiis & aliis peccatis ad bonos mores reuocare, & in eis confirmare. Modus talis, Huic epiſtolæ ſicut & aliis ſalutationem præſcribit, & nomen ſuum quod celebre erat omnibus gentibus, præponit: vt magiſtri nomine audito acquieſcant correctioni, & quia eis vilis erat apponit dignitatis nomina non humilitatis, vt ſeruus, poſt ſalutationem pro donis eorum qui boni erant inter eos gratias agit. Deinde increpat illos qui de baptiſtis ſe iactabant, poſt retrahit eos ab amore terrenæ ſapientiæ. Deinde redarguit eos de fornicatore quem inter ſe eſſe ferebant. Deinde increpat eos quia ſibi inuicem iniurias, & fraudes faciebant, & infidelium examina requirebant. Poſtea inſtruit eos de matrimoniis, & de perceptione euchariſtiæ, vbi plurimum errabant, & de aliis plurimis. Circa Ambroſ. finem verò ſubditur moralis ammonitio. Præmittit autem ſalutationem dicens, Paulus, id eſt electus à deo, Apoſtolus Chriſti Ieſu, id eſt dei voluntate miſſus ad prædicandum Chriſtum. Vel, Vocatus, id eſt ab hominibus Ambroſi⁹ priuilegio nominis dictus, Apoſtolus Chriſti Ieſu. Hîc aliter incipit quam ad Romanos, quia alia cauſa eſt hîc quam ibi. Hîc enim non vocat ſe ſeruum ſicut ibi, quia opus erat hîc potius authoritate, & commendatione contra ſuperbiam Corinthiorum apud quos viluerat. Apoſtolus dico, & hoc non per iram, ſed Per voluntatem dei, Ambroſi⁹ quod nõ illi veſtri pſeudo qui nec miſſi ſunt à deo nec verum eſt quod dicunt. Et Soſthenes frater. Hîc dicitur apoſtolo de eis nũciaſſe, & ideò eum ſibi in hac ſalutatione adiungit, per hoc indicans quod pro illis valde ſollicitus erat. Ecce per eum qui inter eos conuerſabatur, culpas eorum

rum se scire innuit. Ideò autem frater dicit, quia per hoc remouet suspicionē sinistram ab illo, ostendens quòd non malo animo de eis nunciauit, sed ex charitate, & desiderio correctionis. Paulus, inquam, Et Sosthenes, scribit hanc epistolam, Ecclesiæ dei, non hominum, vt vos facitis eam, arbitrantes ministeriorum dispensatores, esse gratiarū authores. Ita enim esset ecclesia hominum, nō dei. Quos autem ecclesiam dei dicat, aperit subdens, scilicet. Sanctificatis, in baptismo: & hoc In Christo Iesu, id est, per Christum Iesum, non per homines, immo à pseudo euersi sunt. Ipsis dico, Vocatis sanctis, id est, vocatis per prædicatores, & deinde sancti sunt. Vel vocatis sanctis, id est præelectis à deo ad hoc, vt sancti sint. Hoc ideo dicit, vt ostēdat nil boni esse ab homine, sed totum à deo. His inquam Apostolus scribit, Cum omnibus, id est, & omnibus scribit suffraganeis Corinthi, qui in eisdem vitiis laborāt. Vnde subdit, Qui in omni loco, Corinthiorum, Ipsorum & nostro, id est, primitus mihi commisso. Inuocant nomen domini, non aliud à deo, qui verè inuocant, dum serui eius sunt. De quibus dicitur, Propè est omnibus inuocantibus eum in veritate. Hoc enim inuocat aliquid, quod vult ad se venire. Quid est inuocare, nisi in se vocare? Qui ergo deum inuocat, vt diues fiat, deum non inuocat. Nam cum dicis, deus da mihi diuitias, non vis vt ad te veniat ipse deus, sed vt diuitiæ veniant ad te. Deus autem gratis se vult coli & diligi, hoc est enim castè amare, non quia dat aliquid præter se, sed quia dat se, talibus dicit Apostolus, Qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, id est saluatoris & regis, quem verè inuocant dum ab eo credūt, se saluari & regi. Gratias vobis, &c. Ecce salutatio. quasi dicat Paulus & Sosthenes scribunt vobis hanc epistolam, & ante alia salutant vos, optantes vt gratia sit vobis stantibus vt maneant, lapsis vt redeant. Et pax, id est mentis tranquillitas. & hoc A patre & domino nostro Iesu Christo, qui ab eo quidem personali proprietate distinctus est, sed vnus cum ipso vnitate substantiæ deus. Ideo ergo patrē nominauit & Christū, ne vnio personæ inter eos esse putetur. [Gratias ago deo meo semper pro vobis, in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus

Ambrosi.

Ambrosi.

August. in psal. 35.

bus diuites facti estis, in illo, in omni verbo & in omni scientia sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus domini nostri Iesu Christi, Fidelis deus per quem vocati estis in societatẽ filij eius Iesu Christi domini nostri. Obsecro autẽ vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico quod vnusquisque vestrũ dicit. Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: ego verò Cephæ: ego autem Christi.] Gratias ago, &cætera. Hîc gratias agit de donis illorũ, qui boni erant inter eos. In illa enim plebe alij erant boni qui digni erant laude, alij digni increpatione. Post salutationem ergo primum proponit de bonis, vt his aliis cõformentur dicens, Gratias ago, &cætera. corde, lingua, & opere, Deo, à quo omnia esse credo, nõ ab hominibus, Meo, Omnium quidem Deus potestate qua creat: sed eorũ propriè dicitur Deus, qui eũ diligunt, qui eum tenẽt, qui illũ possident, qui illum colunt, quibus subuenit, qui ab illo alieni non sunt. Semper pro vobis. & hoc, In gratia dei, quæ data est vobis. i. dum cõsidero gratiã, id est, dona dei. Quæ data sunt vobis. & hoc, In Christo Iesu, id est à Christo non aliunde. & hæc gratia à deo est multiplex, quia In omnibus, donis, Facti estis diuites in illo, id est in Christo, non in homine. Et quia dixit in omnibus illos esse ditatos, supponit partes aliquas, scilicet diuites facti estis, In omni verbo, id est, in omni genere linguarum. vel, In omni verbo, id est in omni modo prædicandi, scilicet mediocribus & perfectis & minoribus. Et In omni scientia, id est scripturarum intellectu. Et in his ditati ita estis, quod ita tenetis, Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, id est, ita verba & scientiam tenetis de eo quod de Christo prædicaui, sicut testimonio prophetarum confirmaui. Vel, Ditati estis, id est donis repleti, Sicut testimonium Christi cõfirmatum est in vobis, id est,

Ambrosi. Ambros. Ambro.

id est, quia firmiter tenetis fidem quam prædicaui vobis. Dico quod diuites estis. Ita, vt nihil desit vobis ĩ vlla gratia sancti spiritus, Vobis, dico, Expectãtibus, cum desiderio, quia certi inde & parati, Reuelationẽ domini nostri Iesu Christi, id est, visionem Christi, & cognitionem quę post mortem præstatur cuiq; fideli. Vel reuelationem dicit, quæ erit in die iudicij quam impij timent. Qui & cõfirmabit vos. q. d. Expectatis reuelationẽ Christi, à qua expectatione non deficietis. Ipse est enim, Qui & confirmabit vos vsq; in finem, cuiusque, ita vt sitis, Sine crimine, & si non sine peccato. Confirmabit, dico, Vsq; in finẽ, id est vsque in diem Aduentus Domini nostri Iesu Christi. Cuius aduentus intelligitur, cum cuiq; post mortẽ manifestatur. Vel ita, confirmabit vos, dico, semper mente euntes in illum diem, scilicet, In diem aduentus Christi, &c. Fidelis deus. q. d. cõfirmabit & verè, quia deus est fidelis, id est verus in promissis. Per quem vocati estis, cum essetis auersi. qui ergo auersos vocauit, facilius cõfirmabit. Vocauit, dico, In societatem, nõ modo angelorum, vel apostolorum; sed Filij eius domini nostri Iesu Christi. Obsecro autem vos fratres, Hucusque bonos laudauit: his laudatis inuitat alios, ad horũ simile. q. d. pro bonis gratias ago, Vos autẽ, alios, ô Fratres obsecro per nomen dñi nostri Iesu Christi, idest, si vultis esse eius à quo nominamini christiani, vt dicatis omnes oris cõfessione, & interius habeatis in corde, Ipsum, quod dicunt prędicti, Et nõ sint in vobis schismata, id est diuisiones: sed sitis in eodẽ sensu, id est in eadem voluntate qua prædicti. Et in eadem scientia. i. in eadem intelligentia. Ita quod perfecti sitis, hoc ideo dico, quia Significatũ mihi, literis est, de vobis tamen ô fratres mei, ab his qui sunt Chloes. Chloes locus est, vbi illi erant Ambro. qui apostolo significauerunt. Vel, Qui sunt Chloes. i. illius matronę, Chloes enim potest esse nomen, vel loci, vel personæ. Aliquibus enim videtur locus esse, vt si diceretur, ab his qui sunt Antiochiæ: Aliquibus videtur fœmina fuisse deo deuota, cum qua multi essent colẽtes deum. Ambro. Quid enim significatũ est de vobis? hoc scilicet, Quia contentiones sint inter vos, de disciplina dominica. Hoc autem dico, Hîc contra baptistas agere incipit, de quibus illi

Ambrosi⁹ illi gloriabantur. q.d. non solum scio contentiones quæ sunt inter vos, sed & verba quæ dicitis. & hoc est, Hoc autem dico. quod vnusquisque vestrum dicit. Nam alius dicit hoc, scilicet, Ego quidem sum Pauli: alius illud dicit Ego sum Apollo: alius vero, Ego sum Cephæ. q.d. Alius dicit ego sum baptizatus, baptismo illius: Alius dicit ego

Ambrosi. illius, sed hoc dicere est, quasi idololatria. Et sciendũ, quia sub nomine suo, & Apostolorum bonorum, notat pseudo. Nam illi quos nominat sine dubio boni erant, sed sub horum specie falsos Apostolos tangit, ne si diceret in nomine illius vel illius, videretur eis inuidere, & sibi velle attribuere. Vel ideo apposuit nomina bonorum apostolorum, vt ostendat, quia si in nomine maiorum non est gloriandum, nec in nomine illorum quorum doctrina praua est. Iter eos autem hos laude dignos designat, qui dicebant se

Ambros. esse Christi. Vnde subdit, Alius autem dicit, Ego sum

August. su per Ioan. Christi, Baptismo baptizatus. Hîc bene dicit quales supra laudauit, qui tales sunt, ostium habent per quod intrãdum est, quod est Christus, per quem cognoscitur pater. Nemo enim nouit filium nisi pater, neq; patrem, nisi filius, & cui vult filius reuelare. Sicut ergo ipse per se nouit patrẽ, nos autem per illum: sic intrat in ouile per se, & nos per ipsum ostium. Christus enim se prædicat, & nos Christum prædicamus: & ideo ipse per seipsum, & nos per ipsum intramus. Christus ergo ostium est & pastor intrãdo per se, & quod pastor est dedit etiã suis, quia & Petr⁹ pastor, & Paulus pastor, & alij sunt pastores. Ostium verò nemo nostrũ se dicit. hoc enim propriè tenuit. Nullus ergo ostium est nisi Christus, & si pastores sint alij. Sed quia oues indisciplinatæ cœperunt facere schismata, & alia ostia sibi ponere quibus intrarent, non vt congregarentur, sed vt errarent & diuiderentur, dicentes, Ego sum Pauli, &c. subdit,

[Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?] Diuisus est Christus. quasi dicat, Discite quantum erretis, & quantum de deò præsumatis, & quantum hominibus tribuatis,

Ambrosi⁹ qui inter eos gloriã partimini. Diuisus est ergo Christus, secundum vos, quasi dicat, multos facitis Christos, id est datores gloriarum. Adeò enim errabant isti, vt putarent gra-

gratiam dari ab homine, non modò quasi ministro, sed authore. Vel putabant Christum in baptismo magis operari per meliorem baptistam, & minus per minus bonum. & ideo ait, Diuisus est Christus? quasi dicat, Qui operatur idem in omnibus diuisus est, quantum ad vos, dum creditur in isto plus operari, in illo minus. Vel ita, quia hæc dicitis, ideo Christus modo à vobis diuisus est, id est separatus. Vehementer isti errabant, quia ostia sibi præter Christum constituebant, & fundamenta diuersa ponere præsumebant, cum vnum sit fundementum ecclesiæ, quod nemo mutare potest, scilicet, Christus Iesus. Ipse enim solus est petra supra quam fundata est ecclesia. A qua nominatus est Petrus, domino ad illum dicente, Tu es Petrus, &c. Simon enim antea vocabatur hoc autem nomen, scilicet, Petrus à domino ei impositum est, & dicitur Petrus in figura Christiani populi, à petra Christo. quia enim petra Christus dicitur, & Petrus dicitur populus Christianus: Ita ergo Petrus à petra, non petra à Petro dicitur, quomodo non à Christiano Christus, sed à Christo christianus vocatur. Tu es ergo (inquit) Petrus. dictus à petra, quam confessus es, quam cognouisti, dicens, Tu es Christus filius dei, & supra hanc petram, id est super meipsum filium dei, non super te ædificabo ecclesiam meã: super me ędificabo te & alios, non super te. Non enim dicuntur esse Petri, sed Christi: nõ à Petro petrini, sed à Christo christiani, ne esset spes in homine. Maledictus enim qui spẽ suam ponit in homine. Et ne essent tot baptismi quot serui, mysteriũ quidẽ baptizãdi dedit Christus seruis suis: potestatem verò sibi retinuit, quam si vellet poterat dare, vt seruus daret baptismum suum tanquam vice sua: & potestatẽ suam poterat constituere in aliquo seruo, vt tanta vis esset in baptismo serui, quantam vim habet baptismus à domino datus. sed hoc noluit, ideo, vt in homine non esset spes baptizatorum. Noluit enim seruum ponere spem in seruo. Baptizat enim seruus vt minister: baptizat autem dominus tanquam potestatem habens. & potuit hanc potestatem seruo dare, vt dictum est, sed noluit. Si enim daret hanc potestatem seruis, id est, vt ipsorum esset quod domini erat, tot essent baptismi quot essent serui: vt quomodo dictus

Augu. ex tract. euãgelij.

August. super Ioan.

dictus est baptismus Ioannis, sic diceretur Petri baptismus, baptismus Pauli, & huiusmodi. Ille enim baptismus Ioannis dictus est. Sed fortè aliquis dicet, proba nobis quod ille baptismus Ioannis dictus est: probabo, ipsa veritate dicente, quando interrogauit Iudæos, Baptismus Ioannis vnde est? Ergo ne tot baptismi dicerentur, quot essent serui qui baptizarent, sibi tenuit dominus potestatem baptizandi, seruis ministerium dedit. Si ergo seruus dicit se baptizare, rectè dicit, sed tanquam minister baptizat, & ideo non differt siue bonus, siue malus cui baptizandi cōtigit ministerium. Inde etiam nemo dicit baptismus meus, cum tamen dicat euangelium meum, prudétia mea, gloria mea: licet hæc sint à deo. In quibus differentia est: in his eñ alius alio doctior est, & alius alio melius operatur, in euãgelizãdo, nec sunt omnes æquali sapientia præditi: alius autẽ alio magis minúsve baptizatus, siue ab inferiore, siue à maiore baptizetur, dici non potest. Ad hoc autem quod dicit August. Christum potestatem baptismi seruis posse dedisse, opponitur sic à quibusdam, Potestas, siue potentia dei essentia diuina est, quia nõ est aliud deo esse aliud posse. Si ergo non potuit eis dare, vt essent quod ipse, nec potuit dare posse suũ, vel potentiã suam.s. q̃ ipse est: Alioquin si potẽtiam suã potuit eis dare q̃ ipse est potuit eis dare, vt ipsi essent qđ ipse est. Ad qđ dicim⁹, ꝙ nõ potuit eis Christ⁹ dare, vt essent quod ipse est, & tamen potuit eis dare potestatẽ quã habet. i. potestatẽ qua possent remittere peccata, quod ipse solus potest. Hæc est enim quá dicit potestatem baptismi, scilicet potestas remittendi peccata. Potuit ergo eis dare authoritatẽ baptismi quibus cótulit ministerium, ita tamen vt ipse principalis author existeret. Potestatem verò quæ ipse est, siue posse suum quod est suum esse, eis potuisse dare non dicimus, qualiter dicimus eum dedisse nobis scire quod ipse scit, & dedisse prophetis scientiam futurorum quam habet: non quod nobis dederit esse quod habet, vel prophetis scientiã quæ est essentia diuina, sed quia nobis dedit per gratiam scire futura, quæ ab æterno ipse nouit natura. Alij dicũt potestatem baptismi, vt in nomine eorum daretur baptismus, in quo fieret remissio peccatorum, sicut fuit in nomine Christi, &

August. super Ioan.

Opposi-tio.

& hoc potuit dare, sed noluit. Nũquid Paulus. Quasi dicat, Vos dicitis ego sum Pauli, ego Apollo, &c. Sed nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, id est, vt sit vobis author salutis? Aut in nomine Pauli baptizati estis, scilicet, quod peccata dimitterem vobis? q.d. nõ. Reuocat illos ad vnum nomen, qui multa nomina sibi facere volebant, repellit eos ab amore hominis, vt Christus ametur. q.d. Nolo vt mei sitis, sed mecum sitis, mecum estote, omnes illius sumus qui pro nobis crucifixus est. Dimittuntur enim nobis peccata per nomen eius, non per nomen alicuius hominis. Vnde Ioannes ait, Scribo vobis filioli, quia remittuntur vobis peccata per nomẽ eius. Et nota quòd per hoc verum quod tenebant illi Corinthij, facit illos erubescere de falsis quę tenebant. Hoc enim erat proprium & detestabile eorum vitium, quod dicebant ego sum Pauli, nec illos quos in schismata dissiluisse redarguit, arbitror veram fidem habuisse, in hoc quod dicebant ego sum Pauli, &c. Hoc enim falsum erat. Quod vero sciebant Christũ pro se esse crucifixũ, & se in eius nomine non Pauli baptizatos, non erroris eorum, sed diuini muneris erat, hãc dei veritatem in iniquitate suorum schismatum detinebant. Per hanc ergo veritatem quam tenebant, ipsorum falsitatem conuincit. Verum quippe baptismum habebant, & ex eius veritate, vt corrigerent falsitatem ab ipso audiunt. Nunquid Paulus, &cæter. Prorsus fieri potest, vt aliqui verũ habeant baptismum, & nõ verã habeant fidem, sicut isti. Per veritatem ergo, quã habebãt corrigit falsitatem quam tenebant, sicut per Christi resurrectionem quã credebant probat resurrectionem mortuorum quam negabant. Erant enim inter eos qui mortuos resurgere nõ credebant, credebant tamen Christum resurrexisse.

August. in psal. 72.

Augu. de vnico baptismo.

August. in eodem.

[Gratias ago deo meo, quòd neminem vestrum baptizaui, nisi Crispum & Caium, ne quis dicat, quòd in nomine meo baptizati estis. Baptizaui autem & Stephanæ domum, cæterum nescio si quem alium vestrum baptizauerim. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Verbũ enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: his autem qui salui fiunt, id est nobis, virtus dei est.

Gratias

[Gratias ago,&c. Quasi dicat, Et quia de baptismis gloriamini. Ago gratias deo meo,&c.de hoc, Quod neminé vestrum,contendentium, Baptizaui. Nullum enim vestrú baptizaui, Nisi Crispum & Caium,qui non sunt de cõtētione vestra.& non ideo hoc dico,quin bonum sit baptizare: sed Ne quis dicat quod baptizati estis in nomine meo,de quo magis gloriaremini. Poterat quidē,vt dictum est,dominus Iesus,si voluisset baptismi sui potestatem dare alicui,vel aliquibus præcipuis seruis,vt quemadmodum per virgam florentem demonstratus est Aaron sacerdos, ita per aliquod signum demonstrarētur excellentioris dignitatis ministri,& dispēsatores mysteriorum,qui soli baptizare deberent. Sed si hoc fieret ipsorum iam baptismus diceretur,quãuis eis à domino attributus, sicut baptismus Ioannis fuit. ideo Apostolus agit deo gratias,quod neminem eorum baptizauit,qui tãquam obliti in cuius nomine baptizati essent,per hominũ nomina se diuidebant. Cum enim tantum valet baptismus per hominé cõtemptibilem quantum per apostolum datus. ita nec illius,nec illius sed Christi esse cognoscitur, quod Ioannes per speciem columbę se didicisse testatur. Nam secundum quid aliud dixerit,& ego nesciebam eum,non planè video,nisi quia secundum aliquid eum sciebat,& secundũ aliquid eum nesciebat: sciebat quidem sponsum esse & filium dei, sed nesciebat vtrum esset daturus aliis potestatem baptismi, an proprium baptismum esset habiturus,& baptismi potestatem recepturus. Sed hoc per spiritum didicit, velut per columbam descendentem & manentem super Christũ. Vnde ad ipsum dicitur,Super quem videris spiritum quasi columbam manentem & descendentem, hic est, qui baptizat. Baptizaui autem. quasi dicat, Non solum illos prædictos baptizauerim,sed etiam, Baptizaui Stephanæ domũ, id est illius matronæ familiam quæ non est de hac cõtentione. Cæterũ. quasi dicat,de his certus sum,quod baptizauerim eos. Cæterum nescio si quem alium vestrum, qui sit de contentiosis baptizauerim. Non enim. Ratio hic ostēditur cur tam paucos baptizaui. quasi dicat, ideo tam paucos baptizaui, Quia nõ misit me deus baptizare, quod à minoribus fieri potest, ne retardaretur à prædicatione:

Augu. cõtra baptistas de ba.

Augu. cõtra Pelagium.

de qua subdit, Sed euangelizare. Perfectè enim baptizare etiam minus docti possunt, perfectè autem euangelizare multo difficilioris, & rarioris est operis. ideo doctor gentium pluribus excellentior euangelizare se missum dicit, non baptizare. Hoc tamen necessitate instante interdum egit. Non in sapiētia. quasi dicat, dico quod misit me euāgelizare, non vtique, In sapientia verbi, id est in sapientia philosophorum, quæ dicitur sapientia verbi, quia dicitur sapientia: & si non sit. vel ideo dicitur sapiētia verbi, quia verbosos facit, ideo non misit me in sapientia verbi, Vt non euacuetur crux Christi. Per illam enim sapientiam, Crux Christi, id est mors Christi Euacuatur, & impossibile secundum naturam iudicatur, vt deus immortalis moreretur. Vel, Euacuatur crux Christi, si quomodo, vel bona natura, vel alio aliquo modo præter eam credatur esse iustitia & vita æterna. Acutè quippe vidētur hæc dici, sed in sapientia verbi, qua euacuatur crux Christi. Nō est ista sapientia desursum descendens. Si ergo secundum scripturas sapiamus non cogimur contra Christi gratiam disputare, & ea dicere quibus demonstrare conemur naturam humanam, neque in paruulis medico indigere, quia sana est, & in maioribus sibi ad iustitiam, si velint posse sufficere. Quocirca non præsumit Apostolus in sapientia verbi prædicare, sed scripturarum authoritate contentus simplicitati studet, potius quàm tumori. Vel non misit me prædicare in sapientia verbi, id est in lepore & ornatu verborum, quia prædicatio Christiana non indiget pompa, & cultu sermonis ne videatur esse ex versutia, & calliditate humanæ sapientiæ, non ex veritate. Ibi enim compositio verborum quæritur, vbi teste veritate ipsa se non commēdat veritas sicut in sapientia mundana. Qui ergo fidem Christi verbis exornare vult, obscurat illā splendore verborum, vt non illa, sed ipse laudetur. Ideo causam ostendens, quare non in sapientia verbi, addit, Vt non euacuetur crux Christi, sicut pseudo Apostoli ne stulti viderentur prudentibus mūdi, in sapientia humana Christū prædicabant dupliciter, scilicet eloquentiæ studentes, & quæ mundus stulta iudicat. Euitantes verbum enim. q.d. quis quæreret, an euacuaretur crux Christi. Respondet, vtiq;.

Ambrosi.

Ambrosi⁹. de natura & gratia.

Augu. cōtra Felicianum.

Ambros.

Ambrosi.

Verbum enim, id est prædicatio, Crucis stultitia quidem est, id est esse videtur, Pereuntibus, id est sapiētibus huius mundi, quorum sapientia perit, & falsa ostenditur, & inde ipsi damnandi sunt. Ideóque pro eo quod debebat dicere sapientibus, dixit pereūtibus. His autem. quasi dicat, pereuntibus verbum crucis stultitia est. Sed his qui salui fiūt, id est nobis, scilicet credentibus, Virtus dei est, quia credentes in cruce Christi virtutē dei intelligunt, dum sciunt quod occisus diabolum vicit, & hominem liberauit. vel, Virtus dei est, id est virtutem dat credentibus, per quam cum res exigit, fiunt miracula. [Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius sæculi? Nónne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quoniam Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt.] Scriptum est enim. quasi dicat, ideo non misit me prædicare in sapientia, quia prædixerat quod eam non reciperet in prędicatione euangelica: sed perderet, & reprobaret de collegio prædicatorum suorum, & hoc est quod ait, Scriptum est enim, in Abdia, Perdam sapientiam sapientium sæculi, & prudentiam prudentium reprobabo, id est, sapientiam mundanam, & prudentiam eliminabo. A prædicatoribus euangelij, vt tales sapientes inter prædicatores non recipiam. & sic est factum. Vbi, est enim Sapiens inter prædicatores? inter quos si esse voluerit, sapientiam illam abiicere oportuit. Et nota quòd primum ponit genus, deinde subdit species dicens, Vbi scriba, vbi inquisitor huius sęculi? Sapiens genus est vtriusque, scilicet scribæ & inquisitoris. Scriba est, qui etiam de moribus & artibus præcepta dat. Conquisitor est, qui secreta naturæ rimatur. Tales enim recipit deus inter prædicatores, sed stultos fecit. Vnde subdit, Nónne stultam fecit deus sapientiā huius mundi? Vel ita, Scriptum est enim. quasi dicat, Bene dico pereuntibus. sic enim scriptum est, scilicet, quod proderet, & reprobam falsamque faceret sepientiam huius mundi: & hoc est perdam, id est irritam faciam sapientiam sapientium.

tium. Non vtique meam in eis perdam, ſed illam quæ eſt eorum quam ſibi arrogant. Non enim vera ſapientia, & vera prudentia perditur à domino, ſed falſi nominis ſcientia quam ſibi theſaurizant lingua mendacij, & deficiunt ſcrutātes ſcrutinia. Et prudentiam prudentium reprobabo, quam, ſcilicet excogitauit ad aliquid probandū. Non ideo hoc dicit, vt veritatis intelligentia poſſit à deo reprobari, ſed quia eorum prudētia reprobatur, qui in ſua eruditione confidunt. Vbi ſapiens? Probatæ falſæ, ſcilicet ſcientiæ inſultate Apoſtolus dicens, Vbi ſapiens, tam de Iudæis quàm de gentibus, quaſi nil valet. Et eſt hæc inuectio in Iudæos & Gentiles, vnde diſtinctè de vtroq; ſubdit, Vbi ſcriba? de Iudæis. Vbi inquiſitor huius ſæculi? id eſt Gentilis naturas rerum tantum inquirens? quaſi dicat. Victa eſt eorum ſapientia, & ſtultitia facta. Nam ſcriba Iudæorum, & legis doctores, & ſi nil impoſſibile deo credunt, tamen quia in lege non adeò aperte habent, diffidunt dei filium eſſe mortuum, & huiuſmodi: Gentilibus verò pro humana ratione ſtultitia eſt. Sed nónne ſtultam fecit ſapientiam huius mundi? Sapientia eſt huius mundi vbi infirmum & ſtultum dei contemnitur, quæ eſt ſecundum rationes mundi, quæ impoſſibile iudicat quæ in naturis rerum nō videt. Hanc autem deus ſtultam fecit, poſſibile fore declarando atque faciendo quod ipſa impoſſibile iudicat. Nam quia. quaſi dicat, Verè ſapientiam mundi ſtultam fecit deus, quia per ſtultitiam ſaluat credentes: & hoc placuit ei facere. & hoc eſt quod ait, Nam placuit deo. Ex beneplacito enim eius eſt, Saluos facere credentes: & hoc, Per ſtultitiam prædicationis, id eſt per prædicatores imperitos, in mundana ſapientia qui ſtulti videbantur. Vel, Per ſtultitiā prędicationis, id eſt per rem prędicatā quæ ſtulta videtur, ſicut eſt paſſio Chriſti, & mors, vbi eſt humilitas. & cur hoc fecerit oſtendit per id quod in ſerie præmiſit, ſcilicet, Quia mūdus non cognouit deū, per, id eſt propter, Sapientiam ſuam, id eſt ſapientes mundi non cognouerunt deum propter ſapientiam ſuam, vbi eſt ſuperbia. Non cognouerunt, dico, Iudæi per ſapientiam, id eſt per filium incarnatum, qui cum in carne manifeſtatus eſt filius dei, in hunc mundum miſſus eſt. Non

Auguſti. Hierony. Hierony. Ambroſ. Aimo. Ambroſi. Augu. de trinitate.

Augu. sup psal.33. Augu.de trinitate. August.su per Ioan. Ambros.

igitur per locorũ spatia veniẽdo, sed in carne mortali mortalibus apparendo, venisse à deo dicitur. Illuc ergo venit vbi erat, quia erat in hoc mundo, quia mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Hæc est lux quę in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Vt autem comprehenderetur, ideo verbum caro factum est. Sicut enim curatio via est ad sanitatem, sic medicina sapientiæ dei per hominis susceptionem nostris est accommodata vulneribus, de quibusdam contrariis curans, & de quibusdam similibus. Serpentis enim sapientia, id est astutia decepti sumus, dei sapientia liberamur: & sicut illa sapientia vocabatur, erat autem stultitia, sic ista, quæ vocatur stultitia sapientia est. Ecce contraria. Similia verò sunt, quòd per fœminam deceptos, per fœminam liberauit: homo homines, mortalis mortales. Vel ita, dico, quod non cognouit mundus per sapientiam suã: & hoc factum est, In dei sapientia, & hoc fecit deus alto consilio, scilicet ne superbirẽt, & vt fides & salus cognoscatur esse ex deo, non ex sapientia humana. Quoniam & Iudæi. q.d. non cognouit mundus per sapientiam deum. ideo, Quoniam Iudæi, cõsueti ab antiquo, Petunt signa, potentiæ, nesciẽtes humilitatem dei, Et Græci, id est, Gentiles, Quærunt sapientiam, non veram, sed quæ ingenio hominis sapientia videatur, scilicet vtrum quod prædicatur, natura patiatur. [Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis Christum dei virtutẽ, & dei sapientiam. Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Et quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Videte enim vocationem vestrã fratres, quia nõ multi sapientes secundum carnẽ, non multi potentes, nõ multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt cõfundat sapientes. Et infirma mundi elegit deus, vt cõfundat fortia, & ignobilia mundi & contẽptibilia elegit deus & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem, vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio & redemptio, vt (quemadmodum scriptum est) qui gloriatur, in domino glorietur.] Nos

autem,

autem,contra,Prędicamus,scilicet,Christum crucifixum, Iudæis quidem scãdalum.q.d.quòd non est Iudæis signũ potentiæ,sed scandalum,quia irascuntur contra prædicatores rubore sceleris sui. Gentibus autem stultitiam.quasi dicat,hoc quod prædicamus videtur gentibus stultitia,ita & vobis,si de sapientibus estis. Vel ita continet, Ideo videtur stultitia quod prædicamus,quoniam, Iudæi petunt signa,& Græci sapientiam quærunt. Nos autem,cõtra facimus,scilicet,Prædicamus Christum Iudæis quod scandalum est,Gentibus autem stultitia, & tamen per istã stultitiam saluat deus credentes,vt dictum est. Ipsis autem,sic iunge,Dico quoniã petũt signa Iudęi,& Gręci sapientiã. In crucifixione quam prędicamus est magna virtus dei,& magna sapiẽtia dei,quod videtur vel apparet,Iudæis atq; Græcis,nõ vtiq; oĩbus,Sed ipsis vocatis.i.ipsis qui vocati sunt ad vitam:non communi vocatione,sed illa qua præsciti vocantur. Illis enim apparet Christi passio virtus, & sapientia,vt scilicet salus sit ex deo, nõ ex arbitrio Iudęi, vel Græci,& si reprobis aliter videtur. Ipsis, ergo,Vocatis prædicamus Christum,id est crucifixum,scilicet, Dei virtutem,& dei sapientiam,id est, Christi crucifixionem in qua apparet virtus dei,quod mortuus vicit mortem, id est diabolum & Iudæum. Et dei sapientiam , qua callide diabolum decepit. Vel, Ipsis vocatis prædicamus Christum,id est Christi fidem,vel passionem, scilicet dei virtutem,quod per fidem eorum,& peccata remittuntur,& dæmones pelluntur:& cum res exigit,miracula fiunt. Et dei sapientiam,quia credentes in Christũ crucifixum,intelligunt Christum esse dei sapientiam. Christus enim sapientia patris est, sicut virtus patris:ipse est verbum patris, & manus patris, per quem tãquam manu & verbo pater omnia fecit. Vnde,Opera manuum tuarum sunt cæli. Et itẽ, Verbo domini cæli firmati sunt. Quod ergo verbo , hoc manu:& quod manu,hoc verbo fecit. Potest ergo sic accipi,prædicamus Christum esse dei sapientiam,& dei virtutem. Caue ne intelligas filium dici sapientiam dei tanquã ipse solus sit intelligens,vel sapiens sibi,& patri,& spiritui sancto. Si enim ibi solus filius intelligitur sapiẽs, & sibi,& patri,& spiritui sancto , ad illam reditur absurditatem, vt

August. Ambrosi9 Ambrosi9 ĩ psal. 18. Augu.de trini.

 pater,

pater,nec ſit ſapiens de ſeipſo,ſed de filio:nec ſapientia ſapientiam genuerit, ſed ea ſapientia dicatur pater ſapiens eſſe,quam genuit. Vbi enim non eſt intelligentia, nec ſapientia eſſe poteſt. Et ideo ſi pater non intelligit ipſe ſibi, ſed filius intelligit patri,profecto filius patrem ſapientem facit: & ſi hoc deo eſſe quod ſapere,& ea illi eſſentia quæ ſapientia,non filius à patre quod verum eſt, ſed à filio potius pater habet eſſentiam quod falſiſſimum eſt. Eſt ergo deus pater ſapiens,ea quæ ipſe eſt ſua ſapientia:& filius ſapientia patris eſt ſapiẽs,de ſapientia quæ eſt pater de quo eſt genitus filius. Sic & pater eſt intelligẽs ea quæ ipſe eſt ſua intelligentia,filius autem intelligentia patris,eſt intelligens de intelligentia quæ eſt patri,de qua genitus eſt. Quia quod &cæt.q.d.verè in crucifixione Chriſti eſt dei virtus,& dei ſapiẽtia. Quia quod ſtultũ eſt dei,id eſt,quod ſapiẽtibus mundi videtur ſtultũ de deo,vt paſſio & mors, Sapientibus eſt hominibns, id eſt, quam homines poſſunt videre,vel eſſe. Et quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. Sine dubio cęleſtia vincunt terreſtria,& ideo infirmum dei,non verè eſt infirmum,ſed videtur,quia infirmitas Chriſti magna victoria eſt:cum enim victus eſt,vicit mortem quam nemo gigas euaſit. Videte enim.q.d. Verè ſtultum & infirmum dei, ſapientius & fortius eſt hominibus,quod in vobis poteſtis experiri. Videte enim vocationẽ veſtram,ô fratres,id eſt per quos vocati eſtis. Inſipientes enim & infirmi vos vocauerũt,inter ſtulta & infirma mundi annumerati ſunt. Tales ſunt vocatores veſtri,qui tamen confundũt ſapientes & fortes, Et verè ſunt tales, Quia non multi,de vocatoribus ſunt, Secundum carnem ſapientes,id eſt ſecundum ſapientiam humanam. Nõ multi potentes,lata dominatione. Non multi nobiles,generis claritudine. Primò nulli tales fuerũt inter doctores Chriſtianæ fidei,quando duodecim Apoſtoli ſunt electi. Vel non multi dicit, non ait nulli, forſan pro ſe qui ſolus inter apoſtolos ſecularium literarũ peritus, & terrenarum opũ diues, Romanę dignitatis parentela conſpicuus fuit, qui tamen hæc nihili pendit,nec vſus eſt eis. Sed quę ſtulta, &c.q.d.non ſapientes elegit, ſed potius, Elegit deus quæ ſtulta ſunt mundi,id eſt ignaros mundanæ ſapientię,

Ambroſi⁹

Vt

Vt confundat, id est, vt faciat èrubescere, & ad insipientiã redigat Sapientes. & infirma mundi elegit deus, id est im potentes, Vt confundat fortia, vt Neronem. Et ignobilia mundi, & quod plus est, Contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, id est ignobiles & cõtemptibiles, qui nil esse videbantur elegit deus, Vt destrueret, id est vincendo humiliaret, Ea quæ sunt, id est quæ cum ex se nihil sint, tamen aliquid esse sibi videntur. Ecce contra ordinationem dei faciunt aperte, qui sapientiam sæculi iactãt, cum deus humilitatem proponat Venit enim humilis deus quærere humiles non altos, qui & si primum elegerit pauperes, indoctos, infirmos, non tamen reliquit sapientes, diuites, & nobiles: sed si eos primos eligeret, merito talium rerum videretur sibi eligi, atque inflati de his rebus salutem humilitatis non reciperẽt, & ita esset in eis superbia qua homo cecidit. Ideóque non elegit reges, vel senatores, vel philosophos, vel oratores. imò elegit plebeios. pauperes, indoctos piscatores. Nisi fideliter præcederet piscator, nõ humiliter sequeretur orator. Vnde Nathanael doctus nõ est in apostolum electus. Vt autem humilitatis causa, hæc esse facta intelligantur, subdit. Vt non glorietur, & cætera. quasi dicat, ideo infirmos elegit & non sapientes. Vt non glorietur omnis caro, id est, vt nullus homo iustus, vel iniustus glorietur ex se, sed de deo. quod ostenditur ibi, Qui gloriatur, in domino glorietur. non glorietur de se, dico. In conspectu eius, scilicet dei, vel sui ipsius, id est si deum conspicit, vel se attendat. Ex ipso autem. quasi dicat, Tales elegit deus, Sed tamen vos estis in Christo Iesu, id est in fide Christi. & hoc, Ex ipso, id est, per ipsum Christum, non per nos. Vel ita iunge, dico, vt non glorietur aliquis ex se, sed tamen est alia bona gloria, scilicet, quòd, Ex ipso vos estis in Christo Iesu. qui Christus, Factus est nobis sapiẽtia à deo, id est illuminans vos ad veritatem. Ideo autem dicitur factus est nobis sapientia, quia temporaliter, id est ex aliquo tempore nos ad illũ conuertimur, vt cum illo maneamus in eternum, & ipsa sapientia caro facta est, & habitauit in nobis. Et, hoc facit, id est nos illuminat, Quia factus est nobis iustitia, id est, quia prius iustificat nos bona operatiõe. Iustitia enim quę

Ambrosi.

August.

August. in lib. de tri.

viuit in seipsa, proculdubio deus est, atque incommutabiliter viuit. Sicut autem, cum sit in se vita etiam nobis sit vita, cum eius efficimur participes: ita cum in se sit iustitia, etiam nobis sit iustitia, cum ei cohærendo iustè viuamus, & per hoc est ipse nobis iustitia, quia prius. Est sanctificatio, id est, quia prius in baptismo mũdat nos, Et, hoc ideo, quia prius est factus nobis, Redemptio, id est, quia prius redemit nos patiẽdo, & hoc totum ideo sic factum est, Vt, nullus glorietur, nisi de bonis dei, Quemadmodum scriptũ est, in Hieremia. Qui gloriatur, in domino glorietur. In Hieremia tamen sic habetur. In hoc glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me, quia ego dominus.

CAPVT II.

ET ego eum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. Nõ enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos, & sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominũ, sed in virtute dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam verò non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruuntur, sed loquimur dei sapiẽtiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nũquam dominum gloriæ crucifixissent. [Et ego cum venissem ad vos. q. d. Sicut & alij nõ sapiẽtes electi sunt ad apostolatũ, ita. Et. i. etiã, Ego, qui erã sapiens, fui quasi nõ essem sapiẽs. Cum venissem ad vos, ô fratres, quia, Veni, ad vos, Nõ in sublimitate sermonis, secundũ. logicam. s. vt logicis rationibus vterer, Aut in sublimitate sapiẽtiæ, secundũ physicam, vt physicis rationibus illud confirmarem, quæ duo in pseudo laudatis contra deum. sed Veni, annũcians vobis testimoniũ Christi, id est ea quæ de Christo testati sunt prophetæ. Non enim iudicaui. q. d. Verè non per illam sublimitatem veni, quia nec etiam per eam quę de eo est, & hoc ex iudicio mentis feci, Iudicaui enim me nõ scire aliquid

inter

inter vos, minus capaces, Nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. i. nisi hoc quod Christus est rector & saluator noster. Et hoc per crucifixionem. Et sciendum quod Christum prædicat non solum qui fidem astruit, sed etiam qui mores quibus in eo viuitur instruit. Hoc intelligi potest, etiam in eo quod commemorat Apostolus, cum ait, Nil iudicaui me scire inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. In crucifixo enim dicitur, quia vetus homo crucifixus est, vt vltra non seruiamus peccato. Nō ergo ita accipiendum est, quod hîc dicit Apostolus tāquam ea tantum dixerit quæ sunt credenda de Christo, sed etiā quæ obseruanda in vita, & moribus ei accedit qui accedit ad compaginem corporis. Et ego &c. quasi dicat. Humilis fuit prædicatio mea apud vos, humilis etiam & persona. quod ita ait, Et ego fui apud vos in infirmitate, id est in tribulatione: Et timore, animi, id est anxio animo: Et tremore multo, corporis: Et sermo meus, qui priuatim fiebat: Et prædicatio mea, quæ fiebat in communi: Non, fuit, In persuasibilibus verbis humanæ sapientiæ. Quia & si persuasibilia fuerint verba mea, non tamen per humanam sapientiam, vt verba pseudo apostolorum. Sed, fuit, in ostēsione spiritus & virtutis, id est in sermone & prædicatione mea ostendi me habere spiritum sanctum, & virtutem in miraculis faciendis. Ideò ita feci, Vt fides vestra non sit, id est non esse intelligatur: In sapientia hominum, sed in virtute dei: id est vt fides vestra non attribuatur homini, sed deo, Sapientiam autem, quasi dicat inter vos incapaces simpliciter locuti sumus, Sapientiam autem, quæ est de secretis dei, Loquimur inter perfectos. Hîc dicit non perfectos cognitores & doctores, quibus opus non est doceri, sed auditores iam capaces. Quam sapientiam? non verò, Sapientiam huius sæculi, quæ humanis rationibus nititur. Neque, sapientiam, principū huius sæculi, id est malignorum spirituum, vel philosophorum, qui principes mundi videbantur. Qui destruuntur, id est quorum sapientia destruitur. Sed loquimur dei sapientiam, id est Christum, in quo ostensa dei est sapientia de redemptione hominum. Loquimur dico, In mysterio, id est exponendo mysteria veteris testamēti, in quibus Christus significatur, vt in hosti

Aug. de fide & ope.

August.

Ambrosi. ſtia Abel, vel Abrahæ. Quæ, ſapientia dei, Abſcondita eſt, vt neſciant pſeudo. quia nō in verbis, ſed in virtute eſt: nō humana ratione comprehenſibilis, ſed ſpiritus efficacia credibilis. Quam, ſapientiam, Deus prædeſtinauit, id eſt præparauit, Ante ſæcula, id eſt ante quam mundus eſſet, In gloriam noſtram, ſcilicet apoſtolorum, qui eam prædi-
Ambroſi. camus. Vel In gloriam noſtram, ſcilicet omnium credentium. vt ſcilicet omnes per eam, æternam gloriam conſequamur. Quam nemo, quaſi dicat benè dico abſcondita eſt, quia ipſa eſt ſapientia, Quam nemo principium huius ſæculi, id eſt dæmonum, vel philoſophorum, vel doctorũ in lege, Cognouit. quod inde apparet, Enim, id eſt quia, Si cognouiſſent, dæmones ſapientiam dei, de redemptione humani generis per Chriſti mortem implendam, Nũquam crucifixiſſent dominum glorię, id eſt non ſuggeſſiſſent crucifigi, quia nō ſuggereret eum diabolus crucifigi, per quem ius ſuum ſe perdere ſciret. Vel de Iudæis poteſt accipi, quorum quidam cognouerunt Chriſtum: alij verò non cognouerunt. De ignorantibus dicit Petrus, Scio fratres, quia per ignorantiam id geſſiſtis. Iſti non cognoſcebant illum eſſe, qui in lege promiſſus erat eis: Maiores verò vt principes ſacerdotum ſcribæ & phariſæi cognouerũt ipſum eſſe qui in lege promiſſus erat, ſed deũ eſſe, vel filiũ
Ambroſi. dei neſcierunt. & ideò de vtriſque ſic poteſt accipi, Si cognouiſſent, vel minores illũ eſſe Meſſiam in lege promiſſum, vel maiores illũ deũ eſſe, vel dei filium, Nũquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Non enim hoc facerent ſi
Aug. in li. q̄ſt. not. & vete. teſt. deum eſſe ſcirent. Si enim dæmones deum factum hominem non intellexerunt, quanto magis homines? Nō igitur illum aliter ſcierunt dæmones, quam ſcierunt principes. Sciebant enim ipſum eſſe qui promiſſus erat in lege, non tamen myſterium eius quod filius dei erat, & ab æterno: neque ſciebant ſacramentum incarnationis, paſſionis, & redemptionis. Quod ergo in euangelio clamant dæmones, quid nobis & tibi Ieſu filij dei, magis ex ſuſpicione, quam ex cognitione dixiſſe credendi ſunt. Vel, Si cognouiſſent, ita quod menti eorum benè ſederet, Nunquam do-
Auguſt. in lib. de tri. minum gloriæ crucifixiſſent. Nota quod ait, dominum gloriæ crucifixum. Ex forma enim ſerui crucifixus eſt, &

tamen dominus gloriæ crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio quæ deum hominem faceret,& hominem deum. Quid tamen propter quid,& secundum quid dicatur prudens,& diligens,& pius lector intelligat. Nam ecce dicimus,quia secundum id quod deus est,glorificat suos:secūdum hoc, scilicet, quod dominus gloriæ est,& tamen dominus gloriæ crucifixus est,quia rectè dicitur deus crucifixus, non ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis. Vna enim persona est Christus deus, & homo. Ideò dicitur,Nemo ascendit in cælum nisi qui de cælo descendit. Si ergo attendas distinctionem substantiarum,filius dei descendit, & filius hominis crucifixus est: si autem vnitatem personæ,& filius hominis descendit,& filius dei crucifixus est. Propter hanc autem vnitatem personę,non solum filium hominis descendisse de cælo,sed etiam dixit esse in cælo cum loqueretur in terra. Absit vt sic Christus senserit mortem, vt quantum in se est vita, vitam perdiderit. Si enim hoc ita esset, vitæ fons aruisset. Sensit igitur mortem autem participatione humani affectus, quem sponte susceperat. non naturæ suæ perdidit potentiam, per quam cuncta viuificat. Sic in sepulchro carnem suam commoriendo non deseruit, sicut in vtero virginis cum nascendo formauit. Mortuus est ergo non discedente vita,sicut passus est non pereunte potentia. Nemo aufert animam eius ab eo, quia potestatem habet ponendi, & potestatem sumendi. Ecce habes authorem operis,ponet animam suam: ecce habes opus authoritatis,& vt generaliter cōcludam quoties in carne Christus aliquid patitur opus authoris est,quia.n. potestate sua non alio cogēte perpetitur. Ipse author est operis. Nō ergo ad Mariā locali motu verbi diuinitatis venit,sed ineffabili potētię suę plenitudine nō priuata.nec dimisit patrē Crist⁹ cū venit in virginē, vbiq; tot⁹,vbiq; pfectus. Vno igitur eodēque tēpore totus erat in inferno, totus in cælo,verè mortuus,verè viuus, in quo & mortem susceptio mortalitatis excepit, & vitā diuinitas non perdidit. Mortem igitur dei filius,& in anima non pertulit,& in maiestate non sensit,sed tantum participatione infirmitatis rex gloriæ crucifixus est. [Sicut scriptū est,quod oculus nō vidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis

Idē cōtra Maximinum.

Augu. cōtra Felicianum.

[library stamp]

hominis aſcendit,quæ pręparauit deus his qui diligunt il-lum. Nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur,etiam profunda dei. Quis.n. ſcit hominum quæ ſunt hominis,niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita & quæ dei ſunt nemo cognouit, niſi ſpiritus dei. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus,ſed ſpiritum qui ex deo eſt, vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis, quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis,ſed in doctrina ſpiritus,ſpiritualibus ſpiritualia cõparantes.] Sicut &c. quaſi dicat dico quod ſi cognouiſſent non crucifixiſſent, ſed non cognouerunt, Sicut ſcriptum eſt, In Eſaia,vbi hoc eſt ſcriptum, Quod oculus,corporis, Non vidit, quia non eſt color: Nec auris audiuit, quia non eſt ſonus: Nec in cor hominis aſcendit,quia non eſt homo, id eſt carnalis, ſed ſpiritus, id eſt ſpiritualis qui nouit. & eſt ſenſus, Oculus non vidit &c. id eſt viſu corporeo, vel auditu non poteſt cognoſci, nec eius hominis ratione qui non eſt ſpiritus. Non enim cognoſcitur hoc ratione eius qui carnalis eſt non ſpiritualis. Vel, Non aſcẽ. in cor ho. quia non eſt aliquid terrenum. Quod enim in cor hominis aſcendit, infra cor hominis eſt. Ideò in cor hominis aſcendit, quia ſuprà illud eſt cor quo aſcendit. Quod enim aſcendit in cor hominis de imò eſt ad hominem: quo autem aſcendit cor hominis, ſurſum eſt ab homine. Infrà ergo cor hominis eſt, quod in cor aſcendit: Suprà cor eſt æternum, ad quod cor aſcendit, & hoc eſt quod deus reſeruat bonis. Vnde ſubdit, Quæ præparauit deus. Vel, Non aſcẽdit in cor ho.i. alicuius carnalis. Tũc res dicitur aſcendere in cor, cum benè intellecta placet. Quæ præparauit, quaſi dicat non vidit oculus, nec audiuit auris, ſcilicet ea, Quæ deus præparauit, in præmium his, Qui diligunt illum. Hæc eſt ſapientia dei, id eſt Chriſtus qui diligentibus deum in præmium proparatus eſt quem nemo principum cognouit. Nobis autem, quaſi dicat illi non nouerunt,ſed nobis ſpiritibus, non hominibus, id eſt ſpiritualibus, non carnalibus, quod pſeudo non ſunt, Reuelauit deus, quæ præparauit diligentibus ſe. Intelligimus enim deum præparatum bonis in præmium. Reuelauit dico,& hoc, Per ſpiritum ſanctum. Nota quod in Eſaia ita habetur,

Auguſti. Ambroſ. Ambroſ.

habetur, Oculus non vidit deus absque te, quæ præparasti diligentibus te: quod penè idem est in sensu cum eo quod Apostolus posuit. & sicut ibi dicitur absque te, ita & hîc benè addit Apostolus nobis, Reuelauit deus per spi. suũ. Ambrosi⁹.
Et benè per eum, Spiritus enim scrutatur omnia, &, id est etiam. Profunda dei, vt de essentia dei. Scrutari autem dicitur spiritus dei omnia, non vtique vt quod nescit inueniat, sed quia nihil relinquit omnino quod nesciat. Vel ideò dicit, quod spiritus dei scru. omnia, quia scrutari te facit. Quod enim dono ipsius tu facis, ille facere dicitur, Augustin⁹.
quia sine illo tu non faceres. Quis enim, quasi dicat, verè spiritus dei, & non alius scit omnia quæ dei sunt, quod à minori ostenditur. Quis enim hominum scit, ea, Quæ sunt hominis, alicuius, id est voluntates & secreta, Nisi spiritus, August.
id est animus, Hominis, ipsius, & non alterius, Qui in ipso Ambrosi.
est? Manifestum est enim cogitationes nostras à nullo sciri, nisi ab animo nostro, quem spiritum dicit Apostolus. Ita & quę dei sunt, scilicet occulta & secreta dei, Nemo cognouit, qui adhuc sit homo, id est carnalis, Nisi spiritus dei, id est spiritus sanctus, & illi quos cognoscere facit. Vnde subdit, Nos autem, quasi dicat spiritus dei nouit. Nos autem accepimus, eum, Non, vtique accepimus, Spiritum huius mundi, id est spiritum phytonicum, qui solet coniecturis quæ mundi sunt diuinare, qui per sibyllam locutus est, qui per verisimilia sępe fallitur, & fallit. Vel, Nõ August.
accepim⁹, spiritũ hui⁹ mũdi. i. spiritũ elationis quo doceamur sapiẽtiã mundi. Sed accepimus spiritũ qui ex deo est. Augusti. August.
Spiritus ergo dei, spirit⁹ charitatis est, spiritus hui⁹ mũdi, elationis est. Nõ vos moueat quod tantũ spiritus sanctus Aug. cõtra Maximi.
hîc nominatur, & solus scire dicitur quæ dei sunt. Ab hac enim scientia non excluditur pater, vel filius: sicut ab eo quod pater & Christus dicitur solus & verus deus, non excluditur spiritus sanctus, cum dicitur, Hæc est autem vita æterna vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Attende etiam quod ait, Accepimus spiritum dei, Spiritus vtique, scilicet patris & filij est, Augu. de trinitate.
nec non & noster. Quod enim datum est, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus dedit. Itaque spiritus sanctus, non tantum patris & filij qui dederunt: sed etiam no-

ſter dicitur qui accepimus : & non eſt ſpiritus noſter quo ſumus, quia ipſe ſpiritus eſt hominis qui in ipſo eſt, & in ipſum tamen ſpiritum qui hominis dicitur. accepimus: ſed aliud eſt quod accepimus vt eſſemus: aliud quod accepim' vt ſancti eſſemus. Spiritus autem hominis in ſcripturis accipitur ipſa anima, vel ipſius animæ potentia rationalis. Dedit enim nobis naturam vt eſſemus, animam vt viueremus, mentem vt intelligeremus. Vt ſciamus, quaſi dicat, Ad hoc accepimus ſpiritum, Vt per, eum, Sciamus quæ à deo donata ſunt nobis. Inde ergo probatur quod ſpiritum dei accepimus, quia hoc ſcimus, quod vtique ſcire expedit, quia ſine hac ſcientia nemo beatus eſt. Multi quippè habēt dona dei, & neſcientes à quo habeāt, impia vanitate iactātur. Nemo autem de donis dei beatus eſt, qui danti eſt ingratus. Vnde in euangelio, Qui habet dabitur ei. Plenè enim habere, eſt ſcire vnde habeas, non habere autem, neſcire vnde habeas. Qui ergo non habet, id eſt neſcit vnde habeat id quod habet auferetur ab eo. Quæ & loquimur, quaſi dicat. Scimus quæ à deo donata ſunt nobis. Quæ & loquimur: illi, ſcilicet pſeudo, alia loquuntur. Loquimur dico, Non in verbis humanæ ſapientiæ doctis, ratione vel ornatu. Malebat enim illa oſtendere ſola puritate veritatis, quam eloquij tinctione fucare. Sed in doctrina ſpiritus ſancti, quia ſpiritus ſanctus interius docet auditores. Loquimur, dico, ita moderanter omnia, ſcilicet, Comparantes, id eſt tradētes, Spiritualia ſpiritualibus, quod vos Corinthij non eſtis, & ideò culpa veſtra, & non noſtra, quod maiora non diximus vobis. [Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei (ſtultitia enim eſt illi) & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur: ſicut ſcriptum eſt, Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis inſtruxit eum? Nos autem ſenſum Chriſti habemus.] Animalis autem homo, quaſi dicat nos ſcimus quæ donata ſunt nobis: ſed, Animalis homo, vt pſeudo ſunt, Non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, vt partum virginis & reſurrectionem. nil enim æſtimat poſſe fieri, niſi quod nouit quomodo fiat. Homo autem dicitur animal, vel vita, vel animi ſenſu. Vita animalis dicitur quæ

Margin notes: Augu. de ſancta Viduitate. — auguſti. — Hierony. — Auguſt. — Auguſt. — augu. ī li. lxxx. q̄ſt.

quæ fertur dissoluta lasciuia animæ suæ quam intra naturalis ordinis metas spiritus rector non continet, eo quod ipse deo se regendum non subiicit. Animi verò sensu diciturанimalis,qui de deo iuxta corporum phantasiam,vel legis literam,vel rationem philosophicam iudicat. Quare autem animalis ea quæ dei sunt non percipit, subdit, Stultitia enim est illi, secundum humanum sensum,& ideò non potest intelligere spiritualia. Et verè animalis non potest intelligere spiritualia, Quia examinatur.i.examinatio, & cōprobatio fit illorū spiritualiū tantum,Spiritualiter,id est à spirituali. Et impersonaliter legitur Examinatur. Vel ita, Verè animalis non intelligit spiritualia, Quia spiritualiter, id est per spiritualia tantum, Examinatur, animalis, id est probatur quod animalis est, quia audita improbat, & non ob aliud ei proponuntur nisi vt examinetur. Spiritualis autem,quasi dicat animalis non potest intelligere, Spiritualis autem iudicat, id est intelligit & discernit, Omnia, non quidem quę continet diuina scientia,sed quę ad iustitiam & vitam sufficiunt .s omnia iudicanda.Spiritualis autem est homo vita vel scientia:spiritualis est vita,qui spiritum domini habés rectorem, animam regit: scientia verò spiritualis est, qui & si ex parte & per speculum videt, tamen de deo secundum magines corporum,vel legis literā vel humanam philosophiam non sapit, sed spiritui dei deus subiectus,certissimè ac fideliter, Iudicat omnia,certa fide occultorum non patenti cognitione. Et ipse à nemine,scilicet à nullo homine animali, Iudicatur,id est intelligitur,vtrum benè an malè intelligat. Vel, A nemine iudicatur,id est reprehēditur,& hoc probat dicens, Quis enim, animalis, Nouit, id est cognouit, Sensum domini, qui hæc fecit, per quem sapientia mundi stulta est,& eius sensum nos habemus, & ideò non possunt non illi vestri iudicare vt solent. Aut quis instruxit eum, vt dicat quid hoc fecisti sic? quasi dicat nullus. Si autem non possunt cognoscere sensum domini ergo nec nostrum, quia nos qui iam vltra homines sumus,vnus spiritus cum deo, Habemus sensum Christi, fide certa tenentes ea quæ Christi sunt. August.

Caput

CAPVT III.

ET ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Adhuc enim carnales estis. Cum enim sit inter vos zelus & cõtentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, ego quidem sum Pauli, alius autem ego Apollo, nónne homines estis? Quid igitur est Apollo? Quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis. Et vnicuique sicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus nunc incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Qui plãtat autẽ & qui rigat, vnum sunt.] Et ego fratres, quasi dicat dico quod sensum Christi habemus, & tamen ô fratres, Ego, qui possem, Non potui, id est nõ debui, Loqui vobis quasi spiritualibus, id est sicut soleo spiritualibus loqui, sed, Quasi carnalibus. & hoc tam diligenter feci, Quia dedi vobis potum lac, id est facilem doctrinam & dulcem & nutrientem, Tãquam paruulus in Christo, id est in cognitione Christi, Non escam dedi vobis, id est non altiora prædicaui vobis. Quare Quia nõdum poteratis capere. Ecce secundum hoc ostenditur quod Apostolus illis tãquam incapacibus minora non altiora prędicauit. Vel ita, Non potui vobis loqui quasi spiritualibus &c. Est quæstio vtrum spirituales homines habeãt aliquid in doctrina quod carnalibus taceant, & spiritualibus dicant. Quod vtique videtur ex his verbis Apostoli. Dominus etiam ait, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis porta. modò: secundum quam intelligentiam hæc verba Apostoli suprà exposuimus, sed est alius intellectus in his non negligendus. Scire enim debet charitas vestra quod nulla videtur necessitas, vt aliqua secreta doctrinæ taceãtur fidelibus paruulis, seorsum dicenda maioribus, id est intelligentioribus, cum eadem prædicaret Apostolus spiritualibus & carnalibus, quique pro modò suo capiebant. illi, vt paruuli, isti vt maiores: illi vt lactis alimentum, isti vt cibi solidamentum, quia & si non audiuit amplius, tamẽ intelligitur amplius. Non enim æqualiter mente percipitur,

August.

August. super Ioan.

tur, etiam quod in fide pariter ab vtrisque recipitur: ideò Apostolus ait, Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed q. carnalib⁹. i. nō potestis accipere quod diceba, quasi spirituales, sed quasi carnales. Et tāquā paruulis in Christo lac dedi vobis potū, nō escam. i. quod prædicaui vobis, fuit vobis quasi lactis potus, non solidus cibus. Sicut enim crux Christi, aliis stultitia, aliis scandalum, vocatis autem sanctis est virtus dei, & sapiētia: ita idem aliis est lac, aliis est cibus, secundum quod capacitas eorum, plus, vel minus capit, vt hi qui dicunt, ego sum illius, vel illius aliter accepērūt de crucifixo, quam ille qui dixit, Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Eadem simul audiunt spirituales, & carnales, & quique pro suo modo capiunt, nec necesse est vt aliqua secreta taceantur paruulis, dicēda perfectis. Ideóque dicit Apostolus, Nō potui vobis loqui, quasi spiritualibus &c. quod est dicere, non potuistis quod dicebā intelligere, vt spirituales, sed vt carnales. Si. n spirituales essent nō dicerēt ego sum Pauli. Nōdum enim. q. d benè dixi tāquam paruulis, Quia nōdum, quandiu vobiscū eram, poteratis capere escam vt spirituales, Sed nondum quidem potestis, escam recipere, & si ab illis edocti sitis. s. à pseudo. Adhuc enim estis carnales. Arguit eos hîc valde qui querebantur se dudum non audisse spiritualia, cum adhuc indigni essent audire. Carnales autem idem sunt, qui & animales: carnales à carne, animales ab anima dicūtur. Cum enim sit. q. d. Verè estis carnales. Cum enim sit inter vos zelus. i. inuidia de baptistis, & cōtentio, in verbis, Nónne carnales estis, eo quòd ab homine aliquid putatis esse? Et nónne secūdum hominem ambulatis? id est in peius proficitis? vtique. Cum enim quis. Ecce expositio zeli & contentionis, quasi dicat nónne secundum hominem ambulatis, Cum enim quis dicat, ego quidem sum Pauli, alius autem sum Apollo? non est hoc peccatum minus à gentilitate. Nónne homines estis? id est carnales vt sperantes in deo sunt dij? Et quando quidē in his gloriamini, Quid igitur est Apollo, quid verò etiam Paulus, qui maior est? Sunt ne ipsi gratiæ quæ in sacramētis datur authores? non vtique, sed tantummodo, Ministri dei cui credidistis, quasi dicat non sunt deus qui det, sed

August. su per Ioan.

Ambros.

Ambros.

ſunt miniſtri per quos det: nec magis per meliores dat in baptiſmo, quam per minus bonos. & ideò in deo glorian-dum eſt, non in eis. Miniſtri ſunt, dico, & hoc non faciunt vno eodemq́ue modo ſed Sicut dominus dedit vnicuiq; .i. ſicut diuiſit officia ſingulis. Nam ego Paulus, Plantaui, id eſt prædicatione ad fidem conuerti, Apollo rigauit baptiſmo, Sed deus, non nos incrementum dedit, muneris. Et quia deus tantum dat incrementum ex ſe, Itaque neq; qui plantat eſt aliquid dando ex ſe: Neque qui rigat, ſed, De⁹, ſolus, qui dat, intrinſecus, incrementum. Qui autem. q.d. plantat Paulus, Apollo rigat, Qui autem plantat, & qui rigat, vnum ſunt .i. indifferentes. Extrinſecus enim tantum operatur. Niſi ergo reuelet ille qui intus eſt, quid prodeſt quod faciunt? Fruſtra quidem operarius omnia moliretur extrinſecus, niſi creator intrinſecus latenter operaretur. Ideò ait vnum ſunt, ſicut genere naturæ. ita miniſterij ra-

Auguſti. tiõe. Hoc ideò dicit, quia poſſet videri quod & ſi nihil dát ex ſe, tamen deus magis per hunc, quam per illum dari. [Vniuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecũdum ſuum laborem. Dei .n. ſumus adiutores. Dei agricultura eſtis, dei ædificatio eſtis. Secundum gratiam dei quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui: alius autem ſuperædificat. Vnuſquiſque auté videat quomodo ſuperędificet. Fũdamẽtum .n. aliud nemo poteſt ponere, pręter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Si quis auté ſuperędificat ſupra fundamẽtũ hoc aurũ, argentũ, lapides pręcioſos, ligna, fœnũ, ſtipulã, vniuſcuiuſq; op⁹. manifeſtũ erit.] Vnuſquiſq; autem. q.d. in dãdo non differũt, ſed in labore & mercede, & hoc eſt quod ait, Vnuſquiſq; auté propriã mercedé accipiet ſecũdũ ſuum laboré, Forinſecus miniſtrandi. Bene dixi mercedé. Sumus enim adiutores dei, in colẽdo agro dominico: nõ deprauatores, vt quidã aiunt, & ſi ergo non damus incremẽtũ, impédim⁹ tamen aliquod adiumentum. quod inde patet, Quod vos eſtis dei agricultura, dũ extirpantur vitia. Et eſtis dei ædi-

Auguſt. in lib. proſperi. ficatio, impoſitione virtutum. Apertiſſimè oſtenditur ex his verbis quod deus eſt agricola, nos autem dei agricultura ſum⁹, quia colit nos ad fructũ, & dei ædificiũ, quia qui colit nos habitat in nobis, & ita idé eſt ager, & ædificium, quod

quod nõ est in rebus visibilibus. Apostoli etiã possunt dici agricolæ. Agricola.n.est qui plantat & qui rigat, sed quoniam nec hoc de suo habẽt, sed sicut deus diuisit vnicuiq;, rectius ipse dicitur agricola. Apostoli verò operarij ipsius agricolæ, & hoc ipsum ab ipso impertitis virib⁹, & donata gratia. Homo etiã agricola vineam colit, & cætera adhibet quę pertinẽt ad agricolarũ diligentiã, incrementũ verò dare sacramentis non potest, formare fructus non potest. Deus autem qui omnia potest, propriè agricola est. Nota quòd nos colimus deum, & deus colit nos: sed non sic colimus deum vt inde melior fiat. Colimus.n.adorando eũ, nõ orãdo: ille autẽ sic colit nos, quod meliores nos reddit. Secundũ gratiã.q.d.dei agricultura & ędificatio vos estis, quibus ego. Posui, prędicatione, Fundamentũ.i.fidẽ Christi, nõ aliam, sed quæ per dilectionem operatur. Posui, dico, Vt Architectus.i.princeps ædificij, Sapiẽs.i.discretione vtens. & hoc, Secundũ gratiam quæ data est mihi.i.per apostolatum mihi gratis datum. q.d.non à me hoc habui. Ego posui fundamẽtũ. Alius autẽ, super hoc fundamentũ, Aedificat, bona opera. quod vtiq; non vno modo fit, Sed vnusquisq; videat quomodo.i.cuiusmodi opera Superędificet, de superędificatione videndũ est tãtum. Fundamẽtũ enim aliud nemo potest ponere, ad quod vidẽtur niti pseudo, Pręter id quod positũ est à me, Qui est Christus Iesus, id est Christi fides.s.quæ per dilectionẽ operatur, per quã Christus habitat in cordibus: alia nõ est fundamẽtũ. Hæc autem neminem sinit perire. Fides enim Christianę gratię.i.quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento neminem perire permittit. Si quis autem.q.d. Fundamẽtũ nemo potest mutare, sed de superædificatione videndum est, quia manifestũ erit cuiusque opus, & hoc est quod ait, Si quis autem supra fundamentum hoc superædificat aurum, & arg. lap. præ. lig. fœ. sti. vniuscuiusque opus manifestum erit. Quod ita intelligendum quidam putant, vt illi videantur superædificare super hoc fundamentum, Aurum, arg. lap. præ. qui fidei quæ est in Christo Iesu bona opera adiiciunt. Illi autem, Ligna, fœ. sti. qui cum eandem fidem habeant, malè operantur. Vnde arbitrantur per quasduam pœnas ignis posse purgari ad salutem

Augũ. de fid. & ope. Idem in eodem.

Idem in eodem.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

Augusti. percipiendam merito fundamenti. Hoc si ita est, falsa ergo erunt illa quę obscuritatem, ambiguitatemque non habent, scilicet si omnem habeam fidem, charitatem autem non habeam, nihil sum, falsum erit & illud, Neque fornicatores, neque auari, &c. regnum dei possidebūt. Illud denique quomodo verum est, fides sine operibus mortua est? Aliter ergo intelligendum est quòd hîc dicit Apostolus. Hoc autem si subtilius disserere coner, vereor ne ad intelligendum difficilior sit ipsa expositio. Enitar tamen quátum dominus adiuuat breuiter, & dilucide quantum potero expedire quæ sentio. Supra fundamentum christianæ fidei, Alius superædifi. au. arg. la. præ. is videlicet qui cogitat quæ dei sunt, quomodo placeat deo, Alius ædificat super hoc fundamentum, Li. fœ. sti. Is videlicet qui cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat mūdo. Non enim hæc tria de malis operibus accipienda sunt, quasi fides sine operibus saluet, quod nō est, sed, Ligna, fœ. sti. non absurde possunt accipi secularium rerum, quāuis licite concessarum tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore nō possint. Qui ergo adhuc amant secularia, & negociis terrenis implicati sunt, & dediti sunt vinculis quibusdam & affectionibus carnis domibus suis, coniugis, possessionibus, & tamen Christiani sunt. ita vt cor eorum non recedat à Christo, & nil præponant Christo, ædificant, Lig. fœ. sti. & vt apertius dicam, qui circa diuitias suas quodam carnali affectu tenetur, & tamen ex eis multas eleemosynas facit, nec tamē ad eas agendas fraudem vel aliquid rapinę molitur, nec earum minuendarum vel amittendarum metu in aliquod crimen labitur, Lig. fœ. sti. ædificat. Qui autem bene viuunt, & deum honorant, & laudant, & patientes sunt in tribulationibus, & desiderant patriam Au. ar. la. præ. ædificant. Hęc enim tria ædificant contemptores sæculi, qui omnia sua pauperibus dant, vel qui tāquam non habentes habent. Nec frustra tria & tria expressit. Aurum. n. ędificāt. in cōtemplatione dei. Argētum in dilectione proximi. La. pre. in operibus bonis, quæ nō cōsumuntur ab igne, sed nihil vel parū sentiūt. Lig. fœ. sti. ędificāt. qui & si aliena nō rapiūt, rebus tamē infirmitatis cōcessis aliqua delectatione inhærēt, qui secūdū suos amandi

hęc modos diutius vt lignũ,vel minus vt fœnũ, Vel minimũ vt stipula ignẽ sustinebũt. Et quia hęc deo nõ præponũt,salui erũt per fundamẽtum. Quj verò hęc deo pręponũt,vel crimina cõmittunt,nõ superędificãt sed destruunt fundamẽtũ. Et est sensus,Si quis ædificat super fundamẽtum hoc.i.suprà fidem Christi, Aurum, cõtemplando deũ Argentum diligendo proximũ: La.pręt.bona opera faciẽdo.i.qui tales sunt, vt tantũ cogitẽt quę dei sunt. Et si qs ædi.li.fœ.sti.i.qui his temporalib⁹ infirmitati humanę cõcessis vtuntur cum aliquo amore.s.dũ diuisi cogitant quæ mundi sunt,quibus sine dolore carere nõ possunt. Vniuscuiusq; op⁹ manifestũ erit tandẽ,& si non modò. Et vere, [Dies enim dñi declarabit,quia in igne reuelabitur,& vniuscuiusq; opus quale sit ignis ꝓbabit. Si cuius opus mãserit quod superædificauit,mercedẽ accipiet. Si cui⁹ opus arserit.detrimentũ patietur : ipse autẽ saluus erit,sic tamẽ quasi per ignem.] Dies. n.dñi.i.dies iudicii,in quo secreta patebũt, Declarabit,cuiusq; opus, Hic est dies hoĩs pro nutu suo agẽtis:sed in iudicio,vel in morte,cuiusq; est dies domini secũdũ merita iudicãtis. Et verè declarabit, Quia in igne.i.in pœna purgatoria hominis, Reuelabitur, quicunq; modò neget, Et vniuscuiusq; opus quale fuerit.i. firmũ vel solubile, Ignis,futuri iudicij, Probabit,duos enim ignes legimus futuros,vnũ æternũ quo æternaliter puniẽtur reprobi,qui sequitur iudiciũ,alterum qui pręcedet quo exuretur facies mũdi huius,qui emundabit eos qui superædificauerũt, Lig.fœ.stipu. Qui autẽ superædificauerunt. Aurũ,ar.la.pręt.de vtróq; igne securi sunt non solũ de illo æterno quo in æternũ cruciaturus est impios,sed etiam de illo emẽdatorio quo purgabũtur quidã saluãdi Ignis.n. extremi iudicij tãdiu durabit,quousq; purgati sint qui saluãdi erãt. Et si cuius op⁹ mãserit,in cõsumptũ in illo igne Quod superędificauit accipiet mercedẽ,quia nihil perdet, & quod amauit inueniet, sed Si cuius opus arserit.i. cremabile erit, Ille patietur detrimẽtum,minoris gloriæ. Vel Patietur, aliquid pœnæ, Ipse autem saluus erit, Propter fundamentum Christum cui nihil præposuit. Sic tamen, saluus erit, Quasi rem cremabilem ferens Per ignem,trãsitoriæ tribulationis,qua cremata euadit ipse,& post istius

August.
Augusti.
August.
August. in psal. 123.
August.
August.

 sanè

Augu.de ciuit.dei. ſanè corporis mortem donec veniatur ad diem damnationis,& remunerationis, ſi hoc temporis interuallo ſpiritus defunctorum qui ædificarunt, Lig.fœ.fli.huiuſmodi igné dicuntur perpeti, quem alij non ſentiunt, qui huiuſmodi ædificia ſecum non portauerunt, vt inueniant ignem tráſitoriæ tribulationis venialia crementem non redarguo, quia forſitam verum eſt, ſed quia dicitur. Salus erit, contemnitur ille ignis. Grauior tamen ille erit ignis, quam quicquid poteſt homo pati in hac vita. Vel ita poteſt dici, Dies domini, vt de die præſenti, & igne præſenti accipiatur. Nam etiam hîc dies domini eſt, dum iudicium incipit à domo dei. i. à ſaluandis, incipit pœna quæ conſummabitur in reprobis. Ideò enim hîc puniuntur electi, vt ibi non puniantur, in quo die eſt, etiam ignis tribulationis quod vritur amor temporalium rerum, dum homines cótriſtantur amiſſis, vnde dicitur, Tribulationem carnis habebunt huiuſmodi. Quod enim ſine illiciente amore non habent, ſine vrente dolore non perdunt, quaſi dicat manifeſtum erit. Dies enim domini, ſcilicet dies præſentis tribulationis, Declarabit, & verè, Quia igne tribulationis, Declarabitur, Eandem quippè tribulationem ignem vocat. Et vniuſcuiuſque opus quale ſit, ſcilicet firmum, vel ſolubile, Ignis, præſentis iudicij, Probabit, hoc igne illius opus non exuritur, qui non ea dilexit, quorum amiſſione crucietur cui non eſt natum quicquid temporaliter fluit. Exuritur autem illius opus qui hæc temporalia dilexit. quoniam ſine dolore non pereunt quæ cum amore poſſeſſa ſunt. Si cuius opus manſerit, in igne, vt opus illorũ quos amiſſio temporalium non cruciat, Qui ſuperędi.mer.acci. non ſolum poſt finem quando hoc ſumet, vnde cogitauit ſed etiam in hac vita vbi habet requiem ſuam anima contemnentis omnia. Si cuius opus arſerit, id eſt cremabile erit, Patietur detrimẽtum, quia quod dilexit perdet, & pro eo quod dilexit, hîc vel in futuro punietur. Sed quoniam alterutra conditione propoſita eis potius mallet carere quam Chriſto, nec timore amittendi talia deſerit Chriſtũ, quãuis doleat cum amittit, ſaluus quidem erit ipſe: quod ſic tamen erit, quaſi per ignẽ, quia & ſi vritur dolore amiſſorum, non tamen ea præfert deo, & ſi ergo vrit eum dolor amiſſorum

Marginal notes: Auguſt.in pſal.122. — Auguſt. — Auguſt. — Auguſti. — Augu.de fid.&ope.

amissorum non subuertit neque consumit eum fundamēti stabilitate, & incorruptione munitum, Et ideò, Saluus erit, sed, Quasi per ignē. Iste ignis est tentatio tribulationis, de qua scriptū est, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tētatio tribulationis. Hîc quæri solet quomodo opus illius exuri dicatur, Qui ædi.lig.fœ.sti.cū nō de malis accipiantur operibus, vt dictum est. Non enim opus ardet, vel detrimentum patitur, nisi malum fuerit. Aut igitur non ardent opera per illa tria signata, aut mala sunt. Ad quod dicūt quidā per illa tria mala opera nō intelligi, sed bona quæ ad sustētationē sui & suorū aliqui faciūt, vel ad sustētationem indigentium ex misericordia, sed quia hæc opera faciūt cum aliquo amore tēporalium, ideò hęc opera dicūtur arsura nō quòd eo puniātur, quia hęc faciūt, sed quia terrenū affectū aliquem habēt cum hęc faciūt: nec ille terrenus affectus est adeo malus vt destruat fundamentum, id est fidem quæ per charitatem, operatur simul ergo & charitatem, & talem affectum aliqui habent. Talis.n. affectus venialis est. Vel potius lig. fœ. sti. accipiuntur non opera bona, nec mala quæ sint dānabilia, sed peccata venialia. Vnde Gregorius, Quanuis hoc de igne tribulationis pręsentis possit intelligi, tamē si quis de igne futuræ purgationis accipiat, pensandū sollicite est, quia illum dixit, per ignē posse saluari, non qui super hoc fundamentum ferrū, vel æs, vel plumbū ædificat.i. peccata maiora, & ideò duriora, atque tunc insolubilia: Sed qui ædificat ligna: fœnū, stipulā.i. peccata minima atque leuissima, quæ ignis facilè consumat: de quibus tamen licet minimis illic nihil purgationis quis obtinebit, nisi in hac vita positus hoc promereatur, De hoc autē ait August. Non sibi quisque polliceatur habens nefaria opera regnum dei: & dicat, quoniam habeo signum Christi, & sacramenta, nō delebor in æternum, sed per ignem saluus ero. Ait enim Apostolus, Fundamentum positum est &c. Quid est etiam inquiunt quod sequitur, alius superædificat.au.ar.la.præ. alius lig. fœ. sti. Hoc est qui supra fundamentum iusta opera ædificat, au.ar.la.præ. ædificat Si autem peccata, lig. fœ.sti. Grillius quoque ait, Natura peccati similis est materiæ quæ cito consumitur igni, quā ædificari Apostolus à

August. Quæstio. Respōsio. Gre. ī lib. dialog. August. in psal. 70. Grilli⁹ in Leuiticū.

peccatoribus dicit, Qui suprà fundamentum Christi ædificant lig. fœ. sti. in quo manifestè ostenditur esse quædam peccata ita leuia, vt stipulæ comparentur fœno & lignis. Sciendum quoque quod sicut fundamentum corporalis fabricæ est imo, ita fundamẽtum spiritualis fabricæ est in summo: ideoque sicut parietum pondus tendit ad ima, vbi est suum fundamentum, ita spiritualis ædificatio tendit ad summa, vbi suum est fundamentum. Nam & ponderum gemina sunt genera, quorum alia ima petũt, vt lapis super aquam positus, & aqua super oleum. Alia verò summa petunt, vt ignis & oleum. Semper enim superiora ignis petit. Et oleum etiam subter aquam fusum non se patitur: Sic ecclesia nunc in imo posita tendit ad cœlum vbi fundamẽtum eius est Christus, sedens ad dexteram patris. Vel aliter potest accipi ab illo loco, Vt sapiens archi. funda. po. Sapiens architectus est qui secundum disciplinam authoris collocat fundamentum, id est qui secundum traditionẽ saluatoris euangelizat. Alius autem superædificat, *scilicet* illi qui venientes post apostolos docent, siue boni, siue

Augustin⁹ mali sint. Sed videant vt ædificatio congruat fundamẽto. Vnde subdit. Vnusquisque autem videat quomodo superædifi. vtrum secundum nos qui sumus veri Christi apostoli, an secundum alios, ne si obliqua fuerint, & friuola quæ superædificant, ruinam faciant, manente tamen incolumi fundamento, quia & si malè aliquis docuerit, tamen Christi nomen permanet. Ideò de superędificatione videndum est. Fundamentum enim nemo potest ponere, præter id

Ambrosi⁹. quod positum est Iesus. Quia nemo præter Christum loquens sua commenta commẽdaret, ideò quãuis aliqui hæretici sint, non tamen docent nisi sub nomine Christi, vt res contrarias & absurdas nominis dignitas acceptabiles faciat. Si quis autem superædificet supra fundamentum hoc, au. ar. la. præ lig. fœ. sti. vniuscuiusque op⁹ manifestũ

Ambros. erit, In auro. ar. la. præ. præclaram doctrinam significat.

Ambro. In trib⁹ aliis friuola & vana doctrina significatur, quæ & si modò fallit in igne tamen apparebit, quia ardebit bona permanente. Et verè manifestum erit, Dies enim domini decla. quia in igne reuela, id est mala doctrina in igne omnibus apparebit, nunc enim quosdam fallit. Et vniuscuiusque

iusque opus quale fuerit ign. proba. quia si in aliquo non inuenerit, quod exurat, manifestat illum fuisse bonum doctorem, mala vero doctrina ignis esca est. Si cuius opus man: quod superędi. mer. acci. Cum enim nihil in eo sor- Ambrosi. dis inuētum fuerit prauæ doctrinæ, sicut ignis nō consu- Ambro. mit au. ar. la. præ. ita & bonus magister incorruptibilis pmanebit, & erit ei merces vita æterna. Si cuius opus arse. Ambrosi. detri. pa. Opus quod ardere dicitur mala doctrina est, quę Ambrosi. interibit: detrimētum pati est, pœnam perpeti. Quis enim Ambrosi. in pœna positus iacturam non sentit? Ipse autem saluus erit, quia non interibit substantia qua constat, bona doctrina in qua fundatus est sicut doctrina mala peribit, quæ accidens est. Saluus erit, dico, sic tamen, quasi per ignē, quia non sine pœna erit saluus. Per hoc enim ostendit saluum illum futurum, sed pœnas ignis passurum, vt per ignē purgatus fiat saluus, & cum perfidi in æternum pereant, prodest illis ex parte credidisse Christū. [Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem templum dei violauerit disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiēs esse in hoc sęculo, stultus fiat, vt si sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. Scriptum est enim, Cōprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum, Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt,] Nescitis quia templum dei estis &c. sic continet, Iste saluus erit per ignem qui à fundamento non discedit, sed si quis, vel pseudoapostolus male docendo, vel homo ei assentiendo, Templū August. dei, quod vos estis. Violauerit, in se, vel in aliis volēs subuertere fundamētum, & catholicam societatem disiungere, Disperdet illum deus, corpore, & anima, quasi sacrilegum. Et meritò, Templum enim dei sanctum est, à tempore baptismi, quia in nemine habitat deus, quem non antè spiritus sanctus sanctificet & purget, quasi templum dei. Quod estis vos, secundum animam, & secundum corpus. Cauete ergo vobis, Quia vos estis templum, id est tales in quibus, scilicet deus, sedet & habitat. Templum dico, Dei, id est spiritus sancti. vnde subdit, Et spiritus dei, id est spiritus sanctus, Habitat in vobis, qui vos consummat in bo- August.

Ambrosi⁹ Augu. cōtra Maximinnum. nis, & nescitis? Nota ꝙ spiritus sanctus dicitur hîc deus. Cum enim præmiserit, estis templum dei, non subdit, & deus habitat, Sed spiritus dei in vo.ha.in quo aperte ostēdit spiritum dei esse deum. Vbique adest spiritus sanctus ad homines in æternam vitam regenerādos, & non est ei deus, imò vero est deus verus, quia vera dei membra templum eius sunt, & vtique subiectum est templum illi cuius est templum. Quomodo ergo rex non est cuius templum est, quæ membra sunt regis? Quomodo etiam nō consideat patri, & filio qui repleuit filium, qui etiā membra filij suá

august. possidet domū? Deinde cum de patre procedat, quomodo cū patre non sedet? Cum ipsa sessio, nō sit vtiq; cogitanda carnaliter, & cū etiam de mēbris eius dicat apostolus, suscitauit, & cōsidere fecit in cælestibus. Quomodo ergo spiritui sancto subtrahitur à nobis, quisquis ille est cōfessus tāquā sedere, cū patre & filio sit indignus, qui nos eadē sede efficit dici dignos? Spiritus ergo sanctus, & in cælestib⁹ sedet cum patre & filio, & in templo suo habitat, scilicet in sanctis qui sunt templum dei, modo secūdum fidem ambulantes, & templum dei erunt aliquādo etiam secundū speciem, qualiter etiā nunc templū sunt angeli dei. Sed dicit aliquis anteq̄ faceret deus cælum & terrā antequā faceret sanctos, vbi habitabat. In se habitat deus apud te, & apud se est. Nō ergo sic sunt sancti domus dei, vt ipsa subtracta cadat deus. Imò sic habitat deus in sanctis, vt si ipse discesserit, cadant. Præterea sciendum, quod non dici, nisi stultissime potest spiritū sanctum, non habere locū in nostro

Augu. ad Dardanū. corpore, ꝙ totum nostra anima impleuerit: stultius etiam dicitur angustiis alicubi impediri trinitatē, vt pater, & filius, & spiritus sanctus, alicubi simul esse nō possint. Verū illud est multo mirabilius, ꝙ cum deus vbiq; sit totus, non tamē in oībus habitat. Quis porro audeat opinari, nisi inseparabilitatem trinitatis pœnitus ignoret, ꝙ in aliquo potuit habitare pater, aut filius in quo nō habitat spiritus sanctus? Aut in aliquo spiritus sanctus, in quo nō est pater, aut fili⁹. Attēdendū igitur est vbiq; esse deū p diuinitatis præsentiā, sed nō vbiq; per inhabitationis gratiā. Propter hác enim habitationē vbi gratia dilectiōis eius agnoscitur, nō dicimus pater noster qui es vbique, cū & hoc verū sit, sed qui es

qui es in cælis. Illud quoq; mirabile est, q deus est inhabitator quorundã, nondũ cognoscẽtiũ deũ. Et non quorundam cognoscentiũ deum. Illi eñ ad tẽplum dei nõ pertinent, qui cognoscentes deũ, non sicut deum glorificãt, & ad tẽplũ dei pertinẽt, paruuli sanctificati sacramẽto Christi, & regenerati spiritu sancto, q nondũ possunt cognoscere deum. Igitur quẽ potuerunt illi nosse, nec habere isti potuerũt habere anteq̃ nosse: beatissimi autẽ sunt illi quibus hoc est deũ habere quod nosse. Christianis ergo & fidelibus loquẽs ait, Tẽplũ dei estis, &c. Hoc præmisit. ideo vt compungat illos qui turpiter viuentes corpora sua violant, maxime illi qui vxorem patris habet, & quia templũ dei violans, disperdetur, Ideo nemo sedu. se vel nos, quasi deus hoc negligat. sed potius. Si quis inter vos videtur sapiens esse in hoc sæculo. i. secundũ sapientiã huius sæculi, Stultus fiat apud se, & deũ contra naturã credat posse. Vt ita, Sit, verè, Sapiens, quia stultus sæculo prudens est deo. Et meritò apud se stultus est, quia ita est apud deũ. Sa. eñ hu. m. stul. est apud, d. i. sapientiã illam stultitiã deus pbat, qui facit, quod mundus posse fieri negat, Et no. q aliquãdo in scripturis sapientia ponitur, p astutia abusione verbi nõ proprietate. Quod autẽ mundi sapientia sit stultitia confirmat authoritate. Scriptũ est enim, in Iob. Cõprehẽdam. i. falsos ostendã, Sapientes, mundi, In astutia eorũ. faciendo aliter quã ipsi dicunt. Et iterum, in psal. scriptum est, Dominus nouit cogitationes sapientium, mundi, Vel hominum. s. carnalium, Quoniam vanæ sunt, id est falsæ: & quia stultitia est apud deum, sapientia mundi. [Nemo itaq; glorietur in hominibus. Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mũdus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia eñ vestra sũt vos autẽ Christi, Christus autẽ dei.] Nemo itaq; glorietur in hoĩbus, baptistis, vel doctoribus, quasi melius, ab vno q̃ ab alio recipiat, cũ nõ sint datores gratiarũ, siue boni, siue mali sint, sed tãtũ ministri, Omnia eñ vestra sunt. q. d. nõ debetis in hoĩbus gloriari, quia vestri sunt. & verè, Quia omnia vestra sunt. i. ad se seruiendum vobis data, & nõ est gloriandum, nisi de rebus excellẽtioribus. Et de quib9 dixerit omnia vestra sunt, aperit subdens, Siue Paulus, siue

Ambrosi.
Ambrosi.
Ambrosi.
Ambrosi.

Apollo,

Apollo,qui sunt de maioribus,Siue Cephas,qui omnibus maior,quasi non solum minores vestri sunt,sed etiam maiores. Et hoc ideo dicit,vt non singulos doctores sibi defendant,cum omnibus vtãtur. Deinde exequitur de aliis quæ sunt eorum,Siue mundus, noster est, Siue vita, præsens,Siue mors.Mundus itaque noster est,si de illo secundum dei voluntatem sentimus,& cursus eius in dei voluntate ponimus. Vita præsens nostra est, si modeste, & cum gloria dei agitur. Mors nostra est, si spe futuri libenter p Christo morimur,Siue præsentia, nostra sunt, quibus sustentati deo seruiunt,Siue futura,spe quorũ seruiunt. præsentia enim nostra sunt,si sic vtimur eis ad sustẽtationem, vt nõ offendamus. Futura nostra sunt,si ea credentes,magis optamus. Vel ita.Siue modus,noster est, hoc ideo dicit,quia etiam elementa mundi nobis seruiunt. Siue vita, doctorum,Siue mors, eorundem nostra est. Nam & vita, &,mors doctorum ad ędificationem subditis esse debent. Vel per vitam sanctos homines,& doctores,& angelos accipe,qui student profectui fidelium: per mortẽ,diabolum, & membra eius accipe,qui dum persequuntur,vtilitati seruorum dei seruiunt. Alia non mutantur: Omnia enim,vel autem.q.d.hęc nostra sunt.quia Omnia,quotquot sunt in mundo, Vestra sunt. Vos autem,estis. Christi non hominis,& ideo non in homine gloriandum,sed in Christo cuius sumus creatione & recreatione. Hoc ideo dicit Apostolus,vt sicut hæc nostro iudicio concessa sunt, & subiecta,ita nos Christo subiiciamus. Christus autem,est.Dei, patris proprius filius,eius faciens voluntatem,vt & nos ipsius faciamus. & si famuli Christi sumus, cur ergo ad iniuriam,Christi de hominibus aliquid speratis? Cauẽdum est ne sic intelligatur,Christus est dei:qualiter illud. Omnia vestra sunt,& illud. Vos estis, Christi.nam omnia illis,& illi Christo subduntur,vt res dissimiles,& in natura diuersæ. Christus autem subditur deo patri,non tanquam dissimilis, aut alterius naturæ, sed tanquam patris filius. Sciendum etiam quod in hac enumeratione rerum sibi cõnexarũ,qua dicitur,Omnia vestra, vos Christi, Christus dei, nulla fit commemoratio spiritus sancti, sicut nec ibi, Caput mulieris vir, caput viri Christus, caput Christi deus.

[Margin: Ambros. — beside "tate ponimus. Vita præsens..."]

[Margin: August. in li. 83. q̃st. / Augu. de symbolo. — beside "est ne sic intelligatur..."]

deus. Ideo vtique quia ferè nunquam in his quæ ſibi connexa ſunt, numerari ſolet ipſa connexio. Cônexio autem patris, & filij eſt ſpiritus ſanctus, qui eſt deitas patris & filij, & ipſa deitas dilectio eſt ſecundum illud, Deus charitas eſt, tacito ergo nomine ſpiritus ſancti, dicit, Vos eſtis Christi, Chriſtus dei, & ita mediãte Chriſto vos eſtis dei.

CAPVT IIII.

SIc nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum dei. Hîc iam queritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab hũano die. Sed neq; meipſum iudico, nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me, dominus eſt. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat dominus qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; à deo.]

Sic nos exiſtimet homo. Hactenus egit de gloria pſeudo, hinc agit de ſuo cõtemptu. quaſi dicat, & cum hoc ſit, ſcilicet, quod deus eſt author, nos autẽ adiutores ſumus, nec nimis, nec minus de nobis arbitremini, ſed potius, Homo, quilibet, Sic exiſtimet nos, non vt dominos, ſed Vt miniſtros Chriſti, quod non pſeudo ſunt. Hoc ideo ait Apoſtolus, quia de eo minus ſentiebant, ſed ſic homo ſentiat, vt deus, qui eum elegit, & ſic exiſtimet nos, Vt diſpenſatores miniſteriorum dei, vel myſteriorum dei, quia ſecũdum modum cuiuſque myſteria diuidimus, vel miniſteria. Et ſciendum, quia non ſolum boni, ſed etiam mali diſpenſatores ſunt. Si enim per bonos non diſpenſaretur, non recte Apoſtolus diceret, Imitatores mei eſtote. Rurſus, ſi per malos non diſpenſaretur, nõ diceret dominus de quibuſdam, Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, nolite facere, diſpenſatores ſunt per quorum miniſterium peruenitur ad ęternam ſalutem. Non enim eſſe ſalutis illius diſpenſatorem per verbum & ſacramentum, eſt illius eſſe participem. Hîc iam quæritur, &c. quaſi dicat, Ita de nobis exiſtimãdũ eſt, vt dixit, ſed. Hîc, id eſt inter nos quod non alibi, Iam, ſcilicet in præſenti, cum expectãdum eſſet donec deus iudicet. Quæritur quis inter diſpenſatores inueniatur vt fidelis, ſcilicet cui poſſit credi, vt bene diſpenſet.

Ambroſi.

Augu. ad Auda.

ſet. Mihi autem.q.d.hoc inter vos quæritur,quod nõ eſſet quærendum.ſed quicquid, Alij,faciant. Mihi pro minimo eſt vt à vobis iudicer, quaſi infidelis diſpenſator. Aut ab humano die,id eſt,humano intellectu, qui nõ videt occulta,& poteſt falli.vel. Ad humano die,id eſt,ab hominibus dum ſunt in ſuo die,& non eſt dies domini. Humano,dicit,quia eſt dies domini quo iudicabit. Quando vnuſquiſque pro ſe rationem reddet,tunc ſecreta cordium patebũt. Sed neq;.q.d.minimum mihi eſt,ſi à vobis,vel ab aliis iudicer, Sed neq; ego qui melius me noui q̃ vos, Iudico meipſum,& ita periculum eſt vobis de ignotis cordis mei,vel aliorũ iudicare, Tanta enim profunditas credenda eſt eſſe in homine quæ lateat ipſum hominẽ,in quo eſt,vt in Petro, Profunditas infirmitatis latebat,cũ ſe cũ domino moriturũ temere promittebat. Cum ergo quiſq; de ſe,aut nõ omnino,aut vix poſſit verã ferre ſententiã, quomodo poteſt de alio iudicare,cum nemo ſcit quid agatur in homine,niſi ſpiritus hominis? Ideo apoſtolus nõ prçſumens de ſe definitam dare ſententiã, ait, Neq; meip.iu.qui melius me noui q̃ illi,ſed melius me nouit deus,q̃ ego,& ideo illi relinquendum eſt iudicium. Nihil enim mihi cõſcius ſum id eſt,in nullo me remordet cõſcientia mea, Sed nõ in hoc iuſtificatus ſum.i.non ideo me iuſtum puto,quia poteſt eſſe ꝙ neſcio Delicta enim quis intelligit? Et quis gloriatur mundum ſe habere cor? Humiliat ſe apoſtolus hoc dicẽs, vt homo loquitur,qui poteſt habere culpam neſcius. Qui autem.q.d. neque ego debeo me iudicare neque vos,ſed, Qui iudicat me domin⁹ eſt.i.qui poteſt & debet me iudicare Dominus,ſolus, Eſt,qui nouit omnia, & quia dominus eſt,qui poteſt iudicare. Itaq; nolite iudicare ante tempus.iudicij.ſ. Quo vſque veniat dominus iudicare. Aliter enim iniuria iudici fit,quia iudicis iniuria eſt, ſi ante iudicium eius à ſeruo procedat ſententia. Ecce iudicium prohibet apoſtolus,quia occulta ſunt nobis corda hominum. In his plçrunq; noſtra credulitas fallitur. Sed cauendũ eſt ne pernicioſa opinatione fallamur, vt quia non poſſumus hoim indagare conſcientiã,de ipſis rebus habeamus verã certámq; ſententiã,hoc modo,vt ſi neſcim⁹ an ille,vel ille homo ſit impudicus, pudicúſve vel iuſtus, ſiue iniuſtus.

[Margin notes: Auguſt. (beside "Sed neq;"); Augu.in q̃ſt.83. (beside "omnino,aut vix"); Auguſt. (beside "ſe ꝙ neſcio"); Auguſtin. Ambro. Ambroſi. (beside "pus.iudicij" to "cium eius"); Auguſt.ſuper Iob. (beside "In his plçrunq;")]

Ode-

Oderimus tamen impudicitiã,& iniustitiã,& pudicitiã,& iustitiã diligamus,& hæc appetenda, illáq; vitanda in dei veritate conspiciamus: vt cũ de ipsis rebus quod appetendum est,appetimus,& quod deuitandũ est vitamus,ignoscatur nobis ꝙ de hoĩbus aliquando imò assidue non vera sentimus. Hęc enim ad humanã tentationẽ pertinent,sine qua ista vita nõ ducit. Vnde apostolus,Tentatio vos non apprehẽdat,nisi humana. Et si ergo suspiciones vitare nõ possumus,quia hoĩes sumus,iudicia tamen.i.definitas firmásq; sententias continere debemus. Si ergo suspicamur, ꝙ est humana tentatio,saltem nõ iudicemus. Quando ergo nõ erratur in rebus,vt recta sit improbatio vitiorũ virtutũq; approbatio, profecto si erratur in hoĩbus venialis est humana tẽtatio. Quod autem perniciosum est, ꝓhibet apostolus dicens, Nolite ante tẽpus iudicare quoadusque ve.do.qui & illu.i.aperta faciet, Abscõdita tene.i.peccatorum, Et manif.co.cor.i.bonas cogitationes. Quia gesta & cogitata bona,vel mala tunc erunt aperta, Et quia tunc erunt omnia nota oĩbus,poterũt de se iudicare,& de aliis. Et tunc vnicuiq; bene agenti,vel cogitanti, Erit, ꝓ modo suo, Laus.i.remuneratio, A deo, hîc autẽ nescitur,quis sit laude dignus. Hęc autẽ,quia superius dixerit illos dixisse, ego sum Pauli,ego Apollo,cũ tamen hoc forsan nullus dixerit,aperit hîc.q.d. dixi non esse gloriandum in nobis. August.in eodem. Ambros.

[Hęc autẽ fratres transfiguraui in me & Apollo ꝓpter vos,vt in vobis discatis, ne supra quã scriptũ est, vnus aduersus alterum infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod nõ accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iam saturati estis. iã diuites facti estis,sine nobis regnatis,& vtinam regnetis,vt & nos vobiscũ regnemus. Puto enim ꝙ deus nos Apostolos nouissimos ostẽdit tanq̃ morti destinatos,quia spectaculum facti sumus mũdo,& angelis,& hominibus.] Hæc autem,ô fratres, In me & Apollo transfiguraui,cũ in nobis nõ gloriaremini.i.me & Apollo ꝓposui figurã pro omnibus,vt ab omnibus abhorreatur,hoc sicut à nobis, Hæc ergo in se , & Apollo transfigurauit, dum pseudo & apostolorum gloriam, & traditiones peruersas sub sua persona & Apollo euacuat: summatim illos designans , non Ambrosi Ambrosi

sigillatim

ſigillatim ne maior naſceretur diſcordia. Nemo enim audiens nomen ſuum taxari, vel eius cui fauet contentus eſt tacere, tacito vero nomine, audiens de ſe aliquid dictum diſſimulat. Et hoc feci, propter vos, id eſt propter vtilitatem veſtrã. Hanc, ſcilicet, Vt in nobis, qui maiores ſumus, Diſcatis, ne vnus infletur aduerſus alium, Pro ſe, Alio, ab illo, id eſt, meliori quàm ille. id eſt, quaſi ſit alius ab illo, id eſt melior qui nullus eſt quantum ad ſe, vel quantum ad miniſterium. Vel, Infletur, pro doctore, Alio, à miniſtris aliis, id eſt meliore quam alij ſint. Infletur dico, agendo, Supra, id eſt vltra, & aliter, Quam ſcriptum eſt in Hieremia, ſcilicet, Qui gloriatur, in domino glorietur: in quo debes gloriari, nõ in homine. Quis eñ te diſcernit à maſſa perditorum? nullus, niſi deus ſolus ipſe ſeparat te à perditis. Sed quia homo inflatus poſſet reſpondere, vel voce, vel cogitatione, & dicere, diſcernit me fides mea, & oratio mea, & iuſtitia mea. occurrit Apoſtolus ſubdens. Quid autem. quaſi dicat, dico quis te diſcernit, ſed dicis fides tua, vel oratio tua, vel iuſtitia. Item interrogo, Quid habes, boni, Quod non accepiſti? à deo. Sciendum eſt neminé poſſe diſcerni ab illa perditionis maſſa, niſi qui hoc bonũ habet, vt credat, quòd quicquid boni habet, gratia ſaluatoris accepit. Sciẽdum etiam, ſicut ſuprà temerarium iudicium prohibuit, ita hîc aliud genus arrogantiæ admonere conatur, ſcilicet, ne homo ſuperbiat propter aliquã gratiam à deo ſibi datam, putãs ſe eam habere, à ſe, vel à miniſtro, quod Apoſtolus redarguens ait, Quid habes quod nõ accepiſti? Si autem accepiſti à deo quid gloriaris in te vel in illis. Quaſi non acceperis, à deo: ſed à te, vel ab illis. Vel ita, Ne vnus infletur aduerſus alium, pro baptiſta, Alio, id eſt meliore quàm ſit alius, & non debes. Quis enim baptiſta quantumcunque bonus ſit, Diſcernit te, ab eo qui baptizatus eſt à minus bono? q. d. ſi baptizatus es à Petro, quomodo diſcernis ab eo qui baptizatus eſt à Paulo? nihil vtiq; ille habet à baptiſta, nihil tu. Quid autem hîc redarguit illos eoſdem, qui gloriabantur de magiſterio pſeudo, contemnentes doctrinam Apoſtoli. q. d. Gloriaris pro illis. Sed quid habes, ab illis, Quod nõ accepiſti? à me. Ad vnum videtur loqui, ſed ad partem plebis loquitur. Si autẽ accepi-

Augu. de cor. & gra.

Auguſt.

Ambroſ.

accepisti, à me, Quid gloriaris, contra me. Quasi nō idem acceperis à me. Hoc dicit cōtra illos, qui eadē quæ ab apostolo acceperant, audientes de magisterio pseudoapostolorum gloriabantur, qui per eloquentiā se cōmendantes, gloriam in se vertebant, cum apostolus se cōtemptibilem videri fecerat, vt gloriam deo faceret. Ideo apostolus ironicè eis loquitur, quasi concedens ꝙ eis de seipsis videbatur, cum subdit, Iam saturati. q.d. increpo vos. Quid dicēs gloriaris, &c, sed non rectè videor hoc facere, quia vos, iā id est tam cito, Saturati estis, id est pleni spiritu sancto. Et iā diuites facti estis. q.d & alios saturare potestis. Ironia est: ac si diceret, non ęst ita. Irascētis enim verba sunt, non cōfirmantis, Et regnatis. i. regitis vos, Sine nobis. sic putabant illi gloriantes de pseudoapostolis. Et vtinā, verè, Regnetis. verè regnare, est de spe & promissis dei securum esse, & in aduersis gaudere. Nota quia vt pius pater etiam his ingratis filiis bene optat. Regnetis, dico, ita, Vt & nos regnemus vobiscum. nō dico vos nobiscum cū nos sequi dedignemini: sed dico nos vobiscum, vt nos sequamur vos, si non vultis sequi nos quos quidem sequi deberetis, quia nos re vera regnamus, sed timeo ne sine vobis. Puto em̄. q.d. vos sine nobis putatis regnare. & hoc ideo, Quia puto. q.d. ꝙ nullatenus putādum est. Ironice enim loquitur, quod per mala quæ patimur, Deus ostendit nos apostolos nouissimos, id est, vilissimos de quibus non curet, Tanquam morti destinatos, id est quasi ad nullā vtilitatem, sed morti reseruatos. quod per hoc videtur, Quia facti sumus mundo spectaculum. Ad spectaculum enim nostri, quasi ad monstrum cōueniunt homines, per quod magis ꝓbamur amici dei Vel ita, Puto enim. q.d. ideo deberetis regnare, quia, Ego puto & certus sum, Quod deus ostendit nos apostolos nouissimos, id est similes nouissimis sanctis, scilicet, Heliæ & Enoch, in tribulationibus. Nos dico, Tanquam morti destinatos, quia ita fit nobis, vt illis qui à victoribus morti seruabantur, ad quod spectaculum cōueniebat populus. sicut ad derisionem Heliæ & Enoch tunc conueniunt, & modo ad derisionem apostolorū conueniunt mali. Vnde subdit, Quia spectaculum facti sumus mūdo. Quid nomine mundi intellexerit subdit, Et ange-

Ambros.

Ambrosi⁹.

August.in psal.40. lis,& hominibus, id est vtrisque, bonis vel malis : sed bonis,vt confortent & laudent:malis, vt insultent & vituperent. Boni enim angeli, & boni homines laudant, & mali irrident, Hæc sunt dextra,& sinistra. His vtimur quasi armis ad feriendum hostem,id est diabolum, scilicet laudantibus,& vituperantibus. Sed nec ista eleuant,nec illa frangunt. [Nos stulti propter Christum,vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi,vos autem fortes. Vos nobiles,nos autem ignobiles. Vsque ad hanc horam , & esurimus,& sitimus,& nudi sumus,& colaphis cædimur, & instabiles sumus,& laboramus, operantes manibus nostris. Maledicimur,& benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus,blasphemamur, & obsecramus, tanquam purgumenta huius mundi facti sumus omnium peripsema vsque adhuc. Non vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo.] Et nos stulti sumus, Propter Christum,cuius crucem prædicamus,quod vos tacentes,videmini in Christo prudentes. Vnde subdit, Vos autem prudentes in Christo , & est hîc increpatio cum ironia.quasi dicat,quod totum contra est. Item, Nos infirmi, sumus,id est afflicti. Vos autem fortes,potestate,& securi,

Ambrosi. Vos nobiles,id est reuerendi,Nos autem ignobiles,id est despecti. Et vsque ad hanc horam, id est continue, id est, vsq; ad hoc tempus. Et esurimus,& sitimus,& nudi sumus, libere enim & sine adulatione veritatem prædicantes,& gesta prauæ vitæ arguentes,gratiam apud homines nó habent. Et colaphis cedimur , & instabiles sumus , quia pro persecutione mutamus loca. Fugamur enim à perfidis, ne plures doceamus. Et laboram⁹ manib⁹ nostris, scilicet nobis necessariis, Operantes,quia nemo dat nobis. Et maledicimur,& benedicimus,hortando alios ad bonũ. Et persecutores,id est tormenta, Patimur, & patienter Sustinemus. Et, Blasphemamur, quasi magi & malefici, Et obsecramus,deum,pro illis:vel,eos,ne blasphement nos. Et facti sumus , id est, reputati , Tanquam purgamenta huius mundi,de quibus manentibus mundus inquinetur,vel abiectis purgetur. Quia facti sumus peripsema omnium, Peripsema purgamentum est ferri , vel pomi , & quicquid de qualibet materia vt purgatior reddatur,abiicitur

vt

vt limatura ęris,& huiusmodi,& quęlibet domorum quisquilia. Per hæc omnia verò probamur in Christo prudentes & fortes,& si illis aliter videatur.quasi dicat,abiectiores omnibus facti sumus.& hoc,Vsque adhuc, id est continue vsque ad hoc tempus. Non vt confundam vos,aspera blandis mitigat vt salutaris medicus.quasi dicat,& si dixerim vos inflatos,&c.tamen,Non hæc scribo vt confundam vos,id est,vt erubescẽtiam faciam vobis : Sed moneo vos,Vt filios meos charissimos, pro quibus tot mala passus sum. Et bene dixi,quòd vos estis filij. Nam ego pater sum.& hoc est quod ait, [Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo,sed non multos patres. Nã in Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Rogo ergo vos,imitatores mei estote: sicut & ego Christi. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in domino,qui vos cõmonefaciat vias meas,quę sunt in Christo Iesu,sicut vbiq; in omni ecclesia doceo. Tanquam non venturus sim ad vos: sic inflati sunt quidam: veniam ad vos cito,si dominus voluerit, & cognoscam non sermonem eorũ qui inflati sunt, sed virtutẽ. Non enim in sermone est regnũ dei,sed in virtute. Quid vultis? In virga veniã ad vos,an in charitate & spiritu mãsuetudinis?] Nam si habeatis decẽ milia pędagogorũ, Finitum pro infinito posuit.i.quantamlibet multitudinem eruditorũ, In Christo q non genuerũt vos: Sed tamẽ, Nõ habetis, Multos patres qui genuissent vos in fide Christi. Nam ego tãtum,Genui vos,non in me, sed In Christo Iesu.i.in fide Christi.& hoc, Per euangelium, id est per prædicationẽ meam. Cum prædixisset, Ego genui vos in Christo,addidit, Per euangelium,ne ipsius putaretur esse,quod dei est. August.in psal.77. Ait enim dominus in euangelio, Ne vobis dicatis patrem in terra,vnus est enim pater vester deus. Quod nõ ideo dixit.vt hoc nomen cæteris tollatur,sed ne gratia dei qua in æternã vitam generamur naturæ,vel potestati,vel etiã sanctitati cuiusquam hominis tribuatur. Appellãtur quidẽ & alij patres,sed non sicut deus pater vnus est,qui regenerat spiritu sancto,quos facit filios ad hæreditatẽ ęternã: homines vero dicũtur patres,ꝓpter honoris gratiã,propter ętatẽ curámq; pietatis. Notandum etiã,ꝙ dum loquens Co-

rinthiis pædagogos nominat pueros illos esse significat. Rogo ergo vos. quasi dicat, quia genui vos, Ergo, ô, fratres, Estote imitatores mei, nō pseudoapostolorum, sicut & ego Christi imitator sum. & hoc, Rogo vos, quia ex debito mihi obędire debitis. Ideo etiam, scilicet, vt imitemini me, Misi ad vos Timotheum, per hunc creditur missa eis epistola. Qui est filius meus, in fide. Et charissimus, bene agendo. Et fidelis in domino, id est in prædicatione domini. Qui vos commonefaciat vias meas, id est, instructiones meas. Quæ sunt in Christo Iesu, & ideo tenendæ. Cōmonefaciat dico, ita, Sicut ego doceo, eas, Vbique terrarum. In omni ecclesia, & ideo authentice. Dico misi Timotheum, & opus erat mitti. Quia quidam, vestrum, Sic inflati sunt de philosophis, quorum terrena sapientia glorientur, Tanq̃ non sim venturus ad vos. Veniam autem cito ad vos. Ecce post commonitionem promittit se ire ad illos, sed si dominus permitteret. vnde subdit, Si dominus voluerit. quasi dicat. Veniam ad vos, nisi culpa vestra impedierit. Ideo dicit, Si dominus voluerit, vt ostenderet, si non iret, deum voluisse, causa vtique indignitatis illorum. Veniam dico, Et cognoscam, id est probabo, & quæram, Non sermonem, humanæ sapientiæ, Sed virtutem, in fide & bona operatione, Eorum qui inflati sunt, superbia alta sapiendi & cæteros iudicādi. Non enim. quasi dicat. Ideo non quæram sermonem. Quia regnum dei, id est, causa regni dei. Non est in sermone, sed in virtute, id est, non sermo humanæ sapientiæ, sed virtus est causa regni. Quid vultis, & cætera. quasi dicat, ego verè veniam. Sed quid, horum, Vultis, scilicet, an Veniam ad vos in virga, correctionis, vbi & si sit charitas, non tamen esse videtur. An in charitate, id est in manifesta dilectiōe, vt bona suppleam, & spiritu mansuetudinis, vt peccatis parcam? Terroris verba infert, vt inflati humiliarentur, & se præpararent ad recipiendum eum. Absit vt pij filij dicerent, si in virga correctionis venturus es, noli venire. Melius est enim erudiri in virga patris, quam in blandimento perire prædonis.

Ambro.

CAPVT

CAPVT V.

OMnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis, nec inter gentes : ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat. Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu: iam iudicaui, vt præſens eum, qui ſic operatus eſt, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute domini Ieſu tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti.] Omnino inter vos, & cætera. Hîc redarguit illum fornicatorem, qui vxorem patris tenebat, & illos qui illum tolerabant. Erant enim ipſi participes, dum paterentur reum tam ingentis peccati ſecum incorreptum conuenire. Non ergo ſolum illum aperte reum mortis, ſed etiam adhærentes illi non immunes à crimine demonſtrabat. quaſi dicat, quæro an ad vos veniam in virga, & opus eſt virga, niſi vos corrigitis. Quia auditur omnino, id eſt ab omnibus. Inter vos, qui inflati eſtis, nec corrigitis. Quid auditur? Fornicatio, res vtique infamis, & talis eſt, Illa fornicatio qualis nec etiã inter gentes, vt graue iſtud peccatum oſtenderet, nec ab his etiam dicit admitti, qui deum neſciunt. Deinde criminis prodit genus, dicens, Ita vt vxorem patris aliquis habeat, & hoc publice vbi teſtibus opus non eſt. Publice enim nouercam ſuam loco vxoris habebat, nec tergiuerſatione aliqua poterat tegi crimen. Sciendum, quòd cauſa huius fornicationis, ſcilicet de vxore patris, incipit de fornicatione, poſtea monebit de omni carnali, videlicet, & ſpirituali. Et vos tamen. quaſi dicat, & cum tantum ſcelus ſit inter vos, tamen Vos inflati eſtis, vento ſuperbiæ, quæ pellit miſericordiam, quam ſi vnum membrum patitur, compatiuntur cætera. Et non habuiſtis luctum, id eſt dolorem pro peccatis illius, quod Magis faciendum eſſet ita vtique dolere deberetis, vt Qui hoc opus, quod nullo modo tegi fecit poterat, Tollatur de medio veſtrum, quia omnes eſtis participes. Ego quidem quaſi dicat, vos non tuliſtis eum, qui præſentes eratis : ſed ego Abſens quidem corpore, præſens autem ſpiritu, id eſt ſollicitudine mentis

& prouidens vobis, iã fine mora, Iudicaui eum qui fic operatus eſt, vt præſens, ac ſi præſens eſſem. Iudicaui dico, In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt, invice eius. Et hoc modo iudicaui, ſcilicet tradere huiuſmodi, reum, Satanæ, vobis congregatis & in eo ſpiritu cum virtute domini Ieſu.i.hoc modo iudicaui, vt vos congregati in vnũ ſine aliqua diſſentione quibus mea authoritas, & virtus Chriſti cooperabitur, tradatis huiuſmodi Satanæ. Vel ita poteſt ordinari litera hoc modo Iudicaui, ſcilicet, Vobis congregatis & meo ſpiritu cum virtute domini Ieſu tradere huiuſmodi Satanæ in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt vt vos congregati, tradatis huiuſmodi Satanæ in nomine domini, id eſt ad honorẽ domini, & gloriã, cuius gloria eſt in huiuſmodi iudicio, non pro odio veſtro iudicaui tradere Satanæ. & hoc, In interitum carnis.i.vt Satanas cum corporaliter vexet, & ſic ille reſpiciat. Hãc enim poteſtatem dicitur habuiſſe Apoſtolus, vt cum aliquem à ſtultitia ſua non poſſet dimouere, diabolo eum vexandum traderet, quouſque pœnitentiam profitens à malo deſiſteret. Vnde ſubdit, Vt ſpiritus eius ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt, vt anima eius ſalua ſit, hîc, ſcilicet ſi quando illius cor viſitat dominus, ſi quando luceat illi dominus in corde. & appellat diem domini, ortum lucis, ſcilicet appoſitionẽ gratiæ. Vel anima ſalua ſit, In die domini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt in die iudicij. Ex his verbis manifeſtat Apoſtolus non ſe odio, ſed amore illud feciſſe. Sic enim Apoſtolus non crudeliter ſed amabiliter, & zelo charitatis Satanæ tradidit, ſicut Moſes in cultores idoli paucos quidem vindicaui in præſens terrens, in poſterum diſciplinam ſentiens. Nam eum nulla crudelitate, ſed magna dilectione feciſſe qđ fecit, apertiſſime cognoſcitur in verbis eius pro peccatis Iudæorum orantis & dicentis ad dominum. Aut dimitte illis, aut dele me de libro tuo. Sic & Elias & alij viri boni nonnulla peccata morte punierunt, quia ſic & viuẽtibus vtilis metus incutiebatur, & illis qui morte puniebantur non ipſa mors nocebat, ſed peccatum quod augeri poſſet ſi viuerent, minuebatur: non temere iudicabant, quibus tale iudicium donauerat deus. Inde eſt quod Elias multos morte affecit, & propria manu &

Augu. de ſermone ĩ monte.

nu & igne diuinitus impetrato. Vnde & hoc exemplum Eliæ non reprehendit Christus in discipulis memorantibus quod ab eo factũ sit, & petentibus etiam sibiipsis dari potestatem dandi ignem de sublimi ad consumendum eos qui sibi hospitium non præberent. Sed ignorantiam vindicandi in Apostolis reprehendit, quia odio non amore correctionis desiderabant vindictam. Tales vindictæ etiam in nouo testamento non defuerunt. Nam & Petrus sic & in Ananiam & vxorem eius vindicasse legitur, quando exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt. Vel ita, Tradidit, & cætera. vt non de illa corporali vexatione accipiatur, sed de priuatione ecclesiasticæ communionis, quæ fit per excommunicationem. quasi dicat, Iudicaui eum, Qui huiusmodi est tradere Satanę, scilicet ab ecclesia expellere, admonitionẽ ecclesiasticam ab illo suspẽdere, & liberum illi facere, ire In interitum carnis, scilicet facere secundum quod expetit caro eius in interitum illum ducẽs. Omnis enim carnalis voluptas à diabolo est, & ideo cum huic voluptati relinquitur traditur Satanæ, & cum carnis desiderio se iungit anima, interitum patitur. Non autem hæc amaritudine odij facit, sed ea intentione, vt expulsio hæc ad reuocandum illum valeat. Vnde subdit, Vt spiritus eius saluus sit in die aduẽtus domini nostri Iesu Christi, id est, vt anima eius salua sit in die iudicij. Vel ideo tradidit eum Apostolus Satanæ, abiiciendo ab ecclesia, vt spiritus sanctus quo contaminati nudantur, saluus sit eis non amissus, In die domini, scilicet in die iudicij. Nisi eñ eiectus fuisset, non fieret saluus spiritus ecclesiæ in die iudicij. Deserebat enim omnes contaminationis causa, vt in die domini nudi à spiritu sancto inuenirentur. [Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua cõspersio: sicut estis azymi. Etenim pascha nostrũ immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis.] Non bona est. quasi dicat, Et quia talis fornicator inter vos est. Igitur non bona est gloriatio vestra, qua iustos vos esse iactatis qui talem inter vos patimini: & si ergo in aliis boni sitis

Ambrosi.

Ambro.

hæc tamen gloriatio mala eſt,quia hæc omnia bona impe
dit,Quia modicum fermentum,id eſt conſenſus huius pec
Ambroſi°. cati quod cognitum,non arguitur. Totā maſſam corrumpit,id eſt omnes contaminat,qui cum poſſint arguere diſſimulant. Participes enim erant,dum paterentur reū. Sed ſi quis poteſtatem non habet quem ſcit reum abiicere, vel probare non valet,immunis eſt, & iudicis non eſt ſine ac
Ambroſ. cuſatore damnare,vt nec Chriſtus Iudam abiecit,quia nō eſt accuſatus. Vel,Modicum fermentum,id eſt, vnus fornicator alios ſuos exemplo ad peccatum trahendo, Totā maſſam corrumpit, id eſt omnes qui norunt & non deuitant,Et an Neſcitis?hoc,Expurgate.q.d.Et quia modicū fermentum vos corrumpit,ergo,Expurgate vos,eiiciendo
Auguſt. à vobis,Vetus fermentum,id eſt eum qui corrumpit, vos, qui eſt membrum veteris hominis,& acidus. Eiecto igitur illo fornicatore vetus fermentum eiicitur, Expurgate,dico, Vt ſitis,id eſt perſeueretis,Noua conſperſio, id eſt,innouati virtutibus & ſine corruptione peccati, Sicut eſtis, facti in baptiſmo, Azimi,id eſt à corruptione peccati puri.Conſperſio enim eſt farina per aquā glutinata,ſine fermēto:idem eſt & azima. Vult ergo Apoſtolus, vt iſti ſint noua conſperſio.i.vnum quod per dilectionem, & à corruptione peccati puri ſicut in baptiſmo,ſunt facti, Azimi
Auguſt.ſu per Ioan. id eſt mundi,ſine corruptione. Zyma enim Græce Latine dicitur fermentū. Et eñ. quaſi dicat.ideo puri eſſe debemus,Etenim,id eſt,quia Chriſtus immolatus. quem ſcilicet edere debemus,Eſt paſcha noſtrū.ſ. per quem trāſire debemus de mundo ad patrem.Paſcha eñ non ſicut quidam exiſtimant Græcū nomen eſt,ſed Hebræum. Oportuniſſime tamen occurrit in hoc nomine quędā cōgruentia vtrarūq; linguarum . Quia enim pati,Græce πάσχειν dicitur, ideo paſcha paſſio putatur eſſe, vel hoc nomine a paſſione ſic appellatum. In ſua vero lingua.i.in Hebræa paſcha tranſitus dicitur:ideo quia tunc primum paſcha celebrauit populus dei,quando ex Aegypto fugientes mare rubrum tranſierunt,Nunc figura illa prophetica in veritate cōpleta eſt,cum ſicut ouis ad immolandū ducitur Chriſtus,cuius ſanguine illitis poſtibus noſtris, id eſt cuius ſigno crucis ſignatis frontibus noſtris, à perditione huius

ſæculi

ſæculi tanquam à captiuitate Aegyptiaca liberamur, & ſaluberrimum tranſitum agimus cum à diabolo tranſimus ad Chriſtum, Ab iſto inſtabili ſeculo ad eius fundatiſſimũ regnum. Ideo enim ad permanentem deum tranſimus, ne cum hoc mundo tranſeunte tranſeamus. Paſcha immolatio eſt non tranſitus ſicut quibuſdam videtur. prius enim paſcha eſt, & ſic tranſitus, quia ante exemplum eſt ſaluatoris, & ſic ſalus. Itaque, quaſi dicat & quia Chriſtus immolatus eſt paſcha noſtrum Itaque epulemur non in fermento veteri, id eſt in corruptione veteri, quia aliter non tranſiremus. Deinde fermentum corruptionis per partes diſtinguit, id eſt. Neque in fermento malitiæ, quæ in aliũ exerceatur: Et nequitiæ, quam in ſe quis habet. Malitia enim eſt, iniquitas quæ fit in alium. nequitia eſt iniquitas quam in ſe quis committit. Sed in azymis ſynceritatis & veritatis, id eſt in ſynceritate à vitiis & veritate bonorum operũ quæ per azymos ſignificatur. Vel, In azymis ſync. id eſt nouæ vitæ, Et veritatis, vt ſine omni fraude ſimus. i. vt ſynceritas mundam vitam faciat, & veritas omnẽ fraudem excludat. [Scripſi vobis in epiſtola: ne commiſceamini fornicariis. Non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri. Si is qui frater nominatur inter vos eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Quid enim mihi de his qui foris ſunt iudicare: Nónne de his qui intus ſunt vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt deus iudicabit. Auferte malum ex vobiſipſis.] Scripſi vobis, quaſi dicat moneo vos ab hoc purgare, & ſine hac admonitione debueratis facere, quia iam in alia epiſtola, Scripſi vobis, hoc, ſcilicet. Non commiſceamini fornicariis. Significat ſe prius ſcripſiſſe eis aliam epiſtolam vbi monuit illos ne iungerent ſe malæ vitæ hominibus: & quia non intellexerant quæ ſcripſerat qualiter accipienda ſint determinat. Non, vtique fornicariis huius mundi, id eſt gentilibus qui poſt varias concupiſcentias ſuas euntes fornicantur à deo, quibus miſceri non prohibuit, ſicut iſti prius intellexerant. Aut ne commiſceamini auaris, aut

Ambroſi.

Ambroſi⁹

rapacibus,

rapacibus, aut idolis seruientibus. Hæc & in illa epistola prohibuerat, quæ & modo debent obseruare. A fratribus talibus scripsit esse recedendum, qui sunt fornicarij, vel auari, vel rapaces, vel idololatræ, sed non gentilibus. Alioquin. i. si pręcepissem gentilibus non cõmisceri. Debueratis exisse de hoc mundo. i. necesse esset de mundana conuersatione exire, cum vbique tales sint. Non enim possunt homines in hoc mundo viuentes nisi cum talibus viuere, nec etiam possent tales Christo lucrari, si colloquium eorũ vitarẽt, & cõuiuium. vnde & dominus cũ peccatoribus & publicanis cõmedit. Vel ita, Dico ne cõmisceamini, Alioquin. i. si cõmisceamini, Debueratis de hoc mũdo exisse. i. melius esset vobis mori. Cõpendium enim est malè agentibus si citius moriantur quàm diutius in peccatis versentur. Nũc autẽ scripsi, vel ergo. q d. quia nõ de illis scripsi. Ergo nunc apparet quod scripsi vobis, non cõmisceri &c. Vel ita iunge, tunc Scripsi, & non benè accepistis: Nunc autem, determinate, Scripsi vobis non cõmisceri, hoc modo. s. Si is qui nominatur frater, & si nõ sit. Est fornicator, nominabilis & manifestus, & falce euangelica præcisus vel notatus. Vel secundum aliã literam, Si quis frater nominatur fornicator, idẽ sensus. Aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus. i. detractor, Aut rapax, aut iracũdus, aut ebriosus, vsu. In his omnibus notat eos Cum huiusmodi. i. cum his & aliis similibus scripsi, & scribo, iussi & iubeo. Nec cibũ sumere, nedũ orare. vt sic erubescens corrigatur. Attende quod non simpliciter iubet, non cibum sumere cum fornicatoribus vel auaris & cæteris: sed & præmittit. Si quis frater & nominatur, Per hoc. n. quod ait frater ostẽdit quod cum infideli & gentili non prohibuit cibum sumere. Qui etiam alibi ait, Si quis vocat vos ex infidelibus ad cœnã, & vultis ire omne quod appositũ fuerit mãducate. Dicẽdo autem Nominatur, ostẽdit non temere & quomodo libet, sed per iudiciũ auferẽdos malos esse ab ecclesiæ cõmunione, & si per iudiciũ auferre non possunt, tolerentur potius. Nos. n. à cõmunione quenquam prohibere non possumus nisi aut spõte confessum, aut in aliquo iudicio vel ecclesiastico, vel sæculari nominatum atq; cõuictum. Hoc igitur dicendo noluit hominem ab homine iudicari,

[Margin: Ambrosi⁹ (beside line 2); Ambrosi⁹ (beside "mittit. Si quis frater"); August. in lib. de pœnitentia. (beside "mãducate. Dicẽdo autem")]

iudicari, ex arbitrio suspitionis vel etiam extra ordinarium vsurpato iudicio, sed potius ex lege dei secundum ordinem ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatum & conuictum. Eam igitur nominationem hîc intelligi voluit Apostolus, quæ fit in quenquam cum sententia ordine iudiciario, atque integritate profertur. Nam si nominatio quælibet sufficit, multi damnandi sunt innocentes, quia sæpe falso in quoquam crimina nominãtur. Quid enim? Quod non de Gentilibus agat, sed de fratribus prædictis criminibus notatis, hîc ostendit, quasi dicat. De his dico tantum qui fratres sunt. Quid enim mihi est, id est mihi attinet, Iudicare de his qui foris sunt, id est extra ecclesiam. His enim potius blandiendum est, ac si dicat, nil attinet ad me de his iudicare. Sed his qui intus sunt, in ecclesia professione & nomine. Nónne vos vidis vtique in his enim putredo secanda est. Nam eos qui foris sunt deus tantum, Iudicabit, non nobis commisit vt eos nunc iudicemus. Et quia iubeo non commisceri talibus, Ergo auferte malum hominem ex vobis ipsis, qui inde inquinamini. Augusti.

CAPVT VI.

AVDET aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti, de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis sæcularia? Sęcularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles?] Audet aliquis. Occasione huius iudicij de quo suprà tractauit, incipit agere de iudiciis in quibus multis modis peccabant. s. quod cõtéptis fidelibus infideles iudices adibant, vel stultos iudices instituebant. & litigabant, fraudabant, & alia huiusmodi q.d. Dixi quod debetis iudicare de his qui intus sunt. & cũ Ambro.

hoc debeatis, Aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum fidelem, Audet iudicare apud iniquos, id est infideles, qui iniqui sunt fidelibus quocunque modo possunt, & leges diuinas aut omnino spernunt, aut propter opprimendos bonos falsa expositione interpretantur. Et nō potius, Apud sanctos, qui domini timentes iustitiam, & legi veritati salua charitate, & chiritati salua veritate iudicando deseruirent? quasi dicat re vera audacia est, & stultitia hoc facere. & quasi aliquis diceret, debent ne sancti de huiusmodi iudicare? Et ait, An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? qui in errore est. Quod non ociosè dixit Apostolus, ideò enim dixit de hoc mundo, vt & alterum ostendat, quia est & alter superior. De hoc autem iudicabunt sancti, meliores facti comparatione. Quia
aml ro 1°
exemplo fidei illorum, perfidia huius mundi damnabitur. Iudicabunt etiam authoritate & potestate. Et si in vobis iudicabitur mundus, id est per vos, quia aliquos sanctos habetis qui iudicabunt, Indigni estis qui iudicetis de istis minimis? quasi dicat. Non. & verè de his potestis iudicare, Quoniam iudicabimus, etiã, Angelos, apostatas, qui cum essent creati digni, id est in dignitate, tamē lapsi sunt, cum isti fragiles stent, & ideò etiam angeli iudicabuntur, quia impugnantes sanctos, victi sunt ab eis, Et Nescitis vos, hoc, scilicet quod Angelos iudicabimus? &, Quanto magis possumus, iudicare, Secularia, id est de rebus sæculi? Secularia igitur &c. Sicut iam reprehendit eos qui causas agebant apud infideles contemptis fidelibus: ita nunc reprehendit eos quod contemptibiles iudices, licet fideles constituebant, quasi dicat & quia debetis iudicare, igitur Si habueritis secularia iudicia, ideò dicit si habueritis, quia nec habenda sunt, sed potius est condonandum, vel contemnendum Si inquam, habueritis, Constituite ad iudicādum illos contemptibiles, id est indiscretos & viles, Qui sunt in ecclesia, quasi dicat hoc est quod vos fecistis. vnde coacti fratres recurrunt ad illos, id est ad infideles, hoc redarguit in eis Apostolus, ironice eis loquens & quia sic fieri non debet, adiecit, Ad verecundiam, vel, reuerentiam vestram dico, quasi dicat non impero sed memoro vt verecundemini, & debetis erubescere, quia, Non est inter

vos

vos quiſquam ſic, id eſt adeo Sapiens, qui poſſit iudicare inter fratrem & fratrem ſuum, vt ita neceſſe ſit vt ſtultos ſtatuatis iudices, & hi tamen potius ſtatuendi ſunt, quam ad infideles iudices eatur. ſi deſunt ſapientes, ſic inquam non eſt ſapiens. Sed frater cum fratre, in iudicio contendit, quod malum eſt. & hoc, Apud infideles, quod peius. Vel ita, Secularia igitur. Quia dixerat Apoſtolus eos poſſe de his minimis iudicare, determinat qui ad huiuſmodi negocia definienda ſint conſtituendi, ſcilicet contemptibiles qui ſunt in eccleſia. maiores enim ſpiritualibus tendere debēt, quaſi dicat & quia iudicare debetis: igitur hoc modo facite. Si ſecularia negocia habueritis, conſtituite ad iudicandum qui ſunt in eccleſia contempti, id eſt aliquos ſapientes, qui tamen ſunt minoris meriti. Apoſtoli enim prædicando circũeuntes talibus non vacabāt. Sapiētes ergo qui in locis conſiſtebant fideles & ſancti non qui hac atq; hac propter euangeliũ diſcurrebant, taliũ negociorum examinatores eſſe voluit. A quibus nos excuſare non poſſumus, & ſi velimus. Chriſtum enim teſtem inuoco, quoniam mallem per ſingulos dies certis horis aliquid manibus operari, & cæteras horas habere liberas ad legēdum, orandum vel ad agendum aliquid de diuinis literis, quàm tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum pati de negociis ſęcularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniendo præcidendis, Dico conſtituite contemptibiles, Hoc autem ad reuerentiam veſtram dico: vt videlicet ſi terrenas cauſas examinent qui exteriorum rerum ſapientiam perceperunt. Qui autem ſpiritualibus donis ditati ſunt, terrenis non debent negociis implicari, vt dum non coguntur inferiora bona diſponere, valeāt bonis ſuperioribus deſeruire. Sed curandum magnopere eſt, vt hi qui donis ſpiritualibus emicant nequaquam proximorum infirmantium negocia funditus deſerant, ſed hæc aliis quibus dignum eſt tractanda committant, vel per ſe gerant, Sic non eſt, Redit ad illud quod ſupra redarguit, ſcilicet quod ad infideles iudices ibant. q. d. non debetis iudicari apud infideles. Quia ſic non eſt inter vos quiſquam ſapiens &c. vſque, Apud infideles, quaſi dicat eſt vtique inter vos ſapiens qui poteſt iudicare. Eoſdem enim quos cōtempti.

Augu. de opere monachorũ.

Auguſt.

temptibiles nominauerat, sapientes postea vocat cum ait, Sic nõ est inter vos. [Iam quidem omnino delictũ est in vobis,quod iudicia habetis inter vos.quare nõ magis iniuriã accipitis? Quare nõ magis fraudẽ patimini? Sed vos iniuriã facitis & fraudatis,& hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnũ dei nõ possidebũt? Nolite errare, neq; fornicarij,neq; idolis seruiẽtes,neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorũ cõcubitores,neq; fures,neq; auari,neq; ebriosi, neq; maledici,neq; rapaces, regnũ dei possidebũt. Et hæc aliquãdo quidẽ fuistis,sed abluti estis,sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Omnia mihi licent,sed non omnia expediũt.] Iam quidẽ.q.d. Quia cõtentiosè & apud infideles vestra repetitis nõ simpliciter. Iã quidẽ omnino delictum est in vobis.i. ex hoc solo delictum est in vobis.s. Quia iudicia,huiusmodi, Habetis inter vos inter quos nõ decet. Peccatũ.n.est litigare cum pax esse debeat. Ex hoc apparet,quia peccatũ est iudicium habere cõtra aliquẽ,sed ne excuses quod iustè hoc agis, quia pateris iniuriã quam iudicij sentẽtia vis à te remoueri,occurrit & ait,Quare nõ magis iniuriam.i. apertam violentiam, Accipitis? Quare non magis,occultam,Fraudem,patimini.q.d. mirũ quod non potius hoc facitis, Vnde & dominus ait, Si quis voluerit tunicam tuã tollere,& iudicio tecum cõtendere,dimitte ei & palliũ. Et alibi, Qui abstulerit tua,noli repetere. Sed tamẽ hoc secũdum veniã infirmis Apostolus cõcedit,cum sinit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres fratribus iudicãtibus,extra ecclesiã verò hęc fieri terribiliter vetat. Vt autem prædicta verba Augustini,quibus ait,peccatum est iudiciũ habere contra fratrem, sanè intelligantur. dicẽdũ est hîc quid in huiusmodi liceat, vel cõueniat perfectis & quid nõ,& quid liceat infirmis vel non. Perfectis igitur licet sua repetere simpliciter. s. sine causa, sine lite,sine iudicio: sed non cõuenit eis inde mouere causam ante iudicem. Infirmis verò licet repetere sua mouendo causam ante iudicem,& iudicium habendo contra fratrẽ: sed non contentiosè vel fraudulenter, nec apud infideles iudices. Sed vos,quasi dicat. Debetis iniuriam pati & fraudem,quod non facitis. Sed,potius, Vos facitis iniuriam,id est

August.in Enchi.

est apertam violentiam, dum contenditis, Et fraudatis, dũ iudices corrumpitis donis. Et hoc, facitis Fratribus, quos iuuare deberetis. Hoc facitis, & sic regnũ perditis. & peius est quia scientes. Nam, An nescitis quia iniqui, quilibet, Non possidebunt regnum dei? Ergo nec salutem, quia nõ est salus præter regnum. Nolite errare, quasi de misericordia confisi, quia, Neque fornicarij, neque idolis seruientes, singula horum sufficiunt ad regnum tollendum. Neque adulteri, neque molles, id est patici, neque masculorum concubitores, neque auari. In his omnibus nota eos argui. Neque fures, neque ebriosi. Neque maledici, neque rapaces, regnum dei possidebunt. Et hæc quidem, id est tales, Fuistis, sed, Abluti estis, in baptismo, & ideò turpius est si reditis. Et non solum abluti, Sed sanctificati estis, id est confirmati ad benè operandum, spiritu sancto dato. Et non modo sanctificati, Sed iustificati estis, scilicet benè operando. Nota, sed, repetitam coniunctionem non paruum pondus dare sententiæ. In nomine domini q.d. Abluti estis. & hoc, In nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritu dei nostri, id est operatione spiritus sancti. Omnia mihi licent &c. Quia dixi id potius esse ferendum, quam causas malè agere, ne quis putet sua vllo modo repetenda supponit, Omnia mea, licent, id est licita sunt repeti, id est omnia mea licet repetere Mihi. sed, tamen, Non, repetam, quia, Non omnia expediunt, ad cursum meum, sed impediunt. Item per aliam causam idem ostendit dicens, [Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc & has destruet.] Omnia mihi licent, id est licita sunt Sed, tamẽ, Ego, non repetam, quia cum sim liber, Sub potestate nullius redigar, hominis, vel rei, id est, nolo redigi sub potestate iudicis, vel nolo esse sub dominio alicuius rei vt causa eius fratrem offendam. Tunc enim res super nos dominium habet cum amorem eius amori proximi præponimus. Esca &c. quasi dicat. Propter hoc quod dixi non sunt repetenda, tamen propter hoc licet repetere, quia Esca, debetur, Ventri, pro quo creata est Reficimus enim cotidianas ruinas corporis edendo & bibendo.

do. Per escam, nota necessaria naturæ. Et venter, debetur Escis, quia aliter non potest sustentari, & ideò licet nostra repetere. Deus autem, quasi dicat. Esca debetur ventri, & venter escis, sed non multum pro his laborandum est, quia destruentur. & hoc est quod subdit. Deus autem, & hoc & illud, vel, Húc & has, id est ventrem & escas, Destruet, secundum hunc statum: quod erit cum corruptibile hoc induet incorruptionem. Vel ita, Omnia mihi licent. De his dicit quę ad escam pertinent. Erant enim inter eos qui cibos discernebant, iudicantes alios mundos, alios immũdos. Alij omnibus cibis vescendum esse putabãt, quasi dicat. Non solum in iudiciis & in aliis prædictis offenditis, sed etiam in cibis. Omnia quidem mihi licent, id est omnibus cibis vesci licet, non legali doctrina, sed libera potestate. Sed non omnia exp. Nota quod potest aliquid licere & non expedire. expedire autem, quod non licet non potest, ac per hoc non omnia quæ licita sunt, id est quæ nullo præcepto domini prohibentur, expediant. Omnia verò illicita non expediunt. Sicut enim omnis qui Christi sanguine redemptus est homo est, non tamen omnis qui homo est etiam Christi sanguine redemptus est. Ita omne quod non licet non expedit, nec tamen omne quod nó expedit etiam non licet. Vt igitur inter id quod licet & expedit, & quod non licet atque ideò non expedit, aliquo certo fine nitamur distinguere, fateor quod ea mihi videntur licere & non expedire, quæ per iustitiam, quæ coram deo est, permittuntur: sed propter offensionem hominum, ne ob hoc impediantur ad salutem, vitanda sunt. ea vero non licere, & ideò non expedire, quæ sic ipsa iusticia vetantur: vt facienda non sint, etiam si ab eis laudentur quibus in notitia fuerint prolata. Quod si ita est, ideò nó nisi illicita prohibentur à domino, vt ea quæ licita sunt, & nó expediunt, non legis vinculo, sed libera dilectionis beneficentia, & consilio charitatis caueãtur. Hęc sunt quę amplius erogantur saucio, qui curãdus ad stabulũ, Samaritani illius miseratione perductus est. Hęc nó pręcipiũtur à domino, quãuis domino moneãtur offerri, vt tãto intelligãtur esse grauiora, quãto magis ostẽduntur indebita. Illicita ergo prohibẽtur, licita verò quę non expediũt liberè caueantur.

Augu. ad Poletum.

August.

caueantur. Omnia mihi licent. Hîc repetit quod dixerát vt addat quod non dixerat.s. Sed & ego &c.q.d. Omnia mihi licita sunt, Sed ego sub nullius, rei, Potestate redigar, quod facerem si cum offendiculo fratris mãducarem, ita.n.amore escæ fratrem offenderẽ. Esca &c.q.d. Verè omnia mihi licent, quia Esca, debetur, Vẽtri, & vẽter escis, nõ mutátur ista. Vnde & post Apostolus ait, Omne quod in macello venit mãducate, sed non cum scãdalo mãducãdum est. Vnde alibi dicit, Nõ mãducabo carnẽ inæternũ, ne fratrem meũ scãdalizem. Itemq; alibi, Omnia quidem mũda sunt, sed malum est homini qui per offendiculũ mãducat. Deus autẽ.q.d, Esca debetur ventri, & venter escis, sed tamẽ non edã cum scandalo quia Deus & hoc & illud, vel hunc & has destruet. Vel ita, Omnia licent. Præmittit hîc Apostolus quod postea plenius acturus est. Dicit.n. quod sibi licet ab aliis sumptus accipere, sicut alij Apostoli accipiebãt à subditis suis. Sed quoniam sciebat pseudo occasionem quærere accipiendi, noluit ab his accipere, ne causa ventris vigor ecclesiasticæ veritatis torpesceret. Quod ergo dicit Apostolus omnia licent, non de malis, sed de bonis intelligi oportet, Quibusdam.n.videtur propter libertatem cõcessi arbitrij hoc Apostolũ dixisse, quasi omnia liceant sed non expediant, sed nunquam dicitur licere quod prohibetur. Vnde & Ioannes ad Herodem ait. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Quod si illud esset quod illi aiunt, debuit dicere licet tibi, sed non expedit & dominus similiter mulieri Chananeæ ait Non licet panem filiorum mittere canibus, & ideò quod ait Apostolus Omnia mihi licent, non agitur de malis sed de bonis.q.d. Vos me contemnitis, & aliis inferiorem, quia sumptus non accipio æstimatis, sed non ideò dimitto quin mihi liceat accipere. Nam omnia mihi licent quæ & coapostolis, quæ lex naturalis habet, non Mosi qui multa pro duritia illius populi prohibuit. Hoc dicit quia licebat ei sumptus accipere, vnde post acturus est: sed noluit quia nõ expedit. vnde subdit, Sed non omnia expe. sicut non expedit accipere sumptus. Si.n.ab his acciperet quos in tantis vitiis arguebat, authoritatẽ magisterij inclinaret. Non.n.potest instãter argui à quo accipitur, maximè cũ ille prõptus sit ad dã-

Ambros.

Ambros.

dum vt sibi humiliet præpositum. Vnde & dicit. Sed ego sub nullius re. po. minuendo libertatē meā, repræhēdendo quod facerē, si sumptus ab eis susciperē. Pseudo autē Apostoli qui non causa religionis, sed quæstus prædicāt, nolūt amari esse peccantibus. Esca, &c. Verè licet mihi accipere necessarios sumpt⁹, quia, Esca, debetur, Vētri, & vēter escis: sed non tamē accipiā, quia Deus & hoc & illud destruet. Non mutatur horū verborū sensus, Vel ita, Omnia licent q.d. Illi qui prædicta vitia habēt, non possidebūt regnū, & ideò vitāda sunt, quia etiā si licerēt fugiēda essent. Ponatur. n. quòd Omnia licēt. i. ponat aliquis licere omnia, nō quia illi liceāt, sed quia licere quibusdā videntur ideò quia non impendēt legalia tormenta, sed non omnia expediūt, quia propter se vitanda sunt. Itē repetit, omnia licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Cū. n. mens cōcepta desideria sequitur, & amor cuiuslibet rei vbi dñatur, seruire rebus conuincitur, quarū amore superatur. Esca, &c. q.d. sub nullius redigar po. Et verè, quia nec etiam pro esca, & si esca debeatur vētri, & venter escæ. Deus autem & hoc & illud destruet. [Corpus autē non fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Deus verò & dominū suscitauit, & nos suscitabit per virtutē suā. Nescitis quoniā corpora vestra mēbra sunt Christi? Tollens ergo mēbra Christi faciā membra meretricis? Absit. An nescitis quoniā qui adhæret meretrici, vnū corpus efficitur? Erūt enim (inquit) duo

Ambrosi⁹. in carne vna. Qui autē adhęret domino, vnus spiritus est.] Corpus autem, hîc redit Apostolus ad superiorem sensum quasi esca debetur ventri, & ven. es. sed corpus non debetur, Fornicationi, & ideò de hoc iudiciū non potest prætermitti, vt vos ô Corinthij soletis, Sed debetur, Domino, id est, seruitio domini, & Dominus, debetur, Corpori, vt glorificet illud & suscitet, & suscitabit, quia Et dominū suscitauit deus, si verò suscitauit dominum, Et nos suscitabit per virtutem suam, cui nihil penitus est impossibile. Nescitis quoniā. q.d. Corpus nō debetur fornicationi, sed do-

Augu. de verb. apo. mino. Quoniā corpora nostra, nō solū animę. Sut membra Christi, vt eū imitemur. Et nescitis, vos hoc. Attēde quòd corpora nostra dicit esse mēbra Christi, quoniā Christus caput nostrū est, eo quòd homo factus est ꝓpter nos, corpu

pus autẽ eius ecclesia est. Si ergo Christus tãtũmodo animã humanã susciperet, mẽbra eius nõ essent nisi animę nostrę, quia verò corpus suscepit, per quod etiã caput est nobis, qui ex anima & corpore cõstamus, profecto illius mẽbra sunt corpora nostra, quia .n. corpus accepit & corporũ caput est. Si ergo aliquis cupiens fornicari vilescat sibi, & in seipso cõtẽnat seipsum, nõ in se cõtẽnat Christũ: nõ dicat, faciã hoc, nihil sum: quia corpus eius, mẽbrum Christi est. Et cum Christi membra sint corpora nostra, Tollens, ergo à seruitio Christi, Mẽbra Christi, cui in te parcendũ est. Faciam meretricis? Vt eius seruiam voluntati? ita ne viluit dignitas ista quæ tam benigne præstita est? Absit, vt hoc fiat, Notandum quia corpora nostra quæ hîc dicit Apostolus esse membra Christi, alibi dicit esse templũ spiritus sancti, propter corpus Christi, quod ex genere corporis nostri suscepit, corpora nostra membra sunt Christi propter inhabitantem spiritum Christi, eadem corpora templum sunt spiritus sancti, & non potest non esse sanctum corpus, quo sanctificato vtitur spiritus, vt alia taceã non possunt simul esse membrum Christi, & membra meretricis: nec isti dicendi sunt manducare corpus Christi, qui sunt membra meretricis, Hoc, est enim non sacramẽto tenus, sed reuera corpus Christi mãducare in Christo manere, vt in illo maneat & Christus. Non itaque manent in Christo qui non sunt membra Christi, nec sunt membra eius. qui sunt membra meretricis. An nescitis, quasi dicat. Ideò non decet vt tollam membra Christi, &, Faciã mẽbra meretricis, quoniam qui adhæret meret. vnum corpus eff. cum ea. Fornicatio. n. ambos & vnum corpus facit: vt quomodo in natura sic & in macula vnum sunt. & An nescitis hoc? & quasi quis quæreret, an vnum sunt? respõdet, vtique. Quia, inquit, liber Genesis etiam de legitimè coniunctis, Erũt duo in carne vna. i. carnali opere, quod inter cõiuges potest fieri sine peccato, & etiã in carne sunt scdm naturã: quia in natura sunt vnũ vir & mulier. Manifestum est enim nõ quia mulier de viro ambo in carne sunt. Qui autẽ. q. d. quia adhęret meretrici vnũ est cũ ea. Qui aũt adhęret dño, semper dei faciẽs volũtatẽ, nõ vna caro, sed Vnus spiritus est, cũ spiritu dñi, cũ quo est vnus spiritus, nõ substãtię

August. Augu. de verb. apo.

Augu. de ciuit. dei.

Ambros.

idẽtitate. Diuersæ enim substãtiæ sunt spiritus hominis, & spiritus domini, sed quia accedit iste spiritus ad participationem naturæ veritatis & beatitudinis illius. Vnus ergo spiritus est, & spirit⁹ cũ dei, cum ei sic adhæret vt sit particeps beatitudinis: quod plenè erit cum satiabitur desiderium eius in bonis immutabilibus. s. in ipsa trinitate domino suo cuius imago est. Nõ ergo spiritus hominis ita est vnũ vel vnus cum spiritu dei, sicut filius cum patre vnũ est, & vnus deus. Sic. n. dicimus de patre, & filio vnũ sunt, quia vnius substãtiæ duo sunt, & dicimus quòd vnus est, sed addimus quid vnus. s. vnus deus. Diligẽter attẽde, quòd quando de rebus duabus vel plurib⁹ dicitur vnus est, & additur quid vnus vel quid vna, & de his quæ diuersæ, & de his quę sunt vnius substãtiæ dici potest. Diuersę. n. substãtiæ sunt spiritus hominis, & spiritus dei, & tamẽ dicitur, qui adhęret domino, vnus spiritus est. Vbi autẽ dicitur de duob⁹ aut pluribus minister nec additur quid vnũ nõ diuersę intelligũtur, sed vnius esse substãtię. sicut dictũ est, qui plãtat & qui rigat vnũ sunt. Itẽ, Ego & pater vnũ sumus. Si ergo de his quę diuersę substãtię sunt, rectè dicitur quòd sint vn⁹ spiritus, quãto magis quę vnius substãtię sunt rectè dicũtur vn⁹ deus esse. [Fugite fornicationẽ. Omne. n. peccatũ quodcũque fecerit homo, extra corpus est, qui autẽ fornicatur, in corp⁹ suũ peccat. An nescitis quoniã mẽbra vestra tẽplũ sunt spiritus sancti qui in vobis est, quẽ habetis à deo. & nõ estis vestri? Empti. n. estis precio magno, glorificate & portate deũ in corpore vestro.] Fugite. q. d. qui adhæret meretrici vnũ corpus efficitur, ideò fugite for. Cũ aliis nẽpe vitiis potest expectari cõflictus, sed hãc fugite ne approximetis quia nõ aliter meli⁹ potest vinci. Et fugere debetis. Omne. n. peccatũ quodcũq; fecerit homo, excepta fornicatione, Extra corpus est. i. sine corporis cõtaminatione. Cętera. n. peccata animã tantũ maculãt. Qui autẽ fornicatur, in corpus suũ peccat, quia fornicatio nõ modo animã, sed etiã corpus cõtaminat. Nõ. n. sine desiderio carnis quę habet propriũ motũ, anima cõcupiscit carnaliter, quanuis caro sine anima nil possit. Vel ita, omne peccatũ. q. d. ideò debetis fugere fornicationẽ, quia, Omne peccatum, aliud quodcũq; fecerit homo extra corpus est. i. extra vinculum

[Margin: August. — Augu. cõtra Maximinum. — Aimo. — Augusti. — August. in sermõe de eadem re.]

carnalis

carnalis cõcupiſcẽtiæ ſunt cętera peccata cõparatione huius, & ſi per corpus gerãtur. Hîc.n.anima ſub corpore eſt. Alia.n.peccata, & ſi per corp⁹ cõmittãtur, nõ tamẽ animũ humanũ cõcupiſcẽtię carnali ita efficiũt, obſtrictũ & obnoxium, ſicut in ſolo opere fornicationis corporalis fit cum miſceri facit animũ vis libidinis cũ ipſo corpore, & vnũ cũ ipſo quodãmodo cui agglutinatur. vnde ſubdit, Qui autẽ fornicatur, in corpus ſuũ peccat. Hîc.n.propriè ſeruit anima corpori, in tantũ, vt nihil aliud in ipſo momẽto, & experimẽto, hui⁹ tam magni flagitij cogitare homini liceat, aut intẽdere, quia mẽtem captiuã ſubdit ipſa ſubmerſio & abſorbitio libidinis, quia libidinis ardore quo null⁹ maior eſt: voluptas ipſius corporis animũ ſeruũ tenet, efficitq; captiuũ. liberũ.n.eſt animo in aliis quibuſque ſæcularibus, & vnũ aliquid eorũ operari, & eodẽ tẽpore alibi cogitationes eorũ diſtẽdere: quod in fornicationis opere ac tẽpore non licet animo. Sic. n. totus homo abſorbetur à carne, vt iam dici non poſſit ipſe animus ſuus eſt, ſed ſimul totus homo dici poſſit caro. Vt ſecundũ hoc rectè dici poſſint duo eſſe in carne vna, hęc quidẽ dicta ſunt de ſpeciali fornicatione hui⁹ corporis. Verũ quia nõ modo fornicatio in ſacris literis ſpecialiter, ſed generaliter etiã accipitur, conemur deo adiuuãte, & hoc aliter dicere. Generalis.n.fornicatio humanę animę eſt cũ aliquis nõ adhærẽs deo adhæret mũdo. vnde dicitur, Amicus mũdi, inimicus eſt dei. Et itẽ, Si quis dilexerit mũdũ, dilectio patris nõ eſt in illo. Qui ergo hærens mũdo longê eſt à deo, in corpus ſuũ peccat. quia corporali cõcupiſcẽtia in quæq; temporalia animus diſtrahitur, ſeruiens creaturæ potius quam creatori Sed qui hæret deo non mundo quodcunque aliud peccatum à concupiſcentia carnali alienum fragilitate humana incurrit, vel ignorando, vel negligendo, vel obliuiſcendo extra corpus peccat, vt hoc ſit quod dictũ eſt, Omne peccatũ quodcũq; fecerit homo extra corp⁹ eſt, quia nõ corporali vel tẽporali concupiſcentia peccat, ſed humana tentatione quæ facilè ignoſcitur. Cum autem adhæret mundo, temporaliter diligit & concupiſcit, meritò in corpus ſuum peccare dicitur, quia vniuerſæ concupiſcentiæ carnali deditus, & ſubditus eſt tanquam totus creaturæ ſeruus ab ipſo creatore alienus. August.

alienus. Sic ergo quantum mihi videtur, salua fide intelli-
gi potest vtriusque fornicationis malum. s. specialis & vni-
Hierony. uersalis in hoc capitulo. Vel ita potest legi, Omne enim,
&c. quasi dicat, Ideò fugite fornicationẽ, quia Omne, a-
liud, Peccatum quodcũq; fecerit homo, extra corpus est. i.
extra cõiugem, quæ dicitur corpus viri qui est eius caput.
Augu. cõtra Maximinum. aliud peccatũ non fit contra honorem cõiugij. Qui autem
fornicatur in corpus suũ peccat. i. contra honorẽ sui cor-
poris. s. coniugis suæ agit. An nescitis. q. d. Ideò item fu-
gienda est fornicatio, quoniam certum est quòd Mẽbra. i.
corpora, Vestra templum sunt spiritus sancti. i. tẽplum di-
catum opere spiritus sancti, qui & in vobis habitat. vnde
subdit, Qui in vobis est. qui deus templi est. Quem habetis
à deo, & ita cum hospitem & deum datorem offenderetis.
Ex hoc patet quia spiritus sanctus deus est, quod vos ne-
gatis. Si enim spiritus sanctus, non esset deus: templũ vtiq;
nos ipsos non haberet non solum autem spiritus sanctus,
sed etiam pater & filius templum nos habet. Tẽplum ergo
dei, hoc est totius sanctæ trinitatis, sancta ecclesia est. Et
an nescitis, hoc? Et non estis. Alia causa hîc ostenditur
quare debẽt fugere fornicationem. q. d. Item propter hoc
fugite. Et. i. quia, Non estis vestri iuris. i. potestatis vestrę,
sed dei qui vos emit à diabolo. Vnde subdit, Empti enim
estis precio magno, sanguinis Iesu Christi. & quia ita est,
Ergo glorificate deum. s. spiritum sanctum, cum patre &
filio, id est per bona opera aliis gloriosum ostendite. Et li-
cet aduersa vrgeant, Tamen portate deum in corpore ve-
stro. i. carnis molestias & quælibet aduersa propter deum
sustinete. Vel portate deum in corpore vestro, vt secũdum
Ambro. legem eius ambuletis. Per legẽ enim eius ipse videtur esse
Ambro. in nobis. Portare ergo deum est imaginem dei in rebus
Ambro. in sermo. de duo. gen. pctõrum. bene gestis ostendere. Et est sensus: Portate deum in cor-
pore vestro; id est si non parcis tibi propter te, vel parce
tibi propter deum qui sibi fecit te domum, quam si cuer-
tis, peccas in deum, quod graue est genus peccati. Aliud
verò genus est peccare in hominem. Hæc enim duo ge-
nera sunt peccatorum. peccare, scilicet in deum, & peccare
in hominem. Peccatur autem in deum, etiam corrumpen-
do templum eius.

Caput

CAPVT VII.

DE quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat,& vnaquęque suum virum habeat.] De quibus autem scripsistis mihi. Occasione fornicationis quam prohibet, de nuptiis continuat,de quibus illi sæpissimè quæsierãt. Cum enim pseudo per hypocrisim vt cæteris puriores esse viderentur nuptias improbarent, & spernendas dicerent, quia hoc non placuit Corinthiis, qui non delectabantur hac sententia: hoc solum ab Apostolo quæsierunt per epistolam prætermissis cæteris, quibus hîc respondet, tractans de coniugio fidelium & infidelium: & agit tripliciter de ipso, scilicet secundum consilium, secundum indulgentiam,secundum præceptum, quorum singula suis locis diligens lector distinguat. Hîc dicendum est breuiter quid sit coniugium, & quę sit efficiens causa coniugij,& causam propter quam contrahi debeat, & quæ legitimæ sint personæ ad contrahendum matrimonium, & quæ sint bona coniugij quibus excusatur carnalis coitus. Coniugium vtique siue matrimonium est maritalis coniunctio maris & fœminæ inter legitimas personas, indiuidualem vitæ consuetudinem retinens. Hac autem descriptione matrimonium fidelium ac legitimorum tantum includitur, & est bona res coniugium. Est enim vnum de sacramẽtis ecclesiæ,tenens imaginem coniunctionis Christi & ecclesiæ: sicut Apostolus ait, Hoc autem dico magnum sacramentum esse in Christo, & in ecclesia. Constat itaque rem bonam esse coniugium, quod quidam hæretici negant. nuptias detestantes quas Christus approbans nuptiis interfuit, & eas miraculo cõmẽdauit. Hoc etiam propter hoc apparet,quia primũ cõiugiũ inter primos parẽtes instituit. Apostolus etiã ait, Virgo non peccat si nubat. Matrimonij autẽ efficiẽs causa est consensus maritalis de pręsenti per verba expressus,secundum illud Nicolai papæ, Sufficiat solus secundum legem eorum consensus, de quorum cõiunctionibus agitur, qui si solus in nuptiis defuerit,cætera etiã cũ ipso coitu celebrata frustrantur. Vnde est etiam illud, Matrimonium nõ facit coitus sed voluntas. Hinc etiam illud, Non deflo-

[Margin: Ambrosi⁹ — Ambro. — Nicolai Papæ. — Ambrosi.]

ratio virginitatis sed pactio coniugalis, matrimonium facit. Causa verò propter quam contrahi debet est procreatio prolis, vitatio fornicationis. Sunt & aliæ causæ honestæ, vt inimicorum reconciliatio, & pacis rei integratio, & huiusmodi. Personæ autem legitimę ad matrimoniū sunt, iuxta institutionem ecclesiæ. Aliæ nanque fuere legitimæ in exordio nostræ originis, & ante legem Mosi. Aliæ sub lege, aliæ in tēpore gratiæ. Item in primitiua ecclesia quędam erant legitimę, quæ modo non sunt: & earum quę modo legitimę sunt vel illegitimę, quædam sunt plenè legitimæ, quædam omnino illegitimæ, quædam neutræ. Plenè legitimæ sunt quas non impedit votum continentiæ. vel, ordo, vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, vel naturæ frigiditas. Omnino autem illegitimæ per votum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum, Neutræ verò, id est nec omnino illegitimæ, nec plenè legitimæ sunt, per conditionem vel frigiditatem. Si enim tales nescientes coniuncti fuerint, possunt permanere quibusdam causis accidentibus, & eisdem deficientibus diuidi. Bona verò coniugij sunt tria, scilicet fides, proles, sacramentum. Fides, ne cum alio vel alia coeatur. Proles, vt religiosè educetur. Sacramentum, ne coniugium separetur. Separatio autem gemina est, corporalis, scilicet & sacramentalis. Corporaliter verò non debent separari, nisi ex communi consensu, quod interdum fit causa religionis. Sacramentaliter verò separari nequeunt dum viuunt si plenè legitimæ sint personæ. Et attende quod tertium bonum coniugij dicitur sacramentum, ideò non quia sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei signum est, id est spiritualis & inseparabilis coniunctionis Christi & ecclesiæ, His tribus bonis excusátur coitus carnalis, qui est inter coniuges, ita vt vel non sit peccatum vel sit veniale. Quando enim causa prolis conueniunt tātum, sic excusatur vt non sit peccatum, quando verò causa concupiscentiæ satiandæ, & refrenādæ, veniale est. Vnde Augustinus, Coniugális concubitus generandi gratia non habet culpam: concupiscentiæ verò satiandæ, tamen cum coniuge habet culpam; propter thori fidem venialem, Item, quod coniugati victi concupiscentia vtuntur inuicem

Ambrosi.

Augu. de bono con iugali.

nicem vltra necessitatem liberos procreandi, ponam in his pro quibus quotidie dicimus, Dimitte nobis debita nostra sicut &cæt. Vbi autem hęc bona sunt, nullam habet coitus excusationē. Vnde dicitur, Omnis vehemens amator proprię vxoris, adulter est. Contingit autem sæpe contrahi coniugium, in quo hæc bona non reperiuntur: quia nec fides seruatur, nec proles religiosè educatur. Hæc de his sufficiant. quasi dicat, Fornicatio fugienda est, sed nubere licet. Et hoc est quod ait, De quibus autem scripsistis mihi, idest de his quę scripsistis mihi. Hoc dico, Bonū est homini non tangere mulierem: propter fornicationem. q.d. bonum est non tangere, sed tamen Propter fornicationem, vitandam, Vnusquisque habet suam, non aliam, Vxorem, non concubinam. Hoc ideo dicitur, vt excludātur illi qui diuinis authoritatibus vxores habere non possunt Et similiter, Vnaquæque, mulier, Habeat suum virū, scilicet legitimum, Hoc dicit Apostolus secundum indulgentiam non secundum præceptum. Peritus enim medicinæ cælestis Apostolus, non tam sanos instituit, quàm infirmis medicamenta monstrauit. Magnum itaq; bonum est mulierem non tangere: quod debet omnis fidelis principaliter obseruare, Tamē si quis adhuc plus est de sua infirmitate sollicitus quàm de domini virtute securus, si cōtinentiam non nouit vxore vtatur. Sed quia nuptiæ tales esse non possunt quales primorum hominum esse potuerunt, sint tales quales sanctorum patrum fuerunt, vt carnis concupiscentiæ quæ necessario est in corpore mortis huius, non seruiatur: sed ipsa potius non nisi ad propagandam prolem seruire cogatur: & sic infirmitas incontinentiæ, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum. [Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium.]

Fulgēti*.
Gregori*.
Augu. de nupt. & coniug.

Vxori vir debitum reddat, quasi dicat. Concedo viro

habere

habere vxorẽ,& mulieri virũ, & post q̃ coniuncti fuerint,
Ambrof. Vir reddat debitũ vxori similiter & vxor viro. Inuicẽ sibi
ambrosi. subiici in hac causa dicit, vt vna sit illorũ voluptas in lege
naturę. Ideo alter alteri reddat, quia Mulier non habet po
August. testatẽ sui corporis, ad aliũ, Sed vir. similiter autem vir nõ
Augu. de habet potestatem sui corporis, ad aliã, Sed mulier. In hoc
bono cõ. pares sunt vir & mulier, quia neq; viro neq; mulieri corpus
Hic aliter suũ, licet alij tradere. Inuicẽ em̃ sibi debitores sunt in hac
Aug. dicit causa, ne peccãdi daret̃ occasio in aliis vero præest vir. Er
q̃ supra. go hîc nõ dominiũ tollitur viro sed vitiũ. Debẽt ergo sibi
cõiugati ad illicitos concubitus euitandos mutuo quodã-
modo seruitutẽ: vt etsi alteri eorũ perpetua cõtinentia pla
ceat nisi ex alterius consensu, non possit. Sed ad hoc, vxor
nõ habet potestatem sui corporis, sed vir. Similiter viri nõ
non habet potestatẽ sui corporis, sed mulier. Vt etiam q
non filiorum procreandorum, sed infirmitatis & inconti-
nentiæ causa expetit, vel ille de matrimonio, vel illa non
sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles
corruptelas. Reddere enim debitum cõiugale nullius est
augusti. criminis: Exigere autem vltra generandi necessitatẽ, cul-
pæ est venialis: Fornicari autem, vel mœchari puniẽdi est
criminis. Nolite &c. q. d. & quia nec vir nec mulier pote-
August. statẽ sui corporis habet, ergo, Nolite fraudare inuicem. i.
subtrahere debitum, quod posset esse causa adulterij. Hoc
ideo dicit Apostolus, vt conueniãt in re vxoria, ne dissen-
tio generet fornicationẽ. Nolite dico, Nisi fortè ex cõsen
su ad tempus. s. vt ex condicto abstineatis propter gratia-
August. rũ actiones. vnde subdit, Vt vacetis, expeditius, Orationi.
Ambrosi⁹ Vt em̃ misereatur deus, mũdius exorandus est. & si mũda
August. sint coniugia, tamẽ etiã à licitis abstinendũ est, vt facilius
ad effectũ deducatur oratio. Et iterũ reuertimini in idip-
sum. i. naturalẽ vsum Vbi & si culpa est tamen venialis est,
quod nõ est in fornicatione. Reuertimini dico, Ne tentet
vos Satanas propter intemperantiã, vel incontinentiã ve-
strã, ne occasio detur diabolo trahẽdi in laqueum fornica
Ambrof. tionis, vel adulterij. Hoc em̃ ideo dicit Apostolus, vt for-
nicationẽ excludat, nõ vt ad meliorẽ vitã tendentib⁹ iter
claudat. Et quia Apostolus dixerat, vnusquisque habeat
suam, & quæq; suũ, & item reuertimini, ne videretur hoc
præci-

præcipiendo dixisse, subdit, Hoc autẽ, totum, Dico secundum indulgentiã, non secundũ imperium, & ideo nõ peccat qui aliter agit. i. qui cõtinet, imò peccat, qui sic agit. Quia aliqua culpa est ibi sed leuis. propter huiusmodi peccata, oportet quotidie crebróq; orare dominum & dicere, Dimitte nobis debita nostra, &c. Non ergo illud præcipit Apostolus sed permisit. Aliud est enim quod permittitur infirmitati, aliud quod præcipitur fidei, quod ostendit ex eo quod ait, hoc dico. Secundũ indulgentiã non secundũ imperium. q. d. nõ hoc iubeo castitati, sed permitto infirmitati: non est laudabile. sed veniale. Sed fortè aliquis dicet, si hoc secundũ veniã concessit Apostolus, ergo peccatum sunt nuptiæ. Cui enim venia nisi peccato conceditur, vbi est incontinentiæ malũ? Planè quod infirmitati cõcessit Apostolus secundũ veniam, audeo dicere peccatũ esse. Veniã nanq; concedens Apostolus concubitum attendit coniugatorũ, vbi est incontinẽtiæ malum. Incontinentiæ malum est, quod vir cognoscit vxorem etiam vltra necessitatem procreãdi liberos, sed & ibi est nuptiarum bonum. Non enim quia incontinentia malum est, ideo cõnubium quod est præter intentionem generationis non est bonũ, imò vero non propter illud malum culpabile est hoc bonum: sed illud malum fit veniale, propter bonũ nuptiale, quod est tripartitum, scilicet fides, proles, sacramentũ. Fides, ne cũ alio vel alia coeatur: proles, vt religiose educetur: sacramentũ, ne coniugium separaretur. Hoc bonũ nuptiarum nõ reprehendit Apostolus, sed malũ incontinentiæ, Concubitus enim necessarius causa generandi inculpabilis, & solus ipse nuptialis est. Illi vero qui vltra necessitatẽ progreditur, nõ rationi sed libidini obsequitur. Cũ igitur culpabilis non sit generandi intentione cõcubitus, qui propriè nuptiis imputandus est: quid secundum veniã cõcedit Apostolus, nisi quod cõiuges debitũ carnis exposcunt, non voluntate propaginis, sed voluntate libidinis? quę tamen voluptas non propter nuptias cadit in culpam, sed ꝓpter nuptias accipit veniã. Quocirca etiam hinc sunt laudabiles nuptiæ, quia etiam illud quod non pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Neq; enim iste concubitus, quo seruitur concupiscentiæ, agitur, vt impleatur fœtus,

August. in sermo. de verb. apo.

Quæstio.

Respõsio

August. super Gene.

Augu. de bon. cõiu.

quem

Augu. cõtra Iulianum hæreticum.

quem postulant nuptię. Omnino igitur in genere suo nuptiæ bonæ sunt: quia fidẽ thori seruant, & prolis suscipiendæ causa vtrunque sexum commiscent, & impietatem separationis horrẽt. [Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Sed vnusquisq; propriũ donũ habet ex deo, alius quidem sic alius vero sic. Dico autem nõ nuptis & viduis, bonũ est illis, si sic permanserint sicut & ego. Quòd si non se cõtinent, nubant: melius est enim nubere quàm vri. His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego sed dominus. vxorem à viro nõ discedere. Quòd si discesserit, manere innuptã, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.] Volo autem. q.d. hoc indulgeo. Sed, tamen, Volo omnes hoĩes, esse castos. Sicut meipsum. Quantum ad beneuolum & sollicitum magistrum pertinet, omnes tales, si fieri posset, volebat esse sicut seipsum, id est cõtinentes. Sed & si non sint omnes casti, habent tamen alia quibus saluari possunt. quod ita ait, Sed vnusquisq; habet donum ex deo, quia & coniugium est ex deo sicut continentia. Donum dico, Proprium, id est sibi competẽs, quia in hoc quisq; adiuuatur, quod appetit auidius. Alius quidem sic, scilicet in coniugio potest saluari. Alius verò sic, scilicet in viduali vel virginali continentia. Et ideo non debet quis constringi, ne prohibitus à licitis. admittat illicita: sed ipse quid sequatur sibi eligat. sed tamen in hoc propensiorem esse melius est. Satis hîc ostendit etiam pudicitiam coniugalem esse donum dei: non tantũ enim cõtinentium, sed etiam cõiugatorum castitas donum dei est. Dico autem. quasi dicat, Coniuncti debitum reddant, sed Non nuptis, id est virginibus. Et viduis dico, quod bonũ est illis si sic, id est castè, Permanserint. vel, Eant sicut ego Quòd si non continent, nubant, legitime. Et quare hoc dicat, adiungit, Melius est enim nubere quàm vri. id est ardere libidine. Vri enim est desideriis angi, vel vinci. Non igitur ideo dicit melius, quòd bonũ sit vri, & nubere melius, sed cõsuetudinem locutionis est secutus. His autem. q.d. hoc consulo non coniunctis. Sed his qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, quasi hoc præceptum inuenerim, Sed dominus in propria persona præcipit, Vxorẽ à viro non discedere. hoc supple, nisi causa fornicationis. Hæc

Ambrosi⁹

Augu. de nupt. & coniug.

Ambrosi⁹

Hæc est enim causa quam Christus excepit, quæ hîc tacetur, quia notissima est, scilicet causa fornicationis. Hanc enim solā causam excepit dominus: cæteras vero vniuersas molestias, si quæ fortè extiterint, iubet pro fide coniugij, & pro castitate fortiter sustineri. Et nota ꝙ aliud est discedere, aliud ex communi consensu continere. Illud enim malum est, hoc bonum: & dicitur hoc de cōiugio, vbi vterq; fidelis est. Quòd si. quasi dicat, nō discedat, Quòd si discesserit, scilicet causa fornicationis, præcipio, Manere innuptam, viro viuente. Aut reconciliari viro suo, si ipsa non continet. Si enim se nō continet, mulier viro debet potius reconciliari, quàm alteri nubere. Et similiter, Vir non dimittat vxorem suam, Nisi causa fornicationis. Præter quam non debet vir dimittere vxorem, quia faceret eā mœchari. quòd si illa est adultera, ipse non facit, sed adulteram dimittit. Supplendum est hîc quod de vxore præmisit, scilicet, quòd si dimiserit, ne ducat aliam, vel reconcilietur vxori. Similis eñ forma seruatur in viro, & in muliere. Ambrosius tamen dicit, Ideo nō subdit hoc de viro sicut de muliere, quia licet viro aliā ducere, quia inferior nō omnino hac lege vtit̄ qua potior quod à falsariis dicit̄ esse appositum. Nā cæteris. Postquam egit de coniugio fidelium, transit ad imparia cōiugia. quasi dicat, Vbi vterque fidelis est, hoc præceptum domini dedi. [Nam cæteris ego dico non dominus, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illā. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hîc consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata mulier infidelis per virum fidelem. alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.] Nam cæteris, scilicet vbi non est vterq; fidelis, quod in initio ecclesiæ cōtigit, cum euangelium gentibus prædicari cœpit. Ego dico, ex deo quidem, Non dominus, proprio ore, Quòd si quis frater, id est si quis fidelis, conuersus ad fidem in coniugio, Habet vxorem infidelem, & hæc consenserit habitare cum illo, non dimittat illam. Non hoc præcipit Apostolus, sed consulit: vt si quis aliter agat non sit transgressor, sicut & post de virginibus consulit. Monet ergo quod est lu-

Augu. de sermone in monte.

August.

est lucrandi occasio, cũ posset licite relinquere, sed nõ expedit. Tunc enim nõ expedit id quod licitum est, quãdo permittitur quidẽ, sed vsus ipsius potestatis aliis affert impedimentũ salutis, sicut est illud vnde iam diu loquimur. s. discessio fidelis ab infideli : quã non prohibet dominus, quia coram illo nõ est iniusta. Sed Apostolus ne fiat, cõsilio charitatis suadet, vt nemo in ea remissionis necessitate teneatur, sed cõsilij voluntate libere faciat. Hoc ergo mihi visum est Apostolum monendo dixisse. Coniunx enim fidelis licite potest relinquere infidelẽ. Idololatria enim & quælibet noxia superstitio fornicatio est, & dñs causa fornicationis permisit quidẽ vxorem dimitti, sed non iussit, & sic dedit Apostolo locũ monendi, vt qui voluerit, nõ dimittat infidelem quæ forsan fiet fidelis, & qui voluerit licite dimittere possit. Quia enim fidelis infidelem relinquere licite potest, ideo dominus nõ prohibet, quod enim dominus prohibet, fieri omnino non licet: hoc autem fieri licet. Nam si fornicatio carnis detestanda est in coniuge, quanto magis fornicatio mentis. i. infidelitas. Sed quia ita licitũ est, vt non expediat, ne propter coniugũ separationes ipsam doctrinã salutis homines offensi exhorreãt intendit Apostolus & monet non fieri. Si ergo ab infidelib^9 nec iubentur à domino, nec prohibentur fideles recedere, Nam si dimittere tales iuberentur à domino, nullus esset locus consilij admonentis Apostoli, ne hoc fieret. Legitur tamen quod Esdras propheta, imò dominus per eum non modo permisit, sed etiam iussit Israelitis vxores dimittere alienigenas, per quas ibant ad deos alienos, nõ illæ per maritos adquirebãtur deo, Rectè itaq; hoc præcepit, quia nondum tanta gratia Saluatoris illuxerat. Et per Moysen dominus iusserat, ne quis vxorẽ alienigenã duceret, Meritò ergo quas duxerant domino prohibente, domino iubẽte dimiserunt. Non enim imputandum matrimoniũ quod extra decretum dei factum est, sed cum cognoscitur emẽdandum est. Cum vero cœpisset gentibus euangeliũ prædicari, iam coniunctos Gentiles Gentilibus comperit coniuges, ex quibus nõ si ambo crederent, sed vnus vel vna, & infidelis cum fideli consentit habitare, nec prohiberi à domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo nec

Augu. de sermone ĩ monte. Idem ad Póllã.

Augu. idẽ in eodem.

nec prohiberi,quia iustitia permittit à fornicante discedere,& infidelis hominis fornicatio est maior in corde.ideo autem nec iuberi,quia non contra iussionem domini Gentiles fuerunt ambo coniuncti. Licitũ ergo erat per iustitiã sed licitum non erat faciendum propter liberam beneuolẽtiam,quod dixerat de viro subdit de muliere. Et,Si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa,non dimittat illam,deinde consilij causam, & finem supponit dicens, Sanctificatus, est enim vir infidelis per mulierem fidelem,vel,in muliere fideli: & sanctificata est mulier infidelis per virũ fidelem,vel in viro fideli. Credo iam prouenerat, vt nõnullæ fœminæ per viros fideles, & viri per vxores fideles,in fidem venirent,quia sæpe hoc contigit quod alter per alterum ad fidem cõuertitur. Vel ita,Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem,id est mundus est vir infidelis quantum ad fidelem mulierẽ, quia nullam ex eius coniunctione immuditiã mulier fidelis patitur:& sanctificata est mulier &c.id est mũda est mulier infidelis quantũ ad virũ fidelẽ, quia vir fidelis ex eius coniunctione non contaminatur. Veram.n. fidelis habet pudicitiam etiam cum infideli coniuge. Alioquin &c.q.d. Dico vt nõ dimittat fidelis infidelẽ, cõsentientẽ habitare. Alioquin.i. si discediris si dimittitis inuicẽ volentes cohabitare,& aliis vos copulatis,& ita non est legale matrimonium,adulteri estis. Et filij vestri, qui de hac copula nascuntur,Immundi essent,id est spurij sunt. Nunc autem,si permanetis,filij vestri,Sancti sunt.i.mundi, quia de licitis cõiugiis nati sunt,&sub creatoris veneratione nati sunt ex pare. Vel ita, vt agat de filiis iam natis quæ in infidelitate remanent si viciſſim se dimittunt.quasi dicat, Dico vt fidelis non dimittat infidelem. Alioquin,idest si vos inuicem dimittitis, Filij vestri,qui maiorem partem sequuntur, Immundi essent, id est in infidelitate remanebũt. maior enim tunc erat numerus infidelium quàm fidelium. Nunc autem,filij vestri,Sancti sunt,id est Christiani,siue vno ex parentibus authore siue vtroque: quod nõ fieret si vno credẽte dissociaretur coniugium,& nõ tolleretur infidelitas coniugis vsque ad opportunitatem credendi.

Augu.de sermone ĩ monte.

Ambros.

Ambros.

Augũ. de sermone in monte.

¶ Quòd si infidelis discedit,discedat : non enim seruituti

subie-

ſubiectus eſt frater, aut ſoror in eiuſmodi. In pace autem vocauit vos deus. Vnde enim ſcis mulier, ſi virum saluum facies? aut vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluã facies? Niſi vnicuique ſicut diuiſit dominus. Vnumquenque ſicut vocauit deus, ita ambulet, & ſicut in omnibus eccleſiis doceo. Circunciſus aliquis vocatus eſt, non adducat præputium. In præputio aliquid vocatus eſt, non circuncidatur. Circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio man-

Aug. de fi. datorum dei.] Quòd ſi infidelis, & cæt. q. d. Fidelis non dimittat infidelem conſentientem habitare. Quòd ſi infidelis, vir vel mulier, diſcedit, odio fidei, diſcedat, non ꝓ eo fidem fidelis deſerat. Eo enim modo mulier infidelis rectiſſime dimittitur, ſi viro ſuo dicat, non ero vxor tua, niſi mihi de latrocinio diuitias congeras, niſi ſolata lenocinia exerceas, & huiuſmodi. Tunc ille cui vxor hæc dicit, ſi veraciter Chriſtianus eſt, plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, quam carnis vxoriæ, & membrum quod eum ſcandali-

Auguſt. zat fortiter amputat, Non eſt enim, quaſi dicat, ideo dico diſcedat, Non eſt enim ſeruituti, ſubiectus frater fidelis, aut ſoror in huiuſmodi, ſcilicet in cohabitatione, & in aliis talibus, id eſt non cogitur fidelis ſequi infidelem odio fidei diſcedentem. Sed quamdiu in pace ſimul eſſe poſſunt non ſeparantur, ſi in eo poterant vocari, in eo manendum eſt & ideo ait, Non eſt ſubiectus. Quia non debetur reuerentia coniugij ei qui horret coniugij authorem, Non eſt enim ratum matrimonium, quod ſine dei deuotione eſt, & ideo non eſt peccatum ei qui dimittitur propter deum, ſi alij ſe copulauerit. Cõtumelia enim creatoris ſoluit ius matrimonij circa eũ qui relinquitur, ne accuſentur alij copulatus. Infidelis autem diſcedens, & in eum & in matri-

Ambroſ. monium peccat. Itaque non eſt ei fides ſeruanda coniugij qui adeò receſſit, ne audiret nomen Chriſti. Si vero ambo crediderint per cognitionem dei, confirmatur cõiugium. Nota quòd Ambroſius ſibi contradicere videtur. Supra enim dixit, quòd ſi fidelis dimittens infidelem alij copulauerit ſe, adulter eſt, Hîc vero dicit quòd ei dimiſſo nõ eſt peccatum ſi alij ſe copulauerit, quod à quibuſdã ſic deter-

Ambroſi. minatur. Aliud eſt ſi dimittat infidelem volentem cohabitare vel commanere, & aliud ſi dimittitur propter deum ab illo

ab illo qui abhorret nomen Christi. Ibi beneuolentię lex non seruatur, hîc veritas custoditur. Ideóq; cũ liceat semper dimittere, non tamen semper licet se alij copulare, sed tunc tantum cum propter deum dimittitur. Vel, vt alij dicunt, potest se alij semper copulare fideli, sed non alij infideli. In pace autem. q. d. Fidelis non est subiectus seruituti in huiusmodi, sed pacem debet seruare. Quia in pace vocauit nos deus, & ideo non debemus esse causa discordiæ. Et non oportet nos litigare cum discedente, quia odio fidei discedit. Vnde enim, Supra hortatus est ne fidelis deserat infidelem per ea quæ fortè euenerunt. i. quia sanctificatus est vir, &c. Nunc quia eadem fieri possunt iam, hortatur reddens rationem cur non expediat, vt fidelis dimittat infidelem, quamuis liceat. Hæc autem non iubẽte lege sed libera charitate fiũt. q. d. Verè manẽdum est cum infideli, quia, Vnde scis, tu, Mulier, fidelis Si virum, infidelẽ, Saluum facies? Hoc ideo dicit quia forsan possunt credere, qui non horrent nomẽ Christi. Deinde dicit viro, idem de muliere. Aut vnde scis vir fidelis. Si mulierem, infidelem, Saluam facies: Vnde, inquã, hoc scis ô vir, vel mulier, nisi ita habeas te ad tuũ comparẽ, Sicut deus diuisit vnicuiq; . i. sicut dedit vtrique, scilicet viro præesse, vxori subesse. Vel quomodo scis hoc quod prædictũ est, nisi patienter expectes fieri. Sicut diuisit deus vnicuique. Diuisit em̃ cuique quando saluetur, id est scit quando credet, & sustinet donec credat, sic & tu expecta. Et quomodo scis ô vir vel mulier quod prædictum est, nisi quisque vestrum, Ambulet. s. perseueranter, & si non statim proficit ita, Sicut deus vocauit vnumquenque, id est in eo statu in quo deus quenque vocauit, non à quo, vt, scilicet coniunx cum coniuge perseueranter maneat. Ne quis autem fortè diceret quod solis Corinthiis, & non cæteris fidelibus hoc prædicaret, ait, & hoc ita prædico in vestra ecclesia, Sicut in omnibus ecclesiis, hoc est vbique. Doceo. tenendum est ergo vobis quod omnes tenent. Circuncisus. quasi dicat, in eo statu potest quisque manere, scilicet coniugij, sicut & in cæteris, quæ saluti impedimentum nõ afferunt. Verbi gratia. Si aliquis circuncisus vocatus est non adducat, id est, non cogatur adducere, præputium, id est, ritus gentilium.

Ambros.
Augu. ad Polen.
Augusti.
Ambros.

Etsi in præputio aliquis vocatus est, non circuncidatur, id est non cogatur ad iudaicos ritus. Seruat Apostolus vbique quod congruere videt, siue ecclesiis gentium, siue iudæorum. Nusquam enim aufert consuetudinem, quæ seruata nõ impedit salutem, monẽs ne talibus in spes salutis ponatur, etiam si pro offensione infirmorum fratrum seruentur. Vnde & dicit nil esse, subdens, Circuncisio enim nihil est, & præputium nihil est. Quia ad salutem nec prodest, nec obest, hoc vel illud, id est Iudaicus, vel Gentilis ritus. Sed obseruatio mandatorum dei. [Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Seruus vocatus es, non sit tibi curæ, sed & si potest fieri liber magis vtere. Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini, similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisq; ergo in quo vocatus est frater, in hoc pmaneat apud deũ. ¶ De virginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à deo, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori, noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti, & si nupserit virgo non peccauit. Tribulatione tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco.] Vnusquisque. quasi dicat, Gentilis non adducat circuncisionem, vel Iudæus præputium. Sed vnusquisque permaneat in ea vocatione, id est, in ea conditione, vocationi non repugnante. In qua non à qua. Vocatus est, Hoc enim ad eas conditiones, vel consuetudines vitæ retulit quæ nihil obsunt fidei bonísque moribus. Sicut coniunx, sic & latro ad Christi fidem vocatur, sed ille in coniugio non àconiugio, iste vero non in latrocinio, sed à latrocinio. Non enim necesse est, vt coniuges desinant esse coniuges propter Christi fidẽ, sicut necesse est, vt latrones desinant esse latrones. Seruus, & cætera. Supra posuit vnum exemplum de ritu viuendi, hîc aliud de conditionis officio. q. d. Quisque permaneat in quo vocatus est, sicut Si seruus vocatus es, non sit tibi curæ, quasi velis hoc effugere. Sed si potes fieri liber magis vtere seruitute, quia hæc

[Margin notes: August. (beside "uentur. Vnde"); Augusti. (beside "ritus. Sed"); August. (beside "tus est, Hoc")]

hæc est causa humilitatis, quæ ad eam quæ in domino est pertinet libertatem, quia quanto quis propter deum despe ctior est in hoc sęculo, tanto magis, exaltabitur in futuro. Qui enim in domino vocatus. q.d. ideo non debet esse curæ, si quis vocatus est seruus, quia æquè vt dominus suus seruus est Christi. Quod ita ait, Qui eñ existens, Seruus, vocatus est in domino, id est in fide domini, vel in operatione domini, Libertus est domini. Ac si diceret, seruus domini est, sed honestius nomen posuit dicendo libertus, quod esse rectè dicitur, quia ereptus est à peccatis, quæ ser uos faciunt. Similiter qui vocatus, dum, Liber, esset, vel à deo per elationem quod crimen est: vel ab homine per cō ditionē, Seruus est Christi quod profectus est. Ergo nec seruus cōditione despiciatur, nec liber elatus, seruo se prę ponat. Precio, &cæter. quasi dicat, vterque seruus Christi est, quod vtique iustum est, quia empti estis precio, id est, sanguine Christi. Et quia empti estis, Nolite fieri serui hominū, ita. s. vt postponatis seruitiū dei. q. d. quia empti estis, reddite vicem emptori, vt serui sitis Christi, non hominum. Hi sunt serui hominum, qui humanis se subiiciūt superstitionibus, quod contingit vobis, si dicatis ego sum Pauli, ego Apollo, & huiusmodi, &cæt. Quod supradixerat, hîc iterat, vt plenè commendet dicēs, Vnusquisq; frater in hoc statu maneat apud deum, id est in obseruatione mandatorum dei, In quo vocatus est, non à quo vocatus est, quia nullus status nocet, in quo aliquis vocatur. Ambrosi. Ambrosi. Ambrosi. Ambrosi. Ambro.

¶ De virginibus autem. Superius vbi ait, Dico autem nō nuptis, & viduis: non tantum virginibus, sed etiam viduis continendi consilium dedit. Nunc iterum dat de virginibus idē cōsilium. q.d. de coniunctis præceptū domini dedit, vbi vterq; est fidelis: vel meum cōsiliū. vbi alter est infidelis. De virginibus autē non habeo pręceptum dñi, aliqua lege pręcipientis, vt cōtineant, vel nubāt. Consiliū au tē, à spiritu sancto mihi inspiratū, Do, idē quod suprà dedi. s. nō nubendi, sed cōtinendi, nisi tamen aliud licet. Cōsiliū do, Tanq̄ cōsecutus à domino misericordiā. i. apostolatū, ita, vt sim fidelis, in dispensatione mihi credita, ac per hoc constat, quod sum idoneus in dandis cōsiliis salutaribus Existimò ergo. q. d. quia apostolus sum & fidelis, ergo August. Ambro.

hoc consiliũ do.s.vt nubendi,quia,Existimo hoc,id est,In virginitate manere,Bonum esse propter instantem necessitatem, coniugij vitandam. Necessitatem dicit pœnuriā sæculi,quam sæpe patiuntur coniugati. Infirmis infirmationem prætendit. Posse enim digniorem reddidisse rationem virginitatis munus amplius cōmendando. Supergreditur enim virginitas conditionē humanę naturæ,per quam homines angelis assimilātur. Maior tamen victoria virginum, quàm angelorum. Angeli enim sine carne viuunt, virgines vero in carne triumphant. Inde est quod in tabernaculo domini supremum operimentum erat de pellibus iacintinis,per quod intelligitur cælibū vita. Habet enim iacintus speciem similem throno, ita qui in carne virgineam puritatem seruant, supercælestibus similantur. Hi sunt enim qui cum mulieribus nō sunt coinquinati,& sequuntur agnum quocunque ierit. Quoniam,&c.q.d. Ita existimo vt dixi,& bene, quoniam verè ita est, Bonum est homini sic esse.i.in virginitate:& licet sit hoc,Bonum tamen si alligatus es vxori,noli quærere solutionem,& si instat necessitas. Sed si solutus es ab vxore, noli quærere vxorem,si potes continere. Hęc consilia sunt quę nullo domini cōstringētis imperio,in potestate dimissa sunt. In his audiendus est Apostolus,in spiritu s.monens & cōsulens Si autem.q.d.noli quærere,sed tamen,si acceperis vxorem non peccasti, & similiter, Si nupserit virgo non peccabit. Tribulationem,&cæ.q.d.non peccant, si nubūt vel ducunt, tamē leuius est esse sine coniugio.quia huiusmodi,scilicet coniugati, Habebunt tribulationem carnis, pro rebus necessariis prouidēdis sibi & filiis. Ego autem: quasi dicat,Consulo euitare coniugium,quod & tamē concedo.Sed in his Ego parco vobis,dum consulo hæc euitare quæ tribulationes carnis, & sollicitudines memoratas habent,vel dum concedo vobis quod vultis,Parco vobis, & si graue sit. [Hoc itaque dico fratres, Tempus breue est:reliquum est,vt & qui habent vxores tanquam non habentes sint,& qui flent tanquam non flētes sint,& qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt tanquā non possidentes,& qui vtuntur hoc mūdo tanquā non vtātur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine

Margin notes: ambrosi. — Ambros. de insti. vidui. — Aimo. — Ambrosi⁹ — aimo.

ſollicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. & mulier innupta & virgo cogitat, quæ domini ſunt, & ſit ſancta & corpore & ſpiritu: quæ autem nupta eſt, cogitat quę ſunt mūdi quomodo placeat viro. Porro hoc ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento dominum obſecrandi.] Hoc itaq; hîc ad tēperantiā monet. q. d. quia coniungemini, dū ſine peccato poteſt fieri. Itaque, hoc cōſiliū do vobis, Dico vobis, ô fratres, quoniam tempus, Breue eſt, quo nō generatione carnali propagandus eſt populus dei, ſed regeneratione ſpirituali colligendus. Et quia tēpus breue, Reliquum eſt, id eſt hoc ſolum reſtat agendum, Vt qui habēt vxores ſint tanquam non habentes, ſtudendo dei ſeruitio non operi carnis: quod vtiq; facit qui habet vxorem: reddit, non exigit debitum: & qui propter infirmitatem propriam ducit vxorem plangens potius quia ſine vxore eſſe non potuit, quàm gaudens, quia duxit, & maxime qui pari conſenſu continentam ſeruant. Beatiora ſanè coniugia iudicanda ſunt quæ ſiue filiis procreatis, ſiue in prole contempta continentiam pari conſenſu ſeruare poterunt. Et qui flent, pro caſibus coniugij, vel pro aliqua triſtitia ſæculi, ſint Tanquam non flentes, & ſpe futuri boni non cedant, vel frangantur. Et qui gaudent pro aliqua proſperitate ſæculi, ſint Tanquam non gaudentes, vt intus timeant ſpiritualiter corrumpi. Et qui emunt, vt faciunt cōiugati qui prouident filiis, ſint Tanquam non poſſidentes ſcilicet, non apponāt cor perituris rebus: ſed ſic habeant, vt amore illis non hæreant. Et vt vniuerſaliter colligam, Qui vtuntur hoc mundo, ſint Tanquam non vtantur, vt ſcilicet, ex bonis eius faciant bona non mali fiant: quæ bona ne putentur mala, bonis dantur. Itémque tollentur, vt probentur, ne vero putentur magna, vel ſumma, dantur & malis. Itémque eis tolluntur vt crucientur. Pręterit enim. quaſi dicat, Ideo hæc mundi alia, quaſi non ſint, ſunt æſtimanda. quia Figura, id eſt, pulchritudo, non ſubſtantia, Huius mundi præterit, id eſt quotidie ſeneſcit, & tandem

Auguſt.

Auguſt. in pſal. 147.

Auguſt. in ſermone in monte

Auguſti.

Auguſt.

Auguſt. in epi. ad iuſtificandū comi.

Aimo. in iudicio mundanorum ignium, cum flagratione peribit.
August. Non substantia, sed figura atque ipsa libera substantia eas
qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabi-
li mutatione conueniant. Et ideo non dixit mũdus perit,
sed, Figura, quia substantia nõ perit, sed qualitas. Volo au-
tem. q. d. si nubitis, hoc facere cõsulo. Sed magis volo vos
esse sine sollicitudine, rei vxoriæ: qua diminutiua in deum
bus propẽsius vigilatur. Et rectè hoc volo, Qui sine vxo-
re est, sollicitus est vt compleat, Ea quæ domini sunt, &
Aimo. quomodo placeat interiori pulchritudine, Deo, non quo-
modo ei seruiat, Qui autem cũ vxore est, sollicitus est de
August. his, Quæ sunt mũdi, scilicet de domo regenda, & huiusmo
di, Quomodo & placeat vxori. Magna eñ amaritudo est
in domo vxor tristis. Et diuisus est, non natura, sed actu,
quia partim deo, partim seruit mundo. Et similiter, Mu-
lier, innupta, id est vidua, Et virgo cogitat quæ sunt domi
ni. Iam non cogitat ne damnetur à deo, quod facit timor
Fulgẽti⁹. custos malorum. Hæc autem de damnatione non timens,
Augu. de & de salute secura, cogitat tantum, Quæ sunt domini, scili
sctã vidui. cet, Vt sit sancta corpore, id est, actionibus quæ geruntur
ministerio corporis, Et spiritu, id est, voluntate. Hoc etiã
& nupta fidelis, & casta facit: quæ non modò spiritu, sed
etiam corpore sancta est, non enim potest fieri, vt non sit
sanctum corpus, quo sanctificatus vtitur spiritus. Sed am-
plius innupta hoc facit, quæ libera à necessitatibus mun-
danis, quibus constricta est nupta, intensius vacat cæle-
stibus præceptis. Quæ autem nupta est, cogitat quæ mun-
Ibidem. di sunt. &, Quomodo viro placeat. Non ideo hoc dicit, vt
& ipsa sancta non sit corpore & spiritu, sed minus quã in-
nupta. Hæc itaque loquens apostolus de innuptis, & nu-
ptis, ampliorem innuptarum, & in corpore, & in spiritu
sanctificationem intelligi voluit, non corpus nuptarum
omni sanctificatione priuauit. Porrò hoc. quasi dicat, cõ-
sulo nõ nubere, sed. Hoc dico ad vestram vtilitatem, ma-
iorem, scilicet, expeditius deo seruiatis. Non, vt, si incon-
tinẽtes estis, Iniiciam vobis laqueum, fornicationis. Non
hoc dico, vt laqueum vobis iniiciam, sed hoc dico, Ad id
tendens Quod honestum est, scilicet, vt homo sit castus a-
August. nimo & corpore. Non hoc ideo dicit, quod turpe sit cõ-
iugium

iugiũ,sed ꝙ hoc honeſtius eſt,Et ad id tendo Quod præbeat facultatem, vel facilitatem alicui obſeruandi ſe domino ſine impedimento, quod eſt in coniugio. Cum igitur ait,ad id quod honeſtum eſt, non matrimonium turpe eſſe monſtrauit, ſed quod honeſto erat honeſtius, generalis honeſti nomine commẽdauit:quia honeſtius quid eſt, niſi quod magis honeſtum?Sicut ergo bono melius,& beato beatius eſt:ſicut honeſto honeſtius eſt,quod honeſtum voluit appellare. [Si quis autem turpem, ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua,quod ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat ſi nubat. Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis,& hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit,& qui non iungit melius facit. Mulier alligata eſt legi. quanto tempore vir eius viuit: quòd ſi dormierit vir eius,liberata eſt à lege, cui autem vult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit,ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium. Puto autem, quod & ego ſpiritum dei habeam.] Augu.de ſctã vidui.

Si quis autem. Sicut de virginibus determinauit, quid ſit melius & honeſtius: ſic & de cuſtodibus virginum determinat,quid illis ſit faciendum,ſi virgines continere voluerint,vel noluerint,quaſi dicat,hoc eſt honeſtius & expeditius,ſcilicet eſſe,ſine coniugio,ſed tamen Si quis exiſtimat ſe videri,quandoque, Turpem ſuper,id eſt,de Virgine ſua,eo, Quod vel, quæ ſit ſuperadulta,ſcilicet, vltra pubertatem,Et ita oportet fieri,ſcilicet vt nubat,quia virgo non vult continere. Quod vult.virgo, Faciat, cuſtos: quia,Non peccat,cuſtos, Si nubat virgo. Hoc ideo dicit, ne & ſi virgo non peccat,cuſtos eius videat̃ peccare.Ideo dico,ſi oportet,non peccat. Nam,de iſto alio patet, quia, Bene facit, non tantum non peccat ille, ſcilicet, Qui ſtatuit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, non ingerens ei fomitem nuptiarũ.Statuit dico, Firmus in propoſito ſuo, non curans,vel ſobolem,vel aliud huiuſmodi.Et non habens neceſſitatem,cum virgo velit continere.ſed,Habens poteſtatem,ſecundum alumnæ continentiam. Voluntatis ſuæ,perficiẽdæ.ille qui hoc ſtatuit,bene facit,Et ille,vtiq; Ambroſ. Auguſt.

qui hoc non ex leuitate statuit, Sed in corde iudicauit, id est, ex iudicio mētis bonum esse discernit, & quia oportet
Ambrosi⁹ fieri vt diximus, Igitur qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, quia licet quod facit. Et qui non iungit, cum habeat potestatem suæ volūtatis, melius facit, quia apud deum meritum illi collocat, & à sæculi sollicitudine liberat illam, & ideo rectè ait. Melius facit.
August. Melius est enim quod licet & expedit, quàm quod licet, & nō expedit.
Augu. de baptismo paruulorū. Hîc enim bene vtitur homo malo, ibi vero bene vtitur bono. Duo enim hæc. s. bonum & malum, & alia duo. s. vsus bonus & vsus malus sibimet adiuncta, quatuor differētias faciunt. Bene vtitur aliquis bono continentiā dedicas deo; Male vtitur quis bono continentiam dedicans idolo, Male vtitur quis malo concupiscentiam relaxans adulterio. Bene vtitur malo concupiscentiam restringens cōnubio.
Augu. de sctā vidui. Sicut ergo melius est bene bono, quàm bene vti malo, cū vtrunque sit bonum: ita qui dat virginem suá nuptui bene facit: & qui non dat, melius facit. Bonum est enim pudicitia cōiugalis, sed melius continentia virginalis, vel vidualis. Mulier allegata est, &c. q. d. virgo potest nubere, & similiter & vidua potest nubere, sed beatius est continere.
August. Et hoc est quod ait, Mulier alligata est legi viri quanto tēpore vir eius viuit, vt non liceat alij nubere. Quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege, viri: & permittitur ei, vt cui vult nubat. Ideo dicit cui vult; quia inuitæ nuptiæ solent prouentus malos habere. Cum vero dicit, Nubat, lege loquitur naturali, quanquā primæ nuptiæ tantum à domino sint institutæ, secundæ vero permissæ sunt. Denique primæ nuptiæ sub benedictione dei celebrantur sublimiter, secundæ vero etiam in præsenti carent gloria. Nubat dico, & hoc, Tantum in domino, faciat, scilicet, sine turpitudinis suspicione, & viro suæ religionis nubat. Vel ita cōtinua, Mulier, &cæte. q. d. virgo quocunque tempore potest nubere, sed coniugata, etiam si causa fornicationis dimissa est, non potest, dum viuit vir eius. Quia mulier alligata est legi, viri, Quanto tempore vir eius viuit, quòd si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat: tātum in domino.
Augu. de sctā vidui. Beatior autem erit, si sic, id est, innupta, permanserit secundum meū consilium. Satis ostendit beatum esse, &

post

post mortem viri iterum in domino nubentem fidelē: sed beatiorem,non nubentem. vnde maximè Cataaphrygarū & Nouatianorum hæreses concidunt, quas buccis sonantibus non sapientibus Tertullianus inflauit, dum secūdas nuptias tanquam illicitas maledico dente concidit, quas omnino licitas Apostolus sobria mente concedit. De tertiis autem & quartis,& de vltra pluribus nuptiis solent homines mouere quæstionem,sed quis audeat definire quod nec Apostolum video definiuisse? Ait enim, Si dormierit vir eius,&c. Non dicit primus,vel secundus,vel tertius,vel quotuslibet. Nec nobis definiendum est,quod non definit Apostolus. Vnde,vt breuiter respondeam,nec vllas debeo damnare,nec eis verecundiam numerositatis auferre. Ipse etiam Christus Apostoli,ac noster magister, & dominus, septemuirem mulierē in euāgelio non damnat, nec dicit, in resurrectione nō posse esse:sed tātū ait,neq; nubēt neq; nubentur. Vnde nec contra humanæ verecundiæ sensum audeo dicere,vt quoties voluerint,nubant,nec ex meo corde præter scripturæ sanctæ authoritatem quotaslibet nuptias audeo condemnare. Quod autem dicitur vniuirę viduæ, hoc omni dicitur viduæ, scilicet, Beatior erit, si sic permanserit secundum meum cōsilium. Et ne quis hoc cōsilium tanquam humanum, & non diuinum putaret contemnendum,adiecit, Puto autem quod ego sicut & alij Apostoli, Spiritum dei habeo,quo inspirāte,hæc & alia suadeo, quod vos non putatis. Nota quod dicens puto, non dubitat Apostolus, sed contemptores increpat: vt & dominus non dubitat,sed increpat dicens, Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis Et alibi, Cum venerit filius hominis,putas inueniat fidem in terra? Verbo dubitationis arguitur infidelitas,non opinatur diuinitas.

Augu.ad Polentiū.

Augu.super Ioan.

CAPVT. VIII.

DE his autem quæ idolis immolatur,scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat,charitas verò ędificat. Si quis autem se existimat scire aliquid,nōdum cognouit quemadmodum oporteat eum scire: si quis autem diligit deum,hîc cognitus est ab eo. De escis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo,& quod nullus deus nisi vnus.] De his autē quæ

idolis

idolis &c. Supra egit de nuptiis, de quibus ipsi quæsierāt. Hîc agit de idolothytis.i. immolatitiis idolorum, in quibus adeò indiscretum vsum quidam habebant, vt ex eo aut scandalizarentur, aut saltem confunderentur infirmi: & ipsi qui licitis inordinatè vtebantur, ecclesiasticam in se formam confunderent, & vnitatem scinderent. Scientes enim omnia ex creatione munda, immolata idolis coram infirmis in idolio manducabant, quod infirmi videntes, putabant eos edere sub veneratione idoli, & exemplo eorum sub veneratione idoli edebant. Illos igitur increpat Apostolus hîc.q.d.de his prædictis quæsistis & docui, sed de istis aliis non fuit opus quærere, quia de istis scitis vt ego, & hoc est quod ait, De his autem quæ idolis immolātur, an licet edere vel non? Scimus, quasi dicat. Ego scio, & vos scitis æque mecum, quod licet ea comedere. Verè scimus ego & vos, Quoniam omnes scientiam habemus, de creatore & creaturis. Hoc dicit de his inter eos maiorib9, qui habentes scientiam cum offendiculo minorum edebant: quos primum arguit, nec sufficienter scire dicit, quia offendiculum proximi non vitabant. Alij autem ignari sub veneratione idoli edebant. Scientia.q.d. habetis sciētiam, sed non valet hæc scientia, quia facit vos superbire
August. contra ignaros. Scientia enim, si sola est, Inflat.i.in superbiam extollit, Charitas verò, quæ non inflatur, Aedificat, infirmos: quæ quod eis obesse potest dimittit. & ideò eam habete, nō inflantem scientiam. Addite scientiæ charita-
Augu. de ciuit. dei. tem, & vtilis erit scientia. Per se enim inutilis est scientia, cum charitate vtilis est. Per se inflat in superbiam, vt dæmones qui græco nomine à scientia sic sunt nominati, in quibus scientia est sine charitate. Propter hoc autem vitium, id est elationem scientiæ reprimendam, datus est Paulo stimulus Satanæ, à quo tunditur ne irrigatur. Præ-
August. ponenda est etiam scientia scientiæ. Melius est enim scire
August. infirmitatem nostram, quam naturam rerum. Laudabilior enim est animus cui nata est infirmitas sua, quam qui ea nō respecta, syderū viā scrutatur, & terrarū fundaméta, & cælorū fastigia: sed meliores sunt qui apponūt, nosse seipsos, quia sciētiā talē.s.qui apponit: apponit dolorē peregrinationis ex desiderio patrię, & cōditoris. Si quis autem.q.d.
habetis

habetis sciétiá de idolothytis, sed nec perfecta scientia est illa, quia & Si quis existimat se scire aliquid. s. quod licet eis vti. Nondũ tamẽ, Cognouit queadmodũ oporteat eum scire. i. nõdũ nouit quòd sic ea sciẽtia debeat vti, ne noceat aliis. Ipsos ergo qui de sciẽtia gloriãtur, ostẽdit nõ ita cognouisse, sicut cognoscẽdũ est. Dũ. n. charitatẽ quę omniũ bonorũ mater est, nõ sectãtur, nõ sciũt sicut oportet. Si qs autẽ. q. d. Hîc nõ perfectè scit, sed qui diligit fratrem: verę scit deo approbãte, & hoc est quod ait, Si quis autẽ diligit deũ, hîc cognitus est. i. approbatus ab eo. Hîc diligit deũ, qui charitatis causa sciẽtiã mitigat, vt prosit fratri, pro quo Christus mortuus est, De escis autem. Vituperata scientia eorũ, tandẽ aperit quæ est ea. Supra. n. nõ dixerat quę esset eorũ sciẽtia. sed hîc ostẽdit. q. d. His prædictis modis non valet sciẽtia, sed tamẽ in hoc vera est, quod de escis, Quæ idolis immolãtur, scimus ego & vos, quod licet comedi, & quod ab idolo non cõtaminatæ sunt. Et scimus quia nihil est idolũ in mũdo. i. inter creaturas mũdi. Materiã. n. deus formauit, sed stultitia hominũ formã dedit. Habet quidem formã quandã humanã, sed ipse homo per verbũ fact⁹ est. Quæcunq;. n. facta sunt naturaliter quæcunq; sunt in creaturis, facta sunt per verbum, sed forma hominis in idolo, nõ est facta per verbum, sicut peccatum non est factũ per verbum, sed est nihil, & nihil sunt homines dum peccant. Vel, Idolum nihil est in mundo. i. illud quod putabãt idolum esse, nihil est. Existimabant enim idolum esse personã subsistentẽ, ex simulacro & spiritu præsidente. Vel, Idolũ nihil est in mũdo. i. nullius rei quæ sit in mũdo similitudinẽ habens. Idolum enim hîc appellat speciem quam nõ videt oculus, sed animus sibi fingit. Vt si quis humanis mẽbris caput canis, vel arietis formet, vel in vno habitu hominis duas facies. & huiusmodi, qui hoc facit, non similitudinem, sed idolũ facit. Facit enim quod non habet aliud simile sui, sed quod mens ociosa & curiosa reperit. Ideò distincte dictum est in lege, Non facies idolum neque omnem similitudinem rei. Similitudo verò est cum aliquid ex his quæ sunt, vel in cælo, vel in terra, vel in aquis formatur. Et scimus quia nullus deus est nisi vnus, Hoc dicit ne putetur esse deus in idolo Vnus enim tantũ deus est pater,

Ambro. Aimo. Aimo. August. super Ioan. Origenes

&

& filius, & spiritus sanctus. i. ipsa trinitas vnus deus est, nullaque fit partium in deitatis vnitate diuisio. Non enim deus pater pars est dei. Tres enim personæ sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus. Et hi tres quia vnius substantiæ sunt, vnum sunt, & summè vnum sunt, quia ibi nulla naturarum, nulla est diuersitas volūtatum. Si enim natura vnū essent, & consensione non essent non summè vnum essent. Si verò in natura dispares essent, vnum non essent. Porrò Christus vna persona est geminæ substantiæ, quia deus & homo est, nec tamen deus, vel homo pars huius personę dici potest, Alioquin dei filius antè quam sumeret formam serui non erat totus, & creuit, cum homo diuinitati eius accessit Quod si in vna persona pars non potest esse deus, quāto magis pars trinitatis esse non potest, quicunq; vnus in tribus? Huius ergo trinitatis, nec tertia pars est vnus nec maius aliquid omnes, quam singuli. Tu nempę dixisti vnum deum ex partibus non esse compositum, & hoc de patre vis intelligi. Ille, inquis, virtus est ingenita simplex. Huius autem virtutis quam simplicem esse dixisti. nunquid partes sunt bonitas, sapientia, clementia, & potētia? Si dixeris partes sunt, simplex ergo virtus ex partibus constat, quæ te diffiniēte vnus est deus: ergo deum ex partibus compositum esse dicis. Non dico, inquis, non sunt ergo partes. Si ergo in vna patris persona, & illa inuenis, & partes non inuenis: quanto magis pater, & filius, & spiritus sanctus, & propter indiuiduam deitatē vnus est deus, & propter vniuscuiusque proprietatem tres personæ sunt, & propter singulorum perfectionem partes nullius dei non sunt Virtus est pater, virtus est filius, virtus est spiritus sanctus. Hoc verum dicis, sed quod virtutem de virtute genitam, & virtutem de virtute procedentem, non vis eandem naturam habere? Hoc falsum dicis, Hoc cōtra fidem catholicam dicis. [Nam & si sunt qui dicantur dij siue in cælo siue in terra (siquidem sunt dij multi & domini multi) nobis tamen vnus deus pater ex quo omnia, & nos in illo, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. Quidā autem cum conscientia vsque nunc idoli quasi idolothytum manducant, & conscientia ipsorum, cum sit infirma polluitur.]

Augu. cō-tra Maximinum.

August.

August.

August.

polluitur.] Nam & si,&c.quasi dicat vnus tãtũest deus & verè, Nam & si sunt qui dicantur dij, participatione deitatis, vt sancti, Siue in cælo, iam recepti, vt qui de corpore exierunt, Siue in terra, morantes: vt qui adhuc in mortali corpore peregrinantur,& non falso putatos, dico deos sed in veritate dei sunt Si quidem multi sunt dij, participatione deitatis vt sancti, Et sunt domini multi, qui aliis præsunt, Apostoli in terra, archangeli in cælo. Et si, inquam, hoc sit nobis. Tamen est, tantum, Vnus deus, pater, qui naturaliter, & substantiue est deus vnus cum filio & spiritu sancto. Dicitur enim tribus modis deus, substantiuè, adoptiue, nuncupatiue. Substantiue dicitur deus trinitas. Adoptiue, sancti qui per adoptionis gratiam dij sunt. Nũcupatiue, dæmones,& idola, quia nomine tantum dij sunt, non natura vel participatione. De diis adoptiuis dictum est,& si sint qui dicantur dij, Siue in cælo, siue in terra: siquidem dij sunt multi, & domini multi. Eos enim intelligi voluit qui digne etiam dicuntur dij: sanè vt latria, quæ interpretatur latinè seruitus, eis non debeatur. Qui prohibiti sunt in lege maledici, vbi legitur. Diis non maledices vel detrahes, Sed non sunt iussi sacrificiis, vel aliis latriæ obsequiis honorari, Vel potest etiam de nuncupatiuis diis dici illud, Nam & si sunt qui dicuntur dij, à gẽtibus, Siue in cælo, vt sol & luna, Siue in terra, vt Apollo, vel Esculapius, Hercules, & huiusmodi, Ideò dixi dicantur, Siquidem dij sunt multi, opinione Paganorum, Et domini multi, nobis tamen est tantum Vnus deus, pater, cui credimus, & nos in se credentes facit deos: secundum illud, Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in eum. Nobis ergo vnus est deus, Gentib⁹ verò plures, quos noster terret. i. dæmones: qui volentes videri dij sibi exigunt illa quæ deo verò debentur. s. aras, sacrificia, & alias huiusmodi. Noster verò deus homines deos facit, qui non est factus,& ideò est verus deus, Deos autem homines esse appellatos inuenimus in illo psalmo, Deus stetit in synagoga deorum, Et item, Ego dixi, dij estis. Sed quæritur, si homines dij vocantur, vtrum angeli vocandi sint dij cum hominibus sanctis quibus maximum præmium promittitur æqualitas angelorum, Et in scripturis quidem nescio

August. in lib. quæst.

Ambros.

Aimo.

August.

vtrum

vtrum vel possit, vel facilè possit reperiri aperte angelos di ctos deos. Si ergo nusquam in diuinis eloquiis reperitur ea mihi causa potissimum occurrit, quare angeli non dicuntur dij, ne ab hominibus putarentur colendi: ne homines ad hoc inclinarentur, vt seruitium religionis quæ liturgia vel latria dicitur, angelis exhiberent: sed nomine officij multo vtilius vocantur angeli, qui latinè dicuntur nuncij, vt ille colatur, cuius sunt nuncij. Quod ergo dicitur deus deorum, rex magnus super omnes deos, non nisi de sanctis accipitur, quibus est vnus deus pater. Deinde ostēdit quod rectè dicitur, & deus, & pater, quasi dicat verè est deus. Quia ipse est ex quo credimus esse omnia. Et verè pater est, quia credimus, Nos foueri, In illo, id est illius gratia. Quæritur si debeat dici quòd Christus sit nobis pater, vel spiritus sanctus. Sanè dicimus quòd debet, quia gratia qua regeneramur: ita est filij, & spiritus sancti, vt patris: & q̃cquid est nobis à patre, est nobis à filio & à spiritu sācto: & ideo dicim⁹ quod deus trinitas vn⁹ nobis est pater, vna maiestas, vel vnus magister qui regnat, qui illuminat, sicut vnus creator. Sed item quæritur, si deus trinitas vnus nobis est pater, an sit ille pater, qui æternaliter pater est filiū gignendo, an non, & si non, an sit alius pater. Ad quod dicimus quod non simpliciter debeat dici, deus trinitas est pater ne intelligatur persona patris. Sed est nobis pater. nec ille pater, qui est tertia persona, nec alius, sed est deus vnus qui est nobis pater ex tempore, & qui est ille pater: sicut filius est vnus deus cum patre, nec tamen est deus qui genuit. Et, nobis est, Iesus Christus vnus deus, & dominus, cum patre in substantia, id est nobis vnus deus est, & dominus pater & Christus, Per quem, Christum, Omnia, creata sunt. Omnia enim à patre, sed per filium creata sunt. Nec alia per filium, alia per patrem, sed eadem. Alioquin iam non omnia per patrem, nec omnia per filium. Si autem omnia per patrem, & omnia per filium, ergo eadem per patrem quæ per filium facta sunt. Aequalis ergo est patri filius, & inseparabilis operatio vtriusque. Et nos per ipsum Christum, sumus in deo, quia per ipsum reformati sumus in cognitione dei per quem fueramus creati, Sed &c. quasi dicat nos hoc scimus quod

August.

Quæstio.

Ambrosi⁹
Augu. de
trinitate.

vnus

vnus est deus. Sed non in omnibus est. hæc. Scientia, id est non omnes mysterium vnius dei cognoscimus. Quidem autem, vel, Enim, quasi dicat. Verè non in omnibus est hæc scientia, quia, Quidam &c. vel nos scimus, quia idolum nihil est. Sed, Quidam manducant, de sacrificiis, Cū conscientia Idoli, quia putant idolum aliquid diuinum esse. Et hoc, Vsque nunc, id est etiam nunc post conuersionem, sicut ante conuersionem, Manducant, dico, cum conscientia, & Quasi idolothytum, id est cum reuerentia idoli, quasi aliqua illic esset diuinitas, Et cōscientia ipsorū cū sit infirma, poluitur per illos qui habēt scientiā vnius dei, sed nō cū charitate, per quos in hunc errorē infirmi inducebātur, quorū non cibus polluitur sed conscientia. [Esca autem non commendat nos deo. neque enim si manducauerimus abundabimus, neque si non manducauerimus deficiemus. Videte autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scientiam in idolio recūbentem, nónne conscientia eius cum sit infirma ædificabitur ad manducandum idolothyta, & peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrē meum non manducabo carnem in æternum, ne fratrē meū scandalizem.] Esca autem, quasi dicat illis nocet vestra comestio, nobis autem non prodest, quia esca sumpta, vel non sumpta Non commendat nos deo, sed fides escæ, qua creduntur omnia creata à deo munda. Et verè. Neque si non manducauerimus deficiemus, id est minus habebimus bonum. Neque si manducauerimus abundabimus, in bono virtutum, vel beatitudinis, sed ex fide eius tantum. Videte autem, quasi dicat quantum ad vos nihil est esca ipsa. Sed Videte ne forte hac licentia vestra fiat offendiculum infirmis, in fide: qui nesciunt adhuc idolum nihil esse, & potest esse offendiculum. Si quis enim, infirmus, Viderit eum qui habet scientiam recumbentem in idolio, id est, in præsentia idoli, Nónne conscientia eius cum sit infirma per se ædificabitur ad manducandum idolothyta, id est, ad manducandum car-

Ambrosi*

Aimo.

nes sacrificiorum sicut idolothyta. Videns enim quis fratrem peritum in idolio sacrificata edere incipit & ipse edere, non illa conscientia qua illa peritiæ causa sciens nihil esse idolum, sed esse putat illic vnum cum videt fratrem

Aimo. peritum illic edere, nec horrere, Et ita peribit infirmus frater in tua conscientia. i. qui te sapientem videt comedere putans sub idoli veneratione, Propter quem, saluandum Christus mortuus est, & ita grauiter peccas. Sic auté.q.d. ita in fratres peccatis. Sed Sic peccantes in fratres, & percutientes conscientiam ipsorum infirmam in Christo peccatis, cuius membra sunt. Cum enim charitatis non æmuli sunt, qua Christus nos liberauit, peccant in Christo, non

Ambrosi9 in Christum, quia in Christum peccare, est negare Christũ: In Christo autem peccare, est in his quæ Christi sunt peccare. Sicut hîc qui sub lege est, in lege dicitur peccare, ita hi qui in Christo sunt, in Christo peccare dicuntur. In

Ambrosi. Christo ergo peccatis, cuius regnum diminuitis, & quia in Christo peccatis. Quapropter, abstinete sicut & ego etiam ab omni carne, qua, Si esca scandalizat fratrem meũ non manducabo, non solum immolata, sed etiam omnem Carnem in æternum. i. nec hîc nec in futuro. Sicut enim constat quod non post mortem, sic certus sum quod nec in vita manducabo. non quod mala sit esca, sed, Ne scandalizem fratrem meum.

CAPVT IX.

NON sum liber? Non sum Apostolus? Nónne Christum Iesum Dominum nostrum vidi? Nónne opus meum vos estis in domino? Et si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. Nam signaculũ Apostolatus mei vos estis in domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est. Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri Apostoli & fratres domini & Cæphas? Aut ego solus & Barnabas non hábemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lactè gregis non manducat?] Non sum liber? Incipit se proponere in exemplum, vt sicut ipse se abstinet à licitis pro

scandalo

ſcandalo fratrum vitando,ita & illi abſtineant. Ipſe enim apoſtolica dignitate poteſtatem habens non operari manibus,ſed de euangelio viuere,ne quem tamen accipiendo ſcandalizaret, abſtinuit, quaſi dicat abſtinete ab hoc licito, quia & ego habeo libertatem accipiendi ſtipendia, & tamen non accipio. Et verè habeo libertatem. Nunquid enim nõ ſum liber,accipere? Vtiq; liber ſum accipere,quia licet mihi quod & aliis Apoſtolis, ſcilicet, de euangelio viuere. Hoc & ſi ſic inductum ſit, intendit tamen cõprobare ſe apoſtolum, quia occaſione pſeudoapſtolorum minus de eo ſenſerunt Corinthij. Vnde ſubdit,Non ſum Apoſtolus?quaſi dicat, Verè ſum liber,quia ſum Apoſtolus, & verè ſum Apoſtolus,quia Chriſtum vidi:pro quo,id eſt ſi non viderem,minus videret Apoſtolus, & hoc eſt quod dicit,ſub interrogatione loquens vt iratus, Nónne dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vidi?in via, vel in templo Hieroſolymis,dum orarem. Nónne,quaſi dicat, Verè ſum ego Apoſtolus,quia vos eſtis opus apoſtolatus mei.& hoc dicit ſub interrogatione, Nónne opus meũ vos eſtis, ô,Corinthij?tamen, In domino,id eſt,domino cooperante. Vel,In domino,id eſt,in gloriam domini. Et quia eſtis opus meum,ideò, Et ſi non ſum Apoſtolus,id eſt Iudæis, quorum legem euacuabat,Sed tamen vobis,qui per me cõuerſi eſtis, Sum Apoſtolus,quia vos eſtis opus meum perfectum. Et verè vobis ſum Apoſtolus. Nam ſignaculum, id eſt, forma, apoſtolatus mei vos eſtis in domino, id eſt, domino authore, à ſimili ſigilli, quia in vobis apparet quod ego ſum Apoſtolus, dum ea habetis per me, quæ & alij. Per alios,apoſtolos,& ideò per vos apud alios qui dubitant,Apoſtolus defendor. Et hoc eſt quod ait,Mea defenſio,hoc eſt,vos,ſcilicet, Apud alios qui de me interrogant,vtrum ſim Apoſtolus. Et quia ſum Apoſtolus,Nunquid, egò & mei, Non habemus poteſtatem manducandi & bibendi veſtra?id eſt,viuendi de ſtipendiis veſtris? quaſi dicat, vtique habemus. Permiſit enim dominus, ſed non iuſſit Apoſtolis accipere neceſſaria à ſubditis, vt quiſquis vellet eo vteretur,quod ſibi liceret ex domini conſtitutione. Si quis verò vti nollet,non contra iuſſum faceret, ſed de ſuo iure cederet. Poteſtatis verò eſt,non iuſſio domini

Aimo.

Auguſt.

accipere sumptus. Et nunquid non habemns potestatem cercūducendi, nobiscum, Sororem mulierem, vt nobis ministret, sicut & cæteri Apostoli, Et, etiam, Fratres domini, qui maiores sunt sicut Iacobus, & Iudas, & reliqui, Et Cephas, id est, Petrus, qui est princeps Apostolorum? Non
Aimo. hoc reprehendit, sed eorum more sibi probat licere. Mulieres enim desiderio doctrinæ dominicæ, & cupidæ virtutum sequebantur Apostolos ministrantes, & sumptus, & seruitia, sicut & saluatorem secutæ sunt ministrantes ei de
Augu. de ope. mon. facultatibus suis. Dominus enim noster cui angeli ministrabant infirmis compatiēs loculos habuit, in quibus mitteretur pecunia à fidelibus data victui necessaria, quos cōmendauit Iudæ, vt etiam fures, si non possemus vitare, disceremus in ecclesia tolerare. Et mulieres ministraturas sequi se voluit ostendens quid à plebibus deberetur euan-
August. gelistis. Ideò etiam dominus in comitatu suo mulieres habuit, ne viderentur alienæ à salute, quæ & ministrabant ei
August. sicut & Apostolis. Aut ego, quasi dicat, Cæteri Apostoli hanc potestatem domino constituente habuerunt. Aut, id est an, Ego solus & Barnabas non habemus, secundum vos vtique, Potestatem hoc operandi? quasi dicat. Habemus potestatem hoc operandi. accipiendi. Operandi enim ait
August. pro accipiendi, vt honestius loqueretur. Vel secundum aliam literam, quæ habet, Non habemus potestatem non operandi? quasi dicat habemus vtique potestatem non operandi manibus nostris, id est cessandi à labore manuum, Et ne quia abstinet coapostolos reprahendisse videretur, addit, Quis militat &c. Probat hîc per similitudines humanas id licere sibi & aliis, & supponit authoritatem legis & ipsius domini tandem quasi dicat rectè vtique siue nos, siue illi, hanc potestatem habemus. Quis enim militat suis
August. suis stipendiis vnquam? Et quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Et quis pascit gregem, & de lactè non manducat? Vtique nullus. Lac gregis dicitur quicquid à plebe præpositis datur. His verbis satis Apostolus indicat, non sibi aliquid vsurpasse vltra debitum coapostolos suos, sed sicut dominus constituit, ex euangelio viuentes panem gratuitum manducabant, ab eis sumptum quibus gratuitam gratiam prædicabant. Hæc quidem secundum

humanæ

humanæ consuetudinis licentiam dicta sunt. [Nunquid secundum hominem hæc dico? An & hæc lex non dicit? scriptum est enim in lege Moysi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in ipse qui arat arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus Si alij potestatis vestrę participes sunt, quare nõ potius nos? Sed non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum debemus euangelio Christi. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? & qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dominus ordinauit iis qui euangelium annunciant, de euangelio viuere. Ego autem nullo horum vsus sum.] Sed nunquid secundum hominem, tantum, Hæc dico, id est humana similitudine tantum hoc probo? An non & lex dicit hæc, id est, nónne lex Moysi idem probat? vtique. Scriptum est enim, in lege Moysi, non alligabis os boui trituranti, id est non prohibebis prædicatorem viuere de euangelio, id est, de prædicatione, sed ne hoc videatur ad literam esse dictum subdit, Nunquid de bobus cura est deo? id est vt de eis in lege præcipiat? Non pro bobus, hoc dicit, quia propter nos tantum dicit, quod ita ait, An propter nos, vtique, Hoc dicit? quasi dicat dicit vtique, Nam &c. quasi dicat. Verè hoc propter nos dicit, quia hæc & alia eodem spectantia, Propter nos scripta sunt, vt hoc ipsum verum est, Quoniam qui arat, id est prædicator qui corda aperit ad fidem, Debet arare in spe, stipendiorum temporalium, non propter hanc spem, non enim hæc debet esse intentio sua, & finis in ministerio suo, Et qui triturat, id est bonos à malis, quasi grana à paleis discernit, morum qualitate, debet hoc similiter facere. In spe percipiendi fructus, stipendiorum. Si nos vobis. Postquam probauit per similitudines, nunc probat per rationes quod licet eis accipere. quasi dicat, Verè potestatem accipiendi habemus: quia. Si nos seminauimus vobis spiritualia, scilicet ea quæ spiritum vestrum viuificant, vel quæ à spiritu sancto data sunt, Ambros.

August. ſcilicet verbum dei,& myſterium regni cælorum, Eſt magnum ſi nos metamus, ad ſuſtentationem, Veſtra carnalia, id eſt hæc temporalia quæ vitæ & indigentiæ carnis indulta ſunt. Si alij. Item à minori probat ſibi licere ſumptus ab eis accipere dicens, Si alij, ſcilicet pſeudo, Sũt participes veſtræ poteſtatis, id eſt tam potenter vtuntur veſtris, vt vos ipſi, Quare non potuis nos Apoſtoli qui cauſa ſalutis veſtræ laboramus. Sed tamen &c. quaſi dicat. Ecce manifeſtum eſt, quia licet nobis accipere, Sed tamen non ſumus vſi hac poteſtate. & quia forſan eum non egere dicere, contra hoc ſubdit Apoſtolus. Sed omnia ſuſtinemus nec quod offendiculum debemus euangelio Chriſti, quia ſi acciperet Apoſtolus iam, pſeudo libere acciperent, & ſic in prædicatione durarent, & ita impedimentum fieret euãgelio. Vt ergo regulæ Chriſtianæ ius maneret, licita quaſi illicita fecit. Vel ideò hoc dicit, quia forſan & hi auari erant. & ideò apoſtolum odirent, ſi quicquam ab eis acciperet. Vel hoc ideò dicit, quia ſi acciperet ab eis, putarent ſe emiſſe licentiam peccandi, & ita libertatem arguandi Apoſtolus minueret. Neſcitis, &c. Redit Rurſus ad illud quod inceperat, etiam atque etiam commendẽs, id eſt pluribus modis oſtendens, quod ſibi liceat accipere, & tamen non faciet. Naturalis ratio etiam hoc habet, vt quis viuat inde vbi laborat. Hîc ergo item probat ſe poteſtatem habere accipiendi per ſimilitudinem ſacerdotum Gentilium vel Iudæorum, cui rei naturalis ratio conſentit, vt nec leue faciat, nec ocioſum quod tantis teſtimoniis commendat, quaſi dicat. Verè licet mihi accipere, quod per hoc patet, Quoniam qui in ſacrario, id eſt, templo, Operantur, vt artifices, quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui altario deſeruiunt, vt ſacerdotes, Cum altario participant, quia partem habent de his quæ offeruntur altari. Et neſcitis hoc, vel illud: de Gentilibus ſacerdotibus dicit, ſcilicet, Qui in ſacrario operãtur & hoc de Iudęis. ſ. Qui altario deſeruiũt. Per ſacrarium enim intelligit templum Gentilium. per altare Iudæorum quorum vtrorumque miniſtri eorum quæ offeruntur partem ſumunt. Et ſicut hîc fit, Ita & dominus Chriſtus ordinauit, id eſt, rationabiliter diſpoſuit de prædicatoribus. Ordinauit enim his qui annunciant euangelium,

Ambroſ. (margin, beside "gelio. Vt ergo")

Ambroſi. (margin, beside "non faciet. Naturalis")

Ambroſi. (margin, beside "rio operãtur")

gelium, id est prædicatoribus quid disposuit? scilicet, Viuere de euangelio. Hoc rationabiliter fecit, vt expeditiores sint ad prædicandum verbum dei, quam licentiam dominus dedit eis quando misit eos ad prædicandum dicens, Ecce ego mitto vos, &c. Et post paulo, In eadem domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Ego autem, quasi dicat tot modis licere constat. Ego autem nullo horum, id est authoritate vel exemplo, Vsus sum, in accipiendo. Et ne forte quisquam arbitraretur, ideò eum non accepisse, quia illi non dederant, & de sua potestate hæc toties hac de causa dixisse, vt deinceps darent, subdit. [Non autem scripsi hæc, vt ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus dispensatio mihi credita est.] Non scripsi, quasi dicat non sum vsus, sed nec vti volo, quod ita ait, Non scripsi autem hæc. s. quod liceat accipere, Vt ita hæc in me fiāt. i. vt ego accipiam. Bonum est enim. q. d. verè non ideò scripsi vt accipiam, quia si sumerem perderem gloriam. Et bonum est mihi magis mori. i. malo ego mori, Vel volo magis mori. i. affligi, Quam vt quis euacuet gloriam meam: quod esset si acciperem. i. si euangelizarem vt acciperem. Gloriam suam dicit quam habet apud deum infirmis compatiens. Quisquis enim eo quod sibi debetur vti non vult, amplius impendit ecclesiæ. Maximam igitur gloriam habet Apostolus apud deum, non exigendo stipendij debitũ ab infirmis, sed de suis laboribus transigendo cotidianum victum. Hoc est quod stabulario ad quem vulneratus ille qui incidit in latrones perductus est, dominus ait, Siquid amplius erogaueris in redeundo reddam tibi. Amplius erogabat Apostolus qui suis stipendiis militabat. Vel gloriam suam dicit, quam apud deũ habet, de hoc quod pseudo repellebat à prędicatione non accipiendo, qui non nisi pro temporalibus prædicabant. Ideò enim Apostolus abstinet à sumptibus, ne sit forma accipiendi pseudoapostolis rapacibus. Nam si Quasi quæreret aliquis. An euacuaretur

Margin notes: August. — Augu. de opere monachorũ. — Ambro.

retur

retur gloria si euangelizares, vt ita hæc in te fierent? Respondet, vtique, quia non ex dilectione prædicarem, & ita non esset gloria. Nam si euangelizauero, tantum, ita quod non pro dilectione dei & proximi illud faciam & ex libera voluntate, non est mihi gloria apud deum. Et verè de hoc solo non est gloria, quia necesse est hoc pro iniunctione, quod ita ait, Necessitas enim præcepti, Mihi incũbit: nec audeo omittere, quia væ erit mihi. vnde subdit, Væ enim mihi est si non euangelizauero, sicut iniunctum est mihi. Si autem, quasi dicat si necessitate facio, Non est mihi gloria, sed si volens hoc ago, id est si voluntas adiungatur necessitati, vt ex dilectione prædicem, Habeo mercedem, æternam. Si autem inuitus ago, dispensatio, tantum, Mihi credita est. quia & si mercedem non habeo aliis tamen dispenso & proficio. Manifestum est enim, quia nemo accipit remunerationem apud deum, eius rei quam inuitus facit. Si autem voluntarius facit, dignus est mercede, quia cõsentit deo, & quod voluntate fit, melius fit. Qui autem indeuotus aliquid facit non voluntate, sed necessitate facit, quia facit inuitus quod sibi præceptum est. Vel ita ab illo loco. Nam si, vbi dicit, gloriam euacuari suam si pro sumptibus quibus substentetur prædicet, quod vtiq; videretur si non abstineret vbi expediret, quasi dicat verè euacuaretur gloria mea. Nam si euangelizauero, vt ita hæc fiant in me. i. si ideò euangelizauero vt ad illa perueniam, & finem euangelij in cibo & potu, & vestitu collocauero, Non est mihi gloria, apud deum. Quare non est gloria si ita euangelizauero? Quia tunc esset pro necessitate. Et hoc est, Quia necessitas sustentandæ huius vitę, Mihi incũbit. Et verè. Væ enim. i. penuria mihi est sicut pseudo. Si non euangelizauero, id est malo meo non euangelizabo, quia fame cruciabor, & vnde viuam non habebo. Hæc est ergo necessitas quæ mihi incumbit vt euangelizem, quia vnde viuem non habeo. Vel vt adquiram temporalem fructum de prædicatione æternorum. Sic enim necessitas est in euangelizando, non voluntas. Si autem volens, id est, sine vlla necessitate huius vitæ, Hoc ago, mercedem habeo, sempiternam. Si autem inuitus hoc ago, vt qui necessitate huius vitæ cogar, Dispensatio est mihi credita,

Ambro.

augusti.

Ambrosi⁹

Augu. de sermone ĩ monte.

Augu. de opere monachorũ.

credita, id est aliis prouideo, non mihi. & est sensus. Si coactus inopia earum rerum quæ temporali vitæ sunt necessaria, prædico euangelium, alij per me habebunt mercedē, ego autem non, quia ipsum euangeliū non diligo, sed eius precium in illis temporalibus constitutum, quod nefas est fieri, vt non tanquam filius ministret quisque euangelium, sed tanquam seruus cui dispensatio credita est, vt tanquam alienum erogans, nihil inde ipse capiat præter cibaria. Alibi tamen & se dispensatorem dicit Apostolus. Potest.n. & seruus in filiorum numero adoptatus eandem rem, in qua cohæredi sortem meruit, fideliter dispensare participibus suis. Hîc autem dispensator talis intelligitur, vt quasi seruus alienum dispenset, vnde ipse nihil capiet præter cibaria. Alibi verò, vt dictum est, dispensator dicitur, qui vt filius ministrat euangelium cohæredibus suis. Ergo simplici corde debemus operari bonum. Non ergo debemus ideò euangelizare vt manducemus, sed ideò manducare, vt euangelizemus, vt cibus non sit bonum quod appetitur, sed necessarium quod adiicitur vt illud impleatur, Quærite primum regnum eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Non dixit primum quærite regnum dei, & deinde quærite ista, quanuis sint necessaria, sed ait, Hæc omnia adiicientur vobis, id est, hæc consequentur, si illa quæratis: ne cum illa quæritis, illinc auertamini. Aut ne duos fines constituatis, vt & regnum propter se appetatur, & ista necessaria propter illud. Ergo propter regnum dei tantum debemus operari omnia, non solam vel cum regno dei mercedem temporalem meditari. [Quæ est ergo merces mea? Vt euangelium prædicans, sine sumptu ponam euangelium, vt non abutar potestate mea in euangelio. Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer. His qui sub lege sunt quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erant lucrifacerem. His qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerē. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerē saluos.]

Augu. de sermone ĩ monte.

August.

August.

saluos.] Quæ est ergo, quasi dicat quia ex voluntate est merces ergo videamus quomodo. Quod dicit sub interrogatione ita, Quæ est ergo merces mea? id est quid faciendo,& quomodo,mercedem æternam habebo? Respondet, ita,scilicet habebo mercedem, si tantam regni habeo charitatem Vt prædicans euãgelium Christi,etiam sine sumptu, Ponam,id est stabiliam, Illud euangelium,& non abutar potestate mea in euangelio, prædicando: quod esset si acciperet,quia tũc non libere argueret, nec infirmis compateretur. Et est sensus, Mercedem habeo si ex dilectione ita facio, vt potius patiar pœnuriam, quàm abutar potestate: quod vtique facerem, si sumptuosum credentibus euangelium esse importune exigendo, vel indiscrete accipiendo monstrarem. Vnde forte hoc contingeret, quod putarent ad hoc sibi euangelizari, vt euanglium venderetur, per quod etiam vigor euangelicæ authoritatis, & arguendi libertas torpesceret. Humanæ etiam infirmitati non compateretur, propter quod etiam multa alia feci. Vnde sequitur, Nam cum liber essem, quasi dicat, Hoc vtique quod dixi faciam, nam & maius feci, scilicet, Cum liber essem ex omnibus, id est, nullius meritis obnoxius, fecit me seruum omnium, vt commodis omnium deseruirem. Seruum omnino se factum dicit, dum se per humilitatem similem omnium imbecillium exhibuit, vt eos per patientiam firmaret ad salutem futuram confouens animos illorum. Et hoc feci, vt plures lucrifacerem, id est lucrum prædicationis meę facerem. Et etiam me modificaui omnibus. quod ita ait, Factus sum Iudęis tanquã Iudæus, in cibis accipiendis, vel non accipiendis, & in huiusmodi. Et Timotheũ etiam circuncidit, quæ non quasi simulasse videtur, quod solent adulatores facere. Vir enim diuinus & medicus spiritualis, sciens omnium causas & vulnera, magna industria confouet illos, & compatitur. Factus est ergo Iudæis tanquam Iudæus, quia propter scandalum illorum circuncidit Timothæum: & purificatus ascendit in templum, ne occasionem per eum acciperent blasphemandi. Et hoc ideò, Vt lucrifacerem, vel, Lucrarer, Christo, Et, His qui sub lege sunt. s. Samaritanis, qui quinque libros tantũ Moysi recipiunt, quibus non contuntur Iudęi,

Margin notes: August. — Ambros. — Ambrosi⁹. — Aimo. — Augusti.

Factus

Factus sum quasi essem sub lege, dum non negat legé esse à deo, sed ex ea docet Christum: sicut mulier Samaritana, per legem docta dixit, Scio quia Messias venit. Cum, tamen ego, Ipse nō essem sub lege, seruiliter. Et quare eis ita factus sum? vt lucrifa. eos qui sub le. e. Qui sub lege erāt Samaritani intelliguntur. Sunt autem ex origine Persa-sarum & Assyriorum, quos rex Assyriorum, sublatis filiis Israel, ad incolenda loca Samariæ posuit. Et factus sum in his qui sine lege erant, id est Gentibus, Tanquam sine lege essem, dum eis assentit secūdum philosophicas rationes mundum esse factum à deo, & quæ in eo facta sunt, & animam esse immortalem, & ab ipso nos originem habere, & huiusmodi. Cum tamen, Non essem sine lege dei, sed in lege Christi, nō in Iudaica. Et ideo ita factus sum, Vt lucrifacerem eos, qui sine lege erant, id est Gentiles. Et factus sum infirmis, in fide, Infirmus, abstinendo à licitis. Quare? Vt lucrifacerem infirmos. Quid per singula? Omnibus omnia factus sum, quasi omnium sectarū essem, Prudens enim & spiritualis Apostolus omnibus cessit, propositum tamen veræ religionis non excessit: quia vbi si cessit, ad hoc cessit vt proficeret. Vnde subdit, Vt omnes facerem saluos. Attēde quod in his verbis, Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, &c. dissentire videntur Hieronymus, & August. Vult enim Hiero. quod non Iudæus verè fuerit, & legalia non verè seruauerit, sed dispensatorie simulauerit. Volebat enim legalia illa post Christum sine peccato non posse seruari. Augustin. verò ait, quod nullo modo se Iudæū, vel illa legalia seruare simulauit: sed verè Iudæus fuerit, & non verè spē ponēs illa legalia seruauerit, quę dicebat post Christū sine peccato posse seruari. Inquit enim Hierony. Factus sum Iu. tanquam Iu. Ideo dicit, tanquā, quia non verè Iudęus erat, sicut nec verè Gentilis, quibus in cibis, & in huiusmodi assensit, nec tamē in cultu idolorum, quia in Christo Iesu, nec circuncisio est aliquid, nec præputium: dispensatoriè itaq; simulabat se Iudæum. Sed August. dicit hoc fieri compassione misericordiæ, non simulatione: vt qui ministrat ægroto, sit quasi æger: non cū se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis, cogitat quomodo seruiri sibi velit, si ægrotaret. Ait enim

Aimo.

Aimo.

Aimo.

Aimo.

Hierony.

August.

August.

August.ita, Factus sum Iu.tanquam Iu.quod non simulandi versutia dixit,sed compatiendi misericordia, id est, non ita hoc dixit,vt se fingeret Iudæum, sicut quidam putant. Libere enim illa fecit:sicut ait,Circuncisus quis vocatus est,non adducat præputiũ.i.non sic viuat quasi præputium adduxerit. Et alibi ait, Circũcisio tua præputium facta est. Secundum igitur hanc sententiam suam,fecit illa quę non intelligentibus,& parum attendentibus finxisse putatus est. Iudæus enim erat,& circũcisus vocatus,noluit adducere præputium,id est noluit ita viuere,ac si circuncisus non esset. Hoc enim iam in potestate habebat,& sub lege quidem seruiliter non erat. Verè ergo non fictè, vt Iudæus quod erat,vixit, sicut nec fallaciter gentilem se finxit:sed licite omnibus cibis,quos etiam damnãt Iudæi permisit vti, cui omnis creatura dei non simulate, sed verè bona erat. Sicut ergo hos ritus Gentilium verè, sic & Iudæorum sacramenta non fallaciter suscepit,vt illis simplex,istis esset duplex. Aliud habens in corde,aliud in ostensione. Cùm enim à te quæsissem in epistola, quomodo ideo putetur factus Iudæis tanquam Iudæus,quia fallaciter suscepit sacramenta Iudæorum , cum & Gentibus factus sit tanquam Gentilis,nec tamen fallaciter susceperit ritus Gentilium: Tu respondisti, Et eo factum Gentibus tãquam gentilem,quod indifferenter permiserit vesci cibis omnibus , etiam quos damnant Iudæi. Quæro ergo vtrum & hoc simulate fecerit, quòd si absurdissimum atque falsissimum est,ergo & illa in quibus Iudæorum consuetudini congruebat,libertate prudenti,non necessitate seruili,vel dispensatione fallaci agebat. Cur enim oleastro inserto veritatem seruauit,& naturalibus ramis nescio quod dispensatorium simulationis velamen obtendit? Ita etiam cum dicit,Quis infirmatur,& ego non infirmor?non infirmitatem alterius simulauit,sed doluit: ita etiam quod factus est infirmis infirmus,non erat mendaciũ,sed verè hoc dixit,sicut & cætera superius vbi dixit,& sibi sumptus deberi, & tamen abstinuit,ne videretur euangelij venditor, & ne verbi dei cursum apud imperitos in malam suspicionem decidens impediret. Noluit accipere quod ei iure domini debebatur : nec ideo quia noluit,vtique mẽtitus est. Non

Augu.idẽ dicit ĩ epi. ad Hiero.

August.

Non enim dixit nō ſibi deberi,ſed deberi oſtendit:& debito ſe vſum non eſſe, nec omnino vti velle profeſſus eſt: eo ipſo factus infirmis infirmus. Nō eſt ergo fallax & verſipellis ſimulatio, ſed omnibus congruit eius miſericors compaſſio, portátq; infirmitatem eorum in compaſſionis ſimilitudine,non fallens mēdacij fictione:ita eis.ſ. Iudeo vel Pagano ſubueniēdo,ſicut ipſe ſibi ſi ſimilis eſſet,ſubueniri voluiſſet,quaſi infirmitates eorum ipſe haberet. Fit enim quaſi ægrotus qui miniſtrat ægroto, non cum febres ſe habere mentitur, ſed cum animo condolentis cogitat, quomodo ſibi vellet ſeruiri, ſi ægrotaret. Se ergo Iudæis dixit tanquam Iudæum, & Gentibus tanquam gentilem, non ideo quod miſericorditer illa ſimulauerit, ſed quia ea ſic nō ſimulauit,quæ fecit ſimilia Iudæis,ſicut nec ea quæ fecit ſimilia Gentibus, Et ſic omnibus omnia factus eſt, non mentientis aſtu, ſed compatientis affectu,id eſt, non omnia mala eorum fallaciter agendo, ſed omnium malis tanquam ſua eſſent miſericorditer medicando, aliis agens quæ ſibi fieri vellet, ſi opus eſſet. Cogitat enim, vt homo ſe eſſe potuiſſe in eis vitiis in quibus ſunt alij. Vnde alibi dicit, Conſiderās teipſum ne & tu tenteris. [Omnia autem facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar. Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt,ſed vnus accipit brauium? Sic currite,vt cōprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit,ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant,nos autem incorruptam. Ego igitur ſic curro,non quaſi in incertum,ſic pugno non quaſi aerem verberans: ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.] Omnia. Ecce quare omnibus ſe contemperat. quaſi dicat,omnibus omnia factus ſum,&cætera. Hæc autem omnia facio propter euangelium, vt currat ſine impedimento, Et efficiar particeps, promiſſionum, Eius, id eſt iuſtitiæ, & beatitudinis æternæ. Neſcitis quod hi qui in ſtadio,&cætera. Agoniſtarum ſimilitudine oſtendit faciendum quod dixit, id eſt, abſtinendum ab his quæ contraria ſunt, quaſi dicat, propter euangelium omnia prædicta facio, rectè vtique, quia niſi omnia fecero, &

Auguſt.

Auguſt.

ab om-

ab omnibus quæ contra sunt abstinuero, non habeo premium, sicut per similitudinem apparet. Nescitis enim quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt. In labore quidem pares sunt, Sed vnus accipit brauium. Brauium est præmium cursus. Similiter & vos, Sic currite, per opera charitatis perseuerentes vsque in finem, Vt comprehendatis, brauiũ æternæ vocationis. Vel ita, Nescitis, &cæ. Ostendit hoc exemplo quanta est vtilitas legis nostræ, in qua non vni, sed omnibus promissa est palma, quod non in illo stadio, in illo spectaculo. Ibi enim vnus tantum accipit brauium, cæteri victi discedunt, qui similiter laborauerunt: Hîc autem non est sic. Quotquot enim currunt, si perseueranter currunt, accipiunt: & qui prior venerit, expectat vt coronetur, cum posteriori. Agonem quippe istum non cupiditas, sed charitas facit. Omnes currentes amant se, & ipse amor cursus est. q. d. ideo sic omnibus insto, quia omnes possunt habere coroná, quod non in agone mundiali. Nescitis enim quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed, tantum, Vnus, hîc vero omnis, Accipit brauium, vos autem omnes, Sic currite, vt comprehen. Vel ita, Nescitis. q. d. ideo sic omnibus insto, quia & si multi vocati, tamen pauci sunt electi. Ideóq; insto, vt vel sic ex multis pauci saluentur, sicut apparet in hoc simili. Nesci. quòd hi qui in sta. cur. o. q. cur. sed vnus quasi dicat, rarus non omnis, Acci, brauium, & quia nõ omnis currens accipit, ideo, Sic. i. tam perfectè, Curri. vt com. Et nota quòd conuenit hæc sententia, cum prima in parte. Omnis autem, vel, Enim. q. d. Verè sic est nitendũ, quia etiam in minori hoc apparet, vbi vnus accipit, Enim, id est, quia, Omnis qui contendit, &cæ. Vel ita iunge. Ita facite vt dixi, hæc autem debere fieri, in minori apparet. Quia, Omnis qui contendit in agone, ab omnibus se abstinet, quæ præmium agonis impediunt: Ita & vos ab offendiculis debetis abstinere. Attende ꝙ de rebus non laudádis trahuntur multæ similitudines, vt in euangelio de iniquo iudice, qui viduá nolebat audire: & de illo pigro qui non propter amicitiam, sed tædio victus panes commodat petenti. & in psalmo datur similitudo de Marso, qui incátat, vt educat aspidem de tenebrosa cauerna. Et ita hinc non

Marginal notes: August. / Ambrosi⁹ (beside "Brauium est præmium cursus"); August. in psal. 28. (beside "citis, &cæ. Ostendit…"); August. in psal. 57. / August. (beside "diculis debetis abstinere…")

non commendatur agonistica, & ludicra, & tamen inde similitudo trahitur. Et illi. q.d. Verè debemus abstinere ab offendiculis, cum illi abstineant à contrariis, quia res maior est hîc, Et, id est quia, Illi quidem, abstinent, Vt accipiant corruptibilem coronam, nos autem, abstinere debemus vt accipiamus coronam, Incorruptam. Nobis enim non terrenis & marcescentibus floribus, sed æternis conserta gemmis in modum regalis diadematis, spiritualis corona seruatur, Et quia talis corona seruatur, Igitur ego sic, id est tam legitime operando, Curro non quasi in in incertum, i. vt sim incertus de præmio. In incertum currit, qui talia facit, vt ex quibusdam sperare, ex aliis possit de sperare, Hoc autem se non fecisse dicit Apostolus, in quo ponit se aliis in exemplum. Sic pugno, contra hostes, Non quasi aerem verberãs, id est, non verbis, sed rebus cõtendo, vel non inaniter pugno, vt qui pro hoste ferit aeré. Sed castigo corpus meum, id est, reprimo illicitos motus corporis, Et in seruitutem, rationis, Redigo, illud, cũ alio tenderet. Seruituti enim subiicitur, dum non suam, sed spiritus perficit voluntatem. Ideo ita facio, Ne fortè cum aliis prędicauerim, ipse reprobus efficiar, id est à deo reprobatus. Suo timore nos terruit Apostolus. Quid eñ faciet agnus, vbi tremit aries? Nos ergo terret suo exẽplo, dicẽs se timere, quod cito contingere posset, tunc aliis magis cauendum est ne offendendo sint reprobi.

Ambrosi[us] / Ambrosi. / August.

CAPVT X.

NOlo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare trãsierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundẽ potum spiritalem biberunt. Bibebãt autem de spiritali consequente eos petra, petra autẽ erat Christus.] Nolo enim &c. In præcedentibus abstinere à licitis inductione similium, & exemplo sui docuit Hîc exemplo Iudęorum, qui negligentia sua offenderunt, nos sollicitos facit, ostendens antiquos per sacramentorum veterum communicationem, pœnam non euasisse. q.d. volẽti comprehendere sic est agendum, vt dixi, Non enim baptismus, & cætera sacramenta sufficiunt, vt quidam putãt,

sicut

ſicut nec Iudæis beneficia dei valuerunt,cum poſt peccarent. Nolo enim vos ignorare,ô, Fratres, quoniampatres noſtri,id eſt inſtitutores noſtræ fidei. Omnes,ſcilicet tam boni quã mali, Fuerunt ſub nube,protegente eos ab æſtu, & contra Aegyptios ne viderentur ab eis. Vel,Sub nube fuerunt,quia in figura noſtri contingebãt illis omnia. Et omnes tranſierunt, merſis hoſtibus,Mare,rubrum,Et omnes in Moyſe,id eſt, in ducatu Moyſi, Baptizati ſunt in nube & in mari.i.purgati per viſa ſigna illa,quia per ea,& à morte imminente liberati ſunt,& ab ignorantia dei quę premebat,tunc omnes gentes mundati, præparati ſunt ad accipiendam legem. Et omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, ſcilicet manna. Et eundem potum ſpiritalem biberunt,ſcilicet aquam de petra, manna, & aquam quæ fluxit de petra dicit ſpiritualia,quia non natura, non mundi lege,ſed dei virtute parata ſunt,ſine elementorum commixtione. Habẽtia etiam in ſe figuram futuri myſterij,quod nos ſumimus in memoriam Chriſti. Ideóque panis angelorum dictus eſt,quia virtute qua angeli ſubſiſtũt creatus eſt. Hoc ſignificans, quia de cælis venturus erat, qui ſpiritualiter paſceret. Vnde & manna prius dominico die venit de cælo ad ſaturitatem populi. Ideóque ſecundũ hoc rectè eſcam,& potum illorum dicit ſpiritualem,id eſt ſpirituale aliquid ſignificantem. Bibebant autem de ſpiritali petra, quia dei virtute ex ea fluebat aqua. Conſequẽte eos, id eſt, ſatisfaciente voluntati eorum, quia quoquò irent aquæ inundantes ſecutæ ſunt eos,ſic Chriſtus in deſerto huius mundi ſuos comitatur. Vel, De petra conſequente,id eſt ſecuturam veritatem ſignificãte. de qua ſubdit,Petra autẽ erat Chriſtus,in ſigno. Solet enim res quæ ſignificat,nomine rei quam ſignificat nominari. Erat ergo Chriſtus petra,non per ſubſtantiam,ſed per ſignificationem. Vnde & rectè petra ſequens, dicta eſt petra quæ intelligitur Chriſtus. Vbi enim deficiebat eis humanum ſuffragium, aderat Chriſtus. Non enim petra aquam dedit,illis,ſed Chriſtus. Vel,Patres noſtri, nõ illorum, quia eis nos ſimiles ſumus,non illi ſuperbi.& agit tãtum de bonis patribus. Omnes ſub nube fuerunt,&omnes mare trãſierunt: Hæc non non mutantur. Et omnes in Moyſe baptiz

Ambro.

Auguſt.

ptizati sunt in nube,& in mari. Baptizati dicũtur in Moyse,in nube & in mari,quia illa omnia gerebant figurã nostri sacramenti, id est baptismi. Moyses enim Christum, nubes spiritum sanctum:mare rubrum baptismum significat. sanguine Christi consecratum:populus transiens significat fideles , mors Aegyptiorum significat ablutionẽ peccatorum. Illa ergo omnia nostri fuerunt figuræ. Illa tunc figuratè gesta,nũc in nostra salute complentur, quia tunc futura pronunciabantur , nunc præterita leguntur, & præsentia cognoscũtur. Et est, Omnes in Moyse, id est illo duce, Baptizati sunt in nube, & in mari.i.signum baptismi acceperunt, quod & credentibus idem valuit. Ecce quid est quod dixerat mare transierunt. Hîc exponit cum ait,Omnes ba.sunt in Mo.in nu.& in ma. Si ergo figura maris tantum valuit,species baptismi quantum valebit? Si quod gestum est in figura traiectum populum ad manna perduxit,quid exhibebit Christus in veritate baptismi sui traiecto per eum populo? Per baptismum enim traiecit,credentes occisis omnibus peccatis tanquã hostibus. Quo traiecit?ad manna. Quid est manna? Panis viuus qui de cælo descendit. Et omnes manducantes escam eandem spiritalem,quam & nos. Cum dicit spiritualem,ostẽdit illud spiritualiter intelligi in Christo, & hoc de omnibus innuit.s. quod spiritualiter debent intelligi, cum vnum exponit.s. petra erat Christus, quo aperto cuncta fulserũt. Exponẽdo enim hoc vnum,in cætera introduxit intellectum. Et est sensus,Manducauerunt escam,vtique corporalẽ & spiritualem,sed. Spiritualem eandem,quam & nos. Corporalem vero alteram,id est manna,quod significat Christum, & idem credentibus effecit. Alij vero, scilicet qui non crediderunt,manducauerũt & mortui sunt æternaliter,quod non Moyses,& alij boni. Quare? Quia cibum visibilẽ spiritualiter intellexerunt,spiritualiter esurierunt,spiritualiter gustauerunt , vt spiritualiter satiarentur, & nos hodie accipimus visibilem cibum. sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. Sacramenta illa fuerunt, sacramenta sunt & nostra,& vtique eiusdem rei. Manna enim Christum significauit : Hunc panem significat altare dei , id est, in altari est quod significat. Christus enim est panis

August. super Ioan.

Augu. super Ioan.

Augu. cõtra Faustũ

Augu. super Ioan.

qui de

qui de cælo descendit. Si quis mãducauerit ex hoc pane, non morietur in ęternum: sed quod pertinet ad veritatem sacramenti, non ad visibile sacramentum: qui manducat intus non foris: qui manducat corde, non premit speciem, scilicet dente: ideo Apostolus vigilanter, non simpliciter

Augu. super Ioan.

ait, Manducauerunt eandem escam, sed addit spiritalem, quia spiritualem eãdem manducauerunt quam & nos. Nã corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud: ita & vigilanter ait, Patres nostri, non illorum, per hoc tantum bonos significans, quibus nos similes sumus, non illi fuerunt qui eandem spiritualem escam manducauerunt, quam & nos. Et tamen aliud illi, aliud nos, sed specie visibili, aliud tamen quod idem significaret, virtute spirituali. Et omnes biberunt potum, vtiq; corporalem & spiritualem, Sed spiritualem eundem, quem & nos: corporalem vero alterã, id est aquam quæ fuit signum sanguinis Christi, & idem

August. in psal. 74.

credentibus effecit. Spiritualem ergo dicit potum, quẽ biberunt ipsi, & nos bibimus, quia idem illorum potus & noster significat. Ideóque idem spiritualis potus, & cibus noster & illorum, quia idem in mysterio est cibus & potus illorum qui noster, sed significatione idem, non specie: quia idẽ Christus illis in petra est figuratus, nobis in carne ma-

August. super Ioan.

nifestatus, & in altari sub specie panis significatus. Insignis vtique diuersis eadem est fides. sed illi venturum, nos venisse credimus. Ideo non ait simpliciter, Eundem potũ biberunt, sed addit, Spiritualem, spiritualem enim eũdem biberunt, quem nos, corporalem non eundem. Quid enim biberunt? Bibebant autem de spiritali consequẽte eos petra, spirituali. s. quę Christum significabat, & fide idẽ fuit. Manete ergo in fide, videte signa variata. Ibi enim petra erat Christus, nobis quod in altari dei ponitur, est Christus. Si speciem visibilem attendas, aliud est: si intelligibilem significationem, eundem potum spiritualem biberũt.

August. in psal. 77.

Erant enim in illo populo, etiam qui spiritualiter intelligerent, habentes fidem quę postea reuelata est, non ad legis literam, sed ad gratiam spiritus pertinentem: & secundum hoc, eundem potum biberunt de spirituali petra. De

August. super Ioan.

qua? Petra autem erat Christus. In signo autem percussa est petra de virga bis. Gemina percussio, duo ligna crucis signi-

significat. De petra educta est aqua accedente virga, quia ligno accedente ad petram Christũ, gratia spiritualis manauit. Multum hæc locutio notanda est, vbi aliqua significantia, earum rerum quas significant nomine appellantur. [Sed non in pluribus eorum, beneplacitum est deo, nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quẽadmodum scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Neque tentemus Christũ sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autẽ omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sęculorum deuenerũt.]

August.
August. in lib. locutionum.

Sed non. Ostendit temporalia beneficia Iudæis collata, tam bonis quam malis, & tamen mali perierunt. q. d. his omnibus beneficiis ad literam vsi sunt Iudæi, Sed non est beneplacitum deo in pluribus eorum, Iudæorum, scilicet, in illis qui offenderunt deum. Cũ dicit, Non in pluribus, ostendit quod aliqui erant ibi, in quibus beneplacitum est deo. Et cum essent omnibus communia sacramenta, nõ tamen omnibus communis erat gratia, quæ est virtus sacramentorum. Ita etiam nunc, baptismus communis est omnibus baptizatis, sed nõ virtus baptismi, id est ipsa gratia. Nam &c. q. d. inde apparet quod in quibusdam eorũ non est beneplacitum deo. Nam, id est quia, Prostrati sunt in deserto. Ne autem putetis homines finxisse hæc, subdit, Hæc autem sunt, non dico dicta vel scripta, Sed facta in figura nostri. Non enim propter ipsos tantum, hæc facta sunt, sed propter nos, scilicet propter correptionẽ nostrã. Istę enim pœnæ figurę fuerunt nostrarũ pœnarum. Quãtæ ergo pœnæ sunt, quarum illæ figuræ fuerunt. Sicut enim in bonis multo melius est, id quod per figurã significatur quam ipsa figura, vt regnum cælorum melius est, quã terra promissionis, ita in malis longe peius est quod significatur, quam figura significans, vt gehenna peior est,

August.
August. in psal. 67.

quantumlibet atroci pœna temporali. Omnes enim pœnæ minores gehenna, & ideo vigilantia maiore cauendæ. Vt non &cæ.q.d.in figura nostri facta sunt. ita vt considerantes illorum supplicia, Non simus cōcupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt, id est, non ita peccemus sicut illi, ne similiter pereamus. Neque efficiamini idololatræ, per idolothyta. Illos enim tangit, qui in idolio epulabantur putantes se immunes à crimine. Non efficiamini dico, Sicut quidam ex ipsis fuerunt. quemadmodū scriptum est, in Exodo de illis, Sedit populus, id est, quidam de populo totum pro parte ponit. sedit inquam, Manducare & bibere, coram vitulo, ita & vos in idolio. Per commemorationē illorū notat ea quæ in Corinthiis sunt. Ostēdens quàm grauiter punita sint in Iudæis, Et surrexerunt ludere, id est ludos facere in veneratione vituli. Vel, Ludere, id est adorare, quod est ludo puerorū simile. Facilis vtiq; ad lusum est pueritia. Quid autem lusui puerili, tam simile est quam idola adorare? Neque fornicemur, vt aliqui in vobis faciunt, Sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, cum Madianitis mulieribus, & ideo ceciderunt vna die viginti tria millia. Neq; tentemus Christū, vt faciūt illi qui desperant de resurrectione Sicut quidam eorum tentauerunt, dicentes, Nunquid poterit parare mensam in deserto? Nota Christum esse deum, quem tentauerūt Iudæi. Et ideo, A serpentibus perierunt, donec serpens æneus erectus est, quem qui intuebantur à morsibus serpentium sanabantur. Neque murmurauerітis, vt contra me facitis, vel qui minora dona spiritus habent contra deum, Sicut quidam eorum murmurauerunt, contra Moysen, Et, ideo, Perierunt ab exterminatore, angelo qui extra terminos promissæ terræ eos percussit. Hæc autem omnia. quasi dicat, propter sua peccata hęc eis contigerunt, & non modò propter hoc, sed etiam vt figuraretur, quod pro similibus periremus, & hoc est quod ait, Hęc autē omnia contingebant illis in figura, nostri. Scripta sunt autem ad. Per hæc enim exempla ad correctiorem vitam prouocamur, vt aut præmium si obedientes fuerimus, aut propensiorem pœnā inobedientes mereamur. Ad hoc enim relatæ sunt peccantiū pœnæ, vt corrigamur: aliter erit maior pœna. Ecce hîc

Ambrosi⁹ August. August. Ambrosi⁹ Augusti. Ambrò. August.

hic aperuit, cur illæ literæ veteris testamenti accipiuntur à nobis, & cur illa rerum signa iam non sit necesse obseruari à nobis. Dum enim dicit, Scripta sunt ad correctionẽ nostram, demonstrat quanta nobis cura legenda & intelligenda sint. Cum vero dixit, In figura. Ostendit iam nõ esse opus vt figurarum prænunciantium celebrationi seruiamus, cum res ipsa manifesta sit. Ad corre. nost. dico, In quos, scilicet nos, Deuenerũt fines sæculorum, id est sexta ætas, qui in vltima ętate sęculi sumus, & tot exemplis priorum, magis corrigi debemus. Vel fines sæculorum deuenerunt in nos, id est secularitas & carnalitas, scilicet amor rerum temporaliũ in nobis finitur per Christum, & ideo turpius est si peccamus. [Itaq; qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura, vt prudẽtibus loquor, vos ipsi iudicate quod dico] Itaque &c. q. d. Et quia illi, & si beneficiis vsi perierunt, Itaque, eorũ consideratione, Qui se existimat stare, per bona opera, Videat ne cadat à se. A deo enim stat qui stat, à se cadit qui cadit ideo ait, Videat ne ca. peccando, vel peccare alios faciẽdo Vt illi qui pręsumentes de sciẽtia, cum scandalo fratrum edebant idolothyta, & de doctrina pseudoapostolorum gloriantes, iudicabant Apostolum, cũ ipsi essent rei Superbiam ergo amputat, ne per eam tententur, sicut Iudæi tentati sunt, & perierunt, quia sicut illi Mosi detrahẽtes deum tentauerunt: ita hi detrahentes Apostolo deum tentãt. Dico ne cadat, non quod penitus aliquis sine casu sit, sed Tentatio, id est peccati delectatio, Non apprehendat vos, i d est, non ducat rationem in consensum, & omnino nulla sit in vobis tentatio, Nisi humana, id est nisi de his sine quibus ista vita non agitur. Vel, Non, apprehendat vos tentari nisi humana. Hortatur, vt humana tentatio illos apprehendat non alia. Humana enim tentatio est, vt in necessitate, vel pressura non diffidat homo de deo, auxilium humanum requirendo. Propter Christum ergo pati, humana tentatio est, per quam proficitur apud deum. Vel humana

August.

August.

Ambros. Augu. de sermone ĩ monte. August. bapt. paruulorum.

tentatio est aliter sapere quam res se habeat cum bono animo. nimis autem amando sententiam suam, vel inuidendo melioribus vsque ad præcidendæ cõmunionis, & condendi schismatis, vel hæresis sacrilegium peruenire, diabolica præsumptio est: in nullo autem aliter sapere quàm res se habet, angelica perfectio est. Humana igitur tentatio est, credo, cum bono quis animo secundum humanam tamen fragilitatem in aliquo labitur cõsilio, vel cum irritatur in fratrem studio corrigendi, plus tamen quam Christiana tranquillitas postulat. Et quia homines sumus, sed spe angeli sumus, quibus in resurrectione æquabimur, si non est in vobis perfectio angeli, non sit præsumptio diaboli. ideo ait, Tentatio vestra non appre. & si fiat, quam permittit deus per Satanam fieri ad probandos, vel exercendos bonos, & puniendos malos: non apprehendat dico, Nisi humana. Fidelis autem deus. q.d. Ego vos ad hoc hortor, sed Deus est fidelis. i. verus in promissionibus, qui se protectorem suorum electorum fore promisit. Qui non patietur vos, pro se tribulatos, Tentari supra id quod potestis, ferre, quia vel cadere non sinit, vel à casu erigit. Sed faciet cum tentatione etiam prouentũ, id est virtutis augmentum. Qui enim dat tentãti diabolo licẽtiam, ipse dat tentatis misericordiam. Ita facit prouentum, Vt possitis, perseueranter, Sustinere, ne deficiatis in lucta, sed vincatis, quod fit per humilitatem. Humilitas enim custodit in omni tentatione, vt illi non crepent in fornace, qui non habentventum superbię. Propter quod. quasi dicat. Quia sola sacramenta non saluant, & quia qui cadit punitur, & quia auxilium dei non deest: propter quod ô Charissimi mihi fugite ab idolorum cultura, id est abstinete ab omni satietate idololatriæ, ne per hoc nascatur in deum tẽtatio. Nemo ergo sit assiduus in idolio, nil speret de eo. De eo enim sperare est, de deo dubitare, vt Saul relicto deo, qui ei fuerat pro delicto iratus, ad idololatriá rediit sperás aliquid de ea, cui & in præsenti obfuit, & in futuro gehénam vltricem generauit. Ideo Apostolus istos hortatur fugere ab idololatrię superstitione. s. ne comedant sapientes idolothyta cum offendiculo infirmorum, quibus idololatriæ videntur. Vel ne ipsi infirmi idololatræ sint, ædendo sub

idoli

idoli veneratione,& putãdo idolum aliquid esse. Et vt fugiatis, Loquor, vobis, Vt prudentibus, id est loquor vobis altum quid, quasi prudentibus. Et ideo Vos ipsi iudicate, i. diligenter diiudicate. Quæ dico.s. hoc calix,& cæ. Vel ita, vt, Prudentibus loquor, q.d moneo vos fugere ab idolatria, & hoc monendo, loquor infirmis qui sunt inter vos vt suprà locutus sum. Prudentibus,& vos ipsi iudi.quę dico, an vera & bona sint, quod ꝑ similitudinē & exemplũ noui sacramenti ostendit, vt facilius suadeat, quia cui verba non satisfaciunt solent exempla suadere: Ait itaque. August.

[Calix benedictionis cui benedicimus nónne communicatio sanguinis est? Et panis quē frangimus, nónne participatio corporis domini est? Quoniã vnus panis & vnum corpus multi sumus: omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Videte Israel secũdum carnem. Nónne qui edunt hostias: participes sunt altaris?] Calix benedictionis,& cæt. q.d. Ideo fugiendum est à cultura idolorum, quia comedens idolothytum, vt idolothytũ, vnum est cum dæmone, sicut per corpus Christi digne & spiritualiter sumptum, vnum est cum ipso Christo: quia, Calix, id est potus sanguinis Christi, Benedictionis, id est, per quem benedicitur participans. Cui & nos benedicimus, id est, quem nos fideles exaltamus credendo,& gratias agendo. Vel, Calix benedictionis cui benedicimus, id est potus calicis, qui non solum à Christo in cœna est benedictus, sed cui etiam nos sacerdotes quotidie benedicimus. Nõne cõmunicatio sanguinis Christi est. i. nónne facit nos habere quandam communionem cum vita Christi. quasi dicat, vtique facit. Et panis quem frangimus, in sacramento, id est participatio fracti panis in altari, Nõne participatio corporis domini est, id est nónne facit nos vnum esse cum ipso? facit vtique. Nam quando Christus manducatur, vita manducatur. Sed quis audeat manducare dominum suum? Et tamen inuitans nos ad manducandum ait, Qui manducat me, viuit propter me. Nec occiditur Christus, vt manducetur, sed mortuos viuificat quando manducatur. Reficit, non deficit. Et viuit manducatus, quia surrexit occisus, Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Augu. de eucharistia.

August. Et norũt fideles quemadmodum manducent carnẽ Christi. Vnusquisque accipit partem suam. vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cælo, manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem quando venit in virginem: impleuit illam, nec recessit ab illo. Venit in carnem, vt eum homines manducarent, & manebat apud patrem integer, vt angelos pasceret. Quoniam vnus panis. Exponit quomodo calix benedictionis & panis fiant accipienti caro & sanguinis Christi. quasi dicat, per hoc sumus vnum cum Christo, Quoniam omnes qui participamus, spiritualiter & dignè, De vno pane, scilicet, corpore Christi, &, De vno calice, scilicet sanguine Christi, licet multi simus, tamen Sumus vnus panis, vnione fidei & spei & charitatis, Et vnum corpus, illius capitis quod est CHRISTVS sumus per subministrationem operum charitatis, id est vnum sumus, vna ecclesia, id est vniti vinculo fidei, spei, & charitatis, & mutua operum dei exhibitione. Per vnitatem enim panis, & vnitatem corporis, fidem & charitatem oportet intelligi: quæ si desint, iudicium sibi sumit. Et quia vnum sumus, vnum sentire debere dicit, vt fides vna vnum habet sensum & opus. Typice autem vnus panis, & vnum corpus ecclesia Christi dicitur, pro eo quod sicut vnus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis membris componitur: sic ecclesia Christi ex multis membris componitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus charitate copulante connectitur.

Ambro.

August.

Aimo.

Augu. de sacramentis fideliũ.

Hoc mysterium pacis & vnitatis nostræ, Christus in sua mensa consecrauit, qui accipit mysterium vnitatis, & qui non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed contra se. Nullíque ambigendum est, tunc quemque corporis & sanguinis dominici participem fieri, quando membrum corporis Christi efficitur: Nec alienari ab illius panis calicísque consortio, etiam si antequam illum panem edat, & calicem bibat, de hoc sæculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat, quia illius sacramenti beneficio non priuatur, quando ille hoc quod illud sacramentum significat inuenitur. In illo enim sacramento corpus, & sanguinem suum commendauit nobis, qui

etiam

etiam fecit nos ipsos. Nam & nos corpus ipsius facti sumus. Videte Israel. Similitudo inducitur hîc ad intelligẽdum, quod suprà dictum est. quasi dicat. Qui de vno pane & calice participant, sunt participes corporis Christi, quod per hanc simitudinem apparet. Videte enim Israel carnalem, & carnalia legis præcepta seruantem, & in vmbris sacrificiorum seruientem, ideo ait secundum carnem, quia etiam est Israel secundum spiritum. Videte, dico, Nónne, enim, qui edunt hostias illas legis, scilicet carnalis Israel, Participes sunt altaris? Sunt vtique. Sic qui edũt carnem Christi, & sanguinem eius bibunt, participes eius sunt. Vel ita potest legi, vt Israel sit vocatiui casus. quasi dicat. Ita est de nobis sumentibus panem & calicem, & ô vos qui estis Israel, id est homines videntes deum, Videte, id est discite qualiter se habent ea quæ sunt, Secundum carnem, id est carnalia, scilicet, idololatria. Sicut enim nos de vno pane & vno calice percipientes sumus conformes corporis Christi, sic Qui edunt hostias, idolis oblatas: Sunt participes altaris erroris, id est dæmonis. & nónne? vtique ita est. [Quid ergo? Dico quòd idolis immolatum sit aliquid? aut quòd idolum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & non deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum, quia non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum, non potestis mẽsæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. An æmulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed nõ omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.] Quid ergo. quasi dicat. Quod dico fugite à cultura idolorum. Quid ergo? Dico, id est dicere videor, Quòd idolis immolatum sit aliquid? magnum. non hoc dico, sed potius dico quod ea, Quæ gentes immolant, dæmoniis immolant, non deo, quia in idolo diabolus colitur, qui est peior idolo. Et quia ab idololatria prohibebat, vnde locus iste sumpsit exordium, ne putarent ideo non nocere, si de sacrificiis ederent idolorum, quia idolum nihil est, confirmauit & idolum nihil esse, & se non prohibere ista, ideo quod idolum aliquid sit, sed quia dæmoniis, & non deo immolantur. Nõ ergo se excusent, quia idolis insensatis dediti nõ sunt,

August.

Aimo.

Augu. cõtra inimicũ legis.

August.in psal.26. dæmoniis magis dediti sunt,quod est periculosius.Nam si tantum idola colerent, sicut eos non adiuuarent, ita illis nihil nocerent, quia nec idola, nec eis immolata aliquid sunt.i nihil per se possunt, siue ad iuuandum, siue ad nocendum,sed malis spiritibus est insita malitia quædam,& maliuolentia nocendi nobis. Nolo autē vos,dico quod immolant dæmoniis. Ego autem nolo vos, qui fideles estis, Fieri socios dęmoniorū,quod non est ex natura rei immolatitię, sed conscientia idoli,vel cōscientia fratris,qui percutitur exemplo vestro. Ad hoc genus etiam pertinent cō-

August. Christia. doctrina. sultationes & pacta quædam significationum, cum dæmonibus placita atq; fœderata, qualia sunt molimina magicarum artium,aruspicum,& augurum,atq; ligaturæ & remedia quę fiunt in præcantationibus,& quibusdam votis, vel in quibusdam rebus suspendendis, & illigādis,nec illi ab hoc genere perniciosæ superstitionis segregandi sunt, qui genethliaci ob natalium dierum considerationes,nūc autem vulgo mathematici vocantur, qui conantur actionum euenta prædicere. Ideo nolo,Quia non potestis bibere calicem domini,simul,Et calicē dæmoniorum, id est non potestis simul vniri deo & dæmonio. & prorsus,Non potestis esse participes mēsæ dei, & mensæ dæmoniorum. id est non potestis esse vnum cum deo, & cum dæmoniis. Deinde se illis annumerans,ait, An æmulamur dominū.i. ad irā prouocamus eum,vel inuidemus ei,idolothyta comedentes?q.d.nō debemus hoc facere. Videntur illi æmulari,& inuidere domino,regnum cuius diminuunt, qui cū scandalo fratrum comedunt idolothyta, imitatores diabo-

Ambros. ambrosi⁹. li. Zelo enim inuidiæ Satanas idololatriam inuenit,vt homines negando deū idolis seruiāt,& creator sibi debitum cultum perdat. Sic & isti videntur zelare dominum, vnde male cedet eis,cū non fortiores eo sint. vnde subdit,Nunquid fortiores sumus illo,vt valeamus ei resistere?Non omnia mihi licent, & si illos peccare dicam qui comedunt idolothyta, non tamen dico illicitos esse hos cibos, quia

Augusti. omnia mihi licent. De his dicit quæ ad escam pertinent, sed omnia, Expediūt, id est adiuuant me in cursu,sed magis impediunt, Deinde idem aliter infringit dicens. Omnia mihi licent. Potestate liberi arbitrij, & doctrina legis natu-

naturalis. Omnia enim ſecundum legem naturalem licēt, Ambroſ.
quia omnia munda ſunt, de cibis enim & carne idolis immolata hîc agitur, ideò rectè ait, Licēt, id eſt pręcepto domini nullo prohibentur. Vel, Omnia licent, non quia oĩa Ambroſi.
liceāt, etiā illicita. Sed ecce ponam⁹ oĩa licere, Sed nō oĩa ędificāt, proximos, vt quis facit dum comedēs idolothytū. Et ſcādalum facit proximo & ideò, [Nemo quod ſuū eſt quęrat, ſed quod alteri⁹. Omne quod in macello venit, mā ducate: nihil interrogantes propter conſcientiam. Domini eſt terra, & plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis appónitur, manducate: nihil interrogantes propter conſcientiam. Si quis autem dixerit, hoc immolatum eſt idolis, nolite māducare propter illum qui indicauit, & propter conſcientiā. Conſcientiam autem dico non tuam ſed alterius. Vt quid.n. libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia? Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo quod gratias ago? Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite. Sine offenſione eſtote Iudæis & gentibus eccleſiæ dei, ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.] Nemo quærat, tantum, quod ſuum eſt, id eſt quod ſibi tātum aliquo modo vtile eſt, Sed quod alterius, ideóque à licitis aliquando temperandum eſt, vt proſit alij. Et quia omnia licita ſunt, & tamen non eſt vtē- Ambroſi⁹.
dum ſemper eis, determinat quomodo liceat edere vel nō edere, dicens, Omne quod in macello venit, id eſt, eſt vel venditur, Manducate ſi vultis, nihil interrogantes, ſcilicet an immolatitium ſit vel non, vel huiuſmodi. & hoc, Propter conſcientiam, aſtantis infirmi. Dico manducate om- Ambro.
nia, quod quidem ſecurè poteſtis facere, quia authoritate teſte, Domini eſt terra & plenitudo eius, id eſt omnia quibus impletur terra, & non poteſt eſſe immūdum quod domini eſt. Item, Si quis autem infidelium vocat vos ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Si quis autem dixerit hoc immolatum eſt idolis, nolite manducare. Quare? Non quia immundus ſit cibus, ſed Propter illum qui indicauit, ne credat te manducare ſub veneratione idoli, Ambroſ.

&

& glorietur in superstitione sua: & qui idolis seruit, gloriabitur quasi venereris idola, & confirmabitur in errore suo, quia videt te libenter appetere idolothytũ, & fratribus

Ambrosi. datur malũ exẽplũ. Hoc ergo sapientibus loquor, qui contemnentes idolum quia nihil est, manducabant de sacrificio cum scãdalo infirmorum. Dico propter illum, Et propter conscientiam aliorum. s. vt mox determinat dicens, Conscientiam autem dico non tuam, quæ firma est, Sed alterius. s. infirmi. Vt quid enim &c. q. d. pro alio dimittẽdum est, quia si aliter facerem, de licito damnabilis essem: & de actione gratiarum, vituperarer ab imperitis qui putarent me sentire idolum aliquid magnum esse: quod ne contingat, magnopere cauendum est. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? id est cur ita ago vt de eo quod libere licet damner propter alium, qui inde

Ambrosi. aliquod suspicatur improperium? q. d. Cum ab idoli deuotione conscientia mea sit libera, quid opus est vt puter causa venerationis idoli edere? Iudicor enim non distare ab idololatria. Si ergo ego cum gratia, id est agendo gratias deo, Participo, id est edo, Quid blasphemor, id est cur cado in blasphemiam imperitorum, Pro eo quod gratias ago, & quia hæc mala contingunt inde, Siue ergo manducatis siue bibitis, vel aliud quodcunque facitis, omnia facite in gloriam dei, id est in laudem dei. scilicet cum inuocatione creatoris, vt in actibus conuersatione vestra laudetur deus. Si enim hæc rectè fiunt, laudes dei sunt. Non solum igitur vox tua sonet laudes dei, sed etiam opera tua

Augu. in psal. 140. concordent cum voce tua. Cum enim voce cantaueris, silebit aliquando vita: sed sic, cantas vt nunquam sileas. Si enim ore clamas, & fraudem cogitas, siluisti à laude dei, & quod grauius est in blasphemiam perrexisti. Cum enim laudatus deus de bono opere tuo, laudas deum: & cum blasphematur deus de malo opere tuo, blasphemas deum. Si ergo quod manducas & bibis ad refectionem corporis sumis, & reparationem membrorum gratias agens ei qui tibi præbuit mortali & fragili ista supplementorum solatia, cibus tuus, & potus laudat deum. Si verò modum naturæ debitum immoderatione voracitatis excedas, & vinolentia te ingurgites, quantaslibet laudes dei sonet lin-

gua

gua tua, vita blaſphemat. Et ſine offenſione eſtote Iudęis, Aimo.
qui abhorrent idola: Et gentibus, quæ ſic non arguuntur, Aimo.
ſed in ſuo errore firmantur. Et eccleſiæ dei, quantum ad Aimo.
infirmos qui ſunt in eccleſia, quibus fiunt offendicula, dũ Aimo.
eorum exẽplo adhærent his quæ inimica ſunt deo. Eſtote
dico vt placeatis omnibus, Sicut & ego, qui per omnia o-
mnibus placeo, ſine ſcandalo cuiuſquam agens. hoc eſt
enim per omnia omnibus placere, ſine ſcandalo cuiuſ-
quam agere ad profectum aliorum, vt & illis & huic ſit
vtile. Attende quod hîc ait, Omnibus placeo: Alibi verò Augu.de
ait, Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Pla- cor.&gra.
cerem autem dixit, quantum in ſeipſo eſt .i. quantũ ad eius
voluntatem pertinet. Ac ſi diceret, Si placere vellem, ſi pla
cere quærerem, ſeruus dei non eſſem. Qui autem homini-
bus placet propter veritatem, iam non ipſe illis, ſed ipſa
veritas placet. Si autẽ homò propter ſeipſum placet .i. pro-
pter priuatam & propriam gloriam placere quærit, ſuper-
bia eſt, & ideò non placet. Cum autem propter veritatem
hominibus placet, iam non homo ſed deus placet. Vtrũq;
ergo rectè dici poteſt, & ego placeo, & ego non placeo. Si
enim adſit bonus intellector piuſq; pulſator, patebit vtrũ-
que, & nulla inter ſe repugnantia repellet intrantem. Illud
etiam non moueat quod dico, Placeo omnibus. Nunquid
placebat perſecutoribus ſuis? Sed placebat omni generi ho
minum quod Chriſti congregabat eccleſiam, ſiue iam in-
tus poſitis ſiue introducendis in eam. Et vt oſtendat quod
propter veritatem placebat, addit, Non quærens quod mi-
hi, tantum Vtile eſt, ſed quod multis, & non aliquid terre-
num vtile quæro, Sed vt ſalui fiant.

CAPVT XI.

IMitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Laudo autẽ
vos fratres, quòd per oĩa mei memores eſtis: & ſicut tra-
didi vobis p̃cepta mea tenetis. Volo aũt vos ſcire: quòd
oĩs viri caput Chriſt⁹ eſt: caput aũt mulieris, vir: caput ve-
rò Chriſti, de⁹.] Imita. mei. q. d. Dico vt ſitis ſine offẽſio-
ne. In hoc, vt nullũ offẽdatis, Imita. mei. eſt. ſi. & eg. Chri.
& ita p me eritis imita. Chri. q nullũ offẽdit, ſed oẽs ſalua-
re venit, In eccleſia nãq; grad⁹ ſunt ordinati maiorũ & mi Augu.in
norũ. vt illi exẽplo p̃cedãt, hi verò imitatiõe ſequãtur. Sed pſal.33.

&

& illi qui exemplo præcedunt,nunquid neminem sequuntur?Si neminem sequuntur, errabunt. Sequuntur ergo & illi aliquem, id est Christum. Laudo autem. Hîc agere incipit de velationibus in quibus arguit illos suas traditiones non seruantes,quia illorum aliqui viri velato capite, & aliquæ mulieres non velato orabant aut prophetabant. Ambrosi. Vnde succenset eis Apostolus,quia cum esset eis Apostolus, immemores erant traditionum eius, quasi dicat de aliis culpo vos,sed de hoc, Laudo vos,ô,fratres, & si de aliis culpo,tamen de hoc laudo quod Per omnia estis memores, id est meæ authoritatis. Et mea præcepta tenetis, tam perfectè Sicut tradidi vobis,ironia est quod sic loquitur eis Apostolus, quia non eius traditionem seruabant, nec eius authoritatem sequebantur. Ac per hoc, quasi nouiter tradidit illis dicens, Volo autem,quasi dicat. Nô te- Ambrosi⁹ netis præcepta mea. Volo autem vos scire,ô,fratres,quiddam vtile ad sequentia,quod vos non attenditis, scilicet. Quod Christus est caput omnis viri, id est dominus, quia cum non esset,per eum creatus est. Caput autem mulieris est vir, quia ex eius costa, sed dei virtute formata est: & ideò debet subiici viro,de quo per Christum facta est. Caput vero Christi est deus, pater, quia ab ipso genitus est. Dignum ergo est vt filij caput pater dicatur quasi genitor eius. Vna ergo dictio diuersam habet intelligentiam. Aliter enim dicitur Christus caput viri, aliter vir caput mu- Ambro. lieris,aliter deus caput Christi. Vel nomine viri intelligi- August.in tur hîc spiritus non ille spiritus sanctus, qui cum patre & lib. q̃st. 83 filio incommutabilis manet, & dignis animis incommutabiliter datur:sed spiritus hominis, qui quasi animæ maritus animalem affectionem tanquam coniugem regit: de quo dicit Apostolus,Nemo scit quæ sunt hominis,nisi spiritus hominis. De quo etiam dominus ait mulieri Samaritanæ,Vade voca virum tuum. Hîc ergo spiritus cum præsens est,id est intentus est,& se pietate subiicit deo,intelligit spiritualiter quæ dicuntur luce sapientiæ illustratus. Augu.cô- Huius viri Christus,caput est,quia spiritus hominis regi- tra Mani- tur à sapientia dei quæ Christus est. Et sicut in capite sunt chæos. omnes sensus corporales,ita & in Christo sunt omnes spirituales,id est plenitudo gratiarum,de qua accipit vir iste.

Per

Per hoc autem eſt, Vir caput mulieris, id eſt rector animalitatis quæ regitur à ſpiritu tanquam mulier à viro. Caput verò Chriſti eſt deus, pater, quia filius à patre eſt, & de patre, non pater à filio vel de filio. Ille huius principiũ, vnde & caput eius dicitur, & Chriſtus principium, ſed nõ patris. Hîc verò illius imago nulla ex parte diſſimilis, & omnino æqualis filius, patri debet quod eſt, etiam hoc quod patri æqualis eſt, & quod principium eſt. Pater verò nulli debet quicquid eſt. Vel dei nomine hîc intelligitur trinitas. Sed ſi deus omnia ſimul tria hîc intelligitur, quomodo caput Chriſti eſt deus, id eſt caput Chriſti eſt trinitas, cum in trinitate ſit Chriſt⁹, vt ſit trinitas? An quod pater eſt cũ filio & ſpiritu ſancto, caput eſt ei, quod eſt ſolus filius? Cũ filio enim & ſpiritu ſancto, pater deus eſt, filius autem ſolus homo factus eſt, ſecundum quam humilitatem eius, etiam eò maior eſt pater: & ſecundum hoc verè dicitur, quia quod illi cum patre & ſpiritu ſancto vnum eſt, caput ſit hominis mediatoris quod ipſe ſolus eſt. Si enim mẽtem rectè dicimus principale hominis, id eſt quaſi caput humanæ ſubſtantiæ, cum ipſe homo cum mente ſit homo, cur nõ multo congruentius verbum cum patre ſimul deus: deus dicitur eſſe caput Chriſti, quamuis Chriſtus homo, niſi cũ verbo quod caro factum eſt intelligi non poſſit. Eſt ergo deus, id eſt diuina eſſentia vel trinitas. Caput Chriſti ſecundum quod homo, quia diuinitas vtpote creatrix caput eſt creaturæ aſſumptæ. Hac intepretatione non poteſtas filij minuitur, ſed miſericordia prædicatur. [Omnis vir orans aut prophetãs velato capite, deturpat caput ſuum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum. Vnum enim eſt, ac ſi decaluetur. Nam ſi non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpè eſt mulieri tonderi aut decaluari, velet caput ſuum. Vir quidem non debet velare caput ſuum, quoniam imago & gloria dei eſt: mulier autem gloria viri eſt.] Omnis vir, quaſi dicat. Et quia viri caput Chriſtus eſt, ſine alio mediante, & per Chriſtum deus, ideò in ſignum libertatis, vir non debet habere velum quod eſt ſubiectionis ſignũ, quia Vir omnis, etiam potens vel ſapiens, Orans, aliquid à deo, Aut prophetans, id eſt ſcripturas referans, Velato capite, quaſi

Idem in eodem.

Auguſt. in ſymbolo.

Augu. de trinitate.

Augu. de trinitate.

quaſi non ſit liberæ mentis, Deturpat caput ſuum.i. turpe eſt ei illud agere velato capite. In aliis enim vbi opus eſt poteſt velare, ſed nondum ſuo iudici ſe offert, & colloquitur, vbi conditionem ſuam neceſſe eſt profiteri, Omnis autem mulier orãs, quæ inferior eſt, & ſubiecta viro, quia vir caput eſt mulieris, Orans aut prophetans non velato capite. ſ. ſine ſigno ſubiectionis quam debet viro, quaſi nihil ſit medium ad deum, Deturpat caput ſuum. Et verè. Vnũ eſt enim, id eſt tantundem eſt ad turpitudinem, Ac ſi decaluetur. Nam ſi non velatur. q.d. non velata idem, ac ſi decaluetur, quod & fiet vtique quia aut decaluabitur aut tondebitur, quod conſtat eam nolle. Et hoc ita ait, Nam ſi non velatur mulier, tondeatur. Si verò. q.d. mulier non velata decaluetur, vel etiam tondeatur, ſed Si turpe eſt mulieri tonderi aut decaluari velet caput ſuum. Vir quidem, qui maior eſt, Non debet velare caput ſuum, id eſt ſubiectionis habere ſignum, quaſi non ſit liber ad deum. Velamen hîc intelligendum eſt non omne ſed quoddam, quo vtebantur antiqui & adhuc etiam vtuntur pleriq́ue alicubi, quo totum caput obuoluebatur, & eſt penè ſimile velamini mulierum. Quoniam &c. q.d. Vir non debet velare, & honor obſtat ne velet. Quoniam vir eſt imago & gloria dei, quæ non debet aſcondi. Incongruum eſt enim vt imago & gloria dei celetur quæ videtur in viro. Vir enim ad imaginem dei factus eſt non mulier. Sed quæ eſt imago dei in viro? hæc. ſ. quod vnus deus, vnum fecit hominẽ: vt ſicut ex eo omnia ſunt, ſic ex iſto omnes homines eſſent, vt vnius dei inuiſibilis vnus homo viſibilis imaginem gerat in terris, vt vnus deus in vno homine authoritatem vnius principij videretur conſeruare ad confuſionem diaboli, qui neglecto vno deo ſibi dominium vſurpare voluit. Inde igitur vir eſt imago dei, quia ſicut ex deo ſunt omnia, ſic ex Adam omnes homines: & ſic conſeruat authoritatẽ principij, quod ab vno deo ſunt omnia, contra illum qui deus eſſe voluit. Vel in hoc habet ſimilitudinem dei, quia ſicut de latere Chriſti in morte dormientis origo eccleſiæ fluxit, ſcilicet ſanguis & aqua quibus ſignificantur ſacramenta per quæ ſaluatur eccleſia: ſic de latere Adæ nata eſt ſibi ſponſa, quia inde ſumpta coſta de qua formata eſt

Ambroſi⁹ Ambroſi⁹ Aimo.

Eua. Et sicut Christus præest, & regit ecclesiam, & ecclesia subseruit ei: ita vir præest & regit mulierem, & ideò nó habeat vir signum subiectionis sed libertatis & prælationis. Et gloria dei est vir, quia ex eo est, & quia deum principaliter glorificat. Mulier autem gloria est viri. Ex quo ipsa est, & cui subseruit. Vel vir dicitur esse imago dei, quia principaliter creatus est ad imaginem dei, in quo naturaliter amplius quàm in muliere viget ratio, quasi ipse sit ratio. Et attende diligēter quod hîc dicitur homo imago dei. & in Genesi legitur, Factus ad imaginem dei: vbi dicitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et nota etiam quod pluraliter dictum est, Faciamus & nostram, quod nisi ex relatiuis accipi non oportet. Non enim intelligendum est, vt facerent dij, vel vt ad imaginem deorum sit factus, sed vt facerent pater & filius & spiritus sanctus. Ad imaginem ergo patris & filij & spiritus sancti, vt subsisteret homo imago dei factus est, & quia non omnino æqualis fiebat illa imago dei, tanquam non ab illo nata, sed ab illo creata, huius rei significandæ causa ita esse imago dei dicitur, vt ad imaginem factus esse non sileatur, quia non est ei æqualis, sed quadam similitudine accedit. Non enim locorum interuallo, sed similitudine acceditur ad deum, & similitudine receditur ab eo. Homo ergo cum sit imago, propter imparem similitudinem dictus est etiam ad imaginem dei factus. Filius autem imago patris, & non ad imaginem in quantum deus est, quia æqualis est patri, cuius solius imago est. Homo autem imago trinitatis est, & ad imaginem. Vnde, Fecit deus hominem ad imaginem suam, vt sicut deus præest omnibus creaturis per omnipotentiam: sic homo vniuersis animalibus terrenis per intelligentiam præesset. Et ipse est gloria dei, cum dei sapientiam sequitur. Mulier autem gloria viri est, quia facta est in adiutorium viri non ad carnalem concupiscentiam, quia nec corruptibilia corpora tunc habebant, antequam eos mortalitas inuaderet, sed vt haberet vir gloriam de ea, cum eam præiret ad deū, & se ei daret imitandū sanctitate, sicut ipse gloria dei esset, cum eius sapiētiā sequeretur. Vnde subdit.

Augu. de trinitate.

Augu. de catechizā dis rudib.

[Non

[Non enim vir ex muliere eſt,ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. Ideò debet mulier velamen habere ſupra caput ſuum,& propter angelos.] Non enim &c.quaſi dicat. Mulier eſt gloria viri,nō vir,eius:quod oſtēdit ordo creationis. Quia nō eſt vir.ſ. Adā, Ex muliere.ſ. Eua: Sed mulier ſ. Eua, eſt, Ex viro. ſ. Adam & cur mulier eſt alia ratio eſt gloria viri. Etenim, id eſt quia, Non eſt creatus vir.ſ. Adam, Propter mulierem,id eſt in auxilium Euæ: Sed mulier,id eſt Eua, Propter virum,id eſt in adiutorium viri,& ideò, ſcilicet vt oſtendatur mulier ſubiecta viro. Et, quia per eam præuaricatio cœpit, Debet mulier habere velamē ſuper caput,vt nō habeat caput liberū in eccleſia, ſine velamine. Et hoc propter angelos.i.ꝓpter reuerētiā ſacerdotū.quia nuncij dei ſunt,vt ſicut ante iudicē domini, ita ante vicariū eius ſacerdotē ſit ſubiecta viro. Vel, Propter angelos,ſcilicet ne ſacerdotes in eius faciē inſpicientes irritentur ad libidinem. Aliter ab illo loco, Quoniam imago &c. Apoſtolus dicit quod vir eſt imago dei. & ideò velamen capitis ei demit, quod mulieri adhibendum monet,quia ipſa non eſt imago dei. Sed quid dicemus ad hęc? cur & mulier non eſt imago dei? videtur vtique hoc contrarium eſſe illi,quod in Geneſi dicitur, Fecit deus hominem ad imaginem dei, maſculum & fœminam fecit eos. Quomodo ergo vir eſt imago dei, vt non velet caput, & non mulier vt velet? Sed credo hoc eſſe in natura humanæ mentis,quod dicit Apoſtolus. Et myſticè loquitur de velatione: aliter enim niſi aliquod ſecretum referatur,inane eſt quod dicitur. Sicut enim non ſolum veraciſſima ratio, ſed etiam ipſius Apoſtoli declarat authoritas, homo factus eſt ad imaginem dei, non ſecundum formam corporis, ſed ſecundum rationalem mentem in qua dicitur renouari in agnitione dei ab eodem Apoſtolo, Renouamini ſpiritu mentis veſtræ,& induite n.h.qui ſ.d.c.eſt. Et alibi, Induite nouum hominem qui renouatur in agnitione dei, ſecundum imaginem eius qui creauit eum. Si ergo ſpiritu mentis noſtræ renouamur & ipſe eſt nouus homo,qui renouatur in agnitione dei ſecundum imaginē eius qui creauit eum, nulli dubium eſt hominem eſſe factum

Ambroſ. *Augu.de trinitate.* *Auguſt.* *Augu.de trinitate.*

ctum ad imaginem dei, non secundum corpus neque secundum quamlibet animi,partem, sed secundum rationalemmentem, vbi potest esse cognitio dei, vbi & nullus sexus est.s. in spiritu mentis, sed idem est ibi fœmina cũ viro,& mulier cum viro,id est tota illa substãtia vna est imago dei,quia natura ipsa humana & ad imaginem dei facta est & imago dei, & ipsa tota est imago dei, quia in vtróq; sexu imago dei cõpletur, à qua imagine fœmina nõ separatur,sicut nec à gratia renouationis &reformatione imaginis dei excluditur. Habet vtiq; mulier mentẽ suã rationalem secundum quam & ipsa facta est ad imaginem dei. Nihil ergo fœminam alienat à consortio imaginis,quę & in ipsa prima conditione hominis habebat mentem rationalem secundum quam ipsa etiam facta est ad imaginem dei. Fecit ergo deus hominem totum ad imaginem suam, hoc vtique secundum spiritum:sed propter vnitatem coniunctionis inquit, Fecit deus hominem ad imaginem dei. Et ne quisquam putaret solum spiritum hominis factum,in quo imago dei est,subiunxit, Masculum & fœminam fecit eos, hoc secundum corpus, vbi duo esse discernuntur secundum sexum, cum prius singularem numerum posuerit,propter coniunctionis vnitatem. Est ergo in mentibus eorum communis natura, sed in sexu corporis significatur distributio mentis. Est enim pars animæ vel mentis eminens,quæ se extendit in id quod æternum est contemplando veritatem, & hæc est imago dei quæ æternis rationibus conspiciendis vel consulendis adhæret, & ideò non est cohibenda velo vt se inde contineat & ideò vir nõ debet velare caput. Est & altera pars animæ inferior quæ deriuatur ad actionem temporalium quadam intentione, & sic ipsa anima ex qua parte cõsulit veritatẽ & cõspicit, imago dei est. Ex qua verò intendit ad agenda ista inferiora,non est imago dei:quia verò in his rebus corporalibus temporalibusq; periculosa est nimis in inferiora progressio, ideò habet potestatem super caput qua cohibeatur,quod indicat velamen capitis mulieris. Quod ergo ad totum virum pertinet, imago dei est: Quod verò ad eam solá pertinet quæ ei in adiutorium tribuitur, non est imago dei: quia non est imago dei, nisi quod inhæret incom-

August. super Gene.
Augu. de trinitate.
August. super Gene.

mutabili veritati. In cuius rei figura Apostolus dicit virũ tantum esse imaginem & gloriam dei, mulierem autẽ gloriam viri. Hoc igitur & si in duobus hominib⁹ diuersi exterius sexus figuratum sit, tamen in eodem vno interiori homine intelligitur, cuius superior vis, id est ratio vir dicitur, vel principale mentis: quia debet regere inferius sensualitatem. & iste vir est Imago dei, quia inhæret contemplandæ incommutabili veritati. Et gloria dei, dum ratio subiugat sibi sensualitatẽ: quod tũc ordinatissimè fit, cũ caput viri Christus est. Mulier autem gloria est viri. Mulier est ipsa sensualitas, quæ benè significatur per mulierẽ, quia in fœmina naturaliter præualet, quæ subseruiendo gloria est rationis. Ideóque dicitur, Non est bonum solum esse hominem. Ad hoc enim bonum erat vt fieret, vt non solum anima dominaretur corpori quod seruilem locum obtinet, sed etiam virilis ratio subiugaret sibi animalem partem, vt appetitum animalem per quem voluptates corporis operamur, habeat mens interior tanquam virilis ratio subiugatum, sic debet vir fœminam regere, nec eam permittere dominari in virum. Quod si animalis pars immoderato progressu nimis in exteriora prolabitur consentiẽte capite suo, scilicet ratione. i. non eam cohibente atque refrenante, illa quæ in specula consilij præsidet virili portione, peruersa est, & misera domus vbi mulier dominatur in virum. Inueteraturque interior homo inter inimicos suos inuidos virtutis, scilicet dæmones, æternorumq́; visio ab ipso etiam viro cum coniuge ad instar primorũ parentum vetitum manducante subtrahitur, vt lumen oculorum eius non sit cum illo, & sic ab illa illustratione veritatis mox ambo nudati apertis oculis cõscientiæ ad videndum quam indecori, & inhonesti sunt, tanquam folia dulciũ fructuum sine ipsis fructibus. i. sine bonis operibus bona verba contexunt, vt malè viuentes benè loquẽdo turpitudinẽ suã cõtegant. Da memorię quia secũdum quosdã sensualis motus animæ est pro serpẽte, inferior portio rationis pro muliere, superior portio rationis est pro viro. Illecebræ cõsentire est cibum vetitũ edere. Si sola cogitationis delectatio est, fœmina sola comedit: si vero mala cogitatio in actum mittitur, vel voluntas perficiendi assit, tunc etiã vir

cum

Augu. cõtra Manichæos.

Augu. de trinitate.

Augu. de trinitate.

cum fœmina cibum vetitum gustat. Alij verò non improbabiliter ponunt sensumcorporis pro serpente: sensualitatem, pro fœmina: rationem, pro viro. Hæc autem disputatio qua in mēte vniuscuiusque hominis quæsiuimus quoddam rationale coniugiumcontemp lationis, & actionis officiis per quædam singula distribuitis. tamē in vtroq; mētis vnitate seruata ad hoc tantummodo audiēda est vt intelligatur Apostolus imaginem dei tantum viro tribuēdo non etiam fœminæ, quanuis in diuerso sexu duorum hominum aliquid tamen significare voluisse quod in vno homine quæreretur. Non enim, quasi dicat mulier. i. sensualitas est, Gloria viri. i. rationis de qua non est vir. Non est enim vir. i. ratio. Et muliere, id est sensualitate, vt à sensuali portione regatur rationalis. Sed mulier, id est sensualitas est ex viro, scilicet vt ab eo regatur. Ac si diceret, distributio vtriusque indicat, vt quod spirituale est regat illud quod animale est, & non ediuerso. Et sic decet, Etenim, id est quia, Non est creatus vir, id est rationalis, Propter mulierem, scilicet vt seruiat sensualitati, sed econtrario. Mulier propter virum, id est sensualitas vt subseruiat rationi, & ideò mulier debet habere velamen super caput, scilicet ad significandum quòd sensualitas debet subiici rationi, Propter angelos. Grata est enim sanctis angelis & sacrata & pia significatio. Nam deus nō ad tēpus videt nec aliquid noui est in eius visione & scientia, cum aliquid temporaliter & transitoriè geritur, sicut inde afficiūtur sensus vel carnales hominum, vel etiam cælestes angelorum. Angelici enim spiritus nobis adesse credendi sunt, maximè cum diuinis mancipamur obsequiis, id est cum ecclesiam ingressi vel lectionibus sacris autem accommodamus, vel psalmodiæ operam damus, vel orationi incumbimus, vel missarum solennia celebramus. Ideò Apostolus monet mulieres habere velamen propter angelos. Nec dubitari licet vbi corporis dominici, & sanguinis mysteria geruntur supernorum ciuium adesse conuentus qui monumentum quo venerabile corpus fuerat positum, & vnde resurgendo abscesserat tam sedulis excubiis seruarunt. [Veruntamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in domino. Nam sicut

Augu. de trinitate.

Bedaī homelia quadā dicēda in pascha.

mulier de viro: ita & vir per mulierem. Omnia autem ex deo. Vosipsi iudicate. Decet mulierem non velatam orare Deum? Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat ignominia est illi, mulier vero si comã nutriat gloria est illi? quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Si quis autem videtur contensiosus esse, nos talem cõsuetudinem non habemus, neque ecclesia dei. Hoc autem præcipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis.] Veruntamen. Quanuis in primis, id est in prima conditione non sit vir de fœmina, sed ediuerso. Veruntamen, in subsequenti generatione non est hoc, quia neque vir sine muliere est, Neque mulier sine viro in domino, scilicet secundum dominum. i. secundum operationem domini, in quo alter sine altero non creatur, qui etiã primitus creauit ex vno ambos, id est ex vna materia, quia mulierem de viro formauit, & ambos in natura fecit vnũ, & quod vnum in natura sint, confirmat Apostolus. Nam sicut mulier, prius, de viro facta est, ita & vir postea nascitur per mulierem. Omnia autem, postquam gradatim singula dixit vt omnia deo vni principio subiiceret, addit, Omnia autem, scilicet & corpus & anima vtriusque, Ex deo, auctore, Sunt, hoc ideò dicit vt neque mulier de subiectione doleat, nec vir de exaltatione superbiat. Vel ita, Veruntamen, quasi dicat licet per mulierem præuaricatio cœperit, & viro subiecta sit, Veruntamen nec vir sine muliere, nec mulier sine viro est in domino, id est fide Christi, quia non ita se habet vter. i. alter eorum in Christo domino, vt admisso viro mulier excludatur à salute, neque admissa muliere vir excludatur. Reddit autem causam, quòd altero admisso, alter non sit excludẽdus, subdẽs, Nam sicut mulier de viro ita vir per mulierem, hoc non mutatur. Vos autem. Quia Corinthij eius traditionẽ non seruauerant, propter quod superius eis succenset, vbi dicit, Laudo vos &c. Ideò non ex authoritate traditionis quam neglexerant suadet veritatem, sed ex natura quæ docet vt velatæ sint mulieres in ecclesia, vbi eas reuelatas esse illi patiebantur agentes contra sacramẽtum velationis & ordinem creationis. q. d. & cum hæc prædicta ita sint, vos Ipsi iudicate, istud, An decet mulierẽ non velatam, orare deum?

Ambros.

Ambrosi⁹

ambrosi⁹.

ambrosi⁹

Ambros.

deũ? nec ipsa natura docet vos. Natura nos docet, Quod. i. quia, Vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi. hîc secundum legem locutus est, quæ prohibet virum esse comatum. Quòd si quis opponat de Samuele, & prophetis veteris testaméti qui capita sua non tõdebãt, cogitet quid intersit inter illud velamentum mysticum & hanc tõsurã. De Nazareis aliud est, quibus specialiter præceptũ est in Deuterono. vt comã nutriãt. Illud enim velamẽtum. i. coma sanctorum idem significabat quod velamen positũ super faciẽ Mosi. i. velamẽ lectionis veteris testaméti. hęc autem tonsura reuelationem euangelicæ gratiæ significat. Coma ergo Samuelis & prophetarum pro velamine veteris testamenti olim habita, nunc in reuelatione euangelij deponitur. De qua dicit Apostolus, Cum transieris ad Christum auferetur velamen. Mulier, si comam nutriat gloria est illi, Ideò gloria est mulieri, quia naturaliter hoc habet pro velamine. vnde subdit, Quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Coma. n. indiciũ velaminis est, ideò naturaliter hoc honestum est vt velata sit mulier, & obediat, vt naturæ voluntas addatur, quæ ad hoc habet velamẽ vt ream se cognoscat, & subditam, & ideò gloria est illi, si comam habet, quia naturaliter habet. Ad hoc. n. naturalis ratio consentit, & ideò vir non naturaliter comatus est, quia non est reuelandus, & lex etiã prohibet virũ esse comatũ. Si quis autem. Post rationem redditam, vt vincat contentiosos ponit authoritatem, quia dissertione non vult vti, sed authoritate. q. d. natura etiã docet quod trado. Si quis autem videtur contentiosus esse. s. qui non vult adquiescere nobis: dicimus quod Nos, Iudæi. i. nos Apostoli qui de Iudęis sumus, Non habemus talem consuetudinem, neque ecclesia dei, de aliis gẽtibus ad fidem Christi vocata. i. nec Moses nec Christus sic docuit. s. vt vir velet caput & non mulier. Hoc autem, quod dictum est de velãdis capitibus, Ego præcipio obseruari. Authoritate præcepti vtitur Apostolus, vt obtemperẽt. Valde enim iniquum est velle sibi obtemperari à minoribus, & nolle obtemperare maioribus. Et hîc ostendit quædam esse de quibus non est disputandum, sed authori præcipienti adquiescendum. Vnde ait, Hoc autem præcipio. s. vt non differentis solertia

Augu. de opere monachorũ.

August.

Ambrosi.

Ambro.
August.
Hierony.
Ambros.

Augu. de opere monachorũ.

requiratur, sed præcipientis authoritas attendatur. Non laudans quod non in melius, &c. Postquam egit de velamine capitis vbi plurimum à veritate deuiabant, incipit de dominica cœna agere, in qua ipsi iidem multum peccabãt, quasi dicat. Quod dictum est de velando vel non velando capite, pręcipio vtique, Non laudans, sed improbans, quòd Conuenitis ad dominicam cœnam, Non in melius, scilicet vt diceret, Sed in deterius, id est non ad vsum perfectionis, sed ad detrimentum damnationis, quod ex pluribus potest ostendi. [Primum quidem conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnũ, iam non est dominicam cœnam manducare.] Primũ quidem, ex hoc, quod vobis conuenientibus in ecclesiam dei, quod exigit vnitatẽ charitatis, vt sicut ibi corporaliter cõueniunt homines, ita & spiritualiter. s. affectu charitatis

Ambrosi⁹ vniãtur, audio Scissuras, id est discordias esse, Inter vos. Nota quod dicendo, Primum, ostendit quod primum malum dissensio est, vnde cætera oriuntur. Vbi enim dissensio est, nihil rectum est, audio scissuras esse inter vos. Et, id est etiam, Credo, esse, ex parte, id est in quibusdam vestrũ, quod non est inutile bonis. Nam oportet, id est vtile est etiam Hęreses esse, sicut erant in his qui dubitabant de resurrectione. scissuræ autem erant pro donis spiritualibus.

Augu. de ciuit. dei. Videns enim diabolus templa dæmonum deseri, & in nomen liberantis mediatoris currere genus humanũ, mouit hæreticos qui sub vocabulo Christiano doctrinæ resisterent christianę. Qui enim in ecclesia Christi morbidũ aliquid prauumque sapiunt, si correcti vt sanum rectumque sapiant resistunt contumaciter, suaque pestifera dogmata emendare nolunt sed defensare persistunt, hæretici fiũt, & habẽtur in exercitibus inimicis. Et hi etiam sic malo suo

August. prosunt veris catholicis, dum deus vtitur etiã malis benè, & diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Omnes enim inimici ecclesiæ vel errore cæcati, vel malitia deprauati prosunt, quia si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam: si verò malè sentiendo aduersantur, exercent eius sapientiam. Ab aduer-

sario

ſario enim mota quæſtio, diſcendi exiſtit occaſio. Multa quidem ad fidem catholicam pertinentia dum hæreticorũ callida inquietudine exagitantur, vt aduerſus eos defendi poſſint,& conſiderantur diligentius, & intelliguntur clarius,& prædicantur inſtantius. Extiterunt plures qui cæleſtium verborum ſimplicitatem pro voluntatis ſuæ ſenſu non veritatis ipſius abſolutione ſuſciperent, aliter interpretantes quàm dictorum virtus poſtulet. De intelligentia enim hæreſis non de ſcriptura eſt,& ſenſus non ſermo crimẽ eſt. Hæreticorũ.n.genus callidũ nõ ſpiritu ſapiẽtię, ſed ſapientiæ dum pacem catholicam perturbant, in vſum cedit proficientium: ſecundum illud, filius eruditus ſapiẽs erit, imprudente autem miniſtro vtetur. Vtamur ergo etiã hæreticis non vt eorum approbemus errores, ſed vt catholicam doctrinam aduerſus eorum inſidias aſſerentes, vigilantiores,& cautiores ſimus. Proſunt ergo nobis hæretici non verum docendo quod neſciunt, ſed ad verum quærẽdum & aperiendum catholicos excitando. Ideóque diuina prouidẽtia hæreticos eſſe multos permittit, vt cũ inſultant nobis & interrogant nos quæ neſcimus,& ſic excutiamus pigritiam,& diuinas ſcripturas noſſe cupiamus. vnde ait, Oportet hæreſes eſſe. Non vult Apoſtolus nec optat vt hæreſes ſint: ſed quia ſic futurum eſt, dicit, Et quia hoc vtile eſt. Ad quid autem eſt vtile, ſubdit, vt non tantum reprobi, qui dicunt ego ſum Pauli, ſed etiam Qui probati ſunt in vobis, id eſt inter vos. Sicut illi qui dicunt ego ſum Chriſti, manifeſti fiant hominibus. Hi enim deo probati ſunt, qui benè poſſunt docere, ſed manifeſti hominibus eſſe non poſſunt, niſi cum docent. Docere autem nolunt, niſi eos qui doceri quærunt, ſed multi ad quærendum pigri ſunt, niſi per moleſtias & inſultationes hæreticorum quaſi de ſomno excitentur. Hæreticus verò eſt qui alicuius temporalis cõmodi,& maximę gloriæ principatuſque ſui gratia falſas ac nouas opiniones vel gignit vel ſequitur, qui autem huiuſmodi credit, imaginatione veritatis ac pietatis illuſus eſt. Conuenientibus &c. Hîc redarguit eos de hoc quod corpus dominicum non eo ordine ſumebant quo ſumi oportebat. Inter prandia enim vel poſt prandia euchariſtiam ſumebant quod ieiuni potius facere deberent.

Idem in eodem.

Augu. de vera reli.

Augu. cõtra Manichæos.

Augu. cõtra Manichæos.

Quid ſit hæretic⁹.

Augu de vtilitate credendi.

Huius autem rei faciendæ occasionem sumpserunt ex eo quod dominus manducantibus discipulis accepit panem & benedixit, & eis tradidit iam celebrato veteri pascha, quasi dicat. Et quia in vobis scissuræ sunt, ergo Conuenientibus vobis in vnum, quod fieri quidem debet nō tam corporum consortio, quàm cordium conglutino. Iam.i.ex hoc solo q̄ scissuræ sunt in vobis, Non est.i.nō licet, Mãducare dominicam cœnã. Vel, Iam, id est in præsenti hoc damnum habetis.s.quod Non est.i.non licet vobis, Manducare dominicam cœnam, in futuro peius erit vobis. Dominicam cœnam dicit acceptionem eucharistiæ, quam nõ debent pransi sumere, vel mensis suis miscere, vt faciebant illi quos arguit Apostolus, sed ieiuni, in honorem tãti sacramenti. licet enim Christus post cœnam dederit discipulis suis corpus & sanguinem suum, non ideò tamen calumniandum est vniuersæ ecclesiæ, quod à ieiunis semper sumitur. Nam saluator quo vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus ad passioné digressurus erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur, Apostolis per quos ecclesias dispositurus erat, seruauit docendum. [Vnusquisque.n.suã cœnam præsumit ad mãducandũ. Et alius quidẽ esurit, alius autẽ ebrius est. Nũquid domos nõ habetis ad mãducãtũ & bibẽdũ? Aut ecclesiã dei contemnitis eos, & cõfunditis qui non habẽt? Quid dicam vobis? Laudo vos, in hoc nõ laudo.] Vnusquisque enim.q. Ideò nõ licet vobis mãducare, quia, Vnusquisq; vestrũ, cõtendẽtium ante dominicam cœnã, Præsumit, non ad erogandum pauperibus, sed, Ad mãducandum cœnam suam. Et alius quidẽ esurit, cui nihil datis. Alius autẽ ebrius est, cũ sobrij esse deberetis. Multipliciter tãgit eos, qui autem prãsi sumebãt corpus dñi, & de prãdio suo luxurioso nihil tribuebãt esuriẽtibus, & hoc faciebãt in ecclesia. Nũquid non.q.d. Cœnã vestrã mãducatis ante dominicã, nec pauperibus tribuitis, sed Nũquid habetis domos ad mãducãdum & bibendum? q.d. in domibus potius hoc esset faciẽdum. Aut ecclesiam dei, id est domum orationis, Contemnitis? Quasi dicat, Quod verè facitis, & si non putatis. Et confunditis, id est erubescere facitis, Eos qui non habent

Augu. ad Ianuariũ.

August. in eodem.

habent, vtique facitis. Nota quòd in ecclesiam homines sunt de quibus dicitur, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, hoc tamen nomine vocari ipsam domum orationis, Apostolus testatur dicens, An ecclesiam dei contemnitis, & hoc quotidianus vsus loquendi obtinuit, vt in ecclesiam prodire, vel confugere non dicatur, nisi qui ad locum ipsum parietésque prodierit, vel confugerit, quibus ecclesiæ congregatio continetur. Vel aliter potest legi. Vnusquisque enim &c. Notat illos qui munera quæ offerebát altaribus sibi resumebant, nec aliis non habentibus communicari sinebant. Offerebant enim diuites panem & vinum abundanter, vt benedictione & consecratione sacerdotali consecraretur, & dominici corporis & sanguinis sacramẽtum confiteretur. Post celebrationem verò sacri mysterij, & consecrationem panis & vini suas oblationes vendicabant, & aliis nõ communicantes soli sumebant, vt inde etiam inebriarentur aliis esurientibus. q. d. ideo nõ licet nobis mãducare dominicam cœnam, quia, Vnusquisq; enim ad manducandum suam cœnam, resumẽs totum quod obtulit. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Et ita agitis contra significationem, & ordinem sacramẽti. Munus enim oblatum totius populi fit. i. vniuersis cõmunicari debet. Quia in vno pane omnes figurantur. Per idem quod omnes vnum sunt, de vno sumere oportet. Hos ergo notat, qui in ecclesia vbi causa vnitatis & mysterij conuenitur, suas oblationes causa dissensionis, quam pseudo seminauerunt sibi vendicabant. Tantas enim dissensiones inter eos pseudo seminauerant, vt suas zelarẽt oblationes, & vendicarent, cum vna eadémq; prece omnium oblationes benedicerẽtur, & hoc ita faciebant, vt cæteri vnde offerrent non habentes, pudore cõfunderentur, non sumentes partem, & hoc tam cito agebãt, vt supernæ mentes nihil inuenirent quod ederent. Et dum sic agerent domi potius hęc agenda dicit, quàm in ecclesia, subdens, Nunquid domos, &c. quæ patent vsq; ibi. Quid dicam? q. d. Et cum hæc facitis, quid dicam vobis: Non inuenio quid dignum sit vobis. Laudo vos, in aliis, sed, In hoc non laudo, id est in hoc nihil laudabile inuenio in vobis. Vel ita distingue literam. Laudo vos in hoc? vtique nõ laudo. Sed vt corri-

Aug. in lib. quæst. Leuitici.

Ambros.

Ambros.

Ambros.

Ambro.

gantur

gantur de errore suo, formam quæ à Christo in huiusmodi re data est, iterat subdens. [Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agés fregit & dixit, Accipite & manducate. Hoc est corpus meũ quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit dicens, Hîc calix nouum testamentũ est in meo sanguine. Hoc facite quotienscunque bibetis in meam commemorationem.] Ego enim. q. d. Ideò non laudo vos de hoc, quia corpus domini est quod sumere debetis, & in eius commemoratione. Quod & ego & à domino accepi, id est didici, & vobis tradidi, scilicet, Quoniam dominus noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur. s. iam imminente passione, in nocte enim passus, id est ad patiendum captus & detentus ad lucem resurrectionis venit. Tũc, inquam, accepit panem & gratias agens, de reparatione hominum sic futura, Fregit, vnum omnibus dedit, vt in vnitate maneant: & dum fregit, spontaneam suam passionem ostendit. Fregit autẽ in sacramento. s. secundum quod videbatur, & integrum esse à fidelibus credebatur. Et dixit, Accipite & manducate, scilicet, vt conformes mihi sitis. Ipsa enim sacramentalis assumptio capitis & membrorum vnionem designat, & facit digne celebrata. Dixit etiam, Hoc. quod aliud videtur, Est corpus meũ. Illud idem substantialiter. Quod pro nobis tradetur. Non ergo quia aliquis non ad salutem accipit: ideo minus est corpus & sanguis quod accipit. Hoc, quod dixi, Facite, id est corpus meum accipite & manducate. In meam commemorationem, id est in memoriã passionis & mortis meæ, vt sicut præcessit sequamini. Similiter, scilicet pro nostra salute & exhortatione. Et calicẽ accepit postquã cœnauit, scilicet iam finito veteri pascha dicens, Hîc calix est nouum testa. in meo sanguine. q. d. id quod cõtinet hîc calix, est meus sanguis, in quo effusio cõfirmatur no. test. id est doctrina euangelica, quia testamẽtum in mortuis confirmatur. Vel, Est nouum test. i. noua promissio non temporalis sed æterni boni. In veteri enim lege carnalia offerebantur, & carnalia iuxta literã promittebantur. In nouo autem vbi sacerdos est victima, cæleste est

August.

August.

August.

est quod offertur,& cæleste est quod promittitur. Testamentum enim nouum vel vetus, etiam in sacra pagina accipitur, siue doctrina in qua continetur ꝓmissio, vetus vel nouum, siue ipsa promissio. Et dicit, Quotienscunq; sumitis, facite in meam commemorationem, id est, in memoriã passionis meæ & mortis. Ostendit Apostolus ex his verbis, mysteriũ eucharistiæ inter cœnandum celebratum nõ cœnam esse, medicina enim spiritalis est quæ cum reuerẽtia degustata purificat sibi deuotũ, & memoria est nostræ redemptionis, vt redemptoris nostri memores, maiora ab eo consequi mereamur. Et quia in morte Christi liberati sumus, huius in edendo & bibendo carnem & sanguinem memores esse debemus, in hoc consecuti nouum testamentum, quod est noua lex, quæ obedientem sibi, tradit cælestibus regnis. Testamentum ergo sanguine constitutum est, quia beneficij diuini sanguis testis est. Vnde ad tuitionẽ corporis & animæ percipimus, quia caro Christi pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra sumitur. Et effusus est sicut præfigurauit Moses dicens, Caro, inquit, ꝑ corpore nostro offertur, sanguis vero pro anima. Ideóq; non manducandum esse sanguinẽ lex præcipit. Et quia de corpore dñi plenior hic tractatus occurrit, breuiter quæ de sacramento corporis & sanguinis scienda sunt videamus. Itaque dominus noster Iesus Christus de hoc mundo ad inuisibilia æternæ maiestatis transiturus celebrato sacramento veteris paschę post typicum agnum in vltimo corpus suũ & sanguinem in specie panis & vini tradidit discipulis. Vbi diligẽter animaduertendũ est quare post typici agni sacramentum sui corporis & sanguinis sacramentum dedit Apostolis, & quare sub alia specie: & cum sub alia, quare potius sub ista: & cum sub ista, quare sub dupli ci: deinde quare aqua admisceatur: post quid à bonis & quid à malis sumatur: deinde quę ibi vidẽtur esse vel fieri, vtrum verè sint vel non. Sciendũ igitur ideo post celebratum vetus pasca, dominũ corpus & sanguinem suum dedisse discipulis, vt ostenderet veteris legis sacramẽta cessatura. inter quæ pręcipuũ erat agni paschalis sacramẽtum, & nouę legis sacramenta instituẽda inter quę excellit dominici corporis sacramentum. Ideóq; etiam post alia dedit,

Ambro.

Ambrosi⁹

Nota.

vt

vt memoriæ discipulorum tenacius infigeretur, & ab eccle sia deinceps frequentaretur, Sub alia verò specie ide otradidit & à fidelibus deinceps sumendum instituit, vt fides haberet meritum quæ non est de his quæ videntur. Quia fides non habet meritum cui h. r. præ. ex. Et ne abhorreret oculus, quod teneret manus, & ne ab incredulis nobis insultaretur: In hac enim specie tradidit, quia res huius speciei expressam habet similitudinem, cum vtraq; re huius sacramenti, contenta. s. & significata, & significata & non contenta. Res contenta & significata est caro Christi, quā de virgine traxit, & sanguis quē pro nobis fudit. Res autē significata, & nō contenta est vnitas ecclesiæ in prędestinatis vocatis, iustificatis, & glorificatis. Hęc est duplex caro Christi. Vnde Hiero. ait, Dupliciter ītelligitur caro Christi, vel illa quę crucifixa est & sepulta, vel illa spiritualis atque diuina de qua ipse dicit, Caro mea verè cibus est, & sanguis meus verè est potus. Et item, Qui manducat meā carnē in me manet, & ego in eo &c. Sunt itaq; tria in hoc sacramento consideranda, vnum quod tantum est sacramentum, alterū quod est sacramentum & res, tertium quod res & non sacramentum. Sacramentum & non res est species visibilis panis, vel vini. Sacramentum & res, caro Christi propria & sanguis. Res & non sacramētum est mystica Christi caro. Porrò species illa visibilis sacramentum est geminæ rei, contentæ. s. & significatæ. Sacramentum verò est sacrę rei signum, & species illa vtranque rem significat, & vtriusq; rei gerit expressam similitudinem. Nam sicut panis præ cæteris cibis corpus reficit, & sustentat, & vinum hominem lætificat atq; inebriat, sic caro Christi interiorem hominem magis cæteris gratiis spiritualiter reficit & saginat, quē & sanguis spiritualiter lætificat, & sic inebriat, vt sobriū reddat. Vnde, Calix tuus inebrians, quàm præclarus est. Habet etiam similitudinē, cum re significata tantum, quæ est vnitas fidelium. Quia sicut ex multis granis conficitur vnus panis, & ex pluribus acinis vinum in vnum cōfluit, sic ex multis fidelium personis vnitas ecclesia constat, cuius etiam sacramentum est corpus Christi proprium, quod de virgine sumpsit. Quia sicut corpus Christi ex multis membris puris, & ab omni macula

Hierony.

macula peccati immunibus constat:ita & vnitas ecclesiastica ex multis personis mundis,& immaculatis consistit. In cuius rei typo facta est arca domini de lignis techni, quæ sunt imputribilia,& albæ spinæ similia. Ecce quare in hac specie dedit. Cum autem totus Christus sub specie panis totus sub specie vini sumatur,cur nõ in vna sed in duabus dedit? Ideò vt ostẽderetur Christus totam humanam naturam.i.animam & corpus assumpsisse,vt vtrunq; redimeret. Panis enim ad corpus refertur, vinum ad animam, quia vinum operatur sanguiné,in quo sedes animæ à physicis esse dicitur. Ideò ergo in duab⁹ speciebus celebratur hoc sacramẽtum,vt animæ & carnis susceptio in Christo, & vtriusq; liberatio in nobis significetur. Ideò vero apponitur aqua,vt ostẽdatur nostra redemptio facta per Christi passionem,& eius passio procurata pro nostra dilectione. Aqua enim,genus humanum significat. Vnde in Apocalypsi, Aquæ q̃uas vidistis populi sunt & gentes,quorum salus non posset esse sine passione domini,nec domini passio sine populi dilectione. Nisi enim nos diligeret,pro nobis se morti non traderet. Post hæc videndum vtrum à bonis,& malis corpus Christi & sanguis sumatur. Veruntamen ante hoc ostendi oportet verum corpus Christi esse in altari,quod à quibusdam incredulis esse negatur, quos & ipsa veritas confutat, dicens, Accipite, hoc est corpus meum:& sanctorum authoritates in medium deductę. Ait enim Ambrosius, Antequam consecretur panis est & vinum,vbi autẽ verba Christi operata fuerint,corpus & sanguis Christi efficitur. Item, Sermo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat,non potest ea quę sunt mutare in id quod non erant? Item Eusebius, Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbi sui secreta potestate cõmutat. Item, Est quidem etiã in peccatoribus,& indignè sumẽtibus vera Christi caro & verus sanguis,sed essentia,non salubri efficientia. Item, Multi accipiunt corpus domini indigni: de quibus Apostolus, Qui manducat corpus domini, & sanguinem bibit indignè,iudiciũ sibi mãducat & bibit. Per quod docemur,quàm sit cauendum male accipere bonum. Ecce enim factum est malum,dum male accipitur bonum,sicut contra

Aug. de sacramẽtis.

Eusebius. Emisenus

Gre. ĩ lib. dialogi.3.

Augu. de verbis euãgelij.

contra Apostolo factum est bonum cũ bene accipitur malum, id est, dum stimulus Satanæ ei datur, & patiẽter portatur. Ecce ex his sanctorum testimoniis liquet verũ Christi corpus esse in altari, & non modo à bonis, verum etiam à malis sumi. ¶ His autem quædam videntur repugnare quæ silentio prætereunda non sunt. Ait enim August. Bonus accipit sacramentum & rem sacramenti, malus vero sacramentum, & non rem. Ad quod dicemus, sacramentum hîc appellari corpus domini de virgine sumptũ, rem autẽ spiritualem carnem Christi quæ est vnitas fidelium. Bonus ergo accipit sacramentum .i. carnem Christi propriam & sanguinem, & rem .i. vnitatem fidelium, & gratię augmentum. Malus verò accipit sacramentum .i. corpus Christi sub sacramento, & non rem .i. vnitatem ecclesiæ. Et est, Bonus manducat spiritualiter & sacramentaliter, malus vero sacramentaliter tantum. Item, Non manducans manducat, & manducans non manducat, id est, non manducans sacramentaliter, manducat spiritualiter: & mãducans sacramentaliter, non manducat spiritualiter. Ad quod videtur illa collecta pertinere, Perficiãt in nobis domine quęsumus tua sacramẽta quod cõtinent, vt quæ nũc specie gerimus, rerum veritate capiamus, per dominum, est, vt sicut sub specie sacramentali carnem Christi sumimus, ita rei veritate, id est spiritualiter carnem Christi sumamus. Vel aliter, Perficiant in nobis, & cætera. id est, per hæc sacramenta præsta nobis, vt qui Christum sub sacramento videmus, & sumimus, in futuro eundem facie ad faciem, sicut est, videamus. Illud quoque huic veritati contraire videtur quod veritas dixit. Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem quem futuri sunt qui me crucifigent, sed sacramentum aliquod commendaui vobis. Ex his verbis calumniatores veritatis audaciam sumunt oblatrandi nobis, quibus ne à modo errare liceat, illud inuolutum euoluimus. Non hoc corpus, &c. id est non in hac specie manducaturi estis, sed in sacramento nõ morsibus discerptum, & laceratũ, vt putatis, sed integrum & illesum. Cum autẽ panis, vel vinum à sanctis dicatur, & à cunctis fidelibus credatur trãsire in substantiam corporis & sanguinis, quæ sit illa conuersio

Obiectio.

an for-

an formalis,an ſubſtantialis quæri ſolet. Quod autem formalis non ſit manifeſtum eſt, quia forma panis & vini remanet. Vtrum verò ſit ſubſtantialis perſpicuum non eſt. Quidam enim dicunt, ſic ſubſtantiam in ſubſtantiam trãſire vel conuerti,vt hæc fiat illa,nec illa augetur,nec concedunt quod hæc eſſe illa verè dici poſſit. Alij autẽ ſic dicunt,hanc in illam tranſire vel conuerti,quia ſub illis accidentibus ſub quibus prius erat ſubſtãtia panis & vini,poſt conſecrationẽ eſt ſubſtantia corporis & ſanguinis,quibus tamen ipſum corpus non afficitur. Nos autem incerta relinquẽtes, quod ex authoritatibus certum eſt profitemur, ſcilicet ſubſtantiam panis & vini in ſubſtantiam corporis & ſanguinis dominici conuerti, modum vẽro cõuerſionis ignorare non erubeſcimus fateri. De priori autem ſubſtãtia quędam remanent,ſcilicet color,ſapor,fõrma,pondus, quæ prioris ſubſtantiæ accidentia fuerunt,quæ nec ipſum Chriſti corpus afficiunt,nec in eo fundãtur. Si vero quæritur vbi fundẽtur, dicimus nobis potius videri quod ſint ſine ſubiecto,quàm in ſubiecto. ¶ De fractione etiam illa quæri ſolet, quæ ibi fieri videtur cuius rei vel in qua re ſit:cunque ibi non ſit alia ſubſtãtia quàm corpus Chriſti, ſi in aliqua ſubſtantia eſt,in ipſo corpore eſſe videtur, ſed contra cum ipſum corpus incorruptibile ſit,quia immortale eſt & impaſſibile,in ipſo non poſſe eſſe videtur. Vnde & Chriſtus redarguit carnalem ſenſum diſcipulorũ,qui putabant Chriſti carnem ſicut aliam in partes eſſe diuidendam, & morſibus lacerandã. Ideò plures dicũt quod non eſt ibi fractio,ſed videtur tantum. Quibus obiicitur,quod Ambro. ait, Nihil falſum putandũ eſt in ſacrificio veritatis,vel ſicut fit in magorum præſtigiis,vbi deluſione quadam falluntur oculi,vt videant eſſe quod nõ eſt. Ad quod illi dicunt, Non fallit nos viſus nec fallitur, quod eſſet, ſi crederetur ſic frangi,vt videtur:nec illuſio eſt,quia ad vtilitatem fidei,non ad deceptionem ſic fit. Alij dicũt quod ibi fit fractio.non quidẽ in corpore, ſed in ipſa forma panis ſacramẽtali,quod videtur Apoſtolus velle dicẽs, Panis quẽ frangimus. Item Auguſtinus, Quando Chriſtus manducatur vita mãducatur,nec partes de illo facimus,& quidem in ſacramento ſic fit. Item, Vnuſquiſq; partem ſuam accipit,

Obiectio.

accipit, per partes manducatur & manet integer. Ecce ex his patet quod integrum & incorruptũ corpus Christi mãducatur, & si fractio vel partitio ibi est, non in ipso est, sed in sacramento esse videtur. Alij dicunt quod ibi fit fractio & nullius rei, quia ibi nihil frangitur. Sicut enim sunt ibi accidentia sine subiecto, sic mirabiliter potest ibi esse fractio in accidenti, & sine omni re quæ frangatur. Magnum est enim & inscrutabile istud mysterium. Vnde Ambrosius, Quid quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse domini partus ex virgine, credere iubemur, discutere non permittimur. Sciendum etiã quod licet diuersę sint ibi species panis & vini, non tamen duo sacramenta dici debent. Sed vnum, quia sub vtraq; specie idem sumitur. Sciẽdum etiam quod in prolatione illorum verborum, hoc est corpus meum, & hîc est calix: mysteriũ consumatur, & panis in corpus Christi conuertitur.

Ambros.

¶ Solet etiã quæri quale dederit Apostolis, dicemus quale tunc erat, id est passibile & mortale. ¶ Præterea quæri solet, si non est ibi substantialis conuersio vti quibusdam placet, sed quodam locutionis tropo dicatur transire, vel conuerti hoc in illud: eo scilicet, quod sub illis accidentibus sumatur, sub quibus erat substantia panis & vini, quid de ipsa substantia panis, vel vini factum sit. Ad quod illi respondent, vel in præiacẽtem materiam resolutam, vel in nihilum redactã, quod potest ille facere qui de nihilo cuncta creauit. ¶ Solet etiam quæri si aqua non apponatur obliuione, vel negligẽtia, an irritum sit. Quod cum de authoritate nobis certum non sit, sine assertione quod nobis videtur, dicemus. Quòd si non animo introducendi hæresim, sed obliuione prætermittitur, non ideo minus conficitur. Veruntamen grauiter puniendum est, nec Græci aquam addunt. Illud etiam sciendum quod à brutis animalibus corpus Christi non sumitur, & si videatur. Quid ergo sumit materia? quid manducat? Fortè vel nihil, vel substantiam panis sub speciem suam redactã. Post hæc partes illæ quæ ibi videntur fieri quid significent videamus. Triforme est corpus Christi pars oblatæ in calicem missa, corpus Christi quod iam resurrexit monstrat, pars comesta, ambulãtem adhuc super terrã, pars in altari vsq; ad fi-

Sergius papa.

ad finem remanens missæ, corpora sanctorum vsque in finem sæculi in sepulchris iacentia. [Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.] Quotienscunque, &c. Hîc exponit in quam Christi commemorationem sumatur, mortis, scilicet, q.d. ideo debetis sumere in memoriam passionis. Quotienscunque enim manducabitis panẽ hunc & calicem bibetis mortem domini, pro vobis factã. Annunciabitis, id est repræsentabitis quod vtique faciendum est, Donec, dominus, Veniet, ad iudicium, quia hoc non mutabitur vsque tunc, sicut sacramẽta Iudæorum, & quia in commemoratione mortis debet sumi. Itaque quicunq; manducauerit hunc panem, vel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Ecce ex his patet quod sancta obsunt malis, in bonis sunt ad salutem, in malis ad iudicium: vtique sanctum est quod accipimus, nec ideo reus est qui accipit, quia illa res mala est quam accipit, sed quia ille malus male accipit, quod accipit. Quam cauẽdum est igitur male accipere bonum, quia male acceptum obest malis, sicut ediuerso, mala patienter portata prosunt bonis, vt Paulo angelus Satanæ. Attende quod ait, Qui mãducat & indigne. Indignus est qui aliter celebrat mysterium eucharistiç quam à Christo traditum est, & qui non deuota mente accedit ad eucharistiam, vel in voluntate peccandi manens. & ille talis, Reus est corporis & sanguinis domini, quia beneficium eius intuitum ducit. Vel, Reus est &c. i. mortis Christi pœnas dabit, ac si Christum occiderit punietur. Vel, Reus est &cæt. id est de bono male sumpto maculã trahet. Ideóque rectè Apostolus consulit subdens. Probet autem homo, idest examinet & purget seipsum, vt si peccata sunt quotidiana, vel nõ sint mortifera, & dimittat confratri accessurus ad altare: & dicat, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. & sic securus recedens, De pa-

Aug. super Ioan.

Ambrosi[9].

Ambros.

August. super Ioan.

ne illo edat,& de calice bibat. Panis est salutaris;non venenum mortiferum quod ędis. Sed vide si dimittis debitoribus.nam si non dimittis mentiris, & ei mentiris quem non fallis,mentiri deo potes,sed ipsum fallere non potes. Intus enim te inspicit, & examinat. Dico probet se quisque.nam qui aliter agit,mortē sumit.& hoc est quod subdit. Qui enim manducat & bibit indigne, vt qui in crimine est,vel qui irreuerēter tractat. Iudicium,id est damnationem, Manducat & bibit, & hoc sibi non tibi. Secure ergo tolera malum bonus, vt venias ad præmia bonorum: non potest te inquinare malus. Nam & Iudas cum Petro conuersari potuit, sed eum inquinare non valuit,& ad ipsam dominicam cœnam pariter accessit, sed Petrus accepit ad vitam, Iudas ad mortem. Non &cætera.quasi dicat, Propter hoc iudicium manducat,qui indigne manducat,quia non est, Diiudicans, id est discernens,Corpus domini, Ab aliis cibis, sed indiscretè & negligēter sumit, venerationem singulariter debitam,nō exhibens. Per hoc docet deuotè,& cum timore accedendum esse ad communionem,quia dominus est cuius caro sumitur, vt gratiam videamur reddere redemptori. Quæritur an quotidie sit sumenda eucharistia, an eligendi sint dies quibus homo purius continentiúsque viuens ad tantū sacramentum dignus accedat. Huic quæstioni rectè respondet, qui monet vt præcipue in Christi pace permaneatur,& vt quisque faciat quod secundum fidem piè credit esse faciēdum. Nam & Zachæus & Centurio, cum alter Christum in domum suam gaudens receperit:alter vero dixerit,nō sum dignus vt intres sub tectum meum,saluatorem honorificauerunt, licet diuerso,& quasi contrario modo. Ad hanc etiam similitudinem valet quod in antiquo populo vnicuiq; piorum manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat,sic in ore cuiusq; Christiani, Christi corpus vel quotidie,vel certis horis sumptum. Nam aliquis honorando, non audet quotidie sumere,& alius honorādo, non audet vllo die prætermittere. Contemptum solum non vult iste cibus, sicut nec manna fastidium. ideo Apostolus contra eos qui à cęteris cibis singulari veneratione hunc nō discernebant,ait, Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi

Augu.super Ioan.

August.

August.

Quæstio.

Augu. ad Adrianū.

ſibi manducat & bibit. & addit, Non diiudicans corpus domini. Item quæritur quomodo hîc aliquis manducans, dicatur iudicium manducare cum dominus dicat, qui mã ducat me, ipſe viuet propter me. Ad quod dicimus duos eſſe modos manducandi, vnum ſacramentalem quo manducant, tam mali quàm boni. Alterum ſpiritualem quo ſoli boni manducant: ſecundum illud, Quid eſt Chriſtum manducare? Non eſt hoc ſolum in ſacramẽto corpus eius accipere, ſed in ipſo manere, & habere Chriſtum in ſe manentem. Spiritualiter enim manducat, qui in vnitate Chriſti & eccleſię, quam ipſum ſacramentum ſignificat, manet. Nam qui diſcordat à Chriſto, nec carnem Chriſti manducat nec ſanguinem bibit, & ſi ſacramentum tantę rei ad iudicium quotidie accipiat. De hac ſpiritali manducatione ait Auguſtinus, Vt quid paras dentem & ventrem? crede & manducaſti. Ideò inter vos &c. Hîc imaginem iudicij futuri oſtendit in eos, qui inconſideratè corpus domini accipiunt, vt hinc cæteri diſcerent non inultũ eſſe corpus domini irreuerẽter accipere, & exemplo illorum territi emendentur. q.d. quia indignè ſumunt, [Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autẽ à domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei cum conuenitis ad mãducandum, inuicem expectate. Si quis eſurit, domi manducet, vt non in iudicium, conueniatis. Cætera autem cum venero diſponam.] Ideò inter vos multi infirmi, febribus & aliis infirmitatibus. Et imbecilles, lõga inualetudine. Et multi dormiunt, id eſt moriũtur morte corporali, hoc autem fit ad correctionem aliorum. Quòd ſi vos. q.d. Ita hæc mala ex indigna aſſumptione veniunt. Sed ſi mentis noſtræ tribunal aſcendentes accuſante cogitatione, & teſte conſcientia, Noſmetipſos diiudicaremus, pœnitẽdo & timore tanquam carnifice nos torquente, quaſi quidam animę confitentis ſanguis per lachrymas proflueret. Non iudicaremur, id eſt nõ puniremur à deo. Nam quicunq; ſe iudicauerit, non damnabitur. Verſetur ergo ante oculos imago iudicij futuri, & aſcendat homo aduerſum ſe tribunal mentis ſuæ, conſtituat ſe ante fa-

Auguſt. in ſermone de blaſph. ſpũs ſcti.
Augu. de verbis euã gelij.
Augu. de li. ſer. pu.
Intellige.
Ambro.
Ambroſi.
Auguſt.
Auguſt.
Augu. de pœniten.
Auguſt.

ciem suam, atque constituto in corde iudicio assit accusatrix cogitatio, & testis conscientia, & carnifex timor, inde quidam sanguis non confitentis per lachrymas profluat. Postremò ab ipsa mente sententia talis proferatur, vt se indignũ homo iudicet participatione corporis & sanguinis domini, vt qui separari à regno timet per vltimam sententiam, ad tempus per ecclesiasticam disciplinam à sacramento cælestis panis separetur. Indigne enim accipit, si tunc accipit cũ debet agere pœnitẽtiã. Ergo prius se iudicet, & seueritate pœnitẽtię se exerceat, vt à seipso iudicat⁹ nõ iudicetur à dño. Peccata enim siue parua, siue magna sint, impunita esse non possunt, quia vel homine pœnitente, vel deo iudicante plectuntur. Cessat autem vindicta diuina, si confessio præcurrat humana. Vnde ait, Si nosmetipsos diiudicaremus, nõ vtique iudicaremur, id est, nõ puniremur, vel prædictis infirmitatibus, vel pœna æterna. Dum iudicamur autem, quasi dicat, Dico non iudicaremur, sed nec iudicium temporalis pœnæ aliis est inutile, quia Dum iudicamur. His temporalibus pœnis, A domino corripimur, secundum alios, quia timore pœnæ nostræ alij emendantur. In paucis enim est omnium emendatio. Vel nos ipsi corripimur pœna nostra qua iudicamur, id est, punimur. Quia eisdem etiam qui patiũtur pœna propria est aliquando purgatio, vt prophetæ Abdo qui prohibitus ab altero ꝓpheta comedit, sicut legitur in libro Regum, Hæc dicit dominus, quia inobediens fuisti, & non custodisti mandatum quod præcepit tibi dominus, & reuersus es, & comedisti panem, & bibisti aquam, vt præcepit tibi ne comederes, vel biberes, non inferetur cadauer tuum in sepulchro patrum tuorum, Dictum enim fuerat illi, vt in Samaria prædicaret, & non ibi comederet. Ipse tamen comedit ibi. Vnde illud minatur ei dominus per alterum prophetam, quia & si post mortem non est pœna, nihil sensuro cadaueri, tamen secundum humanum affectum quem habebat ad carnem suam, potuit inde terreri, vel contristari viuus de eo quod non erat sensurus mortuus. Et per hoc inobedientia potuit puniri, ne ad supplicium tartareum eius anima raperetur. Vnde subdit, Vt non & cætera. quasi dicat, Ideò iudicamur, vel corripimur

à do-

[Margin notes: Augu. ad Ianuariũ. / Augu. de li. s. pro. / Ambros. / Ambrosi. / Augu. ad Paulinum episcopũ. / Aliter in historia. / Idem in eodem.]

à domino, Vt non damnemur cum hoc mũdo, id eſt, cum infidelibus. Nam quaſi infidelis eſt qui inconſideratè ad menſam domini accedit. Itaque fratres mei, ne ſimilis pœna vobis contingat. O fratres mei cum conuenitis, ad ſimilitudinem dominicæ cœnæ. Ad manducandum corpus domini, inuicem expectate, & ieiuni, dum omnes conueniant, vt multorum oblatio in ſimul celebretur, & omnibus miniſtretur. Sed ſi quis eſurierit, & impatiens nõ vult expectare, Manducet domi, ſuos cibos, id eſt pane terreno paſcatur, nec poſt euchariſtiam ſumat. Ideò ita ordinatè & ſine ſchiſmate faciendum eſt vobis, vt non conueniatis in iudicium damnationis. Cætera autem. q.d. Hoc tenete quod dixi, cætera autem de eodem, id eſt, quæ ad eiuſdem ſacramenti ordinem pertinent. Cum venero diſponã, ſed his carere non poteſtis. Ecce caput veſtræ ſalutis ordine agendum oſtendit, vbi ſi erratur, non leue eſt peccatum. Cætera vero quæ ad ædificationem eccleſiæ pertinent in aduentu ſuo ordinare promittit.

Ambroſi⁹

Ambroſi⁹

Ambroſ.

Ambro.

CAPVT XII.

DE ſpiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cum gentes eſſetis, ad ſimulacra muta prout ducebamini euntes. Ideò notum vobis facio, quod nemo in ſpiritu dei loquens, dicit anathema Ieſu. Et nemo poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. [De ſpiritualibus, &cætera. Poſtquam docuit qualiter myſterium euchariſtiæ celebrari oporteat, agit de donis ſpiritus ſancti, pro quorum maioribus alij ſuperbiebant, & minores inuidebant, & deſperabant, quaſi nunquam habituri. de quibus etiam indiſtinctè ſentiebãt, quia maioribus minora præponebant, vt linguas. Aliqui etiã ſpiritui ſancto non attribuebant dona quę habebant, ſed hominibus vel idolis. quaſi dicat, de illis poſt diſponam, ſcilicet cum venero. Sed, De ſpiritualibus, id eſt de donis ſpiritus ſancti, Nolo vos, ô fratres ignorare, quod veritas habet, vt non ſic ſchiſma, ſed pax inter vos. Scitis, antequam dona ſpiritus ſancti diſtinguat, de fonte ſingulari omnium illorum, id eſt, de ſpiritu ſancto prius agit. Et dicturus, quia omnia bona ſunt à ſpiritu ſancto, præ-

 mittit

mittit simile in contrario dicens, Scitis, vt experti, Quoniam cum essetis gentes, id est gentiliter viuentes, vos e. ratis, Euntes, nomen est, quasi assidui, in hoc verbo assiduitatem notat. Ad simulachra muta, cui impietati ratio repugnat, Prout ducebamini, à maligno spiritu. Nota quòd spiritualia illis traditurus Apostolus priorem conuersationem eorum memorat, vt sicut fuerunt, tunc imago idolorum, ita nunc sint imago dei. Ideò notum. & cæt.

Ambrosi. Quia rationem spiritualium ignorantes per singula charismata, hominibus magis quàm deo gloriam dabant, nescientes hæc dona à spiritu sancto ministrari, ideo in omnibus ostendit laudem dei esse & gratiam, vt sicut cũ imago idoli fuerunt totum malum, fuit ex homine non bonum, vt tunc putabant, ita nunc ex spiritu dei omnia bona esse credantur. Dicit ergo. Ideo notum & cæt. quasi dicat, quia scitis quod malus spiritus vos retractos à bono duxit, ad tam irrationabile malum, id est idololatriam. Ideò. id est per hoc facile, Notum vobis facio, quod per spiritum dei abstinetur à malo, & fit bonum, & hoc est quod ait, Hoc, inquam, notum facio, Quod nemo loquẽs in spiritu dei, cogitando, loquendo, operãdo. Dicit, similiter tribus modis, scilicet corde, ore, & opere. Anathemat Iesu. i. aliquam separationem à Iesu, id est, quodlibet peccatum mortale per quod separetur à Iesu, operatur, quod est dicere per spiritum sanctum. Abstinetur à malo, tunc qui se abrumpit à Christi corpore, non habet hoc à spiritu sancto. Vel ita, nemo loquens in spiritu dicit animo verbo facto. Anathema, id est separationem, vel blasphemiam, cui, Iesu, vt dicat eũ, vel non esse à deo, vel minorem deo, Et nemo, quantuscunq; sit, Potest dicere, verè. i. cogitatione, verbo & opere, Iesus est, Dominus, & ego seruus eius sum. Nisi in spiritu sancto, id est, nisi per spiritum sanctum. Propriè enim dicit ille qui voluntatem, & mentem suam sono vocis enunciat. Propriè ergo Apostolus posuit hoc verbum quod est, Dicit, significans voluntatem & intellectum dicẽtis. Dominus verò idem verbum secundum generalem modum dicendi, posuit dicens, non omnis qui dicit mihi, Domine domine intrabit regnũ cælorum, secũdum quem modum etiam dicitur dare, qui nec vult,

Augu. super Ioan.

August.

Augu. de sermone ĩ monte.

vult, nec intelligit quod dicit, ſed ille propriè dicit qui vult,& intelligit quod nemo poteſt. Niſi in ſpiritu ſancto, quod eſt dicere,bene operari, & omne bonum eſt per ſpiritum ſanctum: tunc maior non deſpiciet minorem, quia nihil habet niſi à ſpiritu ſancto. Per hæc Apoſtolus illos vehemẽter redarguit,qui hominibus diuina beneficia tribuebant, oſtendẽs nullum beneficium eſſe humanum, ſed donum dei,dum dicit nemo, In ſpiritu loquens,dicit anathema Ieſu, quæ vox ex humano errore eſt, vt omne falſum, & nemo dicit Ieſus eſt dominus, niſi à ſpiritu ſancto,à quo eſt omne verum. Omne enim verum à quocunque dicatur, à ſpiritu ſancto eſt. Non enim adulatione hominum Ieſus dicitur dominus, vt eſt in Idolis,quę ex hominibus dij vocantur, cum non ſint. Homo enim inuenit, vel diabolus, vt deus dicatur qui non eſt,ſed quod Ieſus dicitur dominus, ſpiritus ſanctus veritate profeſſum eſt. Non eſt ergo fauor hominum & beneficium quod Ieſus dominus dicitur,ſed donum dei, qui myſterium ſuum hominibus declarauit: nec qui hoc dicit præſtat beneficium religioni,ſed accipit, vt gratia hominum,cum quod idola dij dicuntur, cum non ſint. Vnde & antiſtes eorum hominibus ſubiecti ſunt. In regula vero Chriſtiana aliter eſt, quia non præſtant religioni beneficium dicẽtes deum eſſe Ieſum,ſed accipiunt vnde humiliari debent, vt patiantur ſe argui,nõ quærant adulationibus deliniri. [Diuiſiones verò gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt,idem autem dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem verò deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus,ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ,alij autem ſermo ſcientiæ ſecũdum eundem ſpiritum. Alteri fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituũ,alij genera linguarum,alij interpretatio ſermonũ.] Diuiſiones &c. Præmiſſo fonte gratiarũ ipſas gratias diuiſas oſtendit.q.d. Hoc eſt cõmune omnibus, ꝙ nemo poteſt vitare malum & facere bonũ, niſi per ſpiritũ. Sed diuiſiones gratiarũ.i.gratię diuiſę ſunt. Nõ ergo minor deſperet,nec maior ſuperbiat, dũ audit gratias.

Ambroſi⁹

Ambroſi⁹

Ambro.

Ambrosi. Gratias autẽ hîc appellat diuersos gradus, & ordines qui sunt in officiis ecclesiæ. Sic enim qui dicit Iesus & dominus, ex gratia habet: ita in officiis ecclesiæ, gratia est quæ non est diuisa per tres personas, sed indiscretè trium personarum. i. patris & filij & spiritus sancti, vnũ est opus quas personas subsequenter significat per tria nomina quæ ponit. s. spiritus dominus deus. Vel gratias hîc dicit ipsas virtutes gratis à deo datas, sicut fidem, spem, & huiusmodi, & est, Diuisiones gratiarum. i. donorum spiritus sancti, scilicet virtutes quæ gratis dantur. Idem autem spiritus, est dator omnium, æquè quantũ ad se benignus omnibus. Et diuisiones ministrationum sunt, quibus alij aliis subseruiãt. Idem autem dominus. s. filius dans singulis pro arbitrio suo. Et diui. ope. sunt, quia & sunt opera maiora, & opera minora. Idem vero, dator. s. Deus pater. Nota quòd prius virtutes significauit, dicendo gratiarum, quarum effectus significat dicendo, Nimis, &, Operationum. Earum enim effectus sunt, quantum ad proximos ministratio, quantum ad se, operatio. Quod vero dicit singulariter, Spiritus dominus deus, eadem prorsus substãtia deitatis intelligitur, sed trinitatis in personis. Ne vero pater & filius & spiritus sanctus, alia & alia separatim operari viderentur, ex eo quod spiritui gratias, & domino ministrationes, & deo operationes supposuerat, omnia referens ad vnum deum, subdit, Quod deus operatur omnia, necessaria, In omnibus, non vni omnia tribuit, sed in omnibus omnia operatur, vt quod nõ habet, quis in se habeat in alio, & sic maneat charitas & humilitas. Si enim humilis es & amas vnitatem, tibi habet quisquis in illa aliquid habet, tolle inuidiã & tuũ est quod habeo: liuor separat, charitas iungit. Sicut in humano corpore oculus solus videt, sed non sibi soli, sic spiritum sanctũ habes, si ecclesiam amas. Amas autẽ si in eius compage consistis, & charitate. Hæc charitas est donum spiritus sancti, quod superat omnia vt post dicet. Vnicuique autem. q. d. Diuersa sunt dona, & non ad meritum alicuius hominis singulariter dantur. sed ad vtilitatem ecclesiæ ædificandæ. quod ita ait, Vnicuique autem datur manifestatio spiritus, id est gratia, per quam patet quod in eo est spiritus sanctus. At vtilitatem ecclesiæ, quia etiam mi-

August.

Augu. super Ioan.

Ambros.

nor

nor qui est in ea prodest. Nota quod deus cum sit natura incorporea & incommutabiliter viua, æterna stabilitate in se ipso manens totus adest rebus omnibus, & singulis totus, sed in quibus habitat, habent eum pro suæ capacitatis diuersitate, alij plus, alij minus, quos ipse sibi dilectissimum tēplū gratia suę bonitatis ædificat, de quibus exequitur Apostol⁹ p̄ partes determinās quod dixerat. Alij quidē per spiritum, non per meritum, Datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Distingue inter sapientiam & scientiam. Sapientia est in contemplatione æternorum. Et quid est in æternis nisi deus? cuius solius immutabilis est natura. Scientia verò est in actione temporalium. Vnde Iob, Ecce pietas est sapientia. Abstinere à malis scientia est. Pietatem hoc loco posuit dei cultum quæ gręcè dicitur theosebia. Et quis cultus est nisi amor & cognitio eius, Scientia verò quam dixit esse abstinere à malis? rerum proculdubio temporalium est, quia in temporalibus mala sunt, in quibus caute & prudenter conuersandum est. Cui autem datur sapientia, quasi sol est: cui scientia, luna in nocte sæculi: illi quibus cætera dātur, stellæ sunt, quia & hæc in nocte necessaria sunt. Vnde in psalmo, Solem in potestatem diei: lunam & stellas in potestatē noctis. Et nota quod nō simpliciter ait, Alij datus sapiētia alij sciētia, sed ait sermo sapiētiæ & sermo sciētiæ. Per hoc significans, quia non solū datur sapiētia. i. de diuinis intelligentia, & scientia de humanis, sed etiam earum sermo, vt aliis possint eloqui. Alteri, datur, Fides, id est cōstantia fidei vel sermo, In eodem spiritu, Vide quod & fides inter dei munera est, non ergo sola charitas, sed charitas cum fide à deo nobis est. Alij, datur, Gratia sanitatum, id est curandi infirmos, & hoc in vno, Et eodem, omnibus, Spiritu. Alij operatio virtutum, id est miraculorū quę sunt contra naturam. Alij prophetia, scilicet prædicere futura. Alij discretio spirituum, vt discernat quod audit, quo spiritu, bono an malo dicatur, quia etiam diabolus bona seductoriè dicit. Alij genera linguarum, id est loqui diuersis linguis. Alij, datur, Interpretatio sermonum, id est linguarum vel visionum, vt Ioseph, vel sermones sunt allegoricæ pronunciationes quæ sunt in prophetis & in euangeliis,

Augu. ad Dardanū de præsentia dei.
Intellige.
Augu. de trinitate.
August.
Augu. in li. retract.
August.

liis. [Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniã non sum manus, non sum de corpore, num ideò non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore, num ideò non est de corpore? Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus?] Hæc autẽ omnia, & si diuersa sint. Operatur spiritus sanctus vnus, in substantia cum patre & filio. Atque idem, id est inuariabilis. Ecce quod supradixit tres operari, hîc spiritum sanctum agere profitetur, quia vnius naturę sunt, quod vnus operatur, tres operãtur. Itaque spiritus sanctus cooperator est patris & filij. Ideò autem dixit, vnus atque idem spiritus, ne tot putentur quot opera sunt, non quod sine patre & filio spiritus operetur. Inseparabilis enim est operatio trinitatis, ita vt cum operatio patris dicitur, non eam sine filio & spiritu sancto intelligatur operari: & cum operatio filij, non sine patre & spiritu sancto: & cum operatio spiritus sancti, non sine patre & filio. Vide quod Apostolus dicit hîc, spiritum sanctum dare dona. Alibi verò dicit, quia datus est. Christus etiam ait, Accipite spiritum sanctum &c. Ideóque ammonendi sunt legentes, quoniam donum dei iam vident dictum spiritum sanctum, domino dicente, Accipite spiritum sanctum. Vt cum audiunt, dici donum spiritus sancti, illud genus locutionis agnoscant, quo dicit Apostolus, in expoliatione corporis carnis. Sicut enim corpus carnis nihil aliud est quàm ipsa caro, ita donum spiritus sancti, nihil aliud est quàm spiritus sanctus. Augustinus de fide ad Petrum. De spiritu sancto nõdum tam copiosè ac diligenter disputatum est à doctis & magnis diuinæ scripturæ tractatoribus, vt intelligi facilè possit eius proprium, quo proprio fit, vt eum nec filium, nec patrem dicere possimus, sed tantum spiritum sanctum, nisi quòd donum dei esse prædicant, vt deum credamus, non

Ambros.

August. in psal. 118.

Augu. de blasphemia spũs sancti.

Augu. de trinitate.

non seipso inferius donum dare. In tantum ergo donũ dei est, in quautum datur eis quib⁹ datur. Apud se autem deus est, & si nemini detur, quia deus erat patri & filio coæternus, ante quàm alicui daretur, nec quia illi dant, & ipse datur. Ideò minor est illis. Ita enim datur sicut dei donum, vt etiam seipsum det sicut deus. Non enim dici potest, nõ esse suæ potestatis, de quo dictum est, Spiritus vbi vult spirat. Cum enim datur à patre & filio, sua voluntate datur. Et ipse idem omnia operatur, Diuidens singulis, non ipse diuisus, Prout vult, sicut qui deus est, qui solus nouit, quid conueniat, & gratis dat, non ad meritum. Vnde nec minori est dolendum de maiori dono alterius, nec maiori superbiendum contra minorem. Augustinus de fide ad Petrum. De spiritu sancto nondum tam copiose ac diligenter disputatum est à doctis, & magnis diuinæ scripturę tractatoribus, vt intelligi facilè possit, eius propriũ quo proprio sit, vt eum nec filium, nec patrem dicere possimus, sed tantum spiritum sanctum, nisi quod donum dei esse predicant, vt deum credamus, non seipso inferius donum dare. Sicut enim, quasi dicat ideò diuersis dona diuersa dat. Quia, Sicut corpus, humanum vnum est coniunctione mẽbrorum, Et habet multa, diuisa, Membra, omnia autẽ mẽbra, corporis, Cum, id est quãuis sint multa, Vnum, tamen, Corpus sunt, subministrando, ita & omnes fideles, Sunt Christus, vt non dicam corpus Christi, quia ipse Christus sunt, tam minores quàm maiores. Caput enim & corpus dicitur Christus propter ineffabilem vnitatem capitis & mẽbrorum. Etenim vos omnes. Ostẽdit quomodo corpus Christi vnũ sit. i. quomodo omnes fideles vnũ sint. q. d. per hoc vnũ sum⁹. Etenim. i. quia. Nos omnes siue Iudæi, siue Gẽtiles, qui sunt natione diuersi. Siue serui, siue liberi, qui sunt conditione diuersi, Baptizati. i. abluti, In vno spiritu sancto sumus, ducti, In vnum corpus. i. in hoc vt possimus vnum corpus vnanimes, per illum vnum spiritum, vt totum corpus hominis vna anima vegetatur: Ita enim vnus spiritus sanctus, facit omnia in membris corporis Christi, sicut vna anima videt in oculo, audit in aure, & in cęteris omnibus omnia facit, & etiam per hoc sumus vnum corpus, Et, id est quia, Omnes sumus potati, in acceptione diuersorum

Intellige. August. Attende. August. Augusti. Ambro.

ſorum donorum ſpiritus, Et hoc, In ſpiritu ſancto, cooperante qui omnia dona ad vnum efficiendum dirigit. Et ideò nullius perſona vel contemnenda, vel prçferenda eſt, quaſi ex ſe perfecta ſit, nec hominibus gloria dei danda, quia vnus & idem deus in omnibus operatur. Nam &c. Oſtendit per ſimilitudinem humani corporis, vnitatem corporis Chriſti, id eſt eccleſię habere varietatem officiorum, & diuerſitatem hanc nõ tollere vnitatem, ſicut humani corporis vnitas, non in ſingularitate cõſiſtit, ſed in multis membris vt inuicem ſibi præſtent quod debent, quaſi dicat benè omnes fideles ſunt vnum corpus, Nam & corpus humanum cui eccleſia ſimilis eſt, non eſt, Vnum mẽbrum, ſed multa, ita in eccleſia non omnes vnius officij, & doni ſunt. Et quia vnus ſpiritus dat omnia Si dixerit pes, id eſt aliquis cui donum inferius datum eſt, Quoniã non ſum manus, id eſt tam dignus vt ille cui operatio virtutũ datur. Non ſum de corpore, num. Vel, Non ideò non eſt de corpore, quia enim de primis non eſt? Non ideo nõ eſt neceſſarius, & ſimiliter, Si dixerit auris, id eſt ille qui habet ſcientiam, Quia. Non ſum oculus, id eſt tam dignus vt ille qui habet ſermonem ſapientiæ, Num, vel, Non, ſum, De corpore, ideò non eſt de corpore? eſt vtique, quia ſi nõ eſt illud poteſt eſſe aliud. Item, Si totum corpus eſſet oculus, vbi eſſet auditus? id eſt auris. Et, Si totum eſſet auditus, id eſt auris, Vbi eſſet odoratus? id eſt nares per quod intelligitur ille cui datur diſcretio ſpirituum, quaſi dicat ſi in eccleſia omnes eſſent vnius officij, quomodo impleretur neceſſitas corporis, cuius gubernationi diuerſis opus eſt. [Nunc autem poſuit deus membra, vnumquodque eorum in corpore ſicut voluit. Quod ſi eſſent omnia vnũ membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. Non poteſt autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt. Et quę putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circundamus. Et quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent. Honeſta autem noſtra nullius egent. Sed deus temperauit corpus, ei cui

ambroſi⁹.

ambroſi⁹

Auguſt.

deerat

deerat abundantiorē tribuēdo honorem, vt non sit schisma in corpore, sed in idipsum proinuicem sollicita sint mēbra. Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, siue gloriatur vnum membrum, congaudēt omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & mēbra de membro. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiā habent curationū? nunquid oēs linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?] Nunc autem. q. d. sed propter inconuenientia hæc vitanda, Nunc posuit deus, id est prouidentia & rationabili voluntate aptauit membra diuersa in corpore, vt nihil desit illi, ita & in ecclesia diuersas personas quibus tribuit munera diuersa, Et vnumquodque eorum membrorum, scilicet maius vel minus posuit, In corpore, id est in constitutione corporis, Sicut voluit, id est sicut sibi visum est, modo multa membra sunt in corpore. Quod si essent omnia vnum membrum, vbi esset, Corpus. quod non nisi diuersis subsistere potest? q. d. non modo periret multitudo sensuū, sed etiam corpus. Ita si in ecclesia omnes essent vnius officij, & indignitatis non dicerentur membra, neque corpus. Nunc autem ne corpus pereat, Multa quidem mēbra sunt, vnum autem corpus est, de omnibus. Non potest autem, quasi dicat. Diuersa sunt membra, sed maiora non possunt dicere minoribus quod eis non egeát. Et hoc est quod ait, Non potest aūt dicere oculus manui, opera tua non indigeo. Quia si oculus præuidet, manus operatur. Aut iterum caput pedibus, non potest dicere, Non estis mihi necessarij, ita in ecclesia, potior non potest dicere inferiori, nō es mihi necessarius. Potest enim aliquid humilis, quod non sublimis. Potest ferrum quod non potest aurum, ipsa etiam dignitas non subiectis contemptibilis est. Officium est enim per quod dignitas constat. Magnus imperator necessarium habet exercitum, ideóque subdit, Sed multo magis membra corporis quæ videntur infirmio- Ambro.

ra esse.id est iustiora, Necessaria sunt, aliquando, & ideo ipsa inferiora à superioribus non debent sperni, sed amplius honorari: vnde subdit, Et quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his circundamus abundantiorem vestimentorum ho. Ita & minus dignis in ecclesia exhortatio necessaria est, quia illis aliquis honor detur vt fiant vtiles. Et quæ inhonesta vestra sunt, vt pudenda, Habent abundantiorem honestatem, à vobis celantibus ea. Attende quod ait inhonesta. Absit vt in membris sanctorum sit aliqua turpitudo: sed dicuntur inhonesta, quia non habent eam speciem decoris, quam habent ea quæ in promptu sunt: vel propter legem membrorum quæ de peccato venit, non de prima institutione nostræ naturæ, vsus mébrorum illicitus turpis est, non membra ipsa. Ita & in ecclesia illi qui per aliquod peccatum inhonesti sunt, abundantius adiuuantur consolationibus & orationibus vt honesti fiant. Vel per inhonesta mébra significantur quidam fratrum, qui cum sint inhonesti egestate & habitu, habent tamen abundanter honorem, quia sunt aliquando vitæ mundioris. Honesta auté vestra mébra, quæ p se satis honoris habent, Nullius egent, eorum quæ illis inhonestis fiunt, sed per ea sunt alia honoranda, ita & fratribus in quibus studium peritæ conuersationis ornauit honestas, nihil est quod à nobis addatur. Sed deus, quasi dicat honesta nullius egent, & inhonesta egent. Sed hæc, fecit, Deus qui temperauit corpus, qualiter? Tribuendo, per digna membra, Abundantiorem, id est ampliorem, Honorem, ei, membro cui in se deerat honor, Vt, ita Non sit schisma, id est discordia, In corpore, humano, vel in ecclesia vbi debet esse vnitas, Sed omnia membra, potius, Sollicita sint, in rebus agendis. Pro, se, Inuicem sollicita sint dico, ita vt tendant, In idipsum, id est in id sollicitudinis, quod sit ipsum, id est indifferens vt non minus pro alio quàm pro se sollicita sint, vnde subdit, Et si quid patiatur in aduersis, vnum membrum, Compatiuntur, id est compati debent, Omnia membra, quasi suum sit malum, Hoc de membris corporis ambiguum non est, quia si oculus vel pes capitur aliqua ægritudine, totum corpus condolet, ita & nos decet condolere fratribus,

Ambro. / Augu. cõtra Faustũ / Ambrosi. / Ambro.

bus, si quid aduersitatis emerserit, & lætari si benè cesserit. Vnde subdit, Siue gloriatur, de bonis, Vnum membrum, omnia membra congaudent, & quasi quis diceret. Quid ad nos ista? Respondet subdens, Vos autem estis corpus, fidei vnitate, Christi, id est capitis, Et membra, pendentia, De membro, id est de Christo capitè,& commembro nostro. Vel pendentia à me, Membro cuius prędicatione instituta estis. Ecce ostendit aperte nostram se causam per membrorum carnalium rationem tractasse. Et quosdam, hîc determinat de donis dei quæ sint altiora & quæ sint inferiora, quia de his putabant Corinthij quod min⁹ esset maius,& quod mai⁹ esset min⁹. Et exponit insi delib⁹ diuersitatẽ quã dixit esse in mẽbris, dum subdit, Et quosdam quidem, id est diuersos, Posuit deus in ecclesia, primum, dignitate & tempore, Apostolos, vice Christi prædicantes,& omnium ordinatores,& iudices. Secundo prophetas, scilicet mysteria scripturarum, vel futura reuelantes, & ait de illis qui post aduentum Christi fuerunt, non qui eum pronuntiauerunt, quos qui vult nosse, actus apostolorum legat. Tertiò doctores, id est præcepta viuendi dantes, vel qui pueros literis imbuunt. Deinde virtutes, id est eos qui miracula faciunt, Exinde gratias curationum, id est eos qui infirmos curant. Et, Opitulationes, id est eos qui maioribus ferunt opes, vt Titus Apostolo, vel archidiaconi episcopis, Gubernationes, scilicet minorum personarum prælationes vt presbyteri sunt, qui plebi documento sunt. Genera linguarum. Ecce donum dei est multas scire linguas. Et nota quod vltimum ponit illud quod illi primùm ponebant. Nunquid enim, quasi dicat. Diuersis hæc dantur, & rectè, quia non omnibus omnia danda sunt, quia sic non essent, quibus hæc officia seruirent. quod ita ait, Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam curationum habent? nunquid omnes linguis loquuntur? nũquid omnes interpretantur? scripturas vel linguas: non vtique, sed qui hæc in se non habet, amet in aliis, & in his iam hæc habet quæ in se non habet.

Ambro.

Augusti.

Ambro.

Ambrosi.

Caput

CAPVT. XIII.

AEmulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si hubuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. [Aemulamini autem. Explanauit reddita ratione quare diuersas habeant gratias, nec totum alicui concedatur. Et exemplo humani corporis spirituale corpus insinuatum, ac per hoc in omnibus deum benedicendum ostédit, quasi dicat diuersa sunt dona. sed de his, Aemulamini, id est desiderate, Charismata meliora, id est vtiliora, non linguas vt soletis. Et adhuc, gradatim illos ad vtiliora prouehit. Ostendens prædictas gratias, non semper ad meritum pertinere, sed ad honorificentiam dei. Ideóque nunc meliorem viam eis ostendit, id est charitatem, quasi dicat, prædictæ gratiæ in corpore Christi sunt. Et adhuc, scilicet præter prædicta, Demonstro vobis viam, eundi ad deum, id est charitatem, Excellentiorem, prædictis, quia maius omnibus donum est. Quia prædicta non semper ad meritum pertinent, sed ad honorem dei ostendendum gétibus. Vnde in fine his qui dicent, Domine in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, & virtutes fecimus: dicet dominus, Recedite à me non noui vos operarij iniquitatis. Si linguis ho. lo. Probat quod charitas est excellentior aliis, quia hæc alia sine ea non valent, & ea sine istis valet, quod ita ait incipiens à lingua. Si ling. ho. quod aliquando datur alicui ad gloriam dei, non ad meritum. Et angelorum, distingue, Linguis hominum, minus scientium, Et angelorum, id est perfectorum hominum. Vel, Linguis hominum, omnium, scilicet, Et angelorum, quibus angeli præpositi significant minoribus, quod de dei voluntate primum sentiunt, quod fit aliquibus nutibus aut signis. Vel, Linguis angelorum, quibus, scilicet ad homines missi vtuntur. Si, inquam, hæc faciam, Charitatem autem non habeam, qua potest carere omnibus linguis loquens, Factus sum velut æs sonans, quod inutiliter sibi

Ambrosi.

Ambrosi.

contun-

contunditur. Aliis vero significat. Aut cymbalum tinniēs, quod sibi non prodest. Alios verò delectat, nescientes. Et est apta comparationis similitudo. Quia sicut æramentum & cymbalum impulsu aliquo non per se resonant, sic loquens linguis, non per se qui nescit quid loquatur, sed virtute spiritus, profert ea quibus audientes mulceat. Respice ad munera ecclesiæ, vniuersis excellentius charitatis munus cognosces. Charitas enim fons est proprius & singularis bonorum cui alienus non communicat, quæ charitas, vt oleum non potest premi in imo, sed superexcellit. Attende quanta est charitas quæ si desit frustra habentur cætera, si autem assit alicui habentur omnia, vel in se, vel in aliis: quam cum habere cœperit, spiritum sanctum habebit: quam si non habuerit, sine spiritu sancto erit. Et sicut corpus sine anima mortuum est, sic anima sine charitate mortua deputabitur. Hæc est enim vestis nuptialis qua induti conuiuæ, securi discumbunt. Hac veste pellitur frigus, quo frigebat Petrus calefaciens se ad prunas Caiphæ. Hæc sola est quæ diuidit inter filios regni & filios perditionis. Dantur quidem & alia per spiritũ munera, sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tãtum impertiatur cuique spiritus sanctus, vt eum dei & proximi faciat amatorem, à sinistra non transfertur ad dexteram, nec spiritus sanctus propriè dicitur donum, nisi per dilectionem qua cætera tenentur. Vnde dominus ait, Qui habet dabitur ei, & qui nõ habet etiam id quod habet auferetur ab eo: quia qui habet charitatem, addetur ei: qui verò non habet, & si ad tempus habet, hæc dona auferentur. Habet quod gratiam possidendi nomen Christianum, sed non habet charitatem vtendi re nominis: & ideò quod habet auferetur. Et si habuero prophetiam, futurorum, quam & mali habuerunt, vt Balaam & Saul, & Caiphas. Et si nouerim mysteria omnia, id est occulta noui & veteris testamenti, quæ etiam mali noscunt, vt Iudas cum Apostolis, & diabolus qui vt Iezechiel dicit mysteria diuina nouit, cum in paradiso dei illum fuisse, & preciosos lapides habuisse testatur, sed nihil illi profuit, quia sine charitate in superbiam prosiluit. Et si nouerim omnem scientiam, diuinam & humanã, vt scribæ & pharisæi: vnde dominus ait, Vos habetis cla-

Ambro. | August. in psal. 103. | August. super Ioan. | Augu. de mirabilis. 5. panũ. | Augu. de trinitate. | August. | Ambros. | Ambrosi.

Ambrosi⁹ uem scientiæ, sed nec intratis, nec alios intrare sinitis. Et si habuero omnem fidem, de omni re vnde est habenda. Fidem, dico ita perfectam, Vt montes transferam, ad litteram, vel dæmones à patientibus, Charitatem autem non

August. habuero, nihil sum, id est nihil mihi prodest ad vitam. Et

Ambrosi. si illa magna sint, habent illa vtique etiam mali, quæ & confitebuntur in iudicio vbi non audebunt etiam mentiri: quibus non dicetur, non habuistis, sed non noui vos, quia sine charitate habuerunt. [Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, nó est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.] Et si distribuero omnes facultates meas, id est quicquid mihi licet habere, In cibos, id est in necessaria, Pauperum, non diuitum qui reddunt. Et nota quòd ait distribuero. Per hoc enim cautela eleemosynæ docetur, vt non vni sed multis detur. vt pluribus prosit. Et si tradidero corpus meum, vt Laurẽtius fecit, Ita vt ardeam. Vel, At. quod

Augu. de trinitate. & iactanter fit aliquando. Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Sine charitate quippè hoc potest

Augu. in psal. 120. esse, sed non prodesse: sicut & opera bona, non ex quantitate sui, sed ex charitate plus vel minus prosunt. Impar quidem facultas est multum vel parum danti, sed non impar charitas, & ideò tantum est dare calicem aquæ, quántum fuit Zachæo dare dimidium patrimonij. In charitate dinoscuntur discipuli Christi, non in prophetia, fide, & aliis. Dilectio enim quæ est ex deo,

August. & deus est, propriè spiritus sanctus est, per quem in no-

Attende. bis diffunditur deus charitas, per quem nos tota inhabitat trinitas, quocirca, rectissimè spiritus sanctus cum sit deus, vocatur etiam donum dei. Charitas patiens est &c. quasi dicat. Item charitas ideò dignior est, quia hæc

bona

bona affert. Charitas enim patiens eſt, habitu patientiæ in anima, Benigna eſt, larga egenis. Charitas non æmulatur, id eſt, non inuidet. Quia non eam aliena contriſtat felicitas, ſed alterius bonum diligit vt ſuum, Non agit perperam, id eſt, peruerſè, Non inflatur, ſi proſpere cedit, Non eſt ambitioſa, id eſt, non vult aliis præponi, Non quærit quæ ſua ſunt tantum, ſed quæ aliorum. Vel, Non quærit quæ ſua ſunt, id eſt, ablata ſibi non repetit, quia non eſt amatrix pecuniæ. Non irritatur, id eſt, non prouocatur ad iram, & non ſolummodo non nocet alicui, ſed non cogitat malum. Non gaudet ſuper iniquitate, ſed dolet videns aliquem ruere in iniquitatem. Congaudet autem veritati, id eſt, operibus iuſtitiæ, vel verbis veritatis. Omnia ſuffert, in actu pro veritate, ſicut in Noe apparet, qui multa ſuſtinuit. Omnia credit, quæ veritas ſuadet, ſicut in Abraham apparuit, qui credidit deo vocanti & promittenti. Et nota quod ait, Omnia credit, non dicit omnibus, quia non omnibus, ſed deo tantum credit. Omnia ſperat, quæ veritas promittit, vt apparet in antiquis patribus, id eſt, in populo Iſrael, qui ſperauerunt habere quod promittebat deus. Omnia ſuſtinet, id eſt, promiſſa omnia patienter expectat, ſicut apparet in ipſo capite, id eſt, in Chriſto, qui patienter expectauit gloriam reſurrectionis & aſcenſionis. Hæc ſunt arma quibus miles Chriſti armatur, cuius armaturæ, quaſi præcipua arma præmiſit patriam & benignitatem. Quarum altera illata à proximis mala æquanimiter portat, altera ſua bona proximis deſiderabiliter impendi. Mens quippè ſanctorum in hoc tentationis prælio, & munita patientiæ clypeo, & gladio amoris accincta ad mala ferenda ſumit fortitudinem, & ad rependenda bona erigit vnitatem, quatinus & odiorum tela potenter excipiat, & amoris iacula valenter reddat. Non enim ad bella armatus pergit, qui aut clypeum ſumens gladiis non vtitur, aut vtens gladiis clypeo non communitur. Vnde & miles dei aduerſitatis bello deprehenſus, & ſcutum patientiæ debet anteferre, & ad prædicandum promptus amoris iacula inferre vt vincat. Charitas &c.

Auguſt. | Augu. de quatuor virtutib⁹. | Idem. | Augu. ſuper Eze. | Grego. in moralib⁹. | patientiam

quasi dicat per hoc charitas est dignior. Quia charitas nunquam excidit, id est nec in hoc sæculo, nec in futuro finietur. & si opera eius cessent. Si enim credendo & sperando diligimus quod nondum videtur, quanto magis cũ videbitur. Non excidet dico, Siue prophetiæ, futurorum, Cessabunt, vel euacuabuntur in futuro, quando omnia præsentia erunt. Siue linguæ cessabunt, in futuro. Quid enim alicui diceretur, vbi omnes eadem intelligent, Siue scientia, quæ modo per speculum est, destruetur, cum per ipsam rem erit. Ex parte enim, quasi dicat ideò prophetia & scientia destruentur, quia ex parte sunt. Ex parte enim, id est imperfectè deum, Cognoscimus, & ex parte, id est imperfectè prophetamus. [Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas.] Cum autem, quasi dicat scientia est ex parte & prophetia. Sed omne quod ex parte est, euacuabitur, id est destruetur, cum venerit, Quod perfectũ est, id est destruetur imperfectio nostra, non id quod verum est euacuabitur. Destructio imperfectionis est, quãdo id quod imperfectum est, implebitur in verum. Hîc apponitur à quibusdam, quod eadem ratione charitas debeat dici euacuari, quia modo ex parte est, id est imperfecta, cõparatione futuri status. Ad quod quidam dicunt nõ ipsam scientiam, id est ipsum donum scientiæ euacuari, sed modum, quia nunc cognoscimus ænigmaticè, & per speculũ, id est vmbratiliter & obscurè, tunc autem per speciem, id est clarissimè. Sed ad hoc inquiunt illi, sic & modò imperfectè diligimus, tunc autem perfectissimè. Ergo modus diligendi euacuabitur. Sic ergo charitas potest dici euacuanda vt scientia. Ad quod illi. Verum quidem est quod de charitate sicut de scientia omnis imperfectio tolletur. Sed sicut duo sunt diligenda, id est deus & proximus, ita & duo sunt principales modi diligendi, scilicet vt deus

Ambros. Oppositio.

propter

propter ſe, & proximus propter deum diligatur. Hique
modi in futuro non euacuabuntur, ſed modus imperfe-
ctionis tolletur. Sciēdi autem modus ænigmaticus, & ſpe-
cularis penitus tolletur. Alij dicunt non ſolum modum
ſcientiæ, ſed etiam actum, ſiue ipſam ſcientiam quæ nunc
eſt, in futuro euacuari. De actu quidem & vſu ipſius ſcien-
tiæ, probabile eſt quòd euacuetur. De ipſa verò ſcientia
non adeo, ſcientia enim eſt ipſa mentis qualitas, cuius a-
ctus eſt viſio ipſa, qua videmus nunc, à qua ad aliam per-
ducemus. Vnde Auguſtinus, Scimus quia cum apparue-
rit, ſicut ait Ioānes, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum
ſicut eſt. Hæc viſio nobis promittitur, ad hanc viſionem   Augu. in
erudimur. Ad hanc cor mundamus. Vel ex parte eſſe di-   ſer. quoſ-
citur cui aliud ſuccedit. At vt, ait Auguſtinus in libro de   dam.
doctrina Chriſtiana, fidei ſuccedit ſpecies quam videbi-
mus, & ſpei ſuccedit beatitudo ipſa ad quam peruenturi
ſumus. Charitas verò augebitur potius, nec ei aliquid ſuc-   Augu. in
cedet. Deſtruetur tamen inquantum ex parte eſt, quia de-   pſal. 143.
ſinet eſſe ex parte, ſed nec ipſa, nec eius actus deſtruetur.
Omne ergo quod ex parte eſt, deſtruetur, vel ex toto, vt
fides & ſpes: vel ex parte, vt ſcientia, cuius actus & modus
deſtruetur. Et charitas, cuius quidā modus tolletur, ſed nō
ipſa, nec eius act⁹ nec quidā mod⁹. Hoc aūt quod dixit per
ſimilitudinem oſtendit, ſubdens, Cum eſſem paruulus, lo-
quebar vt paruulus, id eſt more paruuli, Sapiebam, huma-
nas res. Vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando au-
tem factus ſum vir, id eſt perfectę ætatis, Euacuaui, id eſt
poſtpoſui omnia, Quæ erant paruuli. Similiter & nos. Vi-
demus nunc, de deo, Per ſpeculum, id eſt per imaginem
obſcuram. Videmus enim aliquas creaturas, in quibus ali-   Augu. de
qua ſimilitudo dei relucet, & hoc ſatis obſcurè. Et, In æ-   trinitate.
nigmate, id eſt per obſcuram allegoriam. Attende quod
addidit in ænigmate, quod vtique multis incognitum eſt,
quia eas literas neſciunt, in quibus eſt doctrina de locu-   Ibidem.
tionum modis, quos græci tropos vocant, quo vocabulo
etiam nos vtimur pro latino. Vt enim ſchemata vſitatius
dicimus quàm figuras: ita vſitatius tropos quàm modos.
Eſt autem allegoria, tropus quidam huius tropi, id eſt,
allegoriæ ſunt plures ſpecies, quarum vna eſt quæ di-

citur ænigma. Aenigma verò est, vt breuiter explicem, non omnis, sed obscura allegoria. Proinde quantum mihi videtur sicut nomine speciali imaginem significauit, ita nomine ænigmatis similitudinem quanuis obscuram, & ad perspiciendum difficilem. Vtroque igitur nomine similitudines significatæ sunt, quæ valent ad intelligendum deum. Licet obscurè. Nunc enim imagines veritatis per fidem videntur, tunc res ipsę. Vel speculum est anima, in cuius aliquo modo deum cognoscimus. Sed in ænigmate, id est obscurè. Tunc autem videbimus, Facie ad faciem, id est manifestè à simili recto vultu se intuentium. Est enim quædam visio huius temporis, erit altera visio futuri. Ista est per fidem, illa erit per speciem. Et, Nunc, non solum alij, sed etiam ego ipse, Cognosco ex parte, id est obscurè, imperfectè. Tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum, id est videbo promissa, sicut videor à promittente, id est cognoscam deum, sicut & ipse me cognouit, scilicet sicut ipse est. Hoc est præsentem esse ad deum, vbi Christus est. Vel, Cognoscam sicut & cognitus sum, id est sicut præscitus sum cognoscere, quod modo est secretum. Nunc autem, quasi dicat. Tunc cognoscam, sed nunc vt ad id perueniam, Manent hæc tria, quasi dicat quæ pauca sunt, sed multum vtilia, scilicet, Fides, spes, charitas, quibus scientia & prophetia militant, sine quibus nullius iusti est vita perfecta, quæ tamen in his, etiam comparatione futuri imperfecta est. Maior autem his. Vel, Horum est charitas, quæ his discedentibus permanebit aucta, cui fides & spes hîc non possunt deesse, sed fides & spes sine charitate possunt esse, quanuis non sit pia fides, vel spes sine charitate. Et quia maior aliis est charitas, Ergo.

Ambrosi'

Augu. de doctrina. Christia. August.

CAPVT. XIIII.

SECTAMINI charitatem, æmulamini spiritualia, magis autem vt prophetis. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat,

cat, qui autem prophetat, ecclesiam dei ædificat. Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat quàm qui loquitur linguis, nisi fortè interpretetur, vt ecclesia ædificationem accipiat.] Sectamini toto, desiderio, Charitatem, quæ est dulce & salubre vinculum mentium, sine qua diues pauper est, & in qua pauper diues. Et, Aemulamini etiam, id est desiderate alia, Spiritualia, id est alia dona spiritus sancti. Sed post charitatem magis autem desiderate, Vt prophetis, quàm loquamini linguis, id est, magis prophetias quàm linguas. Et ita verè faciendum est. Qui enim loquitur lingua, incognita & peregrina, Non hominibus loquitur, id est intelligentiæ hominum. Et ita ex hac re nullus est eis profectus, sed deo cuius laudes dicit, qui & intelligit, ideò non hominibus loquitur. Enim, id est quia. Nemo, qui sit, Homo, id est carnalis. Audit, id est intelligit quæ dicit, Spiritus autem, quasi dicat. Et quia nemo intelligit, certum est quod non ipse homo. Sed spiritus sanctus loquitur, per eum, Mysteria, scilicet de deo secreta. Vel ita, Qui enim, vt aliter accipiatur lingua, & fiat distinctio inter spiritum & mentem, quia enim in lingua, id est in membro illo corporis quod mouemus, in ore cum loquimur, signa rerum dantur, non res ipsę proferuntur. Ideò translato verbo linguam hîc dicit prolationem, vbi sunt significationes velut imagines rerum, quæ vt intelligantur indigent mente, id est intellectu mētis. Dum verò non intelliguntur, dicuntur in spiritu, non in mente. Mens autē hîc accipitur superior vis animæ, spiritus vis eiusdem, animæ inferior mente, cui rerum imagines imprimuntur. Lingua ergo est quælibet signorum prolatio, quo cum intellectus accedit, quę est mentis, vel reuelatio fit, vel agnitio, vel prophetia, vel doctrina: de quibus subsequenter aget. Et sciendum quia loquens lingua, aliquando non intelligebat, aliquando intelligebat, sed aliis exponere non valebat, sed aliquis fortè interpretabatur aliquando, & videbat, & intelligebat, & interpretabatur. Vt verbi gratia, Pharao in spiritu vidit septem spicas, & septem boues, illorumque prolatio, quasi lingua fuit, sed non intellexit quid significarēt. Ideóq; propheta non erat. Proinde cui signa

Ambro. Augu. super Genesim. Augu. sup Genesim.

per aliquas rerum corporalium similitudines demonstrabantur in spiritu, si non intelligerẽtur, nondum erat propheta, Magisque propheta dicendus est, qui interpretatur quod alius videt, quàm is qui videt, vt Ioseph magis quàm Pharao. Pharao vidit spiritu, Ioseph mente: illius spiritus informatus est vt videret imagines: huius mens illuminata, vt intelligeret veritatem. Et ideò in illo erat lingua, in isto prophetia: quia in illo rerum imaginatio, in isto imaginationis interpretatio, Minus est ergo propheta qui rerum significatarum solo spiritu præuidet imagines, & magis est propheta, qui solo earum intellectu præditus est. Sed maximè propheta, qui vtróque præcellit, vt qui videt in spiritu significationes, & eas mente intelligat, vt Daniel, qui & somnum regis, quod viderat, dixit, & quid significaret aperuit. Nam & ipse etiam imagines in spiritu eius expressæ sunt, & earum intellectus reuelatus in mente est. Secundum hoc prosequere literam, quasi dicat. Ideò magis desideranda est prophetia quàm lingua, Quia, Qui loquitur lingua, id est qui profert aliqua signa sine intellectu, Non hominibus loquitur, sed deo. Hoc non mutatur. Et verè non hominibus. Nemo enim audit. nec hoc mutatur. Spiritus autem, hominis non mens, Loquitur mysteria. Vel, Spiritu, alia litera, non mente, Loquitur, ille, Mysteria. Spiritus hîc potest intelligi animæ vis inferior, cui imagines rerum & verborum insigniuntur. Nam &c. q. d. benè de isto dico quod non loquitur hominibus. Nam qui prophetat, mente intelligendo, & interpretationes aperiẽdo, id est qui exponit scripturas quæ multis occultæ sunt. Hominibus loquitur. i. intelligentiæ hominum. quod valet. Ad ædificationem, insipientium, Et exhortationẽ, prouectorum, Et cõsolationem, desolatorũ. Ideò item melius est prophetare quàm loqui linguis. Quia Qui loquitur lingua, quod est loqui spiritu, Semetipsum ædificat, si tamen intelligit. Qui autem prophetat, quod est loqui mẽte, Ecclesiam ædificat, quantũ adse. Quanuis autẽ sic prophetiã linguę prępona͂, tamẽ Volo vos omnes loqui linguis, quod est donum dei. Et ideò magis volo, non prohibeo, Magis, autem volo vos, Prophetare, quàm linguis loqui, quia plus prodest. Quare magis volo hoc? Nam, id est quia, Maior

August.

Ambrosi.

est,

est.i.dignior qui prophetat, Quàm qui loquitur linguis. nisi fortè interpretetur, idest exponere valeat, quod dicit, quod raro est. Interpretetur dico, Vt ecclesia accipiat ædificationem. [Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa vtputa genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutẽ vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Sic & vos quoniam æmulatores estis spirituum ad ædificationem ecclesiæ, quærite, vt abundetis. Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.]

Nũc autẽ, &c. dixi quod maior est qui prophetat quàm qui loquitur lingua. Hoc autem in meipso autem videre potestis, quod lingua non prodest, vbi prophetia prodest. Quia, ô, Fratres, si venero nunc, quãdo fideles estis ad vos, Linguis loquẽs, quid vobis prodero? nihil. Quid ergo tũc lingua proderat, quando infideles eratis? Quid, inquam, prodest, Vbi loquar vobis, aut in reuelatione, scilicet, vt exponam vobis reuelationem. Reuelatio est vbi per figuras ostendũtur quædam mysteria, vt in Apocalypsi. Quid ergo ꝓdest nisi signis, id est linguæ accesserit intellectus, vt non spiritu tantum, sed & mente agatur? Nihil. Aut in scientia, scilicet, vt exponam ea quæ ad sciendũ pertinent, ea sunt quæ fidem illuminant, vt de natura deitatis. Aut in prophetia, scilicet vt exponã scripturam quę de futuris agit. Aut in doctrina, scilicet, vt exponam scripturas quæ mores informant. Vel reuelatio est, subita aliquarum rerum ostensio per spiritum facta: vnde post ait, Si cui sedẽti reuelatũ fuerit, &c. Prophetia est vt Esaię vel cæterorũ, quã sine humana industria spiritus sanctus reuelat. Scientia est eorum quæ proprio studio didicit. doctrina eorum **Ambro.**

quæ

quæ alio docente assecutus est. Tamen &c. Per similitudí nem quorundam inanimatorum ostendit linguas, siue ꝓphetias inutiles esse.q.d. Per me ostendi linguam non valere sine interprete. Per me dico, qui sum rationalis, tamé per inanimata idem possum ostendere. Quia quæ sine anima, &c. Vel ita continua. q.d. Quanuis linguas appetatis, tamen illa, Quæ sine anima sunt vocem dãtia, scilicet, Siue tibia, siue cithara, nisi dederint distinctiones sonituũ distinctos & intelligibiles sonos. Quomodo scietur quod canitur, tibia, Aut quod citharizatur, id est, quis indicare poterit modos, vel consonantias cantilenæ. Etenim. Item per aliam similitudinem idem ostendit. q.d. verè de istis nescietur, quia nec de tuba. Etenim si tuba det incertã vocem. Iudæis erat vsus tubę in festis & bellis diuersis sonis. Si ergo det incertam vocem, scilicet quę bellum non significet, Quis parabit se ad bellum? q.d. Vox illa nescitur, id est nõ intelligitur, quod effectus indicat, quia nemo se parat ad bellum. Ita & vos, loquentes, Per linguam, quorumlibet signorum, vel incognitam, Nisi sermonem manifestum, per interpretationem, Dederitis, qui debetis ad bellum cõtra dęmones homines hortari, Quomodo scient. id est intelligent, Id quod dicitur à vobis, nullo modo. Et verè nescietur, Eritis enim loquentes in aera, id est ad aures hominum inanis aeris ictu, non ad corda hominum intellectu. Ideò eritis loquentes in aera, quia tam multa eritis loquentes, Vt puta, multa, sunt Genera linguarum, in hoc mundo. Multæ quidem sunt linguæ in mundo, sed habent proprias significationes vocum, vt intelligantur. vnde subdit, Et nihil est sine voce. Quod totum est dicere, tantum valet hæc locutio, ac si omnibus linguis loqueremini, quas nullus vnq̃ intelligeret, & de omnibus rebus in vnaquaque lingua, quia nulla res est sine sua voce, in vnaquaque lingua. Vel ita distingue literã. Ideò nescitur. Quia, Eritis in aera loquentes. Nam multa, vt puta, multa sunt. Genera linguarum, in hoc mundo. Et in singulis linguis nihil est sine voce, id est quia loquimini omnibus linguis, & de omnibus rebus. Si ergo, quasi dicat. quia alij sine interprete non intelligerent. Ergo si, Nesciero virtutem vocis, id est, interpretationem significationis vocis quam pro-

Ambros.

profero, Ero barbarus, id eſt non intellectus ei, Cui loquar, id eſt quem inſtruere debeo. Et ille qui loquitur, id eſt qui inſtruit, mihi eſt barbarus,id eſt non intellectus. Vel, Qui audit, A lia litera,cui ſenſui poteſt aptari etiam illud, Qui loquitur, vt paſſiuè accipiatur: vt ſit ſenſus, Qui loquitur,id eſt,qui inſtruitur. Vel qui audit, quod eſt idē, Erit mihi barbarus,id eſt nec ipſe me,nec ego ipſum intelligo. Sic & vos, &cæt. quaſi dicat. Sicut dico de me quòd ero barbarus ſine interpretatione,Sic & vos,eritis barbari ſine interpretatione & ideo quęrite, Vt abundetis,donis, ad ædificationē eccleſiæ, quod eſt per interpretationem. Hoc ideo dico, Quoniam eſtis æmulatores ſpirituum, id eſt deſideratis dona ſancti ſpiritus. Vel ſub vna diſtinctione poteſt legi, hoc modo. Sic, id eſt, propter hoc ne ſitis barbari. Et vos, vt ego, quærite, Vt abundetis ad ædificationem eccleſiæ, quoniam æmulatores eſtis ſpirituum. Et ideo.quaſi dicat, & quia ædificare debetis, Ideò & qui loquitur ling.oret deum, Vt interpretetur,id eſt interpretandi gratia ſibi detur. Vel,Sic oret,id eſt ſic loquatur,vt etiam,Interpretetur,id eſt exponat. Nam ſi aliter fecerit, non valet,& hoc eſt quod ſubdit, Nam ſi orem, id eſt loquar,Lingua, ſine interpretatione,Spiritus meus,ſcilicet, ſpiritus ſanctus à deo mihi datus, Orat, id eſt facit me loqui. Vel,Spiritus,id eſt ratio, Orat, id eſt facit me loqui, id quod bonum eſſe putat. Vel ſpiritus hîc vocatur,vis animæ inferior mente, vbi corporalium rerum ſimilitudines imprimuntur,vt verbi gratia. Spiritus Pharaonis informatus eſt, vt videret imagines. Mens vero Ioſeph illuminata eſt,vt intelligeret. Et eſt,Spiritus meus orat,id eſt vis illa animæ inferior cui impreſſæ ſunt imagines rerum, Facit me loqui,mens autem mea,id eſt altera ſuperior vis animæ,Eſt ſine fructu,id eſt ſine intelligentia earum rerū quæ dico,& ideo inde non inſtruitur. Ita enim fit,ſi lingua incognita quis loquatur: vel ſigna aliquarū rerum ſine intellectu proferat,ſicut ſolent Latini homines Græcè cantare,oblectati ſono verborū,neſciētes tamē quid dicāt. [Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu,orabo & mēte. Pſallā ſpiritu,pſallā in mente. Cæterū,ſi benedixeris ſpiritu,quis ſupplet locū idiotę? Quomodo dicet amē ſup tuā bndictionē?

Ambroſi. Augu.ſuper Geneſim. Ambroſi. Ambroſi.

Quo-

Quoniam quid dicas nescit. Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ædificatur. Gratias ago deo meo quod omniũ vestrum lingua loquor. Sed in ecclesia volo quinq; verba sensu meo loqui, vt & alios instruam, quàm decem millia verborum in lingua. Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. In lege enim scriptum est, Quoniam in aliis linguis, & in labiis aliis loquar populo huic, & nec sic exaudient me, dicit dominus. Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus, prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus.] Quid ergo est? vtile. Quid ergo est faciẽdum? Ecce, Orabo, id est loquar, Spiritu, id est voluntate. Vel, Lingua, à spiritu sancto data, Orabo & mente, id est intelligentia mentis. Vel, Orabo spiritu, orabo & mente, id est, ita loqui approbabo, vt & signa rerum formentur in spiritu, & eorum intellectu refulgeat in mente. sicut, Psallam spiritu, id est melodia cantus quod minus est. Et, Psallam mente, id est spiritali intelligentia, mentis quod plus est, id est sic psallam, vt & consonãtiam vocis intelligã, & similiter cõcordiam in membris ecclesiæ esse debere. Cæterum. q. d. Ita est orandum vel psallendum, vt dixi. Sed si aliter feceris, scilicet, Si benedixeris, id est aliqua bona dixeris, Spiritu, id est lingua per spiritum data, Quis supplet locum idiotæ, id est illiterati & rudis. q. d. nullus. Nec etiã sapiens, quia non intelligit. Deinde aperiens, quis sit locus idiotæ, subdit, Quomodo dicet, aliquis, Amen. Hic est locus idiotæ etiam multum intentus, Super tuã benedictionem, vt intelligat eam, nullo modo. Quoniam quid dicas nescit. Nota quòd hoc verbum amẽ, nec Græcum est, nec Latinum, sed Hebræum, & interpretatur verum: cumque posset dici, verum, vbi dicitur amen, nec Græcus tamen, nec Latinus interpres ausus est, vel transferre ne vilescere nudatum, sed honorem haberet velamento secreti. Nã & tu. q. d. Ideò dico super tuam benedictionem. Nam tu, &c. Vel ita continua. q. d. Hoc noto quòd idiota habet locum. Nam hoc non noto, vel arguo, quod agis. Quia, Tu quidem bene gratias agis, in lingua. Hoc dicit ne donum spiritus videatur reprehendere. Agis gratias dico, Sed alter non ædificatur. Et ne fortè quasi ęmulis videretur dicere

Augu. super Genesim.

Augu. super Ioan.

Ambrosi*

cere

cere per inuidiam deprimens in aliis quod in ſe non habe ret,oſtendit omniū horum ſe loqui linguis,ſubdens,Gratias ago. Hîc proponit ſe exemplum, quòd non deberent loqui linguis,niſi ad ædificationē,ſicut ipſe facit,qui omnes linguas nouit. q.d. non in vobis vitupero , quod ipſe non habeo Quòd,id eſt quia,Ego loquor linguas omniū veſtrum,id eſt qua loquitur aliquis veſtrum. Et inde. Gratias ago deo meo. Dico quòd omniū linguis loquor, Sed in eccleſia,cui eſſe debeo vtilis, Volo magis loqui quinq;, id eſt pauca, Verba meo ſenſu,ſcilicet vt intelligam,Vt alios,de fide & moribus,Inſtruam,quàm decem millia verborum,id eſt infinita verba,In lingua,ſic & vos,ô,Fratres in eccleſia,agite,ſcilicet,Nolite effici,per imperitiā, Pueri ſenſibus,qui verba exprimunt quæ non intelligunt. Nolite,ergo eſſe,Pueri ſenſibus,vt non intelligatis quæ dicitis ſicut pueri,ſed iuxta exemplum quod proponit dominus dicens,Efficiamini ſicut paruuli. Eſtote paruuli malitia. Vt,ſcilicet per innocentiam ſitis remoti à malitia,vt ſunt paruuli, Senſibus autem perfecti eſtote, vt intelligatis plenè quod dicitis. Et ſtudeatis his quæ proſunt fratribus,quod eſt perfectio ſenſus,dicente Solomone. Scire legem ſenſus eſt optimus. In lege enim. Vel, Quidem. Ratio hîc oſtenditur quare non deberent quærere linguas, quia linguæ in ſignum ſunt infidelibus quod ipſi iam non ſunt. Et non ſunt ad ædificationem quæ in eccleſia eſt neceſſaria iam fidelibus.q.d.ideo ne quæratis lingua. Quia, Eſt in lege,id eſt in prophetia Eſaiæ,quæ hîc dicitur lex. Scriptum eſt hoc. Quoniam &c. Vel, In lege, ſcilicet in Eſaia,Quidem ſcriptum eſt. Hoc,ſcilicet, Quoniā in aliis linguis,& in aliis labiis,id eſt diuerſis generib⁹ linguarū, Loquar, per apoſtolos, Populo huic , ſcilicet iudaico, & hoc faciam,vt vel ſic exaudiāt me, Et nec ſic, id eſt ſigno miraculi, Exaudient me dicit dominus, in quo notat linguas eſſe datas in ſignum infidelibus. vnde ſubdit, Itaq; &c.q.d.quia linguis loquutus eſt,vt hoc ſigno crederent. Itaque linguæ ſunt in ſignum, non infidelibus,qui crederent omnia poſſe deum,Sed infidelibus,ad fidem nouitate miraculis mouendis. Vel,Ita in lege & cæt. Dicit linguas quibus velatur veritas nō eſſe appetendas,quia etiā omnia

Ambroſi.

Ambroſ.

velami-

velamina legis veteris dominus per prophetam esse mutanda dixit, vt fidelibus perspicua fieret veritas in nouo
Ambrosi⁹ testamento, remoto legalium figurarum velamine. Et hac similitudine ostẽdit linguas, quibus obtegitur veritas, nõ esse appetendas: nec dari propter fideles, sed infideles: sicut in veteri lege velamen erat, vt indignis & infidelibus velaretur veritas. q.d. Ideò ne quæratis linguas, quia, Scri
Ambro. ptum est in lege, hoc, Quoniã loquar po. huic, in aliis linguis, scilicet non de sabbato, & neomeniis, & circuncisione, & huiusmodi, sed nouum testa. Et aliis labiis, id est, a
Ambro. liis verbis, scilicet de spiritualibus non de terrenis. Et nec sic exau. me, di. dominus. Hoc de his dixit, quos præsciuit non credituros, quibus propter peccata non patet, vel nõ placet veritas. Ex hoc. Itaq;, patet, quod linguæ aliquando, Infi. sunt non fi. sed infi. quia dum dat deus loqui linguis sine interpretatione significatur ꝓpter infideles hoc fieri, ne eis reueletur veritas. Vel ita, Aliis linguis loqui, & aliis labiis dicit parabolicè & obscure loqui, qualiter incredulis loquitur dominus: fidelibus autem in reuelatione veritatis. vnde dominus apostolis ait, Vobis datum est nosse mysterium re. d. c. a. in para. Et velamine incognitę lingue obscurantur sermones dei, ne videantur à perfidis, & ideo lingua non est appetenda. & conuenit in parte cũ præcedente lectione, vtraq; enim est Ambrosij. q. d. ideo
Augus. ne quæratis linguas, quia, Scriptum est in le. hoc, Quoniã lege pop. huic, maliuolo, In aliis ling. & aliis labiis quàm fidelibus & beniuolis, qui autem in reuelatione qua in digni sunt, sed in parabolis dicitur in euangelium. Et sic nõ exaudiẽt me, dicit dominus, sicut nec digni sunt. Itaque, à simili infert. quasi dicat, quia parabolice & obscurè loquitur deus perfidis & maliuolis propter ipsorum malitiam. Itaque, per hoc patet, Quod lingua in sig. sunt, non fi. sed infide. id est sermones dei incognita lingua obscuri sunt, ne videantur à perfidis, vt cum audiuntur signum sit, quia propter perfidiã factum est, vt audientes non intelligant. Hoc vtiq; fit infidelibus quibus teguntur sensus. Fidelib⁹ vero conuenit prophetia, nõ lingua incognita. Vnde subdit, Prophetiæ autem. vt sensibus perfecti sint fideles, datę sunt, Non infidelibus, ne sanctũ detur canibus: sed fidelibus, vt

bus,vt ædificentur. [Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum,& omnes linguis loquantur, intrét auté idiotæ aut infideles,nónne dicent quid insanitis?Si autem omnes prophetent,intret autem quis infidelis vel idiota,conuincitur ab omnibus,diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt , & ita cadens in faciem adorabit deum, pronuncians quod verè deus in vobis sit. Quid ergo est fratres?Cũ conuenitis, vnusquisq; vestrum psalmum habet, doctrinam habet,apocalypsim habet,linguam habet,interpretationem habet,omnia ad ędificationem fiant.Siue lingua quis loquitur secũdum duos,aut,vt multum, tres & per partes,& vnus interpretetur.Si autem non fuerit interpres,taceat in ecclesia, sibi auté loquatur, & deo.Prophetæ autem duo,aut tres dicant, & cæteri diiudicent.Quòd si alij reuelatũ fuerit sedenti,prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare , vt omnes discant,& omnes exhortẽtur.Et spiritus prophetarũ prophetis subiectus est.Nõ enim dissensionis est deus sed pacis,sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo.] Si ergo, Alia ratio hîc ostẽditur,cur nõ deberẽt loqui ling tãtũ.q.d.quia linguę sunt in signũ, & nõ sunt ad ędificationẽ,Ergo si vniuersa ecclesia cõueniat in vnũ,& oẽs loquãtur linguis,sine interprete,Intret aũt quis idiota, vel infi. nónne di.quid insa.q.d.Arreptitij nanq; videbũtur, cũ alter alterũ nõ intelligat.Fit enim tumultus quidã inconditus multitudinis,quasi phrenesim patiẽtis.Aut fortè quandã seductionem,qui audiunt putabũt esse & vanitaté,quæ ideo linguis conatur ,quia pudoris sit si reuelet̃. Sicut fit apud Paganos,quib⁹ aliquo modo illa quę ab eis vocãtur, sacra velãtur,ne se vanitatib⁹ cernãt illudi.Omnis eñ impostura tenebras quærit,& falsa ꝓ veris ostendit, sicut Pagani,tectis vanitatib⁹ illuduntur. Apud vos auté nihil astutè fucatũ est,sed simpliciter & aperte vnus laudat̃ deus, quia si nullus intelligeret posset videri seductio, quæ linguis caneretur,cũ pudor esset reuelari.Si auté. q.d Si oẽs loquant̃ lin.illud incõueniés sequit̃.Si aũt omes, viritim. Prophetẽt.i.exponãt Intr.au.quis infi.aut idio.ipse, Conuincitur, suo errore, Ab omnibus diiudicatur.i.damnabilis ostẽditur ab omnibus.Et hoc ideo Enim,id est quia, Ambro.

Occul-

Occulta cordis eius, id est peccata sua quæ nesciebat esse peccata, Manifesta sibi fiunt, expositionibus illorum. Et ita cadens in faciem, id est humilians se, Adorabit deum, qui se sibi per vos notificauit, Pronuncians, ore quod habet in corde. scilicet. Quod deus verè sit in vobis. Quid ergo. Iam incipit determinare, quomodo sit linguis vtendum. q. d. Quandoquidem hæc eueniunt de locutione linguarum, Ergo quid de eis, ô fratres, agendum est? scilicet hoc. Cum conuenitis in vnum, vtimini linguis ad ædificationem, sicut cætera facienda sunt. Nam vnusquisque vestrum habet aliquod donum, quo potest vti ad ędificatio-

Ambrosi. nem, ideo nullus se excuset. Verbi gratia, Alius habet psalmum, id est laudem dei per canticum. Vel, Habet psalmũ, id est gratia dei psalmos intelligit. Alius habet linguam,

Ambrosi⁹. alius doctrinam, de moribus. Vel, Doctrinam, id est spiritualem sensum per prudentiam. Alius habet Apocalypsim, id est reuelationem. Alius habet interpretationem linguarum, vel scripturarum. Omnia autem, hæc & alia, Ad ædificationem fiant, id est fieri debent. Siue, &c. q. d. Cætera suis modis ad ædificationem agenda sunt, lingua verò sic est vtendum. Siue quis, id est si aliquis, Lingua lo-

Ambrosi⁹. quitur secundum duos, fiat locutio, Aut secundum tres, vt multũ sit, id est duo, vel tres loquantur, & nõ plures quàm tres, vt occupent diem loquentes linguis, & non sit locus prophetis scripturas disserentibus, qui totius ecclesiæ sunt illuminatores. Dico vt locutio linguę fiat secundum duos aut tres, & hoc idem fiat. Per partes ecclesiæ. Vel vt vnus post alterũ loquatur, vel intercisè, & vbicunque, vel quandocunque quis loquatur, Vnus sit qui interpretetur, id est aliquis sit qui exponat populo. Si autem non fuerit interpres, taceat linguis, loquens. In ecclesia, vbi nihil debet esse, vbi ædificatio. Sibi autem loquatur, linguis, id est tacitè oret deum. Sibi loquitur, qui compungitur ex his quæ dicit. Et hic deo loquatur, id est ad honorem dei quẽ laudat, vel honorat. Prophetæ etiam duo, tãtum, Aut tres, dicant sigillatim, non plures, ergo debent esse qui linguis loquũtur. Ideò dicit duo, vel tres, quia sufficit sermo tot hominum. Et in ore duorum, vel trium stat omne verbum. Cæteri autem, tacitè, Diiudicent, quid dicant, an accipiẽdum

dum ſit an non. Quòd ſi aliquid, melius, Reuelatum fuerit, per ſpiritum ſanctum, Sedenti, id eſt illi, qui audiebat, Prior, prophetās, Taceat, & det illi locum, vt dicat. Quia datur aliquando inferiori, quod non ſuperiori. Ideò dico, vt det locum, Poteſtis enim omnes, etiam ſedens, accepta prophetandi gratia, Prophetare, non tamen ſimul, ne perturbatio fiat. Sed, Per ſingulos, vt ita ordinato vſu prophetiæ, Omnes, etiam maiores, Diſcant, & omnes, etiam minores, Exhortentur alios, Et ſpiritus. quaſi dicat, loquens debet cedere ſedenti, Et, id eſt quia, Spiritus prophetarum ſubiecti ſunt prophetis, id eſt ſpiritus ſanctus, qui vnus eſt: ſed pluraliter dicit, propter multos prophetas quos replet, vel propter plura dona eius: ſubiectus eſt ꝓphetis, vt quādo volunt tacere, & quando volunt loqui poſſint, & nō cogit eos, vt Phitonicus clamare aliqua vel ſubticere. Vnde ſi prior non cedit, videtur non eſſe ſpiritus dei. Subiectus etiam dicitur ſpiritus, dum ſuggerit, & iuuat bonos conatus. Non enim. q. d. Verè ſubiectus eſt. Quia. Non eſt diſſentionis deus, id eſt diſcordiæ author. Sed pacis, & ideo alter cedat alteri. Diſſenſionis autem deus eſſet, ſi quos replet ſimul loqui compelleret, quod non facit: potius facit, vt alter alteri cedat: aliter diſſenſionis eſſet, & non pacis. Hæc autem de ordinabili vſu linguarum & prophetiæ, ſicut in noſtra eccleſia doceo. Et ita vobis dico, Sicut in omnibus eccleſiis, etiam Sāctorum doceo q. d. non eſt nouum, vel ſingulare quod vobis dico. Ideo firmiter tenete.

Ambroſi.

Ambro.

[Mulieres in eccleſiis taceant, nō enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui in eccleſia. An à vobis verbum dei proceſſit, aut in vos ſolos peruenit? Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia domini ſunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Itaque fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autē honeſte, & ſecundum ordinē fiant in vobis.] Mulieres. Quaſi dicat, & ſi dixi quod poteſtis omnes prophetare, tamen Mulieres taceant in eccl. vt nec loquantur linguis nec prophetent. Non enim permittitur eis, ab aliqua authoritate, Loqui, in eccleſia, Sed, potius

Auguſt.

prȩcipitur, Esse subditas viris, quod velum innuit. Sicut & lex dicit, in Genesi, sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Si quid autem volunt discere, interrogent viros suos, & hoc domi, tātum. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia, quia cótra disciplinam ecclesiasticam est. Et quia pro peccato quod induxit mulier, semper debet verecundari. An à vobis. Quia fortè de linguis, & prophetia quibusdam Apostolus, non rectè locutus fuisse videretur, ne aliter ordinare præsumerēt, quia & in aliis suas institutiones mutauerant, subditur increpatio qua arguit eos. Quasi suis institutionibus dimissis aliquas nouas vellent inducere, quod non possent. Quia ab eis non processit verbum dei, nec soli acceperunt. quod ait sub interrogatione, ita, An à vobis? Quasi dicat, non debetis mutare quod tradidi. Quia, An processit verbū dei à vobis, ad nos, imò à nobis ad vos. Ideò ita arguit eos, quia sic se iactabant Corinthij, quasi beneficium darent accedentes ad fidem, non acciperent, & exemplo eorum cæteræ gentes vocarentur ad fidem. Ideò illos iterum arguit subdens, Aut in vos solos peruenit verbum dei. Quasi dicat, nō, imò in alios plures. Et ideo quod alij tenent, tenete. Ideo sic arguit eos, quia tales se prȩbebant elatione vanitatis. Quasi si ipsi nō obedirent verbis fidei, nemo crederet. Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis &c. Quasi dicat, Item ideo mea præcepta tenere debetis, quia quæ scribo vobis, Mandata, domini sunt, & oportet, vt ita, Cognoscat ea esse si quis verè est propheta, aut spiritualis vt videtur esse. Alioquin, si cótra vadit, nec propheta est, nec spiritualis. Hæc dicés tangit pseudoapostolos, qui pro desideriis hominum non diuina, sed terrena docebant. Ideò dicit propheta, vel spiritualis, quia sunt spirituales, qui nō sunt prophetæ, qui non habēt notitiā de futuris. Si quis autem. q.d. mandata sunt dei quæ scribo. Sed si quis ignorat, hæc esse mādata dei, & non vult credere esse mandata dei, Ignorabitur, à deo in futuro, id est reprobabitur, & non cognoscetur esse inter prædestinatos, vt in euangelio legitur, dominus dicturus malis, nescio vos, id est non noui vos esse meos, vel inter prædestinatos. Et rectè qui nescit domini esse qui dicit apostolus, & ipse à domino ignorabitur in die iudicij. Vel ita,

Ambrosi⁹ (margin, beside "dari. An à vobis")
Ambrosi. (margin, beside "An à vobis? Quasi dicat")
Ambrosi⁹ (margin, beside "peruenit verbum dei")
Ambrosi. (margin, beside "tra vadit")
Aimo. (margin, beside "non vult credere")
Augu. super Ioan. (margin, beside "prædestinatos. Et rectè")

ita, Si quis &cæt. solidam vult esse apostolus scientiam spiritualium quæ docet, & spiritualiter debere intelligi sciēs, ait, Si quis. q. d. Tenete quod dixit, & spiritualiter, & verè hæc intelligite. Et hoc est quod ait, Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, id est si quis est quod videtur, cognoscat, id est verè & spiritualiter intelligat, Quæ scribo vobis, quia verè spiritualia sunt. Per hoc innuit difficilia esse verba epistolarū, cum à propheta, vel spirituali iubet cognosci. Et nota quòd ait, Si quis videtur propheta, aut spiritualis, quod vtique non est si non ita esse cognoscit. Qui enim verè est, ita esse cognoscit. & ideo cognoscat, Quia domini sunt mandata. Si quis autem, hæc, Ignorat, ignorabitur, non de omnibus quæ scripsit, dicit hæc apostolus, tanquam ista pœna sint illi plectendi, qui non valent discernere ineffabilē trinitatis vnitatem. Pusilli enim in Christi cruce gloriantes, & si ignorant, quæ subtilissimè differuntur, tamen ad gloriam perueniunt, quia non perit vnus de pusillis, pro quibus mortuus est Christus. Non igitur hoc dicit de his quæ vix ad paucorum intelligentiam, eâmque exiguam quātulacunque in hac vita de re tanta esse potest, perueniunt, sed de prædictis quæ fidē & mores ædificant, scilicet, vt linguis prophetia præponatur, vt illa non perturbatè agantur. Quasi prophetiæ spiritus etiam inuitos loqui cogeret, vt mulieres taceant in ecclesia, vt omnia honeste & secūdum ordinem fiant. Coercet ergo & ad pacificum ordinem reuocat inquietos, tanto ad seditionem faciliores, quanto sibi videbantur spiritu excellentiæ, cum superbiendo cuncta turbarent. Et est, Si quis ignorat, hęc prędicta, siue magnus, siue paruus sit. Ignorabitur, id est, improbabitur. Non enim si ad scientiam referas ignorat deus aliquos, vel aliqua, qui tamen in iudicio dicet, Non noui vos: sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est. Itaque. q. d. quia interpretatio ædificat. Itaque, ô, fratres, æmulamini, id est desiderate, Prophetare. & tamen loqui linguis, Nolite prohibere, ne fiat dessensio. Omnia autē. quasi dicat, Dico nolite prohibere, Sed omnia tam hæc quàm alia facite in vobis, non pueriliter sed honeste, scilicet, cum pace. Et secūdum ordinem prædictum, vt vtilius minus vtili præponatur.

Augu. ad Encodiū.

August.

Ambro.

CAPVT XV.

NOtum autem vobis facio fratres euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini, qua ratione prędicauerim vobis si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis, in primis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundũ scripturas, & quia visus est Cephæ, & post hoc vndecim. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Nouissimè autẽ omnium tanquam abortiuo visus est mihi. Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei.]

Ambro. Notum autem. Finitò tractatu de donis spiritus sancti agit de resurrectione mortuorum. Hac vtique causa, quia cum ipso docente rectè credidissent de ea, postea tamen quorũdam prauiloquiis corrupti ab hac fide recesserant. Ipsam ergo futuram probat primò per resurrectionem Christi, deinde per alia multa. quasi dicat, de spiritualibus hucusq; docui. Sed modò ô fratres facio vobis notum euãgelium, de resurrectione mortuorũ, quod iam Prædicaui vobis. quasi dicat, non est nouum: Quod & accepistis, id est dignũ acceptione iudicastis. In quo & statis, id est stare datur vobis, qui sine eo caditis. Per quod & saluamini, iam exercitudine spei, & saluabimini in futuro in veritate rei, & speciei. Si tamen retinetis qua ratione prædicauerim vobis, id est, si tenetis illud euãgelium de resurrectione mortuorum, ea ratione qua confirmaui vobis, id est per, resurrectionem Christi tenetis dico, nisi frustra credidistis, id est aut tenetis resurrectionem mortuorum, aut in cassum est fides, quæ non accipitur nisi spe resurrectionis. Vel ita, Nisi. quasi dicat, saluabimini dico, Nisi frustra credidistis. Illud idem quod prædicaui vobis ad confirmationem resurrectionis mortuorum. Tradidi enim, istud, vobis in primis, id est inter maxima, & adhuc trado, quod & accepi à spiritu sancto non finxi. scilicet, Quoniam Christus mortuus est, non pro sua necessitate, sed Pro peccatis nostris,

ſtris. Et hoc dico, Secundum ſcripturas, veteris teſt. quæ mortem Chriſti futuram cecinerunt. Vnde Eſaias, Vt ouis ad occiſionem ductus eſt. Et item, Tolletur à terra vita eius ab iniquitatibus populi mei. Ductus eſt ad mortẽ, Et, etiam, tradidi quia ſepultus eſt, & hoc ſimiliter ſecundum ſcripturas. Ait enim Eſaias, Dabit impios pro ſepultura, & diuites pro morte ſua. Et item, Erit (inquit) ſepulchrum eius glorioſum. Et etiam tradidi quia reſurrexit, probata vera morte, & hoc tã cito. ſ. Tertia die, vt ea poteſtate credatur nos poſſe ſuſcitare. Et hoc dixi, Secundum ſcripturas. Inquit enim Oſeæ, Poſt biduũ viuificabit nos, & in die tertio reſurgemus & venimus in conſpectu eius. Si autem mortuus & ſepultus reſurrexit, ne dubitetis mortuos & ſepultos reſurgere. Et etiã tradidi, Quia viſus eſt, poſt reſurrectionem, Cephæ, id eſt, Petro priuſquam aliis viris, quibus apparuiſſe legitur in euangelio. Aliter cõtrarium eſſet quod primo mulieribus apparuiſſe legitur. Et poſt hæc, viſus eſt, Vndecim, Apoſtolis in conclaui. Alia litera, habet Duodecim, quod per ſynecdochen accipitur. Vbi eñ pars maior eſt, aut potior, ſolet eius nomine etiã illud comprehẽdere, quod ad ipſum nomen non pertinet: qualiter illud dictũ eſt, Nõne ego vos duodecim elegi, cũ tamen Iudas de electis non eſſet: ita & hic dicitur. Hunc enim numerum verũ cum articulo Græci codices habent, vt non quicunque duodecimo, ſed illi in eo numero intelligantur: ſed vndecim nonnulli codices habent, quod credo perturbatos homines emendaſſe, neutrum tamen veritati repugnat. Deinde viſus eſt pluſquam quingentis fratribus, ſimul, hoc non in euãgelio legitur. Ex quibus multi manent vſque adhuc, qui teſtes ſunt, ſi quæritis ab eis. Quidam autem, illorum, dormierunt, ideſt mortui ſunt, in hoc teſtimonio permanẽtes. Deinde viſus eſt Iacobo, ſingulariter, nec hoc in euangelio eſt. Deinde Apoſtolis omnibus, apparuit in aſcenſione. Nouiſſimè autem omniũ. ſ. poſt aſcenſionem, Viſus eſt & mihi, primùm de cælo, poſt oranti in templo. Mihi dico, Tanq̃ obortiuo. i. ſimili abortiuo. quia coactus eſt ad deum conuerti, vt abortiuus cogitur naſci. Vel abortiuus dicitur, quia extra tempus natus, in Chriſto Apoſtolatum accepit iam Chriſto in cælum

Ambroſi.

Aimo.

Ambroſi.

Augu. de conſenſu euãgeliſtã

Augu. in libro q̃ſt. ſup Gene.

Augu. de conſenſu euangeliſtarum.

Ambroſi.

 aſſum.

Ambrosi⁹ assumpto. Abortiuus enim dicitur, qui extra tempus legitimum & congruum nascitur, id est, antequam debeat, vel post. Sic & Paulus hîc dictus est abortiuus, quia tardius natus est in Christo, quàm debuisset. Vel similis abortiuo dicitur, quia minor aliis Apostolis erat cõsideratione præteriti status, vel tempore. Vnde subdit, Ego enim &c. q. d. rectè post omnes apparuit mihi, quia ego sum minimus Apostolorum, consideratione præteritorum. & dicit, hoc causa humilitatis. Vel minor erat aliis tempore vocatione, quia vltimus vocatus est, non dignitate, labore, prædicatione. Qui etiã, non sum dignus vocari Apost. si mea pręcedentia attendantur merita. Vnde subdit. Quoniam persecutus sum ecclesiam dei, firmius testimonium est ab inimico, quod antè fuerat Apostolus. [Gratia autẽ dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia dei mecum. Siue enim ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis. Si autem Christus prædicatur, quòd resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicũt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum nõ est? Si autem resurrectio mortuorũ non est, neq; Christus resurrexit. Si autẽ Christus non resurrexit, inanis est pręedicatio nostra, inanis est & fides vestra. Inuenimur autem & falsi testes dei, quoniã testimonium diximus aduersus deum, ꝙ suscitauerit Christum quem non suscitauit: si mortui non resurgunt. Nam si mortui nõ resurgunt, neque Christus resurrexit. Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantũ in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.]

Aimo. (margin notes: Aimo. — Ambrosi. — Aimo. — Ambrosi⁹)

Et quasi quis quæreret, Si non est dignus vocari Apostolus, cur ergo Apostolus? Respondet, Gratia dei sum id qđ sum, id est Apostolus. Deo dat gloriam qui eum elegit, nõ sibi, & rectè gratiam nominat. Primũ enim sola gratia dat deus, cum non præcedant, nisi mala merita, sed post, per gratiam incipiunt bona merita. Meritũ enim fuit in Paulo cum persequebatur ecclesiã dei, sed malum. Cum ergo haberet hoc meritum malum, redditum est ei bonum pro malo, quod ostendit cum ait, Gratia dei sum id quod sum.

Augu. de gratia & libero ar. August. Ambro.

Et

Et vt ostenderet etiam liberum arbitrium, addit, Et gratia eius, id est apostolatus, In me non fuit vacua, id est ociosa, quia propter hoc quod persecutor fuit non minor gratia fuit ei in apostolatu. Non fuit vacua dico, Sed abundãtius omnibus illis, sigillatim laboraui, quia in tot populis in quot illi non laborauerunt, hoc tamen magis impletum est, quia & de opere manuum vixit, nec euangelio minus fecit. Et ne ipsa voluntas sine gratia dei putetur aliquid posse, subdit. Non ego autem, solus sine gratia operor. Sed gratia dei mecum, id est cum libero arbitrio. Planè cũ data fuerit gratia incipiunt esse merita nostra bona. Per illam tamẽ, quia si illa se subtraxerit, cadit homo. Siue enĩ. quasi dicat, mortuus surrexit, & verè, quia Sic prędicamus, scilicet, Christum surrexisse, Siue ego, siue illi, alij apostoli. Vel ita continet. q. d. laborauimus ego & alij apostoli, & verè, quia in hac prædicatione. quod ita ait, Siue enim ego, siue illi sic prædicauimus, vbiq; scilicet, Christum surrexisse, & vos sic credidistis, arguit eos, quia cũ hæc fides manifesta sit, apud omnes ecclesias, illi indè desciuerant. Vel ita continet. q. d. Verè per gratiam hoc habeo, quia Siue ego, siue illi, id est, ego & illi. Sic, id est per gratiam, Prędicauimus. Et, vos, Sic, id est per gratiam, Credidistis. Si autem. Hucusque ostendit Christum resurrexisse, nunc per resurrectionem eius probat resurrectionẽ mortuorũ. q. d. Ita constat Christum resurrexisse à morte. Si autem, hoc est, scilicet, si Christus Resurrexit à mortuis, qui est efficiens causa resurrectionis mortuorum, Quod prædicatur, ab omnibus veris apostolis, Quomodo dicunt quidam, in vobis, Quoniam resurrectio mortuorum nõ est futura. Si autẽ, q. d. Dicunt quidam nõ esse futurã, sed si hoc est. i. Si resurrectio mortuorum nõ est futura, dicendũ est quod Neq; Christus resurrexit, qui totum propter suos fecit. hæc pseudoapostoli tradiderant, qui negabant veritatem dicẽtes Christum, nec venisse in carnem, nec passum, nec resurrexisse. Si autẽ. Nequis neget resurrectionẽ Christi, subdit incõuenientia dicens. Si autem Christus nõ surrexit, prædicatio nostra est inanis. i. inutilis. Et fides vestra, similiter est Inanis. i. inutilis, cum nulla remuneratio sit futura, quod vos non vultis. Inuenimur autẽ, & nõ so-

Augu. super Ioan. August.

Ambrosi⁹

lum hoc inconueniens sequitur, sed etiam hoc aliud, quia nos apostoli, quibus omnes credũt, Inuenimur falsi testes dei, qui de falsa laude sua irascitur. Quoniam diximus testimonium aduersus deum.s.qui & suscitauit Iesum Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgũt. Perhorrendum est aliquid falsi de deo dicere, & si ad laudé ei videatur pertinere, quia non minori, sed maiori fortassis scelere in deo laudatur falsitas, quàm vituperatur veritas. Nã si, quasi dicat, Deus non suscitauit Iesum, si mortui nõ resurgunt. nam nõ resurrexit si illud est. quod ita dicit, Nã si mortui non resurgunt, neq; Christus resurrexit, Quòd, id est sed Si Christus non resurrexit, tunc, fides vestra vana est, id est falsa, non tantum inutilis. Adhuc enim.q.d. Verè falsa est fides. si Christus non resurrexit. Quia adhuc.s.post baptismum estis, In peccatis vestris, quæ remissa fore credebatis. Sunt hæ veræ connexiones ratiocinationis, falsas tamen habentes sentẽtias. Hæc autem & alia ideo inferuntur, vt hic erubescat, cuius errorẽ hæc sequuntur, quæ etiam ipse damnat. Ne ergo in hoc errore remaneant, Ergo. Adhuc subdit aliud incõueniens. quasi dicat, & quia vos estis in peccatis, Ergo & qui dormierunt in Christo, id est qui mortui in fide Christi, fuerunt in peccatis. Et ideo perierunt, per hoc, verecũdiam illis incutit & terrorem. Si in hac, &cæt. Aliud inconueniens hîc ostẽdit.q.d. & si Christus non resurrexit, Nos sumus sperantes in Christo, id est in fide Christi. Tantum in hac vita, vt resurrectionem futurá non speremus, & si hoc est. Tũc miserabiliores sumus omnibus hominibus, qui vel hoc seculo fruuntur. [Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominẽ mors. & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in aduentum eius, crediderunt. Deinde finis cum tradiderit regnum deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestaté & virtutem.] Nunc autem.q.d. si Christus non resurrexit, hæc incõuenientia sequuntur, sed pro his inconuenientibus vitandis, nunc apparet, Quòd Christus resurrexit à mor-

Augu. ad Hierony.

Augu. de doctrina Christiana.

mortuis,qui eſt,primitiæ dormiẽtiũ.i.mortuorũ, qui ideò dicuntur dormientes, quia facilè & integri de morte tanquam de ſomni dormitione reſurgent, quorum primitiæ dicitur Chriſtus,quia prius aliis tempore & dignitate ſurrexit. Quoniam quidem.q.d. per Chriſtum hominem poterunt reſurgere, Quoniam per hominem quidem multo minorem venit mors,& ſi hoc eſt, ergo, Et per hominem, poteſt fieri reſurrectio mortuorum. Ecce primitiæ,homo, & homo:homo ad vitam,homo ad mortem:& ille non niſi homo,iſte deus & homo. Quis autem ille,quis iſte, ſupponit. Et ſicut.q.d.per quem venit mors, per quem reſurrectio? Ecce. Et ſicut omnes moriuntur, corporali morte, In Adam,quia eius filij ſunt à quo mortem & mortis meritum traxerunt: Ita & omnes viuificabuntur in Chriſto, quia eius filij ſunt ſpirituali regeneratione. Attende quomodo ait omnes mori in Adam, & omnes viuificari in Chriſto, quia nemo ad mortem naſcitur niſi per illum, nemo ad vitam niſi per iſtum. Quia ſicut per Adam omnes mortales in pœna facti ſunt filij ſæculi,ita & per Chriſtum, omnes immortales in gratia fiunt filij dei. Nemo quippè ambigit hoc de morte corporis dictum, quoniam de reſurrectione corporis agebatur. Vnuſquiſque autem, quaſi dicat hoc omnes communiter habebunt. ſ. quod reſurgent,ſed tamen different. Quia vnuſquiſque reſurget in ſuo ordine.i.in ſua dignitate,martyr vt martyr,apoſtolus, vt apoſtolus ſic & cęteri. Primitiæ &c. Ordines hîc exponit,vt de re certa,& tẽpora quãdo factũ ſit,& quãdo futurum ſit vt reſurgant mortui. Primitiæ, id eſt primus tempore,& maximus dignitate Chriſtus eſt,qui prior reſurrexit vt fidem faceret, & formam daret credentibus. Deinde omnes. Hi qui ſunt Chriſti.ſ. qui in Chriſtum credũt, qui minus eo digni ſunt reſurgent poſteriores tempore,& dignitate minores,& qui ſunt Chriſti exponit dicens,Qui crediderunt in aduentum eius, id eſt ipſum ad remunerãdos bonos venturum. Vel in libro talis litera habetur. Deinde,Qui ſunt Chriſti in aduentu eius.ſ.reſurgent.i. cum venerit ad iudiciũ. Deinde,erit,finis.i.conſummatio,hoc ponit ad commendationem reſurrectionis,qua impleta & finis erit mundi,& conſummatio omnium. & hoc erit, Cũ

Augu.ſuper Ioan.

Augu. ad Dardañ.

Augu. ad Optatum

Ambro.

Aimo.

Chriſtus

Christus tradiderit.i. repræsentauerit, Regnum, id est illos quos in bonis operibus rexit, Deo, creatori suo inquãtum est homo, & patri suo, inquantum est deus. Ideò autẽ dicitur tradere patri, vt ostendatur, quia alia persona est filius quàm pater, Non ergo sic arbitremur Christum traditurum regnum deo & patri, vt adimat sibi, quod quidam vaniloqui crediderunt. Cum enim dicitur tradiderit regnum deo, non separatur ipse vel spiritus sanctus, quia simul cum patre vnus est deus filius & spiritus sanctus Quid ergo est, Cum tradiderit regnum deo & patri, quasi modo non habeat regnum deus pater? Sed hoc ita dictũ est, Cũ tradiderit regnum deo & patri, id est cum perduxerit credentes ad contemplationem dei patris, vbi est finis omnium, & requies sempiterna, & gaudium, ergo tunc erit finis, cum regnum, id est quos redemit sanguine filij tradiderit contemplando deo & patri, non quod ipse adimat sibi, quia vnus deus est cum patre. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eius. Regnum fulgebit in regno, cũ regno venerit regnum, quod nunc oramus, cum dicimus, Adueniat regnum tuum. Tradet ergo regnum patri, quãdo regnũ quod seminauit cum venit minor patre, perducet ad speciem in qua æqualis non recessit à patre. Fideles quippè eius quos redemit sanguine suo dicti sunt hîc regnum eius, cuius regnum etiam est omnis creatura. Sed aliter dicitur regnum Christi omnis creatura, aliter ecclesia. Regnum Christi dicitur omnis creatura secundũ potestatem deitatis, ecclesia verò secundum proprietatem fidei, quæ de illo est. Et est sensus, Cum tradiderit regnum deo patri, id est cum perduxerit illos ad conspectum deitatis in quibus nunc regnat deus per fidem, quia tunc reuelabitur à filio pater. Vnde, Nemo nouit patrem, nisi filius. & cui fi. vo. re.. vbi & essentia filij cum patre & spiritu sancto videbitur, quod solis mundis cordibus dabitur, quę est summa beatitudo. Vel ita, Cum tradiderit regnum deo patri, id est cum patrem regnare monstrauerit quod modo creditur. Tunc verò per speciem manifestationemq́ue clarescet, & tunc erit finis, Cum euacuauerit omnẽ principatum & potestatem & virtutem. Dum durat mũdus, angeli angelis præsunt, dæmones dæmonibus, homines hominibus,

Augu. de trinitate.

Augu. super Ioan.

Augu. de trinitate.

Augu. in psal. 21.

Augu. de trinitate.

August. in li. q̃st. 83.

minibus,ad vtilitatem viuentium vel deceptionem:sed omnibus collectis, iam omnis prælatio cessabit, quia necessaria non erit. Hanc autem prælationem dicitur Christus euacuare, quia suos omnes in regno exaltabit qui hîc humiles fuerunt, sicut ipse ex humilitate regnat, quam habuit. Distingue. Principatum,dicit maiores. Et potestatē dicit minores, Virtutem,illos qui miracula faciunt,vel fortes homines. Sed tunc cessabit omnis creaturæ prælatio in angelis & hominibus,cessabit timor, regnabit charitas,nō erit inter præsidentes & subditos vlla dissensio. Vel ita, Cū euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem, quia tunc notum erit omnibus, nihil horum aliquos terrenos vel cælestes habuisse ex se,sed ab illo ex quo sunt omnia. [Oportet autem illum regnare,donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissimè autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat,omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. Cum autē subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi qui subiecit sibi omnia, vt sit deus omnia in omnibus.] Oportet autē illum,quasi dicat. Tunc apertè regnabit. sed interim, Oportet illum, regnare occultè, quia aliter scripturæ falsæ essent:& qui modo regnat,poterit suos suscitare. Oportet regnare dico, Donec ponat, in futuro. Omnes inimicos sub pedibus. Vel ita.q.d.tradet regnum,euacuabit potestatem:sed Oportet illum regnare.i. regnū eius interim manifestari, Donec ponat omnes inimicos, voluntarios vel coactos,Sub pedibus,id est sub plena subiectione,vel Sub humanitate sua,vt ipsam reuereantur & honorent,& Christum hominem deum & regem omnium agnoscant. Et est sensus, Interim oportet regnum eius manifestari, donec eum regnare fateantur omnes inimici eius, scilicet & illi qui ex iniustis iustificantur, & ei fide subduntur, & illi qui ad iustorum beatitudinem non pertinent, quia & ipsi eum regna ipsa regni eius manifestatione confusi fatebuntur. Attende quod ait, Donec ponat &c. Non enim ita dictum est, quasi cum posuerit inimicos sub pedibus non sit postea regnaturus, sed ad tantam euidentiam regnum perducet, vt inimici non audeant negare

Aimo.

August.

August.in li. qst. 83.

Aimo.

August

gare quod regnet, quo amplius non erit manifestus, & ſi ampliús duret. Aliud eſt non amplius manifeſtari, aliud non amplius permanere. Non amplius manifeſtari eſt, nõ fieri manifeſtius: non amplius permanere, non eſſe perſeuerantius. Quando autem manifeſtius erit regnum Chriſti quàm cum omnibus claruerit inimicis? Dicendo ergo, Donec, maiorem excludit manifeſtationem regni nõ ampliorem permanentiam, ita etiam dictum eſt, Oculi noſtri ad deum, donec miſereatur noſtri. Non vt tunc auertãtur cum miſertus fuerit, ſed vt nihil amplius inquirant. Inter alia verò cõſtat ꝙ & poteſtatẽ ſuſcitandi habet. vnde ſubdit, Nouiſſima autem. Iterum autem commendatio reſurrectionis eſt hîc. q. d. Modo regnat Chriſtus, & tunc regnabit. Tunc apertè regnabit, ſed interim oportet eum regnare. Sed mors inimica, cui inimicamur, vel ipſa nobis, Deſtruetur nouiſſima, quia nõ erit quod deſtruatur, poſtquam mortale hoc induerit immortalitatem, quia amplius non diſſoluentur homines ſicut hæretici arbitrantur. Omnia enim, quaſi dicat. Omnia ponet ſub pedibus quod vtique poterit, quia ſcriptura dicit, quod deus pater, Subiecit omnia ſub pedibus eius. i. Chriſti, vt etiã mortẽ deſtruat. Cum verò qui ſubiecit omnia ſine dubio patrem vult intelligi, ſicut in euangelio multis locis Chriſtus ad patrem refert quæ habet, non ſolum propter formam ſerui, ſed etiã propter principium de quo eſt, & de quo æqualis eſt ei, de quo eſt. Hæc autem ſcriptura quomodo intelligi debeat, oſtendit, ſubdens, Cum autem ſcriptura dicat, illud conſtat ex eius authoritate quod omnia ſine dubio, Subiecta ſunt ei. ſ. Chriſto, Præter eum. i. deitatẽ eius qui ſubiecit ei omnia. Qui ſicut ex nullo eſt: ita nulla ratione poteſt alicui eſſe ſubiectus. Ipſe enim principium eſt omniũ. Cum autem, quaſi dicat deus non eſt ei ſubiectus, ſed potius ipſe deo ſecundum quod eſt homo. quod ita ait, Cum autem ſubiecta fuerint illi, id eſt filio. Omnia, tunc etiam in ipſa prælatione, Ipſe filius, ſecundum quod homo, ſubiectus erit, cum corpore ſuo quod eſt eccleſia, Illi qui ſubiecit, ſibi omnia. Intende quod ait cum fuerint ſubiecta, non ideò dicit hoc quin & modo ſubiecta ſint. Et quod ait, & ipſe ſubiectus erit, non hoc ita dicit quin & modo ſubiectus

August. in li. q̃ſt. 83.

Augusti.

Augu. in li. q̃ſt. 83.

ſubiectus ſit, ſed quodam genere locutionis vtitur, quod plerunque loquitur ſcriptura, vt quod ſemper eſt tunc in aliquo fieri dicatur, cum cognoſci incipit ab eo, vt cum nomen dei ſemper ſemen ſit, dicitur tamen in oratione dominica, Sanctificetur nomen tuum, id eſt ſanctum eſſe innoteſcat. Ita etiam ſupradictum eſt cum tradiderit .ſ. deo & patri. i. cum patrem regnare monſtrauerit. ſimiliter & illud, Euacuabit omnem poteſtatem &c. quia tunc omnibus erit notum nihil per ſe habuiſſe poteſtatis terrenos vel cæleſtes niſi à deo, ex quo ſunt omnia. Tunc enim nulli ſpes aliqua remanebit in aliquo principe niſi in deo. Et eſt ſenſus, Cum omnia ſubiecta illi fuerint, id eſt ſubiecta eſſe innotuerit. Tunc & ipſe ſubiectus erit illi, qui ſibi ſubiecit. i. innoteſcet illi ſubiectus eſſe ſecundum formam ſerui, cui eſt æqualis ſecundum formam dei. Vt ſit. q. d. tunc erit ſubiectus. ita tamen, vt ſecundum alteram naturam .ſ. diuinam, Sit deus, vnus cum patre, & ſpiritu ſancto ens omnia quæ deſiderari poſſunt. In omnibus, membris ſuis. Augu. de ciuit. dei.
Quia præmium virtutis erit ipſe qui dedit virtutem, quia deus erit vnde ſatientur. Omnia ergo erit, quæ honeſte deſiderãtur, quia deus erit vita, & ſalus, & virt⁹, & copia, & gloria & honor, & pax, & finis deſideriorũ, & omnia bona. Et hæc erit in omnibus. In quibuſdam æternis poteſt aliqua eſſe diſtantia, ipſa autem æternitas abſque diuerſitate menſuræ eſt. Et multæ manſiones in vna vita erunt .ſ. variæ meritorum dignitates, ſed vbi deus erit omnia in omnibus, erit etiam indiſpari claritate per gaudium, vt quod habebunt ſinguli, commune ſit omnibus, quia etiam gloria capitis, omnium erit per vinculum charitatis. Vel ita vt agat de Chriſto ſecundum diuinitatem, Cum ſubiecta fuerint illi omnia, id eſt, cum omnes adorauerint Chriſtum vt deum, Tunc & ipſe ſubiectus filius erit illi qui Ambro. ſubiecit ſibi omnia, id eſt, tunc Chriſtus ſe deum oſtendet, ſed de deo, vt vnius principij ſumma & ineffabilis authoritas maneat. Ita oſtendet ſe deum de deo, vt tamen ſit vnus deus in omnibus, id eſt, in confeſſione omnium ex quo omnia ſunt. Cum enim diſcet omnis creatura Chri- Ambroſ. ſtum eſſe ſuum caput, Chriſti autem caput eſſe deum, non tantum erit vnus deus, In omnibus, id eſt, in confeſſione

omnium:

Ambros. omnium: sed etiam omnis creatura fatebitur ipsum esse ex quo sunt omnia, quia omnia ex ipso sunt. Si verò dixisset vt sit deus in omnibus, intelligeretur in omnibus quidem esse vel per affectum vel per communem sensum: non tamen omnia ex ipso esse. sed cum dixit, Omnia in omnibus, significauit quia ex ipso sunt omnia, & in omnibus ex ipso, quia ab ipso creata sunt. In ipsis autem qui in omniũ confessione vnus erit deus. Vel ita, Vt sit, quasi dicat filio erit subiecta omnia, ita, Vt ipse filius sit deus omnia in omnibus, id est vt nemo eorum qui ei cohærent amet aduersus eum suam propriam voluntatem. Ipse est finis quem supra commemorauit totũ breuiter concludens, id est per Christum est consummatio, quam consummationem breuiter vocauit ibi. Deinde finis, post membratim explicans quomodo sit consummatio cum ait, Cum tradiderit regnum & euacuauit omnem principatum &c. & est vt sit deus omnia in omnibus, id est vt nemo cohærentium ei, amet aduersus eum aliquid, & tunc manifestum sit quod dicitur. Quid habes quod non accepisti? Tunc enim manifestum erit nihil boni aliquem habere vel habuisse nisi à Christo. Illud etiam nemo æstimet quod pater sic subiecerit omnia filio, vt ipsum filiũ sibi omnia subiecisse non putet. Inseparabilis enim est operatio patris & filij.

Augu.in li. q̃st. 83.

Augu.de trinitate. [Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt, vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgunt? Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti, & nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidam habent. Ad reuerentiam vobis loquor.] Alioquin &c. Adhuc aliud inconueniens ostendit, si resurrectio mortuorum non est futura, quia si mortui non resurgent, tunc nec Christus resurrexit: & si ipse non resurrexit, tunc in baptismo non fit remissio peccatorum, quasi dicat resurgent mortui. Alioquin, scilicet si non est

resurrectio mortuorũ futura, Illi qui baptizātur pro mortuis, id est, pro peccatis delendis, vel, Pro se mortuis, faciendis, ad similitudinem mortis Christi, Quid facient, cum non sint vitam habituri? Iterat idem aliis verbis dicens, Si mortui omnino non resurgunt, vt nec etiam Christus resurrexit, vt quid etiam Baptizantur pro illis, id est, pro peccatis cum ipsa non dimittantur si Christus non resurrexit? Vel ita, Alioquin. Fuerunt quidam imperiti qui baptizabantur pro his qui de hac vita sine baptismo discesserant, putantes illis prodesse. Timebant enim ne aut illi non resurgerent, aut malè resurgerent. Ideò si quis istorum propinquus sine baptismo migrasset de mundo, viuus aliquis in nomine illius baptizabatur, putans mortuo prodesse. Quod non sine causa commemorat Apostolus: non enim factum illorum probat, sed fixam fidem in resurrectione ostendit. Et est sensus, Alioquin, scilicet si resurrectio mortuorum non est futura, Illi, Qui baptizantur pro mortuis, id est, vicè eorum qui mortui sunt, Quid facient, id est, quid proderunt ipsis mortuis, id est, quod proderit illis qui resurrecturi non sunt quod viui baptizantur pro eis? nihil vtique. & Si omnino mortui non resurgunt, vt quid & baptizantur pro illis? quasi dicat illi, id est, mortui, cum peccata non remittantur nisi causa futuræ resurrectionis? quasi dicat. Si stulti adeò certi sunt de futura resurrectione, vos non debetis dubitare. Vt quid, quasi dicat si mortui non resurgunt, Vt quid & nos, qui non stulti sicut prædicti sed sapientes videmur? Hos enim discernit à prædictis dum ait, & nos vt quid, inquam, & nos. Periclitamur, id est, pericula patimur, Omni hora? & non solum pericula patior, sed etiam Morior quotidie, id est, pericula mortis subeo, ô, Fratres propter gloriam vestram, scilicet, vt vos æternam gloriam consequamini. vel, Per gloriam vestram, iuro. Ecce Aopostolus iurauit, vt sciamus quia verum iurare, non est peccatum. Sed non ideò in dubiis iurandum est. & tutius est non iurare quàm consuetudine iurandi peierare. Falsum vero iurare grauissimum est peccatum. Non est contra præceptum iuratio, quæ non est à malo iurantis, sed increduli vel infirmi,

[Margin notes: Aimo. (beside "Vel ita, Alioquin"); Ambros. / Aimo. (beside "Ideò si quis istorum…"); Augu. in ser. de epi. Iacobi. (beside "Morior quotidie")]

infirmi, qui non aliter credit. Quam &c.q.d.per gloriam vel propter gloriam dico,non quidem humanam,sed ęternam,Quam,iam,habeo, spe. In Christo Iesu domino nostro,id est dum considero quod ipse per passionem est glorificatus. Iterum,Si mortui non resurgunt quid mihi prodest si ego pugnaui.i.disputaui, Ad bestias Ephesi, id est contra bestialiter viuentes in Epheso. Pugnaui dico agés, Secundum hominem, id est, rationabiliter, quia hominis est credere,non mori hominem vt bestiam. Iterum,si mortui non resurgunt, hoc solum restat, Manducemus & bibamus, cras enim, id est, in proximo, Moriemur. hoc de Esaia sumit Apostolus, & est ibi vox Iudæorum desperãtium in captiuitate,quod Apostolus refert ad illos, qui de resurrectione dubitabant. hoc enim dicit propter eos qui quasi nihil futurum sit post mortem, ventri tantum studẽt vt pecora, qui fidem asserentium resurrectionem irrident dicentes, Quis inde venit, non audiui vocem cuiusquam inde veniẽtis ex quo positus est ibi atauus me9,ex quo pater meus,nullius vocem audiui:quibus respondetur,stultè si pater tuus resurgeret crederes?deus omnium surrexit & non credis,qui voluit mori & surgere vt omnes vni crederemus,ne à multis deciperemur:crederes patri iterũ morituro,& non credis iam immortali?Qui etiã se contrectandum discipulis præbuit, quibus videntibus in cælum ascẽdit,cuius fidem de cælo misso spiritu orbis recepit,qui denique testimoniũ habet in cælo, testimoniũ in terra, testimoniũ ab angelis,testimoniũ ab inferis.Quid ergo remãsit quod non clamet? Desinãt ergo murmura malè loquentium,& corrũpentium bonos mores colloquiis malis.Nolite.q.d.propter hæc omnia, Nolite seduci,per pseudo qui de medicina quęrunt vulnus,& de scripturis conantur torquere vinculum,vnde laqueum mortis iniiciant.Corrumpũt enim.q.d.non seducamini,nec etiã placeat vobis colloqui illis,quia,Colloquia, eorum, Mala corrumpunt bonos mores, id est,virtutes etiam necant, dum faciunt non sperari resurrectionem. Assiduitas enim prauiloquij vitiat mentem, & ideò ab his cauendum est: Euigilate,quasi dicat hoc nolite, sed potius contra illos, Euigilate, à torpore,& sic eritis, Iusti, & post, nolite peccare, quod exigit iustitia

Aimo. Ambrosi. Aimo. Ambro. Augu. de sermone ĩ monte. August. Ambro.

iustitia dei.s. ne peccatis, illis consentiendo qui ignorant deum. Vnde subdit, Ignorãtiam enim dei quidam habẽt, illi.s.qui mortuos resurrecturos stultum esse dicebant credere. & hoc, Loquor vobis ad verecundiam, vel, reuerentiam.i.vt eis adquiescere vereamini, vel verecundemini.i. vt pudeat vos credere ignaris. Vel, Ad verecundiam vobis loquor.i.ad vtilitatem vestrã. [Sed dicit aliquis, Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Insipiens tu, quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, vtputa tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuiq; seminum proprium corpus. Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Et corpora cælestia, & corpora terrestria. Sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella n. à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorũ. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corp9 animale, surget corp9 spiritale. Si est corpus animale, est & corp9 spiritale, sicut scriptũ est, Factus est primus homo Adã in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantẽ. Sed non prius quod spiritale est sed quod animale, deinde quod spiritale.] Sed dicit. Hactenus per rationes probauit mortuorum resurrectionem futurá, modo per ipsam rerum naturam idem posse fieri ostendit, & illorum damnatæ sententiæ, quos ignorantiam dei habere dixit, verba profert.q.d. per hæc prædicta probatur resurrectio mortuorum. Sed, tamen, dicit aliquis, ignorantium deũ, Quomodo resurgẽt mortui? id est quomodo potest esse vt mortui, qui iam cinis sunt, resurgant? Ita hoc dicit, quasi per naturam hoc fieri non possit. Si autem, resurgẽt, quali corpore venient, quasi dicat non poterit aliud esse quàm modo, id est, passibile & mortale. Et quia in naturalium cognitione, per quam nostram de resurrectione improbat fidem, sibi sapiens iste videtur cum non sit, congruè respondet ei Apostolus subdens, Insipiens tu, qui non attendis

August.

Ambro.

Ambros.

quod cotidie vides, granum, Quod seminas non viuificatur, id est, vegetatur, Non prius moriatur, id est, putrefiat, cum animali homine non legis authoritate agit, sed documenta adhibet, quibus mortuorum in melius reformatio futura credatur, manente naturæ genere. Et corpus quod seminas, non seminas tale, quod, id est, quale, futurum est. Non hoc ideò dicit quin triticum ex tritico futurum sit, sed quia nemo seminat herbam, vel stipulam, vel quæ in palea multiplicia sunt tegumenta granorum, cum quibus tamen semina exurgunt: ideò addit, Sed, nudum granum. vt puta granum tritici aut alicuius cæterorum, seminum. Deus autem dat illi, grano, corpus, cum palea, & arista, Sicut vult. Sicut ergo nudum granum seminatur, & dei nutu quodam modo vestitum surgit, multa secum habens integumenta, ita mortuus dei virtute poterit viuere, & meliori corpore resurgere. Et vnicuique seminum, dat, proprium corpus, quod naturaliter debet habere, non omnibus granis idem corpus dat, sed cuique proprium secundum genus suum, vt tritico tritici. Vel, Vnicuique seminum proprium corpus dat, quia non de alio pullulat granum quod de terra oritur, nisi de eo quod seminatum est: ita nobis reformabuntur in futuro nostra antiqua corpora, sicut Iob ait, Quem visurus sum ego, & non alius. Non omnis. hoc pertinet ad differentiá resurgentium. propter diuersas glorias fideliũ. q. d. Eadẽ corpora resurgent, sed erit differentia in gloria & dignitate, quanuis de eadẽ materia sint, sicut, Non omnis caro est eadem caro. i. eiusdem dignitatis, licet sit de eisdẽ elementis. Et hoc est quod ait, Non omnis caro est eadem. i. eiusdem dignitatis, Sed alia hominum est, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. In his iste sensus est, Si genera carnis cum sint cuncta mortalia, differũt tamen inter se, pro diuersitate animantium, non mirum est si in resurrectione mortuorum gloria distabit. Et sunt corpora cælestia, vt volatilium, velut sol, & luna, & stellæ. Et sunt corpora terrestria, vtpote arborum & aliorum quæ terra gignit. ideò cum dixisset de carne, subdit de corporibus, quia omnis quidem caro est corpus, sed non ediuerso vt lignum. Vel, Cœlestia corpora sunt, resurgentia. Terrestria

[Margin: August. — beside "turum est. Non hoc ideò"]
[Margin: Augu. ad Cõsentiũ. — beside "dem dignitatis" / "volucrum"]

restria verò, antequam moriantur: vt quia Christus cæleſtis eſt, ex eo corpora cæleſtia dicantur, & non iam caro dicantur. Ex Adam verò quia terreſtris eſt, terreſtria corpora. Sed alia, quaſi dicat non ſolum terreſtria differunt inter ſe, ſed & à cæleſtibus. quod ita dicit, Sed alia quidem cæleſtium gloria eſt, alia autem terreſtrium, & etiam ipſa cæleſtia inter ſe differunt. Quia alia eſt claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum. Et ſicut iſta, & ſi vnius naturæ ſint, ſunt tamen diuerſæ claritatis, ſic & homines cum ſint eiuſdem generis, diſſimilis tamen gloriæ erunt in reſurrectione, vt claritati ſolis illorum dignitas exæquetur, qui centeſimum numerum habent. Lunari verò claritati comparetur illorum dignitas, qui ſexageſimũ numerum habent. ſtellis verò qui triceſimũ numerũ quæſierũt. Tetris autẽ ſtellis & omniũ nouiſſimis, perfidorum reſurrectio ſimilis. Infidelitas enim non poteſt claram reſurrectionem habere, quia ſicut carbo cinere ſuo coopertus obcæcatur, ita & hi perfidia & erroris tenebris circundati luce carebunt. Stella enim, quaſi dicat ab illis, ſcilicet à ſole & luna differunt ſtellæ, quia etiam inter ſe differunt. Stella enim differt à ſtella in claritate, ſic & differens erit, Reſurrectio mortuorum, id eſt ita differenti corpore reſurgent mortui. Non ſolum enim in gehenna ſuppliciorum, ſed & in regno cæleſti præmiorum multæ differẽtiæ ſunt. Vnde dominus ait, In domo patris mei multæ mãſiones ſunt. Hæ ſunt diuerſæ meritorum in vna vita dignitates, & ſi idem denarius, id eſt, vita æterna ſit omnibus. Eundem enim denarium paterfamilias dedit omnibus qui operati ſunt in vinea, quo denario vtique aliquid ſignificatur quod omnes communiter habebunt, ſicuti eſt ipſa vita æterna, ipſum regnum cælorum, ipſa claritas reſurrectionis, & tamen alius alio magis, alius alio minus fulgebit. Ergo & multæ erunt manſiones & vnus denarius, quia & vna eſt beatitudo, quam illi percipiunt, & diſpar retributionis qualitas, & cum ſint imparis claritatis, tamen deus eſt omnia in omnibus. Et quia deus charitas eſt, per charitatem fiet, vt quod habent ſinguli commune ſit omnibus. Seminatur, quaſi dicat in differenti gloria reſurgent, ſed hoc omnes communiter habebunt, quod

Ambroſi[9].

Ioã. Dam.

Augu. de virginita.

Auguſt.

Fulgẽti[9].

Ambrosi. incorrupti erũt. & hoc est quod ait, Corpus seminat, id est sepelitur, vel mortificatur. In corruptione.i. vt corrumpatur. Vel, Seminatur in corruptione.i.concipitur corruptibile. Et resurget in incorruptione.i. immortale & impassibile, id est quanuis homo ex quo concipitur vsque ad dissolutionem sit in corruptione, & post vermibus scateat, tamen resurget in incorruptione. Item, Seminatur, id est moritur, & sepelitur corpus. In ignobilitate, id est sine omni honore. Et surget in gloria.i.gloriosum. Item, Seminatur, id est concipitur, In infirmitate, id est, tale cui quælibet noceant. Surget in virtute, id est in potentia cui nihil

Ambro. noceat. Vel, Seminatur.i.sepelitur, In infirmitate, quia im

Aimo. mobile est & in regibile, quia non valet se mouere vel re-

Ambrosi. gere. Surget in virtute, id est, verè viuum & vegetatum. Quid per singula? Seminatur corpus animale, id est, tale quod cibis sustentetur vt viuat, & quòd nihil habet ab anima, nisi quod sensificatur per eam sicut animalia. Surget corpus spirituale, id est tale quod iam cibis non egeat, trãsiens in naturam spiritus, id est habens quædam spiritualia, & spiritui naturalia, quia agile erit, leue, cibis non egens.

Augu. ad Consen. Et nota quod ait, Surget corpus spiritale, non dicit spiritus, quasi corpus in spiritum vertatur, vt quidam putant. Sicut enim animale corpus non est anima sed corpus, ita spirituale corpus non spiritum debemus putare sed corpus. Vnde & dominus, Talem opinionem discipulorũ de suo corpore refellens dixit, Palpate & videte, quoniã spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me.vi.h. Iam igitur spirituale erat corpus Christi, nec tamen spiritus erat. vnde & hîc non dicit spiritus, sed spirituale, quia tunc spiritui plenè subdetur corpus, non iam repugnabit. Et qui spiritui simile erit, quia nec aliquam corruptionem patietur, nec alimentis egebit, vt homo ante peccatum non egit. Nota quòd cum dicit corpus transiturum ad incorruptionem, corruptionis facit mentionem, vt ostendatur maior dignitas resurrectionis. Si est corpus.q.d. Verè surget corpus spirituale, quia si modo, Corpus est, animale est, id cõstat quãdoque esse. Et spirituale, sicut.n.animales sumus: quia pater noster Adam factus est carnalis in animam viuentem, sic erimus in resurrectione spirituales, quia pater noster

noster.s. Christus factus est spiritualis in sua resurrectione in spiritum viuificantem. quod sic exponit. Sicut, vel, sic enim scriptum est, in Genesi.s. nos esse animales ab animali patre procreatos. scriptum est ibi, quòd Primus homo Adam factus est in animam viuentem. Hîc exponit quid sit animale corpus, cum ait, Factus est in animam viuentē. potentem viuere.i. vitam dare corpori, tamen per sustētamēta ciborum viuificantem, sed Nouissimus Adam, id est, Christus, hoc non de Genesi sumitur, sed addit Apostolus, Factus est in spiritum viuificātem.i. qui ita corpus viuificaret, vt vltra non egeret aliqua sustētatione, nec esset solubile. Hîc exponit quid sit spirituale. Hoc enim inter animam viuentem & spiritum viuificantem interesse voluit, vt illic sit corpus animale, hîc spirituale. Anima enim in corpore animali viuit quidem, sed non viuificat vsque auferendam corruptionem. In corpore verò spirituali, quia perfectè adhęret domino, sic viuificat, vt spirituale corpus efficiat. Attende etiam quare Christus dicitur Adam, & nouissimus. Adam dicitur, quia de eadem materia est: Nouissimus, quia post eum non succedit alius, qui sit caput vel author humani generis, sicut illi duo fuerunt. Totum enim humanum genus quodammodo sunt illi duo homines.s. primus Adam & secundus: quia ex illo sunt nati, ex hoc renati, & ideò vterque dicitur pater humani generis. Vel, aliis non mutatis, ita potest legi istud, Si est corpus, vt probet, quasi à relatiuis, corpus esse spirituale. Et dixi benè spirituale, quia Si est corpus animi, ergo est Et spirituale. Cum enim dicitur corpus, frustra additur animale, nisi sit aliud spirituale, ad cuius discrepantiam dicatur animale. Quòd autem sit animale pròbat per authoritatem Genesis. Quia factus est &c. quæ non mutantur. Vel ita, Si est corpus, quasi dicat benè dixi corpus animale & corpus spirituale. Siquidem est corpus animale, & est Spirituale. & quod animale sit, probat per Genesim, ibi, Factus est primus homo &c. & quod sit spirituale, ostendit, ibi, Quia nouissimus Adam. Horum verborum sensus non mutatur, Sed non. Dixit corpora nostra futura spiritualia: sed ne quis dubitet an animale possit fieri spirituale, probat per similitudinem Christi, quasi dicat

Auguft.

Augu. ad Consen.

Augusti.

Christus factus est in spiritum viuificantem. Sed non
August. prius fuit, in eo, Quod spirituale est, sed quod animale
prius fuit in Christo. [Deinde quod spirituale. Primus
homo de terra, terrenus: secundus homo de cælo, cælestis.
Qualis terrenus: tales & terreni. & qualis cælestis, tales &
cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Hoc autem dico fratres, quia
caro & sanguis regnum dei possidere non possunt: neque
corruptio, incorruptelam possidebit. Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba
(canet enim tuba) & mortui resurgent incorrupti, & nos
immutabimur.] Deinde quod spirituale est, sic & de nobis
fieri poterit In Christo ergo hoc expertus vnusquisq;, hoc
sibi expectet. s. vt de animali fiat spiritualis. Deinde vnde
sim⁹ animales & vnde futuri simus spirituales ostēdit subdēs, Primus homo. q. d. Verè prim⁹ homo factus est in animā viuētē, Quia primus homo est de terra, qui de puluere
terræ formatus est, & ideò Etiam terrenus. i. animalis &
passibilis ex natura. Secundus est homo factus in spiritum
viuificantem. quia, Secūdus homo est de cælo, quia natura
diuina fuit humanæ vnita, & ideò cælestis. i. spiritualis in
resurrectione. Vel cælestis dicitur, qui non humano ritu
sed diuino nutu cōceptus est & nat⁹. Qualis autē terrenus,
pater fuit. i. animalis & mortalis. Tales & terreni. s. animales ex animali, mortales ex mortali. Et qualis est cælestis pater. i. spiritualis & immortalis, Tales. i. spirituales &
immortales erunt. Et cælestes, quia tales erūt cælestes. Igitur, vt possimus esse cælestes Sicut portauimus imaginem
Ambro. terreni. i. sicut exēplo Adæ terrena dileximus: ita & post
baptismū, Portemus imaginē cælestis, sectādo iustitiam &
veritatē, & obedientiā. Hoc autē dico &c. q. d. dico vt portemus imaginē cælestis: sed si non portauerimus, non erimus cælestes. & hoc est quod dicit. Hoc autē dico vobis,
ô, fratres quoniā caro & san. i. homines dediti vitiis quę de
carne & sang. oriuntur, Non possidebunt regnum dei. &
verè, quia Corruptio, peccati quæ est effectus carnis &
sanguinis, id est aliquis seruiens corruptioni peccati, Neque possidebit incorruptelam, id est, se immortalem. Vel
nomine

nomine & sang. hîc accipit opera carnis. Per carnem enim & sanguinem ventrem & libidinem. i. opera carnis quę ibi non erunt, significat: nolens eos arbitrari se talia facturos in regno cælorum, qualia fiunt in hac vita, sicut Iudęi putabant. Iudæi enim credebât futuram resurrectionem, sed more huius vitæ vt ibi nuberent & generarent. Vnde Saducei respondere non poterant quæstionem proponentibus de septemuira muliere, quia carnaliter de resurrectione cogitabant: quod Apostolus remouet dicens, Hoc autem. q. d. ex prædictis constat quòd resurgemus. Hoc autē dico fratres, quia caro & sang. i. opera carnis & san. Non pos. reg. d. i. non erunt in regno dei. Et verè nō, quia Corruptio, carnis cuius opera sunt illa. Nō possidebit incorr. id est non erit in regno incorruptibili. Vel carnis & sang. nomine, ipsa corruptio carnis & sang. intelligitur: quę vtique in regno illo nō erit, vbi caro incorruptibilis erit. Nō ergo accipiendū est quod ait Apostolus, quasi carnis substantia in regno dei non sit futura. & hoc est, Hoc autem, quasi dicat constat quod resurgemus. Hoc autem dico fratres. q. d. & san. i. corruptio carnis & sang. Non pos. r. d. Et ne putares secundum substantiam hoc dici, aperit subdēs, Neq; cor. q. d. ideò dixi quod caro & sanguis nō possidebit regnum dei, quia corruptio mortalitatis, quę nomine carnis hîc ostēditur, Nō possidebit incorruptelam. i. incorruptibile regnū. Et quia dixit electos resurrecturos in gloria, & post dixit carnē & sanguinē nō possidere regnū dei, quomodo hoc distinguēdū sit, aperit. & quasi quis dicat, quomodo caro erit, & caro nō erit, exponit dicēs, Ecce dico. i. aperio Vobis mysteriū. i. quiddā quod vobis est occultum. Nominādo. n. mysteriū obscuritatē significat. Nā mysteriū græcū est, quod latinè dicitur secretū, vel occultū: quod est illud, hoc. s. quod oēs homines tam boni quàm mali Resurgemus. Hoc generaliter intelligitur, si dixerimus, quia etiā sancti viui reperti Christo veniēte morientur. sic enim resurgere poterūt. Non enim resurrectio fieri poterit, nisi mors præcesserit. Si ergo sanctos qui reperiētur Christo veniēte viuētes, eiq; obuiā rapiētur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros, generaliter di-

Augu. in ser. de requie mortis.

Augu. in li. ratt.

Ambrosi⁹

Aimo.

Augu. de ciuit. dei.

ctum esse hoc accipere possumus.s.Omnes res.sed non o-
Ambrosi. mnes immutabimur, in gloriam immortalitatis. Vel ita,
Omnes res.omnes.s.qui in aduentu Christi mortui inue-
Aimo. niemur.Sed non omnes,viui reperti Immutabimur,in glo
riam,sed soli sancti dei. Resurgemus dico,& hoc,In mo-
mento, id est in breuissimo & minimo & angustissimo té-
poris spatio. Et quia in momento est mora, licet breuis,
addit,In ictu oculi.i. quàm cito oculus icit.i. percutit vi-
Ambrosi. sa,vel dicitur à palpebra.i. in summa celeritate. Per ictum
enim oculi nimiam breuitatem significat,vt per hoc mira-
bilior ostendatur esse resurrectio, & dei potentia ex eius
celeritate commendetur. Fiet ergo resurrectio. In ictu o-
culi.i. quàm cito oculi radius transit ad remota, & trans-
uolat media:& si sit ibi prius & post,tamen quasi simul to
tum sit,sic & resurrectio mortuorum fiet.& hoc fiet,In tu-
ba nouissima, id est per tubam & per vocem magnam, vel
manifestam,postquam non erit alia. Et est sensus, Resur-
rectio fiet In tuba.i.nouissimo signo,quod dabitur,vt ista
Augu. de compleantur. Hæc tuba est clamor de quo dicitur in euá-
grat.n.t. gelio,Media nocte clamor factus est, ecce sp.v.e. obuiam
Idem in ei. Non enim tunc veniet cum speratur, sed media nocte,
eodem. id est cum valde obscurum erit.i.occultũ,veniet. Et quasi
quis quæreret, An erit sonus? Respon.vtique. Canet enim
tuba. Tubæ nomine aliquid euidés & præclarum signifi-
care intelligitur,quod vox archangeli,& tuba dei alibi di-
citur, & vox Christi in euangelio dicitur. Quam audient
mortui,qui in monumétis sunt, & procedent. Vnde etiam
Ambrosi. hîc subdit, Et mortui.i.peccatores, vel generaliter omnes
August. mortui Resurgent,incorrupti.i.sine diminutione mébro-
rũ,& nos boni tãtũmodo immutabimur,in gloria immor-
talitatis,& impassibilitatis. Quomodo autem hoc fiat, vel
qualis sit immutatio ista,exponit subdés,[Oportet.n.cor-
ruptibile hoc, induere incorruptioné: & mortale hoc, in-
duere immortalitaté. Cũ aũt mortale hoc induerit immor
talitaté:tũc fiet sermo qui script⁹ est, Absorpta est mors in
victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus
tu⁹?Stimul⁹ aũt mortis,peccatũ est:virt⁹ verò peccati,lex.
Deo aũt gratias q dedit nobis victoriã per dominũ nostrũ
Iesum Christũ. Itaq; fratres mei dilecti, stabiles estote &
immobiles:

immobies: abūdātes in opere domini semp, sciētes quod labor vester nō est inanis in dño.] Oportet.n. Verè immutabimur, quia oportet pro eo quod bene seruiuim⁹, vel quia nobis promissum est. Hoc corruptibile corp⁹ induere, vt ornamentum, Incorruptionem, vt vltra non esuriat, vel aliquatenus lædatur. Et oportet mortale hoc, id est corpus hoc mortale quod ostēditur, induere immortalitatem, vt vltra non dissoluatur. Hæc ergo visibilis caro sine dubitatione resurgere credendū est. Videtur enim Apostolus eam tan quā digito ostēdere cum dicit, Oportet corruptibile hoc. dicendo hoc, in eam quasi digitum intendit, vt eadem caro quæ videtur resurrectura monstretur, sed non talis. Secundum hoc dicitur supra, Caro nō possidebit, & est: quia non erit ibi corruptio & mortalitas, id est non secundum has qualitates erit ibi caro, sed eadem carnis substantia erit. Cum autem, vel, enim. quasi dicat, Verè induet immortalitatem, quia tunc Fiet.i.implebitur, Sermo, & nunquam aliter impleretur. Vel ita continet. Induet immor. Cum autē mortale hoc induerit immortalitatē, tunc fiet, id est, implebitur Sermo, & nunquā aliter impleretur, Qui scriptus est, in Esaia vel in Oseæ, vbi ita legitur, Ero mors tua ô mors. Sed iuxta. lxx. sic, Absorpta est, id est, destructa mors corporis In victoria Christi.i. in resurrectione Christi. Quod autem de morte corporis hoc accipiēdum sit, non de morte animæ: ex eo ostenditur quod dixi, tunc fiet, significans esse futurum: non ait, factus est, tanquā de præterito, ne quis putaret esse dictum de morte interiori, quod iam factū est. Vbi est, hæc sunt verba prophetæ, vel apostoli lætantis & morti insultantis in persona resurgentium, vt certior sit resurrectio. Ait ergo ex persona resurgentium. Vbi est, ô mors, corporis, scilicet, Victoria tua, id potentia, qua omnes dissoluebas, qua omnes sic viceras, vt etiam dei filius tecum confligeret, téque non vitando, sed suscipiendo superaret: vicisti in morientibus, victa es in resurgētibus: victoria tua qua absorbueras corpora morientiū, tēporalis fuit, victoria qua in corporib⁹ absorpta es resurgentium, ęterna constabit. Vbi est mors.s. dissolutio Stimulus tuus. Stimulus mortis intelligitur peccatum originale, quo in vno peccauimus omēs, vt moreremur in vno

Ambrosi.

Augu. de symbolo.

Augu. de sermone ī monte.

Aimo.

August.

Ambro.

Marcellū.

vno omnes, quo puncti & venenati sumus, de quo mors exiit, vt ipse exponit subdens. Stimulus auté mor.pec.est; Sicut enim peccatum stimulus mortis dicitur, quo, scilicet mors facta est, non quem mors fecit: peccato enim morimur, non morte peccamus: sic dictum est lignum vitæ, nó quod hominis vita faceret, sed quo vita hominis fieret: sic & lignum scientiæ boni & mali, per quod sciétia fieret hominis, non quod per suam scientiam homo fecerit. Vel nomine mortis significatus est diabolus. & est. Absor.est m. in vi.i. diabolus iam ex parte absorptus: in futuro penitus absorbebitur, propter hoc quod modum vincendi excessit Christũ inuadédo, in quo nihil habebat. Deinde ex persona iustorum qui nunc sunt, & in resurrectione erunt, insultat eis dicens, Vbi est ô mors.s. diabole Victoria tua, qua genus humanum velut gregem post te trahebas, Vbi est mors.s. diabole Stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatũ est. Peccatum verò dicitur stimulus diaboli, qué, scilicet mors.i. diabolus fecit, nõ à quo factus est. Vel ita, per morté arbitror hîc significari delectationé peccádi, & carnalem consuetudinem quæ animam mortificat, quæ ex actu peccati fit, quo in Adam peccauimus. hanc enim mortem peccato meruimus, quod peccatum omnino erat in libero arbitrio, cum in paradiso nullus dolor denegatæ delectationis volũtati bonę hominis resistebat. vt verbi gratia, Si quis existat quem nunquam venatio delectauit, omnino liber est vtrũ venari velit vel nolit, nec eum cruciat qui hoc ꝓhibet. At si ista libertaté male vsus, venatus fuerit contra prohibentis imperium, paulatim subrepés delectatio mortificat animam, vt si se abstinere velit, sine molestia & agone non possit. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Nec cessabit contentio donec perfecta sanctitas totum hominem reparauerit. tunc ergo Fiet sermo qui scriptus est. Nõ modò fit sed tunc fiet. Quid tunc fiet? Absorpta est mors, id est delectatio peccandi. In victoria, id est in hoc quod serui dei vincent concupiscentiam carnis, tunc vinçet pax & finietur bellum, nulla erit à morte contentio, vt modo est. Primò concupiscentia carnis sequentes duxit nos, postea renitentes extraxit nos: Deinde accepta gratia cœpit nos nec ducere,

Ibidem.

Augu. in li. qst. 83.

Augu. de verb. apo.

Augu. in psal. 84.

cere, nec trahere, ſed contendere adhuc nobiſcū. Poſt contentionem erit victoria, quando oppugnare ceſſabit. Ideò ex perſona victorum ſubdit, Vbi eſt mors victoria tua, vel contentio tua? Vbi eſt mors ſtimulus, vel aculeus tuus? Stimulus autē mortis peccatū eſt, quia peccato facta eſt delectatio. Peccatū enim quaſi ſcorpius eſt, cuius punctione facta eſt mors: ſed abſorbebitur in futuro, cū dabitur ſanctis, vt peccare non velint, nūc poſſint. Virtus vero, id eſt augmentum Peccati eſt lex, Hoc ideo addidit, ne quis dicat quenquam à lege iuuari: ſed à deo tantum. Data enim lege & carnalis concupiſcentia inualuit, & præuaricatio acceſſit. Lex enim prohibēdo auget peccati cupiditatem, niſi diffundat ſpiritus charitatem. Pro his autem omnibus Apoſtolus agit gratias deo dicens, Deo autem gratias, ago, qui dedit nobis victoriam, peccati & mortis, Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, non per legem. Chriſtus enim ait, Confidite, ego vici mundum. Et quia per Chriſtum vicimus, Itaq; fratres mei dilectiſſimi ſtabiles eſtote, in fide reſurrectionis Et immobiles, vt à pſeudo moueri non poſſitis. Semper in opere domini abūdantes, ſpe reſurrectionis. Scientes .i. ſpem habētes, Quod labor veſter, quem habetis, In domino .i. in ſeruitio domini, Non eſt inanis, id eſt, ſine remuneratione. De collectis autem, poſt alia, de collectis faciendis in ſanctos qui erant Hieroſolymis breuiter monet. quod non eſt contra illud, Nolite cogitare de craſtino. Non eſt enim cogitare de craſtino, ſi quis humano more iſta procuret, ſed ſi quis propter iſta deo militat, vt in operibus ſuis non regnū dei, ſed iſtorum acquiſitionem intueatur.

August. in li. qſt. 83.

Augu. de pfectione iuſtitiæ.

Augu. ſuper Ioan.

Augu. in ſermone de mōte.

CAPVT XVI.

DE collectis autem quæ fiunt in ſanctos: ſicut ordinaui in eccleſiis Galatiæ: ita & vos facite per vnam ſabbati. Vnuſquiſque veſtrū apud ſe reponat recondens quod ei bene placuerit: vt nō cum venero tunc collectæ fiant, Cū autē præſens fuero quot probaueritis per epiſtolas hos mittā perferre gratiam veſtrā in Hieruſalem. Quòd ſi dignū fuerit vt ego eā, mecū ibunt. Veniā autem ad vos, cum Macedoniam pertranſiero. Nam Macedoniā

pertran-

pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo, vt vos me deducatis quocunq; iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulũ temporis manere apud vos si dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi vsque ad Penthecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi. Si autẽ venerit Timothæus, videte vt sine timore sit apud vos. Opus enim domini operatur sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multũ rogaui eum vt veniret ad vos cum fratribus, & vtique non fuit voluntas eius. vt nunc veniret. Veniet autẽ cum ei vacuum fuerit. Vigilate, state in fide, viriliter agite & confortamini, omnia enim vestra in charitate fiant.] De collectis autẽ quæ fiunt, non in quolibet, Sed in sanctos, id est, ad vsus sanctorum. & ideo tenendum est, Sicut ordinaui in ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite, id est colligite. Per vnã diem sabbati. i. septimanæ. Vel, Per vnam sabbati, id est dominica die. Quia vna sabbati, vel vna sabbatorum, vel prima sabbati vocabatur apud Iudæos dies quem dominicum appellamus. Colligite dico, Vnusquisque autem vestrum reponat apud se, ne dicatis non esse fidelem ministrum cui credatis: reponat dico, Quod ei beneplacuerit, non quod grauet eum retendens illud in vsum sanctorum, & cauens ne iterum illud sumat. Hîc est sensus horum verborũ. Præcipit apostolus omnem plebem dominico die cõuenire ad ecclesiam, & illuc deferre quod volebat vnusquisque dare ad opus sanctorum, & ne à malis ministris deperiret, si apud ecclesiam dimitterent, præcepit vt secum referrent, & tuto loco reponerent, quoadusque ipse veniret. & hoc per singulos dies dominicos faciebãt, quia quod paulatim colligitur, ne graue est, & inuenitur multum. Ideò autem hoc præparate, Vt non cum venero, tunc collectæ fiant, quia grauaret eos si subito totum simul darent. Cum autẽ præsens fuero, tunc, Mittam, illos, vel hos Quos probaueritis, id est, idoneos iudicaueritis per epistolas, id est cũ epistolis meis, & vestris laudatoriis & commendatoriis deferentium & mittentium. Perferre gratiam vestram, id est donum,

Aimo. (margin, beside "nica die")
Ambro. (margin, beside "sabbati vocabatur")
Aimo. (margin, beside "grauet eum")
Aimo. (margin, beside "sens fuero")

num, In Hierusalem, quòd si dignum fuerit vt ego eam. s. si magnæ res fuerint, Mecum ibūt. Veniam autem ad vos cum pertransiero Macedoniam, id est per omnia loca trāsiero vsque Macedoniam. Nam Macedoniam pertransibo, vbi non est opus morari. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam Hyemabo, quia multa corrigēda sunt ibi: sicut medicus ibi moram habet, vbi plures ægrotant. Veniam ad vos dico, Vt & vos me deducatis quocunq; iero. Dico manebo apud vos. Nolo enim vos in transitu videre. Spero enim aliquantulum temporis manere apud vos si dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi, indè misit epistolam. Vsq; ad Penthecosten, ideo permanebo ibi, Enim, id est, quia, Ostium magnum apertum est mihi, id est multa corda hominum ad audiendum parata sunt. Et euidens, quia non contradicūt prædicationi. Et quasi quis diceret, Quid ergo opus est ibi morari? Respondet. Et, id est quia, Aduersarij multi sunt, ibi, qui conantur impedire. Si autem venerit Timothæus, ad vos, Videte, vt sine timore sit apud vos, forsitan iam ibi timuerat propter commotionem pseudoapostolorum. Opus enim domini operatur sicut ego, nequis ergo illum spernat. Deducite autē illum in pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum cū fratribus, qui secum sunt. De Apollo autem fratre notum vobis facio, quoniam multum rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus. Hoc ideo dicit, quia Corinthij hunc requisierant, quia ab Apostolo ordinatus fuerat episcopus illorum: qui cum nō posset eos sedare, venerat ad Apostolum Ephesum: qnibus respondet hîc Apostolus dicens, Rogaui &c. Et vtique non fuit volūtas eius, vt nunc veniret ad vos, quia timet incorrectos. Veniet autem cum ei vacuum fuerit. i. oportunum. s. cum vos correcti fueritis. Vos autē vigilate mentis oculis contra astutias diaboli. Et state in fide, quia stanti non obrepit somnus. Viriliter agite. Mulierum enim est inconstantia, Et cōfortamini in domino, vt in vestra virtute sit profectus. Et omnia vestra, id est, correctio Fiant in charitate, nō causa inanis gloriæ. Obsecro autem. Ordo literæ huius respicit, & pendet vsq; illuc, Vt & vos subditi sitis. q. d. prædicta facite vt dixi. hos autem imitamini. & hoc est. [Obsecro autem vos fratres

Ambrosi.

Ambros.

Ambro.

UNIVERSITARIA SEVILLA

tres,nostis domũ Stephanæ & Fortunati,& Achaici quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos, vt & vos subditi sitis eiusmodi,& omni cooperanti,& laboranti. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleuerunt. Refecerunt enim & meũ spiritum,& vestrũ. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos omnes ecclesię Asiæ. Salutãt vos in domino multum Aquila & Priscilla cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Salutatio mea, manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha. Gratia domini no. Iesu Chri. vobiscum. Charitas mea, cũ omnibus vobis in Christo Iesu. Amẽ.] Obsecro autẽ vos ô fratres qui nostis Stephanæ domũ & Fortunati & Achaici. Hi cum Apostolo fuerũt in prędicatione Corinthiorũ, vt & vos subditi sitis his & huiusmodi. Et omni cooperanti & laborãti in vobis. Ideò subditi sitis. Quoniam, ipsi, Sunt primitiæ Achaiæ, id est primi crediderunt in Achaia. Et ordinauerunt seipsos in ministerium sanctorum,id est,vt ministrarent sanctis. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, id est quia præsentes apud vos sunt,ex quibus vobis est profectus. Vnde subdit, Quoniam ipsi suppleuerunt, docendo Id quod vobis deerat. Et meritò gaudeo, Refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. meum vtique lætitia, vestrum charitate. Vel ita, Gaudeo autẽ in præsentia Stephanæ & fortunati & Achaici, id est quasi mihi venerunt pro vobis ministrare, Quoniam ipsi sup. id quod vobis deerat: quia ministrauerunt mihi, quod vos non fecistis. & merito gaudeo, Refecerunt enim & spiritum meum, quoniam scilicet me pauerunt. Et vestrum, quib[9] Apostolum seruauerunt. Cognoscite ergo, id est honorate illos. Qui sunt huiusmodi. Salutãt vos ecclesiæ Asiæ. q.d. quod ego scribo omnes desiderant. Salutãt vos in domino, multum Aquila, & Priscilla, apud quos hospitor. Cum domestica sua ecclesia. i. fratrum cõgregatione. Apud quos & hosp. Salutãt vos omnes fratres. Salutate vos inuicem, in signũ pacis, & hoc In osculo sancto. s. vero corde. Et vt sciant

Ambrosi.

eius

eius esse hanc epistolam, subdit, Salutatio mea scripta est manu Pauli. Hæc salutatio est ibi, Gratia domini, sed præmittit similiter manu sua scriptum hospitor. Si quis &c. q. d. fideles saluto, Sed si quis non amat dominum nostrum Iesum Chr. sit anathema. i. separatus à deo vel condemnatus Maranatha, id est donec veniat dominus, vel in aduentu domini. Maranatha enim interpretatur dominus venit, & est compositum, ex Syro & Greco, magísque Syrum est quàm Hebræum. Anathema vero Græcum, & interpretatur condemnatus, vel separatus. Simul ergo Græco & Syro vtitur verbo. Deinde sequitur salutatio, Gratia domini nostri Iesu nostri sit vobiscum, & charitas mea, sit cum omnibus vobis, id est ea charitate vos inuicem, vel deũ diligite, qua vos ego vel deum diligo. & hoc facite In Christo, id est non secundum amorem sæculi. Amen. Hîc sermo confirmatio est benedictionis.

August. Ambrosi. Ambrosi. Ambrosi.

Argumentum in Secundã epistolam ad Corint.

POst actam à Corinthiis pœnitentiam, consolatoriam scribit eis epistolam apostolus à Troade per Titum. Et collaudans eos hortatur ad meliora: contristatos quidem eos, sed emendatos ostendens.

Epistola Secunda ad Corinthios.

CAPVT I.

PAVLVS apostolus Christi Iesu per volũtatem dei & Timothæus frater ecclesię dei quę est Corinthi cum oĩbus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia: gratia vobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo. Benedict⁹ deus & pater dñi no. Ies. Chri. pater misericordiarũ, & deus totius cõsolationis: qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi cõsolari eos q in omni pressura sunt, per exhortationẽ qua exhortamur, & ipsi à deo: quoniã sicut abũdãt passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat cõsolatio nostra.]

PAVLVS

P AVLVS, &c. Hác item epistolam scribit Apostolus Corinthiis, quorum quidam per præcedentem epistolam, & si primò contristati, posteà tamen emendati fuerant multa pro nomine Christi passi. Aliqui verò adhuc eorum pertinaciter apostolũ despiciebãt, & ei pseudoapostolos præferebant. Quibusdam ergo Corinthiorum per primam epistolam corectis, causa reliquorũ scribit hanc epistolam secundã, repellens pseudoapostolos ostendendo deceptionem prædicationis eorum, & se multis modis commẽdans. Notat etiam illos in eleemosynis porcos. præcipit quoque correctum fornicatorem recipi, quem Satanæ tradiderat. Et quia etiam boni ibi tribulabantur, se eis in exemplum patientiæ proponit, docens eos non debere ægrè ferre, cum ipse pro aliorũ salute, periculis quotidie, & morti subiaceat. Est ergo intentio eius in hac epistola incorrectos corrigere, & correctos ad vlteriora prouocare, & pseudo sui commendatione deprimere. Modus tractandi talis est. More solito salutationem præmittit. deinde de bonis per gratiam collatis gratias deo agit, loquens perfectis: post ad tolerãtiam passionis suæ exẽplo, inuitat: postea pseudoapostolos deprimendo redarguit, detegẽs versutias eorum, & se multis modis commẽdat. Tandem subditur moralis admonitio, cũ iteratione benedictionis. Præmittens autem salutationẽ, contra pseudo superbiam, Paulum: & contra eorundem præsumptionem, apostolum se nominat dicens, Paulus apostolus Iesu Christi. non vsurpatiuè, sed Per voluntatem dei. non hominum, quia nõ ab hominibus fuit electus, vel missus, Et Timothæus frater, qui iuit cum prima epistola ad Corinthios, & renunciauit apostolo omnia quę fiebant apud illos. & ideo hîc ponitur, vt sciant ea quæ faciũt, apostolum non latere. Paulus, inquam, & Timothæus scribũt vel mandant hanc epistolam ecclesię dei. Quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis. i. & sanctis omnibus. s. presbyteris. vel, Sanctis omnibus. i. omnibus spiritus sancti gratia renatis. Qui sunt in vniuersa Achaia, cuius metropolis est Corinthus, & ante alia salutant in hũc modum, Gratia sit vobis & pax. i. remissio peccatorum & tranquillitas mẽtis.

Ambrosi.

Ambrosi.

Ambrosi.

Adeò

A deo patre noſtro,& domino Ieſu Chriſto,ſine quo pater nihil dat. Benedictus,poſt ſalutationem primũ perfectis loquitur de tribulatione proponens ſe exemplum patientiæ & cõſolationis à deo acceptæ,ducens laudi, quod alij ignominiæ. Ait ergo Deus.ſ.creator omnium Et pater domini noſt. Ieſ.Chri ſit Benedictus,& ſi in ſe gloria eius,nec poteſt augeri,nec minui,tamen ſit Benedictus.i. exaltatus in ſuis, in quibus per cognitionẽ, & ipſorũ prouectũ dicitur exaltari. Dico pater Chriſti,per quod & ipſe eſt etiam nobis,qui Chriſti filij ſumus. Pater miſericordiarum.ſ.paternè dás nobis veniam peccatorum, & bona opera,& in tribulatione conſtantiam.& ipſe eſt deus,dator totius,id eſt integræ& perfectæ Cõſolationis,quantã decet deum dare his,qui pro Chriſto patiuntur. Bene ergo ait Deus totius conſolationis.i. perfectæ,quia non eſt minus tribulatione ſolatium. & quod ipſe ſit deus conſolationis,ex hoc patet,quia ipſe eſt Qui conſolatur nos, miniſtros, In tribulatione noſtra omni.i.animę & corporis. Adeò cõſolatur, Vt,& nos ipſi deſolati, id eſt deſtituti humano auxilio poſſimus per exemplũ cõſolationis noſtræ Conſolari eos qui ſunt in omni.i.in qualibet Preſſura.cõſolari dico Per exhortationem.i.per talem cõſolationem, quæ hortatur nos ad grauiora toleranda. Vnde ſubdit, Qua &,nos.ipſi exhortamur à deo.i.quam deus dedit, nõ ſolum,vt conſolaretur nos,ſed etiã exhortaretur ad maiora, & ita noſtra conſolatio valet etiã alios exhortari. Et verè poſſumus cõſolari. Quoniã ſicut paſſiones Chriſti.i. quæ pro nomine Chriſti inferuntur. Vel, Paſſiones Chriſti.i.quas ad ſimilitudinem Chriſti patimur, Abundãt in nobis,qui ſumus quaſi earũ locus, Ita,non minus Per Ieſum Chriſtum abundat conſolatio noſtra, cum vel hic liberamur,vel pietatem paternam in flagellis intelligimus, quia flagellat omnem filium, quẽ recipit. Sed hoc totum pro vobis eſt. Vnde ſubdit. [Siue autem tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute, ſiue conſolamur pro veſtra conſolatione , ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione & ſalute,quæ operatur tolerãtiam earundẽ paſſionũ,quas & nos patimur,vt ſpes noſtra firma, ſit pro vobis,ſcientes quoniã ſicut ſocij paſſionũ eſtis, ſic eritis & cõſolationis.

Ambroſ.

Ambroſi.

H Non

Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra quæ facta est in Asia, quoniã supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus, vt nõ simus fidẽtes in nobis sed in deo, qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet adiuuãtibus & vobis in oratione pro nobis, vt ex multarum personis facierũ, eius quę in nobis est donationis, per multos gratię agãtur ꝓ nobis.] Siue autem tribulamur pro nostra exho. est, & salute, quia nostro exemplo monet nos deus pati. vnde salus æterna erit nobis, siue consolamur spe pręmij, quia pietatẽ paternam intelligimus in flagellis. hoc quoq; Pro nostra consolatione est, vt vos similẽ speretis Siue exhortamur, ad grauiora. quod fit, vel finitis malis, vel virtute patientiæ data nobis, & hoc Pro nostra exhortatione est, & salute, scilicet vt vos ad maiora animemini, & salutem speretis. Pro salute dico, Quæ operatur. i. intendit operari in vobis. i. nos intendimus ꝙ operetur in vobis. Tolerantiam earũdem passionum quas & nos patimur, quia debetis exemplo nostro pati eadẽ quæ & nos patimur. Adeò operatur, vt spes nostra qua speramus vos passuros, Sit firma. Patimur dico, Et hoc pro vobis. i. ad vestram vtilitatem. & verè, quia nos sumus Scientes, quoniam sicut, modo estis, socij passionum: sic, & in futuro eritis socij consolationis æternæ, quia æqũa gloria labori nostro retribuetur. Non enim, Hîc exponit tribulationes suas, vt cum se ad magistri sui comparationem parua pati cognouerint, accepta consolatione dolere desistãt. q. d. bene dico, ꝙ patimur, Non ẽm volu. vos ign. fratres, quia vobis proficit scire de tribulatione nostra. Pseudo de sua gloria gloriãtur, nos verò de tribulatione quæ Facta est, nobis, In Asia. quid de ea volo vos scire? quoniã grauati sumus pondere passionum, &
Ambrosi⁹ hoc Supra modum, præcedentiũ tribulationum, Et supra virtutẽ, humanam. Ita. i. adeo Vt tæderet nos, qui de malis solemus gaudere, Etiam viuere, non solum loqui, & cætera facere. & non solum tædebat viuere, sed etiã nos ipsi, non solum alij de nobis, Habuimus, vel, Accepimus respõ
Ambrosi⁹ sum. i. certitudinẽ Mortis, & hoc In nobis ipsis, quia nostri

ſtra natura nil niſi mortẽ promittebat, vel defectũ. Tantam inſolentiã iniquitatis ſignificat inſurrexiſſe cõtra fidei prędicatores, vt mortẽ ante oculos haberent. ſic enim afflicti fuerant, vt deſperarent de præſenti vita. Ideo autẽ deus permiſit tantũ nos affligi, Vt nõ ſim⁹ fidẽtes in nob. Maledictus enĩ qui confidit in homine, Sed in deo tantũ, in quo ſecurè cõfidere poſſumus. quia ipſe eſt, qui ſuſcitat mortuos, cui miraculo ſimile eſt, quod me de illis prædictis liberauit. Vnde ſubdit, Qui de tan. peri. nos eripuit. i. ad ſalutem reduxit, & quotidie nos eruit, quia deus pręſidia ſua non negat ſuis, in neceſſitate poſitis, In quẽ, deũ tendentes mentis deſiderio, Speramus quoniã & adhuc, in poſterum Eripiet nos, adiuuantib⁹ non ſolum nobis & aliis, ſed etiã Vobis in oratione factã pro nobis, vt ex multarum, Q. d. Dico, ꝙ adhuc eripiet, ad hoc vtique, Vt ex perſonis multarum facierũ. i. à perſonis diuerſarũ ætatum ad deum per prædicationem noſtram conuerſis, gratię agantur Deo pro nobis. i. pro noſtra prædicatione, qua cõuerſę ſunt. Quod verò dixerat à perſonis multarũ facierũ exponit ſubdẽs. ſ. Per multos, fideles, Participes eiuſdẽ donationis, quæ in nobis eſt. i. habentes eandẽ donationem fidei, quæ ĩ nobis eſt, Perſonas verò multarũ facierũ dicit infantes, pueros, & cęteras vtriuſq; ſexus. Vel ita, Orationes noſtræ iuuabunt nos, vt per multos, fideles gratiæ, Agantur pro nobis deo. Cuius rei gratiæ? Ecce. Eius donationis quę in nobis eſt. i. liberationis, & cæterorũ bonorũ Donationis dico, ꝓcedentis Exꝑſonis. i. honeſtis viris, vt vobis & aliis. perſonis dico, Mult. facierũ. i. diſcretionũ. i. diſcretorũ meritorũ & diuerſarũ virtutũ, vt facies Iob fuit patiẽtia, facies Dauid humilitas, facies Moſi mãſuetudo. Vel ſecundũ aliã literam. Alia. n. tranſlatio ita habet. Vt in multorũ facie eius q̃ in nobis eſt &c. quæ litera ſic legitur. q. d. Ita orationes noſtræ iuuabunt nos, vt per multos gratię agãtur deo ꝓ nobis. Gratię dico, Eius donationis, quę eſt in nobis. Hæc nõ mutãtur. Agantur dico, In multorũ facie. i. inter multos, & corã multis. Hoc ideo dicit, quia gratia dei conſolatur apoſtolos cauſa multorũ. i. oĩm credẽtiũ, quorũ cauſa etiã preſſurę eius ingerabãt, & ideo illi. i. oẽs credẽtes gratias deo referãt ꝓ liberatione apoſt. Ambro. Ambroſ.

[Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis & synceritate dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo, abundantius autē ad vos. Non enim alia scribimus vobis quàm quæ legistis & cognouistis. Spero autem, quòd vsque in finē cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte, quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in die domini nostri Iesu Christi. Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secūdam gratiam haberetis, & per vos transirem in Macedoniam, & iterū à Macedonia venirem ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Cū ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? Aut quę cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me, est & non? Fidelis autem deus, quia sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo, est & non, sed est in illo, est. Dei enim filius Iesus Christus, qui ī vobis per nos pręedicatus est, per me & Syluanum & Timothæum, non fuit in illo est & non, sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo est. Ideò & per ipsum amen deo ad gloriam vestram.] Nam gloria. q. d. Ideò & vos & alij debetis orare pro nobis, quia Gloria &c. Vel ita iunge. Ideo orationes vestræ poterunt nos iuuare, quia Gloria vestra hæc est. i. *illud* vnde gloriamur, tamen honestum est. s. Testimonium &c. Vel ita iunge, Ideo non diffido de auxilio dei, quia pura est conscientia, & indè glorior. quod ita ait, Nā gloria nostra hæc est. i. illud, vnde gloriamur. hoc est. s. Testim. cō scié. no. i. cōscientia pura, ab omni simulatione nō remordens nos, sed testificans, quòd Conu. su. in hoc mūdo, vbi tot mala sunt, in simplicitate. s. non aliud in corde, & aliud in ore habentes, & in sync. s. synceram veritatem de deo, nō etiā legis obseruantiā pręedicantes. quæ synceritas & simplicitas est Dei, quia à deo est. Hæc est gloria cōscientiæ quam dixit. s. simplicitas & synceritas. Sicut. n. impiis est magna pœna conscientia, ita piis est gaudium, non quasi indè superbè gloriantibus, sed totā deo dantibus. ideo rectè non ait, Gloria nostra est testimoniū, alienæ malitiæ, vel minoris gratiæ, Sed conscientiæ nostræ, quæ quia occulta est, nō est subiecta alieno iudicio, & ideo nullus præsumat cōtra eam, vel proferre, vel cogitare sententiā. Sic

inquam

inquam,conuersati su.& hoc fecimus,Non in sap.carnali,quæ est voluptates diligere,labores vitare, vel secundũ naturas rerum,& nõ contra prædicare,vt pseudo prędicabant,quorũ fucatam prædicationem redarguit, iuxta humanum sensum aptatã. non ita,inquam,cõuersati sumus, Sed in gr.dei.i.secundũ quod spiritus sanctus gratis mihi iudicauit. Abundantius autẽ.q.d.conu.su.in hoc mundo simpliciter, Abundadtius.au.simp.cõuer.sumus. Ad vos, id est,erga vos,vel, Apud vos, quibus cessimus de iure nostro,quia cũ ab aliis acceperit,ab eis noluit accipere. Non enim.q.d.Verè ad vos abundantius seruaui simplicitatẽ, quia nec in prima epistola exegi aliquid,nec ĩ hac.& hoc est quod ait,Non enim alia scribimus vobis,modo,quàm quę legistis in prima epistola. Et cogn.in experiẽtia operum.Spero autẽ.q.d.Et sicut hucusq; de me cognouistis, ita & deinceps cognoscetis.& hoc est quod ait,Spero au. ꝙ cog.me;in eodem.Vsq; in finẽ vitæ. Cognoscetis dico sicut & cognouistis nos ex parte, non ex toto : quia & si scitis ꝙ abstinui,nõ tamen scitis quanta dilectione hoc feci.Nota ꝙ ꝓficere illos sperat Apost.ex eo quod iã cœperãt meliores effici cognito apostoli affectu circa sese,& gloriabanẽ in eo velut filij in patre charissimo. Quia gloria.q.d.Verè cognoscetis. Quia sumus gloria vestra sicut & vos nostra.i.per nos consequi gloriam æternam debetis:& nos,per vos bene instructos. quod non esset,si cũ offendiculo à vobis acciperem. Quæ gloria apparebit, In die domini no.Iesu Christi,id est tempore iudicij quando omnia erunt aperta.Et ideo dicitur dies.Et confidentia.q.d abundantius seruaui simplicitatem ad vos.Et hac confidentia,id est in hoc confisus,Volui &c.Vel ita iunge.q.d.Vos estis gloria nostra,& nos vestra,Et hac cõfidentia,id est in hoc confisi, quod per alterutrum glorificari speramus.Volui &c.Vel ita iunge.q.d. Iam quidam vestrum correcti sunt. Et hac confidentia.s. quia munda est quorũdam vita,Volui prius venire ad vos, quàm irem Macedoniam, quia enim emendata quorundam vita erat, voluit videre,quos indignum erat antè videre:si ergo nõ iuit cum voluerit,non fuit ociosum. Intelligi enim volebat aliquos inter eos esse,propter quos voluntatẽ suam nõ Ambros.

impleuerit, qui operam adhibere debent, vt modo se purgent. Non enim culpa eius est, sed illorum quòd nō iuit, & quia in priore epistola promiserat se venturum, & non venerat, mendax & leuis videbatur, quod modo excusat. Non enim hoc fecit, nisi pro eorum culpa. Volui venire, dico, Vt, qui per primam epistolam habueratis gratiam rectæ fidei, haberetis per meam præsentiam, Secundam gratiam.i.confirmationem qui prius fidem habueratis. Volui venire ad vos, dico, Et per vos.i.vestro ductu, Transire Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, vt vos multipliciter confirmarem, Et à vobis deduci in Iudæam, vt eleemosynam ferrem sanctis, qui ibi erant. Cum ergo.q.d. ad hoc volui venire ad vos, non tamen veni. Cū ergo hoc voluissem, & non feci, Nunquid vsus sum leuitate, vt quod proposuerim, nō ratione, sed impetu animi eadem leuitate dimiserim? Aut quæ cogito, facienda, vel dimittenda, Secundum carnem cogito, vt pro carnali commodo proposuerim, & quia non erat, dimiserim? Vt, per

August. has causas sit, Apud me.i.in intentione mea, Est & nō, id est affirmatio & negatio, de eodem, id est mēdacium. Est enim mendacium falsa significatio vocis, cum intentione fallendi. Duo imponebātur Apostolo, quod & leuis erat, & gratia maioris cōmodi hoc iter dimiserat: vnde & mendax dicebatur, quod modo purgat, ostendens se non leuiter, sed ex consilio fecisse, nec mentitum esse, quia nō erat

Augu. in enchirid. in intentione sua, cum illud dixit, aliter facere. Non est enim iudicandus mendax, qui dixit falsum, quod putat verum, quantum in se est, non fallit, sed fallitur, contra, mentitur ille qui dicit verum quod putat falsum: nec ille est liber à mendacio, qui ore nesciens loquitur verum, sciens autem non esse verum, voluntate mentitur. Vel ita, Vt sit q.d. nunquid leuitate vsus sum? aut secundum carnem cogito? Vt sit apud me, est & non, id est, vt preponam volun

Ambrosi. tatem vtilitati. q.d. non est apud me, Est & non, id est, nō aliud egi quā sciui esse agendum, quia vtilitas præponenda est voluntati. Fidelis autem, vel enim, quasi dicat. In hoc non sum mentiri credēdus, quia in nullo alio sum vobis mentitus. Et hoc credi potest. Quia deus est fidelis, id est verax qui promisit doctores veritatis. Si ergo mendax

essem

essem,qui sum doctor eius non esset ipse fidelis. Et quia fi delis est,per hoc patet,quia, In illo &c. Vel ita.q.d. videtur apud me esse,est & non. Sed deus,qui fidelis est,id est verax in promissione, In hoc mihi testis est,quia in illo toto nostro sermone,qui noster sermo fuit apud vos,nõ est, est & non,id est mendacium, vt in sermone pseudoprædicatorum. Vel, Non est in illo,est & non, id est non aliud egi quam sciui esse agendum,quia vtilitas præponenda est volũtati. Dei enim filius q.d. Verè in nostro sermone nõ fuit,est,& non:quia in illo,dei filio,id est in eius prędicatione Qui dei filius Iesus Christus est prædicatus in vobis per nos,scilicet,Per me & Syluanum, & Timothæum non fuit, est & non, id est mendacium. Sed est, id est affirmatio veritatis tantum, Fuit in illo. quòd si mendaces essemus, tunc & ipse, quia quod docuit tantum prędicamus. Vel, In illo,dei filio, Non fuit,est & non,id est nunquam aliud voluit q̃ quod vtile est. Sed est,fuit in illo, quia voluntas eius semper fuit cũ vtilitate. Quotquot eñ. q.d. verax est dei filius, & verè. Quia, Promissiones dei quotquot sunt,sunt in illo, est, vel etiã alia litera.i.veritas & cõpletio,quia in illo exhibitæ,& adimpletæ sunt. Ideóque non sunt audiendi,qui non verum hominem filiũ dei suscepisse dicunt, neq; natum de fœmina, sed falsam carnem & imaginem corporis simulatam ostendisse videntibus,in quem errorem prorumpunt,quia timent ꝙ fieri nõ potest.s. ne humana carne veritas & substantia dei inquinetur,& ideo veritatem dicunt esse mentitam. & tamen istũ visibilem solem radios suos prædicant per omnes feces & sordes spargere,& eos mũdos & synceros seruare. Si ergo visibilia munda visibilibus immundis contingi possunt,& non coinquinari,quanto magis inuisibilis & incommutabilis veritas per spiritum animam, & per animam corpus suscipiens totũ hominẽ assumptũ ab omnibus infirmitatibus,sine sui cõtaminatione, liberauit? Mentiuntur ergo illi,nõ mentitur veritas Christus, Quia omnes ꝓmissiones dei in illo sunt.s.est vel etiã.i.impletę & firmatę. Est & nõ credendum,vt mendax sit ille per quẽ pater verax apparuit. Et quia ꝓmissiones dei per Christũ impletę sunt, Et ideo nos ipsum per dicimus deo amen,quod est verbũ veritatis

Ambro.

Ambro.
August.
Augu. ad Faustum.
Augu. de agõe christianorũ.

Ambro.

ritatis,id eſt,dicimus deum eſſe veracem,& quòd deus pater,& Chriſtus ſunt veraces, Eſt Ad gloriam noſtram,per quos hîc manifeſtatur,quia per hoc probamur vera prædicare. [Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus, & qui ſignauit nos & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. Ego autem teſtem Deum inuoco in animam meam,quod parcens vobis non veni vltra Corinthum:non quia dominamur fidei veſtræ,ſed adiutores ſumus gaudij veſtri. Nam fide ſtatis.] Qui autem cõfirmat nos,quaſi gloriam noſtram dico, non tamen nobis tribuo,Sed deus eſt qui cõfirmat nos, Iudæos, Vobiſcum, quia & gentes cum Iudæis cõfirmatæ ſunt.confirmatæ dico,In Chriſto.i.in vera prædicatione Chriſti. Tũc ſi vos eſtis firmi in Chriſto,magis cõſtat de nobis per quos firmi eſtis.& deus eſt, Qui vnxit nos, in reges & ſacerdotes per ſpiritum in baptiſmo datum. Vnde Petrus ait; Nos ſumus genus electum regale ſacerdotium, Et deus, eſt, Qui ſignauit nos.i.in libro vitę ſcripſit. Vel ſignauit nos,ideſt diſcreuit ab aliis ſigno crucis , Et dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.i. ſpiritum ſanctum arrã futuræ gloriæ. Si enim adhuc mortalibus ſpiritum ſuum credidit,non eſt dubium,quin iam immortalibus addat gloriam. *Vel*, Dedit pignus ſpiritus ſanctus,id eſt dona quæ ſunt pignus,ꝙ ſpiritus ſanctus eſt in nobis. Ego autem, Hîc aperit quare ad eos non iuit ſicut dixerat , ne putent ſe contemptos ad quos ire diſtulit,vt tunc iret cum iam prope omnes emendatos inueniret. His enim loquitur,nunc qui videbantur velle ſe corrigere,ſed operam non dabant, vt implerẽt:id quod pro leuitate , vel terreno commodo non dimiſi. ſed Parcens vobis,& de hoc, Ego inuoco deum teſtem,nõ ſolum contra corpus:ſed & In.i.contra, Animam meam, ſi mentior.de quo.ſ.Quod non veni Corinthum, vltra primam vicem. Vel, Vltra, id eſt poſtquam à vobis diſceſſi.& hoc feci parcens vobis.ſ.ne contriſtarẽ multos aſperè corripiendo:in quo pepercit eis, ne eo aſperiore verterentur in ſeditionem. Vult ergo prius mitigari eos & emendari, & ideo non ex leuitate, vel ex carnali cogitatione nõ impleuit quæ diſpoſuit. Spiritualis enim tunc diſpoſitũ non implet,quãdo prouidẽtius aliquid ad ſalutẽ meditatur. Et ne in-

Ambroſi.

Ambroſi.

Ambroſi.

Ambroſi.

ne indignentur quasi de domino,eo quòd dixerat,parcens vobis non veni,subdit,Non,ideò dico parcens , Quia dominemur fidei vestræ.i. quia dominium & coactionem patiatur fides vestra,quia voluntatis est non necessitatis: sed ideò dico,Quia adiutores sumus,si vultis cooperari,Gaudij vestri,æterni. Vel,Gaudij,id est,emendationis vestræ, quia gaudebunt emendati . Benè dixi fidei vestræ . Nam fide,quæ per dilectionem operatur,Statis non dominio. Ambro. Ambrosi.

CAPVT II.

STatui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem apud vos. Si enim ego cõtristo vos,& quis est qui me lætificet,nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis,vt non cum venero tristitiam habeam: de quibus oportuerat me gaudere , confidens in omnibus vobis,quia meum gaudium,omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas:non vt contristemini, sed vt sciatis quã charitatem habeam abundantius in vobis . Si quis autem contristauit me, non me contristauit , sed ex parte vt non onerem omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hæc quæ fit à pluribus.ita vt econtrario magis donetis & consolemini,ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est . Propter quod obsecro vos vt confirmetis in illum charitatem . Ideò enim & scripsi vobis vt cognoscam experimentum vestrum , an in omnibus obediẽtes sitis. Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego, quod donaui, si quid donaui,propter vos in persona Christi, vt non circunueniamur à Satana . Non enim ignoramus cogitationes eius.] Statui autem.q. d. parcens non veni ad vos, sed Statui hoc ipsum.i. hoc idem, Apud me, quod proposui cum primam misi epistolam. s. Ne iterum venirem ad vos, in tristitia venirem.i.vos contristãs. Vel, Ne iterum venirem ad vos in tribulatione mea, quæ iterũ esset mihi.i. ita vt iterum esset mihi tristitia , sicut fuit ei auditis eorum peccatis . Et verè de peccatis vestris mihi est tristitia,quia de pœnitentia mihi est lætitia. Et verè. Si enim ego contristo vos, corrigendo,increpando quocunque modo,vel per epistolam,vel per præsentiam. Et hîc aliquid addẽdum est.q.d. & si vos me contristatis, Quis est Ambrosi.

qui

qui lætificat me, nisi qui contristatur ex me? quasi dicat nullus me lætificat, nisi qui contristatur ex me, id est, secundum meam voluntatem. s. vt pœniteat. quod melius fit per epistolam quàm per præsentiam. Et hoc ipsum, scilicet quòd nemo me lætificat, nisi qui contristatur ex me, Scripsi vobis, modo, nunc, Non cum venero habeam, de vobis Tristitiam, quæ sit de incorrectione vestra, Super tristitiam, quam habeo de peccatis, De quibus. s. vobis, Oportuerat me gaudere, non solum nunc, sed & olim cũ cõtristauistis, & sic grauiter peccauistis. Gaudium autẽ Apostoli purificatio est populi. Scripsi dico, Confidens in omnibus vobis, quòd vltra non habebo tristitiam de vobis, quia emendabimini. Videte ergo ne frustra confidã; quod nõ mecum gaudium erit, & vos debetis facere quod ad gaudium meum spectat: Quia meum gaudium est omnium vestrum, id est, quando gaudeo, vos gaudetis. Nam, &c. q. d. dico quòd tristitiam habui. & verè, Nam ex multa tribulatione. i. ex multis laboribus. s. vigilando pro vobis orando, & interiori, Angustia cordis. s. cura & dolore, Scripsi vobis, primam epistolã. & hoc Per multas lachrymas, quę indicio sunt quid intra esset. Hoc tamen nõ ideò refero, Vt contristemini, per memoriam eorũ, sed vt sciatis quam charitatem. i. quod desiderium emẽdationis vestræ Habeo. Vel, Habeam charitatem dico ostensam In vobis abundantius, quàm putaueritis: quia omnes vt seipsum diligebat Apostolus, & quos corripiebat. Ad hoc enim corripiebat, vt ostenderet quo amore eos diligeret, quorum peccatis plus illis dolebat. Qui autem non hoc affectu corripit fratrem, contristat: insultat enim qui non condolet fratri. Vel, Habeam, quam in aliis ostensam In vobis, quibus de iure meo cessi. Si quis autem. Hîc præcipit fornicatorem illum, quem Satanæ tradendum iudicauerat, recipi: quia correctus erat. q. d. per lachrymas scripsi vobis, sed tamen condonate illi. quod ita ait, Si quis autem contristauit me, sicut vtique fecit ille fornicator, Non me, tantum, Contristauit, sed etiam vos, Ex parte. i. non omnes. Hoc autem dico Vt non onerẽ vos omnes. i. vt onus omnibus non imponam. quod reprehensoriè dicitur. Omnes enim tristes esse deberẽt. Vel ideò dico, Ex parte

Ambro.

Ambrosi.

August.

parte, vt non omnes onerem vos, illos tantum onerat qui non doluerunt de peccato, non illos qui doluerunt: quos significat dicendo, Ex parte, & quãuis me & vos cõtristauerit. Sufficit, tamen Illi qui eiusmodi est.i. qui tam grauiter deliquit, Obiurgatio hæc, quia talis facilè desperaret, si nimis asperè in eũ animaduerteretur quàm obiurgatio, & si tentationis quantitate, vel alio modo non satis digna pœna videtur: in hoc tamẽ non est parua existimãda Quę fit à pluribus, quibus cõgregatis Satanæ traditus est. Magnũ itaq; dolorẽ patiatur, si delictũ suum plures videt horrere: ita sufficit quod obiurgatus est à pluribus, Vt ecõtrario magis donetis, quia quanto à pluribus obiurgatur, tanto magis donandum est ei, Et consolemini eum, vt per exemplum Dauid qui multum peccauit, & aliorum quibus indulta est venia, & per verba domini per prophetam dicentis, Nolo mortẽ peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Et itẽ, Quacunq; hora ingemuerit peccator, omniũ iniquitatũ eius non recordabor. Et rectè, homini pro peccato afflicto ignoscere & subuenire præcipit, quia pœnitẽtia si de vero animo est.i. si correctus statim in animo dolet, mox habet fructũ. Hæc enim vera pœnitẽtia est, cessare à peccato. Ideò condonetis & cõsolemini, Ne fortè qui eiusmodi est abũdãtiore tristitia.i. p nimis asperã pœnitẽtiã desperãs, Absorbeatur, à diabolo: vt velit vti sęculo, hoc est.n. absorberi.s. desperãtẽ cõuerti ad admittẽda peccata. Propter quod.s. ne absorbeatur, Obsecro vos, ego q possẽ iubere, Vt charitatẽ quã habuistis, eiiciẽdo eũ, Cofirmetis in illũ, cõdonãdo ei. quod & debetis facere. Ideò.n. & scripsi vobis.s. Vt cognoscã experimẽtũ vestrũ.i. vt p experiẽtiã cognoscã quo animo feceritis, vt expertus sum in parte obediẽtiã vestrã. Et cognoscã an in omnib⁹ sitis obediẽtes mihi.q.d. cũ propter eũ recipiẽdũ scripserit. & ꝓpter hoc etiã scripsi, vt vos quos expert⁹ sum mihi obediẽtes in eiectiõe, cognoscã an in omnib⁹ obediẽtes sitis. Cui aũt.q.d, obsecro vt ei donetis, & donare debetis, Autẽ.i. quia, Cui aliqd donastis & ego. quod verè dico, Nã & ego quod donaui, ꝓpter vos feci: si qd tamẽ Donaui. hoc ideò dixi, qa nõ temere hoc factũ est & passim. Si ergo magister petitiõe discipulorũ donaui cui voluerũt peccatũ, multo magis discipuli

Augusti.

Ambro.

scipuli

Ambrosi⁹ ſcipuli prece magiſtri idem facere debent. Et vt ratum eſſe cui donauit oſtenderet apud Deum, ſubdit. & hoc feci in perſona Chriſti.i.ac ſi ipſe Chriſtus condonaret,quia nihil ſine dei ſpiritu agebat Apoſtolus. hoc autem dicit: irrita videatur huiuſmodi condonatio, quæ fit propter inimicos, Vt non.q.d. Ideò debemus cōdonare, Vt non circunueniamur. i. decipiamur A Satana, vt eum faciat deſperare per nimiam aſperitatem. Sæpè enim propter aſperiores animaduerſiones in deſperationem infirmos præcipitat. Et meritò ab illo hoc fieri metuo. Non enim ignoramus cogitationes.i.aſtutias eius, qui quos conſentiendo nequit decipere,facit minis aſperos. [Cum autem veniſſem Troadem propter euangeliũ Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet in domino,non habui requiem ſpiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum:ſed valefaciens eis profectus ſum in Macedoniã. Deo autem gratias qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu,& odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco:quia Chriſti bonus odor ſumus Deo,in his qui ſalui fiũt,& in his qui pereũt. Aliis quidẽ odor mortis in mortẽ,aliis autẽ odor vitæ in vitã. Et ad hæc quis tam idoneus? Nō enim ſumus ſicut plurimi adulterãtes verbũ Dei, ſed ex ſynceritate ſicut ex Deo corã Deo in Chriſto loquimur.] Cũ autẽ veniſſem, &c. poſt interpoſitionem de recipiendo fornicatore redit ad ipſos,oſtendens quòd ſicut culpa eorum fuit quod non venit Corinthum, ſic quod non profecit in Troade, dum apud eos impeditus moratur Titus,ſine quo non poterant ibi proficere, quia forſan lingua eorum Titus expreſſius vti poterat,quaſi dicat parcens vobis non veni Corinthũ. Cum autem veniſſem Troadem propter euangeliũ Chriſti, prædicandum, Et oſtium mihi eſſet apertum.i. corda parata ad recipiendum euangelium, & hoc, In domino.i. cooperante deo, Non habui requiem ſpiritui meo.i. non potui ſatisfacere voluntati meæ, Eo quòd non inuenerim Titum fratrem meum,qui ibi neceſſarius erat:ſed impeditus apud vos non venit illuc, ſicut & ipſe & ego condixeramus.& ideò Apoſtolus non potuit ſatisfacere ſuo deſiderio,vt eis.ſ. euangelium plenè traderet propter perſtrepẽtes in eũ & inſurgentes, quia ſolus nō poterat hæc duo

Ambro. implere

implere.s.& fideles instruere,&perstrepētib⁹ incredulis re- Ambro.
pugnare. Non habui requiē dico, Sed vale faciēs eis, qui Augu. de
erāt cōuersi,& in quibus ostiū apertū erat, Profectus sum prædesti-
Macedoniā, Deo autē gratias. Hacten⁹ de tribulationib⁹ natione
egit ad earū tolerātiā illos inuitans,& cuius culpa Corin- scientiæ.
thū nō venerat,dixit: Hîc incipit se commendare & pseu-
do deprimere.q. d. profectus sum Macedoniam, sed non
inutiliter, quia ibi quasi triumphator extiti. Gratias autē
ago Deo qui semper triumphat nos.i.triumphare facit In
Christo Iesu.i. in prædicatione Christi qui corda præpa-
rat ad credendum,vt calcata perfidia tropheum habeat fi- Ambros.
des,dum ex perfidis fiunt fideles. Et manifestat per nos,
veros apostolos non per pseudo Odorem notitiæ suæ.i.
Christum,qui velut odor procedens à patre notificat eum Ambros.
inuisibilem. sicut aliqua res quæ non videtur: per odorem
cognoscitur, & in quo loco sit intelligitur. Vel, Odorem
notitiæ suæ. i. miracula vel doctrinæ verba quibus ad no-
titiam eius venitur. Manifestat per nos,miracula operan-
tes,& verba prædicātes. & hoc In omni loco.s. vbicunque
prædicamus.i.in toto mundo. Et benè dixi per nos,Quia,
nos Sumus bonus odor Christi, & suauissimus deo, Et si
non ita vobis. Odor Christi dicuntur Apostoli, quia in
eorum vita prædicatione Christus ostenditur, non bla-
sphematur: sicut de malis dicitur, Nomen dei blasphema-
tur per nos inter gentes. Et nota quia suæ locutionis mo- Ambros.
dum sumit Apostolus à veteri lege cum dicit bonus odor
Deo, quia vt olim hostia legalis dicebatur suauissimus o-
dor Deo,ita modo prędicatio vera & syncera fama Apo-
stolorum. Iste bonus odor significatur nominatis quibus-
dam aromatibus & vnguentis. Dicit enim dominica spō-
sa, Post odorem vnguentorum tuorum curremus. Propter Augu. in
hunc odorem dicitur in Euangelio,quòd fracto alabastro psal. 42.
vnguenti domus impleta est odore.i mundus impletus est August. in
bona fama & doctrina Christi & Apostolorum. Odor iste ser. in na-
vegetat diligentes,necat inuidentes. Vnde subdit, In his tali mart.
qui,&c. quasi dicat, bonus odor sumus Christi: vtique, Et Augu. su-
in his qui salui fiunt, gratia eius. Et in his qui pereunt,iu- per Ioan.
dicio eius: & horum respectu qui inde saluātur: & horum
qui contemnentes pereunt,quia bona intentione facimus,

&

Augu. de pdestinat. Augu. su. per Ioan.

& veritatem prædicamus. Miro modo hoc fit, vt bono odore,& boni viuant, & mali moriantur. Quomodo tamen fiat, quantum dominus inspirare dignabitur, vobis reuelare non denegabo. Apostolus benè agens, benè viuens, iustitiam verbo prædicabat,& opere demonstrabat, ac boni famã quaqueusq; disseminabat, imitans doctoré veritatis Christũ. quidã aũt diligebãt: quidã inuidebãt. Illi qui inuidebãt famę Christi vel Pauli, bono odore peribãt: qui eũ diligebãt, bono odore viuebãt. Noli ergo inuidere,& non

Augu. de te occidit bonus odor. Bonus vtique odor erat quo illi vi-

natali martiani.

uebant,& illi peribant. Si enim non esset claritudo sanctorum, inuidia non resurgeret impiorum. Cœpit persecutionem pati odor sanctorum: sed si persequẽdo frangũt ampullam, odor vnguenti amplius diffunditur. Aliis, quasi dicat deo sumus bonus odor, sed hominibus Aliis quidé sumus odor mortis, id est, inuidiæ & malè opinionis ducentis eos in mortem æternam: Aliis autem, sumus Odor vitæ, id est, dilectionis & bonæ opinionis ducẽtis eos In vitam æternam, quia de nostra prædicatione veritatis aliis procedit mors, cum per incredulitatem auditur, & inde

August.

ruentibus in ęternam damnationem: aliis vita, cum per fidem suscipitur, inde in salutem æternam proficientibus. Et ad hæc, quasi dicat. Nos sumus odor Christi, & per nos Deus hæc operatur. Et ad hæc, agenda, Quis, scilicet illorum pseudoapostolorum est Tam idoneus, sicut nos veri apostoli, quasi dicat nullus. Et verè. Non enim sumus adulterantes verbum dei, id est, falsa admiscentes, & pro voluntate non pro prole prædicantes, sicut Plurimi

Ambrosi.

faciunt. Hîc pseudoapostolos tangit: qui corrupta doctrina veritatem violabant. De quibus Isaias ait, Caupones tui vino aquam miscent: sed Loquimur, verbum Dei, Ex synceritate, id est, ex syncera intentione, non pro quæstu, & sine ammixtione corruptionis, Sicut, didicimus, Ex Deo, qui nos docuit. & hoc facimus Coram deo, id est, causa eius solũ, vt ei placeamus,& In Christo, nũquã eum excedẽtes, vt faciunt qui de lege agũt legalia prædicãtes.

CAPVT. III.

INCIPIAMVS iterum nosmetipsos commendare? Aut nunquid egemus sicut quidam commendatitiis episto-

lis

lis ad vos, aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus manifeſtari, quoniam epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.] Incipimus. Et ſciebat Apoſtolus eos accipere ſiniſtrè ſuam commendationem, ſicut etiam in prima epiſtola fecerant, quaſi ſuam gloriam quæreret: incipit contra opinionem eorum oſtendere ſe, non ſuam gloriam, ſed dei quærere, dicens. Incipimus, quaſi ſemper in hoc noui ſimus. Iterum, ſicut in prima epiſtola, Commendare, iſtis laudibus, Noſmetipſos, non Deum, quaſi dicat eſt aliquis qui hoc imponat nobis. Abſit vt hoc faciamus, non vtique vanè nos commendantes, hoc dicimus: ſed ne ab aliis decipiamini id cogimur memorare. Quod autem non nos commendare intendimus, ex hoc patet, quia nullius vnquam commendatitias epiſtolas quærimus, nec eis egemus. & hoc eſt quod ſub interrogatione ſubdit, Aut, id eſt. Nunquid egemus, id eſt, putatis nos egere commendatitiis epiſtolis miſſis ab aliis? Ad vos aut ex vobis, ad alios, Sicut quidam, id eſt, pſeudoapoſtoli, quos nulla virtus commendat. Vtique non egemus, Quia epiſtola noſtra, id eſt, inſtitutio noſtra, Vos eſtis, in quibus ſcientia & vita mea repræſentatur aliis. & ideò commendatitia epiſtola non egemus. Et hæc epiſtola Scripta in cordibus noſtris, quia ſemper habemus curam de vobis. Quæ, epiſtola Scitur ab omnibus hominibus. Sciunt enim quia per nos inſtituti eſtis. Et legitur, ab eiſdem, quia in vobis nos imitari diſcunt. Epiſtola noſtra eſtis, & vos idem eſtis. Manifeſtari omnibus, quoniam eſtis epiſtola Chriſti, quia dum mihi ſimiles in Chriſto. Vel, Epiſtola Chriſti eſtis, quia Chriſtus vos principaliter ſcripſit, id eſt, inſtituit, non ego: quia eo auctore in vobis eſt fides. Et hæc epiſtola Eſt miniſtrata à nobis, quia noſtro miniſterio Deus operatur in vobis. & eſt ſcripta, Non atramento, ſed ſpiritu Dei viui. i. æterni. Quod autem viuus ſcribit, viuit, id eſt, quod vos eſtis repræſentatio Chriſti, & mea: hoc firmiter ſcriptum in cordibus veſtris non delebitur, vt quod atramẽto ſcribitur, facilè deletur. Vel, Scripta

mea

pta eſt,non atramento.i. non tetris notis hæreticæ prauitatis,vt pſeudo faciunt,qui hæreſes interſerunt,Sed ſpiritu dei viui.i. ſpiritu ſancto docente inſtructi eſtis,per quem diffunditur charitas in cordibus:qui in euangelio digitu dei dicitur. Hoc digito ſcripta eſt lex vetus,ſed diſtat,quia lex illa ſcripta eſt in talibus lapideis: noua autem lex diffuſa eſt in cordibus. Hæc lex eſt charitas dei. Illa eſt lex operum,litera occîdens præuaricatorem: Iſta eſt lex fidei viuificans dilectorem. Ibi ergo lex extrinſecus poſita eſt qua iniuſti terrerentur: hîc intrinſecus poſita, qua iuſtificarentur. Ibi in talibus lapideis digitus Dei operatus eſt, vt ſignificaretur duritia cordium illius: Hîc idem digitus in cordibus hominum operatus eſt, vt voluntas prompta & intelligentia capax ſignificaretur. Vnde ſubdit, & hæc epiſtola ſcripta eſt,Non in talibus lapideis.i.non in duris cordibus habentibus notas, nec ſentientibus vt *vetus lex.*

Augu. de bap.par.

Auguſt.

Lapis enim non ſignificat niſi duriſſimam *voluntatem,* & aduerſus deum inflexibilem.ſed In tabulis cordis,id eſt in cordibus latis ex charitate, Et carnalibus.i.mollibus,quia habent effectum implendi,Et ſenſum habentibus,quia intelligunt,non lapideis tanquam ſint ſine ſenſu. [Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum:non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis,quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt,qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occîdit,ſpiritus autem viuificat.] Fiduciam. Dixit ſe non egere epiſtolis, modo dicit quòd non commendat ſe, ſed Chriſtum.q.d.epiſtola Chriſti & noſtra eſtis, ſed Fiduciam talem.i. dicendi talia, Habemus.i.referimus, non ad nos,ſed Ad Deum. Hoc ideò dicit,vt oſtendat veteres non hâc habuiſſe fiduciam ad Deum, quia minor fuit amminiſtratio. & hanc fiduciam habemus per Chriſtum per quem nobis hæc poteſtas data eſt. Fiduciam habemus dico,& non ita dico nos habere fiduciam,quod ſimus Sufficientes cogitare,ſaltem, Aliquid,boni:quod ſit, Ex nobis, id eſt ex noſtra parte.ſ. nos defendens.q.d. Ex nobis,procedat, ſed Sufficientia noſtra, ex Deo eſt. Attendât hoc, & verba iſta perpendant qui putant ex nobis eſſe fidei cœptum, & ex deo eſſe fidei ſupplementum. Commen-

Augu.de gratia & libero ar.

Ambro.

dani

dans enim iſtam gratiam quæ non datur ſecũdum aliquã merita, ſed efficit omnia bona merita, inquit, Nunquã ſufficientes ſimus cogitare aliquid, &c. Quis enim non videat prius eſſe cogitare, quàm credere? Nullus quippè credit aliquid niſi prius cogitauerit eſſe credendum, quanquam & ipſum credere nihil eſt aliud quàm cum aſſenſione cogitare. Si ergo cogitare bonum non eſt ex nobis, nec credere. ſed Sufficientia, qua credere incipimus, ex Deo eſt. Ecce præfert Deum apoſtolicæ dignitati. Qui & idoneos, hîc item commendatio eſt. Commendat enim ſe per dignitatem officij. ſ. euangelij, præferens ſe non ſolum pſeudoapoſtolis qui carnales obſeruantias prædicabant, ſed & ipſi Moyſi miniſtro legis. q. d. Sufficientia noſtra, ex Deo eſt. Qui & fecit nos miniſtros noui teſtamẽti, pſeudo ſunt miniſtri veteris. miniſtros dico perfectos ſcientia & vita, quales non ſunt pſeudo. Noui teſtamenti dico non exiſtentis In litera, tantum docente: ſed in ſpiritu adiuuante qui per nos, id eſt, miniſterio noſtro datur. Litera enim, quaſi dicat, ideò fecit nos Deus miniſtros noui teſtamenti per ſpiritum, non per literam, quia Litera, ſine ſpiritu Occîdit, dum facit ſcienter peccare, & addit prę-uaricationem, & magis incitat, præſertim poſt aduentum Chriſti Spiritus autem viuificat, quia facit intelligere ſpiritualiter, & implere quod litera præcipit. Aduerte quam dicat literam quę occîdit, cui velut econtrario ſpiritum viuificantem ingerit. Ea certè eſt decalogus in illis duabus tabulis ſcriptus: quia lex ſubintrauit, vt abundaret delictũ. Porrò autem præcepta iſta tam ſunt vtilia facienti & ſalubria, vt niſi quis ea fecerit, vitã habere non poſſit. Nõ ergo dicitur litera occîdens, eo quòd lex mala ſit: ſed quia prohibens peccatum non viuificat hominem, ſed auget cócupiſcentiam & peccatum: præuaricationem cumulat, niſi gratia liberet per legem fidei. Apparet igitur literæ vetuſtatem, ſi deſit nouitas ſpiritus, potius reos facere homines cognitione peccati, quàm liberare à peccato. Vnde ſubdit, Qui apponit ſciẽtiam, apponit dolorem: non quia ipſa lex malum eſt, ſed quia mandatum bonum habet tantum in litera demonſtrante non in ſpiritu adiuuante: quod mandatum ſi fit timore pœnæ non amore iuſtitiæ, ſeruiliter, fit

Ambroſi.

Augu. de bap. par.

Augu. de bap. par.

non liberaliter, & ideò nec fit. Non enim fructus est bonus qui de charitatis radice non surgit. Si verò assit fides operans per dilectionem, fit delectatio boni: quod non literæ, sed spiritus donum est. Litera enim sine adiuuante spiritu, Occîdit, Cum verò adest spiritus viuificans, hoc ipsum intus conscriptum facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat timeri. Vera sponsa Christi intelligit quid distaret inter literam, & spiritum, quę duo alio modo dicuntur lex & gratia: nec reprehenditur lex cum dicitur, Litera enim occîdit, &c. sicut non reprehenditur scientia, cum dicitur, Scientia inflat. charitas verò ædificat. Lex ergo bona est, sed cum gratia: vt cum charitate scientia prodest, siue ea occîdit. Ita lex sine gratia occîdit, cum sit virtus peccati, non tamen etiã sic, mala est. Multa enim sunt quibusdam noxia, quanuis non sint mala: sicut & lex licet sine gratia non viuificet, non tamen mala est. Quæ cum iubet quod sine gratia impleri non potest, indicat homini quod infirmus est, vt demonstrata infirmitate quærat gratiam. Lex ergo ducit ad fidem, fides impetrat spiritum largiorẽ, qui diffundit charitatem quæ implet legẽ. sine spiritu non est voluntas hominis libera cum cupiditatibus vincatur. Liberum enim arbitrium, & ad bonum & ad malum faciendum, confitendum est nos habere: sed in malo faciendo. libera quidẽ est voluntas: ad bonũ autẽ non est libera, nisi liberata fuerit ab illo qui dixit. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. [Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt nõ possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per gloriam est, multo magis quod manet in gloria est.] Quod si, quasi dicat fecit nos Deus ministros euangelij, & hæc ministratio erit nobis in gloria æterna. quod probat per minus, Quòd.i per vetus testamentũ, quasi dicat verè erit in gloria, id est, quia, Ministratio mortis, id est, veteris legis, quæ morte corporali puniebat peccantem, vel quæ præuarica-

August. (margin)
Augu. cõtra Faust. (margin)
Augu. ad anastasiũ. (margin)
Augu. de cor. & gra. (margin)
August. (margin)

præuaricatoribus intulit mortē, quos Dei gratia non adiuuit ad iustitiam implendam. Deformata, id est, turpiter formata, quia inhonesta secundum literam præcipiebat. Vel, Deformata. i. plenè scripta, si quis spiritualiter caperet. In lapidibus. i. in tabulis lapideis. Ad literam, vel in cordibus duris, ad capiendum, vel amandum, Fuit in gloria, Moysi ministro illius, Ita vt filij Israel non possent intendere, aciem visus sui, In faciē Moysi, quia indigni erant. Tunc enim maculati peccato vultum Moysi descendentis de monte cum lege accepta in tabulis intueri non poterant, quia gloriosa facta erat facies eius. Vnde subdit, Propter gloriam vultus eius. i. fulgorem vultus eius, qui significabat eum clarè videre, ad quod illi accedere non poterant. Quæ gloria Euacuatur, quia in Moyse statim transiuit, & non modo in ministris legis veteris est. Vel mysticè potest dici, vt per faciem Moysi intelligatur spiritualis intellectus legis: per gloriam faciei intelligantur legales obseruantiæ, quæ erant figuræ veritatis, quasi dicat ita fuit lex Moysi in gloria, Vt filij Israel, id est, Iudæi, Non possent intendere in faciem eius, id est capere spiritualē intelligentiam legis, quia Christum in lege non intelligebant. & hoc Propter gloriam vultus eius, id est, legales cerimonias, quæ propter Christum significandum fiebant: sed illi adhuc carnales in eis Christum non intelligebant quod significabat velamētū positum super faciem Moysi. Quæ gloria Moysi Euacuatur, quia finem figuræ habent reuelata per Christum veritate. Et sic gloria Moysi euacuatur per legem spiritus, cum homines accepta remissione peccatorum facti iusti aspicere possunt gloriam dei: sicut Petrus & alij viderūt in monte. Gloria ergo Moysi euacuatur, quia figura est, non veritas. Gloria Moysi est quasi stellæ in vespere, quæ tunc gloriosæ sunt, Gloria Christi, quasi sol qui oriens stellas obscurat. Gloria vultus Moysi figura erat veritatis quæ euacuatur, quia veniente imperatore imagines tolluntur de medio. ibi imago spectatur, vbi imperator præsens non est: Vbi autem est, imago remouetur, fulget præsentia imperatoris. Quomodo nō ma. &c. quasi dicat ministratio veteris legis fuit Moysi in gloria, Et si, hoc est, Quomodo ministratio spiritus, id est,

Ambrosi.

August.

Ambrosi.

Augu. de verb. do.

[library stamp]

noui testamenti in quo datur spiritus, Non magis erit no. in gloria æterna.q.d.non potest hoc negari. Nam si.q.d. verè in gloria æterna erit, quia dat iustitiam spiritus qui in ea datur, quod à minori probat, Nam si ministratio damnationis.i. veteris testamenti est in gloria Moysi. Vetus testamentum dicitur ministratio damnationis, quia omnes præuaricatores constituit, non viuificans eos per gratiam: vel quia mortem temporalem inferebat peccantibus. Et Si, hoc est, Multo magis, ministerium iustitiæ.i. nouum testamentum per quod datur spiritus per quem est iustitia & consummatio virtutum, Abundat in gloria.i. dat abũdantem gloriam ministris & obseruatoribus eius. Vel, Deo magis est, In gloria.i. in laude, quàm vetus testamẽtum, quia magis gloria Dei in salute est quàm in morte. Quamuis enim iustè damnet quod agebatur sub lege, tamen ad laudem magis proficit si indulget, vt possit reus se corrigere, quod in nouo testamento per gratiam præstat. Nam nec, q.d. verè abundat in gloria, quia adeo quod ad eius comparationem illa vetus, nec est dicenda gloria. & hoc est quod ait, Nam quod claruit.i. Moyses, In hac parte, prædicta.i. in facie, Non est clarificatum. Vel, Gloria propter excellentem gloriam, quæ est de nouo testamento vbi puri vident gloriam Dei. i. comparatione huius excellentis gloriæ, quia nulli profuit gloria vultus Moysi, sed obfuit, & si culpa illorum non sua. Hæc autẽ gloria multo maior est quæ abundat in gratia, vt per eam purificati gratia homines, absterfa caligine possint videre gloriã dei. Vel ita lege, Quod claruit non est gloria.i. non est gloria, In hac parte.i. respectu huius nostræ partis. Quare? Propter excellentem gloriã, quæ est hîc. Illa enim tanta erat gloria, quãta debuit credi seruo. hæc verò tãta quanta est genitoris Christi, quia Christus in gloria est patris: vt tãtũ intersit inter gloriam Moysi & Christi, quãtum inter imaginẽ & veritatem. Si enim quod euacuatur.i. vetus testamẽtum, Per gloriam est.i. fuit ministratum & receptum per gloriã Moysi, sine qua non commendaretur. Multo magis quod manet.i. nouum testamentum quod dicitur manens, quia nouo testamento non succedet aliud, est In gloria, æterna nobis. & quia nos ministri noui testamenti sumus, certi de

Ambrosi.

Ambrosi.

Ambrosi.

tanta gloria. [Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur. Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderēt filij Israel faciem eius, quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diem idipsum velamē in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur. Sed vsque in hodiernum diē cum legitur Moyses velamen positum est super cor eorum. Cum autem cōuersus fuerit ad Deū, auferetur velamē. Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Nos verò omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tāquā à domini spiritu.] Habentes igitur talem spem. s. videndi gloriam dei, vtimur multa fiducia. i. vsu exercemus nos in bonis operibus, vnde crescit nobis fiducia. Tātum enim videbimus quantum credimus: & quia aperta est gloria, nō celamus sensum nostrum: Sicut Moyses qui ponebat velamen per figuras legales super faciem suam. i. clarum & spiritualem intellectum: sed nos apertè dicimus. Ideò ponebat, Vt filij Israel non intēderēt in faciē eius. i. spiritualē intelligentiam legis, quia non poterant pati causa peccati. quod velamen per gratiam modo Euacuatur. i. remouetur nostris expositionibus, sed sensus eorum obtusi sunt. i. ratio eorum hebes est: nec potest penetrare, quandiu non credūt. Obtusio enim hæc causa infidelitatis obuenit, ideò conuersis ad fidem acuitur acies mentis, vt videant diuini luminis splendorem. Vsque in hodiernum q. d. sensus Iudæorum sunt obtusi. Et verè, quia non solum tunc, sed etiā vsque in hodiernum diem. i. etiam hodie quando veritas claret. Manet idipsum velamen, quia non aliter modo intelligunt, quàm ante aduentum Christi. Manet dico, In lectione veteris testamenti. i. dum legitur eis vetus testamentum. & intantum manet quod non est eis etiam Reuelatum, esse velamen. i. nec hoc sciunt quòd sit velamen. Quod Euacuatur in Christo. i. in fide Christi tātum. Vnde in Christi passione velum templi conscissum est, vt significaretur per Christi passionem reuelari sacramenta legis & prophetiæ. Velamen enim dicit ad operationem prophetiæ, vt non intelligeretur. Sed vsque, quasi dicat his

Ambros. Ambros. Augusti.

qui sunt in Christo euacuatur velamen, Sed super cor eo-rum, qui negant Christum, Velamen est positum, quasi dicat pondus, id est, in cordibus eorum est cæcitas, deprimens rationem eorum. Cum, id est, quanuis, Legitur, id est exponitur eis Moyses, id est, vetus testamentum: & ita duo obsunt eis cum non intelligũt.s. quia & velamé, id est, obscuritas est in lectione. & cæcitas super corda. Et hoc Vsq; in hodiernũ dié.i. vsq; hodie. Cũ auté. q.d. velamé est in lectione veteris testaméti & in corde eorũ, sed cum aliquis eorũ Cõuersus fuerit, credédo Ad Deũ.s. ad Christi, Velamé auferetur, dato spiritu sancto, vt in aqua vinũ latere intelligatur. Omnis enim prophetia non intellecto Christo insipidum & fatuũ quiddã est, Dominus auté spiritus est, Ordo verborũ talis. q.d. Bene dixi per spiritũ.s. auferri velamen, Autem.i. quia, Spiritus sanctus est dominus.i. potest operari quod vult: & per hoc quos vult illuminat, & quos vult in tenebris deserit, Nota quòd spiritus sanctus hîc est dictus dominus: & ne quisquam arbitretur filiũ significari nomine domini. & spiritũ dici propter incorpoream substãtiam, adiungit, Vbi auté. q.d. spiritus est dominus, Vbicunque auté est, per gratiã inhabitantem, Spiritus domini.i. filij per quem datur Ibi est libertas, intelligendi & faciendi. Et ideò Iudæi qui nõ habét spiritũ, non possunt liberè intelligere vt nos Vel ita, Ideò cõuerso ad dominũ auferetur velamé, quia Dominus.s. Christus ad qué cõuertétur, Est spiritus i. spiritalis essentia. Et ideò dat legé spiritus per fidé in méte, & ita facit spiritaliter intelligere. Vnde subdit, Vbi auté spiritus domini.i. lex spiritus quã dominus dat. nõ literis scriptam, sed per fidé animis intimatã, Ibi est libertas, Nos verò, &c. q.d. illi habent velamen super cor. Nos verò, credentes, Omnes, etiam minores. Reuelata facie.i. expedita ratione, in qua Iudæis est velamen, sumus Speculantes, id est, per speculum rationis videntes Gloriam domini. i. gloriosum dominum. Si quæritur qualis est hæc speculatio, & vnde dicatur, illud occurrit quòd in speculo non nisi imago cernitur. Vbi quippè speculum est, apparent imagines rerum, Specula verò est, de cuius altitudine longius aliquid intuemur, Speculantes ergo dicit à speculo, non à specula, quod in Græco

[Margin notes: Augu. de trinitate. — Ambro. — Ambrosi⁹ — Augu. de trinitate. in lib. 15.]

Græco nõ est ambiguum. vnde in Latinum hæc ſcriptura tranſlata eſt Satiſque apparet dixiſſe, Speculantes, id eſt, per ſpeculum rationis quæ eſt imago Dei videntes, nõ de ſpecula proſpicientes. Hoc ergo conamur, vt per hanc imaginem, id eſt, rationem quæ nos ſumus, id eſt, in qua creati ſumus, videamus vtcunque illum à quo facti ſumus tanquam per ſpeculum. Quod verò ſubdit, In eandem imaginem transformamur, vtique imaginem Dei vult intelligi. Eandem verò dicens, illã ipſam vult intelligi quam ſpeculamur, quia eandem eſt imago Dei & gloria Dei, id eſt, imaginem & gloriam Dei idem accipit, id eſt, Deum glorioſum: ſicut ſuprà de imagine creata loquens, pro eodem accepit imaginem & gloriam, dicens, Vir quidem imago Dei & gloria eſt. Transformamur autem dixit, id eſt, de forma in formam mutamur, & tranſimus de obſcura forma in lucidam formam, quia & ipſa obſcura imago Dei eſt. Hæc eſt imago in qua homines creati ſunt, qua cæteris animalibus præſunt quæ creatura in rebus creatis excellentiſſima cum à ſuo creatore ab impietate iuſtificatura deformi forma in formoſam mutatur formam. Erat enim etiam inter vitia natura bona. Et ob hoc addit, De gloria in gloriam, ſcilicet de gloria creationis in gloriam iuſtificationis. Vel de gloria fidei, vbi filij Dei ſumus: in gloriam ſpeciei, vbi ei ſimiles erimus, cum videbimus eum ſicuti eſt. Et addit, Tanquam à domini ſpiritu, per hoc oſtendens à gratia Dei nobis conferri, tam optabilis transformationis bonum. Verum huius imaginis quandoque futura eſt perfectio, ad quam conſequendam nos erudit magiſter bonus, dicens, Nos omnes reuelata facie ſpeculantes, id eſt, per ſpeculum rationis intuentes, Gloriam domini, id eſt, glorioſum dominum. Transformamur, id eſt, de forma in formam tranſimus, ſcilicet de obſcura in lucidam tendentes In imaginem eandem, quæ eſt gloria quam ſpeculamur, etiam quam ſperamus. vt dei imago, id eſt, dij, ſumus, id eſt, vt ſimiles gloriæ Chriſti ſimus in æternum: ſicut Ioannes ait, Scimus quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus. Nos dico euntes, De gloria. Vel Claritate creationis, In gloriã. vel, Claritatẽ, iuſtificationis. Vel De gloria fidei, in gloriã ſpeciei. Trãsformamur dico, tã-

[Margin notes: Auguſt. — Augu. in eodem. — Auguſt. — Ambroſi. — Augu. de trinitate. — Ambroſi.]

Ambrosi. quam A spiritu domini, ducti, quia hoc beneficium habemus à gratia Dei. Cum auté hac transformatione ad perfectum fuerit hæc imago renouata, similes deo erim⁹, Vel ita, Transformamur dico translati A gloria, Vel à claritate, Moysi, In claritatem. Vel, Gloria Christi, tanquam à spiritu domini, quasi quæ gloria est talis qualem decet dare spiritum dei. Tantum enim dabitur gloriæ, quantũ dignum est dari per spiritum sanctum. Ideò enim dixit, Tãquam à domini spiritu, vt ostenderet eandem gloriã dari quæ sublimitati congruat dantis, Vel ita, vt per dominum accipiatur pater, & per imaginem intelligatur filius. Nos speculãtes gloriam Dei, id est filium qui est gloria patris. Transformamur, hoc non mutatur: tendentes In imaginé eius. s. patris. Eandem cum ipso. i. in Christum qui dicitur imago patris: eadẽ est cum illo in quẽ tendimus. s. vt eũ in essentia videamus. Nos dico, euntes A claritate in claritatem. i. ab vna clara cognitione in aliã claram cognitioné. Tãquam à spiritu domini. i. vt illi quos spiritus Dei dicit.

CAPVT IIII.

IDeo habentes hanc ministrationem iuxta quod misericordiam consecuti sumus non deficimus sed abdicam⁹ occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis: commandantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Quod si etiam opertum est euangelium nostrum, in his qui pereũt est opertũ, in quibus deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.] Ideò, &c. quasi dicat, & quia tantam claritatem habemus à spiritu. Ideò, nos Habentes, hanc administrationem, id est hanc dignitatem vt spiritum aliis ministremus. Habentes dico, non meritis, sed iuxta quod misericordiam consecuti sumus. i. per misericordiam Dei, Nõ deficimus ergo aliquibus aduersis. Sed abdicamus. nõ solum aperta mala, sed Occulta dedecoris. i. immundas cogitationes. i. omnia turpia & polluta, quæ fieri & cogitari possunt amouem⁹ Nos dico Non ambulãtes in astutia. i. in hypocrisi, vt pseudo faciunt, qui videntur humiles. Neque adulterantes verbũ dei, per ammixtioné falsitatis: vel pro quæstu ꝑdicãtes, sed

ambulamus

ambulamus, In manifestatione veritatis, quia manifestè in nobis videtur veritas. Nos dico, Cômendantes.i.cômendabiles facientes. Nosmetipsos, sine comparatione aduersariorum adeò nos commendabiles facimus, vt veritatis nostræ laus transeat, nô solum vsq; ad ad oculum, sed etiã vsq; ad Omnem côscientiam hominum, intentio mea manente Coram Deo, id est in beneplacito dei. Vel hoc dico, coram deo, id est teste Deo, cui nihil occultum est. Testimonium dei implorat, vt vel ipsi credatur, quo authore prædicat. Attẽde Apostolum implere, quod dominus ait, Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. Et item, Attẽdite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Voluit itaq; nos bona facere in conspectu hominum, sed ad laudem dei tantum, nô nostram. Audi Apostolum vtrunq; facientem, & docentem. Ait enim, Commendantes nosmetipsos, vt ostẽdat se implere etiam illud, Luceat lux vestra coram hominibus. Et addit. Coram deo, vt ostendat se implere etiam illud, non vt videamini ab hominibus. Nô enim hæc facit, vt videatur ab hominibus. Quòd si.q.d. dixi nos prędicare in manifestatione veritatis. Quod, id est sed, Si etiam opertum est euangelium nostrum.i. quod à nobis prædicatur. Opertum est etiam in his qui pereunt, id est, culpa eorum est, qui perire meruerunt. Verum est enim, quia increduli, non vident splendorem veritatis, merito perfidiæ obcęcati. In his qui pereunt dico, In quibus pereuntibus, vel verbis euangelij, Deus huius sæculi.i. deus qui non solum bonos regit, sed etiam malos pro merito præcipitat. Excæcauit, à naturali ratione. Mentes infidelium.s. qui Christo non credunt. quos excæcauit dans eis, quod volunt, id est, sinens eos facere quod volunt.i. vt non credant, quod non facit malitia, sed iustitia, Vel talis potest esse ordo verborũ, In quibus pereuntibus deus verus, & iustus Excæcauit mentes infidelium huius sæculi. Vel ita. In quibus deus huius sæculi, id est, diabolus, qui est princeps mundi, qui secularibus principatur. Vel, De⁹, sæculi.i. superbia, vel ingluuies ventris, Excæcauit, mentes infidelium.i. causa est quare excæcentur, Adeò excæcauit, vt Illuminatio euangelij.i. doctrina euangeli illuminans, Non fulgeat.i. non appareat

Ambrosi⁹

Augu. de ver. euág.

Ambrosi.

Augus. ad Faustum.

Augu. cõtra inimicũ legis.

reat eis. quæ tamen lux est euangelij, dico, Gloriæ Christi. i. in quo prędicatur gloria deitatis Christi: nō solū infirmitas humanitatis, quod Christ⁹ imago est Dei patris, quia de illo est, cui etiam æqualis est, secundum illud, Qui videt me, videt & patrē. Sciendum est, q̃ imago, & ęqualitas, & similitudo distinguenda est: quia vbi imago: continuò similitudo est, non continuo æqualitas, vbi ęqualitas, continuò & similitudo, non continuo imago: vbi similitudo, non continuo imago, nec æqualitas. Verbi gratia. In speculo est imago, & similitudo, nō tamen æqualitas, quia multa desunt imagini, quæ insunt illi rei, de qua expressa est. potest etiam aliquando esse imago in qua sit æqualitas, vt in parentibus, & filiis inuenitur imago, & similitudo & æqualitate, excepto tempore quo præcedunt parentes, quia de parēte exprimitur similitudo filij, vt rectè imago dicatur, & potest esse tanta, vt rectè dicatur æqualitas. Potest etiam aliquando esse similitudo, & æqualitas quāuis, non sit imago, vt in duobus ouis paribus. Christus autem ita dicitur imago patris, vt nihil horum desit, vt non solum eius imago sit, quia de illo est: & similitudo, quia imago est, sed etiam æqualitas tanta, vt nec temporis interuallum impedimento sit, quia non generauit, Deus filium in tēpore. [Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum. Nos autem seruos vestros per Iesum, quoniā deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Iesu Christi. Habemus autem thesaurū istum in vasis fictilibus, vt sublimitas, sit virtutis Dei, & nō ex nobis. In omnibus tribulationē patimur, sed nō angustiamur, operiamur sed nō destituimur. persecutionē patimur, sed nō derelinquimur. humiliamur, sed non confundimur. deiicimur, sed nō perimus. Semper mortificationē Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos, qui viuimus in mortē tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.] Non enim, &c. quasi dicat, Bene dico gloriæ Christi, Non enim, &c. Vel ita continet. Commendamus

Augu. in lib. 82. b.

damus nos in manifestatione veritatis,& cætera talia faci mus: & hoc propter Christum. Nō enim prædicamus nosmetipsos, sed Iesum Christum dominum nostrum,id est, prædicatio nostra nō tendit ad gloriā nostrā,vel ad lucra nostra:sed ad gloriā Christi,quem prędicamus saluatoré & dominum nostrum esse , illum prædicamus esse dominum. Nos autem,dominis esse,Seruos,id est,ministros vestros.& hoc, Per Iesum,qui nobis hoc iniūxit. hoc autem facimus,Quoniam deus ipse illuxit in cordibus nostris.i. se qui est lumē,nobis infundit. Qui dixit, id est præcepto solo hoc facit. Lucem splendescere de tenebris,quod fuit in separatione elementorum. Cœperunt enim ex quo cōfusa moles cœli,& terræ cœpit esse, antequam lux facta esset qua illuminaretur, quod sine luce fuerat tenebrosum: postea verò accedente luce,quod factū est, melius redditur,in quo proficientis hominis affectio significatur. Vnde Apost.loquēs ad fideles ait, Fuistis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in domino. Ille hoc fecit,qui cū tenebrę essent super abyssum,dixit, Fiat lux: Et facta est lux. Hęc lux significat lucem,quæ modo nobis,& per nos aliis datur. Ex quo nō potest intelligi,ꝙ tenebrę sempiternæ fuerint,sicut quidā legis calumniatores imponunt eiusdē legis scriptori sensisse:qui potius ostendit eā cœpisse,cū dixit, In principio fecit Deus cœlū,&c. Terra autem inuisibilis erat,& incōposita,& tenebræ erant super faciē abyssi. Illuxit dico, Ad illuminationē sciētię,& claritatis. Vel, Gloriæ Dei.i. vt illuminaret nos scientia , qua sciremus, Deum esse lumē,quo tenebræ nostræ illuminantur. Scientia enī gloriæ dei est,qua scimus ipsum lumen esse quo tenebræ nostræ illuminantur. Vel ita, Ad illuminationem scientię claritatis Dei.i.vt illuminemus alios per scientiā de claritate.i.de essentia Dei. Et hoc dedit nobis In faciē Iesu Christi.i.per Iesum Christū,qui est facies patris, sine quo non cognoscitur. Habemus autem, Hactenus egit de altitudine sciētię suæ, hîc agit de fragilitate carnis quā refert ad gloriā suam:etsi cōtrà videatur. q.d. deus illuxit nobis ad illuminationē scientiæ:sed istū thesaurū.i. sciētiam istā qua alios ditemus, Habemus in vasis fictilibus.i. in corporibus fragilibus. Thesaurum dicit sacramen-

Augu.cōtra inimicos legis & prophetarum.

Augusti.

Augu. de bap.par.

Ambrosi.

mentum Dei,qui,quod fidelibus erogatur, perfidis abscō ditur. Et hoc ita, Vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex vobis,id est, vt tota altitudo Dei esse videatur, & non no stra. In omnibus,&c.quasi dicat , vasa sunt fictilia. Et verè , Quia patimur tribulationem in omnibus, quia nullus modus tribulandi abest:sed de thesauro bene conscij,non angustiamur in animo. Deinde apertè quasdá tribulationes enumerat,dicens, Aporiamur, id est, pauperes sumus adeò,vt necessaria desint. Aporos eñ Græcè,Latine pauper dicitur. Sed non destituimur, à thesauro nostro. Vel non destituimur omnino à deo, quia Deus pascit nos. Et Patimur persecutionem,de loco ad locum.Sed non derelinquimur, à deo, quin thesaurū custodiat. Humiliamur, id est,affligimur. Sed non confundimur, id est, non erubescimus. Deiicimur in mortis periculum. Sed non perimus,id est,à bono non cessamus. Qui per singula Semper sumus circunferentes.i.aliis propinantes,& ostendentes, In corpore nostro,non solum in animo Mortificationem Iesu.i.quam sustinemus pro Iesu:vel quam prius Iesus sustinuit. Et hoc ideo facimus, vt sicut mors Christi in nobis apparet,Et vita Iesu,id est gloria,Manifestetur,etiam inimicis:non tantum in animabus,sed etiam in corporib⁹ nostris.Semper enim.q.d. mortificationem Iesu circunferimus.Et verè,quia nos Qui viuimus,virtutibus,vel quibus,licet viuere naturali vita.Semper tradimur in mortē, id est, in pericula mortis. & hoc sustinemus Propter Iesum.i.pro amore Iesu, vt Et vita Iesu, immortalis & impassibilis Manifestetur in carne nostra.licet nunc mortalis,& ideo videtur impossibile quod speramus.Et est sensus, Non timemus mori pro Christo ꝓpter promissam resurrectionem. Ergo mors,quasi dicat. Et quia hæc patimur,Ergo mors operatur in nobis,vita autem in vobis.i. mors dominiū exercet in nobis,sed vos ad voluptates vitæ tenditis. Vel ita,quia per mortem vitam Iesu cōsequemur, Ergo mors,non est inutilis.Sed Operatur, magnum quid In nobis.sed Vita,qua delectamini in terrenis, Operatur in vobis,mortem æternam. Vel ita, vt legatur passiuè. Operatur ergo i.propter spem vitæ Iesu,mors Operatur.i. à prædictis passionibus efficitur, In nobis.i.permitti-

Ambro.

mittimus effici in nobis. ſed per hoc Vita, efficitur In vobis. i. fides plantatur in vobis, per quā viuitis. [Habentes autē eūdem ſpiritū fidei: ſicut ſcriptū eſt, Credidi propter quod locutus ſum, & nos credimus propter quod & loquimur, ſcientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum cū Ieſu ſuſcitabit, & cōſtituet vobiſcum. Omnia enim propter vos, vt gratia abundans per multos in gratiarum actione abūdet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus, ſed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur: tamen is qui intus eſt renouatur de die in diē. Id enim quod in præſenti eſt momentaneū, & leue tribulationis noſtrę: ſupra modū in ſublimitate æternū gloriæ pōdus operatur in nobis, nō contemplantibus nobis quæ vidētur, ſed quæ non vidētur. quæ em̄ vidēt temporalia ſunt, quæ autem non videntur æterna ſunt.] Habentes au. q. d. ſemper mors operatur in nobis. & per hoc patet, q̄ nos Habemus eundem ſpiritum ſanctum, quem prophetæ habuerunt. qui ſpiritus eſt cauſa Fidei, quia ſpiritus gratiæ facit, vt habeamus fidem, vt per fidem impetremus orando, vt poſſimus facere quę iubemur. Cum autem dicit, Eundem ſpirirum fidei, oſtendit q̄ in iuſtis diuerſorum temporū, eadem eſt fides. Ea enim fides, iuſtos ſaluauit antiquos: quę ſaluat & nos, ideſt, mediatoris Dei & hominū. Tempora ergo variata ſunt, ſed non fides: quia illi vēturum Chriſtū, paſſurum, reſurrecturum, & aſcenſurum crediderunt: nos autē credimus Chriſtum veniſſe, paſſum eſſe, reſurrexiſſē, in cœlum aſcendiſſe. Et quòd antiquos iuſtos fides ſaluauerit, oſtendit, dicens, Sicut ſcriptum eſt. q. d. habemus eundem ſpiritū quē illi. Habentes autem eundem ſpiritum fidei, quem illi habuerunt. Bene dico, quòd habuerunt, Sicut ſcriptū eſt, de illis patribus, in quorum perſona dicit Dauid, Credidi, perfectè, Propter quod loquutus ſum: aliter non perfectè crederet. Non enim perfectè credunt, qui quod credunt, loqui nolūt. Ideo ait, Credidi propter quod locutus ſum: ſed propter hoc dicit ſe locutum eſſe, quia credidit: & ita duo fecit, quorum alterum alterius cauſa extitit. Credidit, ſcilicet, & locutus eſt, ne fides ſine confeſſione eſſet inutilis. Habentes, inquam, Et nos, vt illi credimus futurā vitam. Propter quod loquimur, id eſt confitemur, non timentes

Auguſ. de grat. & li. arb.

Auguſt.

Augu. de natura & gratia.

Augu. ſuper Ioan.

Auguſt.

Ambros. mentes mala : quia sumus Scientes, quoniam qui suscitauit dominũ Iesum, à morte, Et nos suscitabit, vt simus in eadem gloria, Cum Iesu, hoc dicit propter quosdam, qui negabant resurrectioné, quos & in prima epistola arguit. Et in eadem gloria Constituet nos, id est, confirmabit, vt vltra, scilicet, non moriamur, nec mors nobis dominetur. Constituet dico, Vobiscum, quia omnes vnius fidei participes in vna domo pacis erunt. In qua Constituet, nõ dico nos nobiscum, sed Nos vobiscum, vt non inferiores, sed pares nobis sitis, si volueritis. Et bene de vobis hoc assero. Enim, id est, quia. Omnia, ista facimus Propter vos, instituendos nostro exemplo, ita omnia ad vos spectãt, vt Gratia Dei abundans, in nobis, abũdet & per vos in aliis, & per vos multos abundet In actione gratiarum, vt scilicet, vos & alij gratias Deo agatis. Et hoc in gloria Dei.i.

Ambro. ad ostendendum Deum gloriosum, qui à munere suo nullum vult esse alienum. Ideò Apostolus omnia sustinet, & omnibus fideliter prædicat, vt nõ paucos ad cœnam perducat Dei: cuius contumelia est, si veniant pauci. Magna enim contumelia eius est, qui cœnam fecit opulentam, ac multos inuitauit, si paucos habet. Propter quod, quasi dicat, omnia facimus ad instructioné vestrã. Propter quod scilicet, vt nos imitemini: non dico pro vita Iesu tantum non deficimus in tribulationibus, Sed licet homo noster, id est caro, Is qui foris est.s. expositus malis corrũpatur: tamen is qui intus est.i. anima munita spe futuri, cui non

Ambro. accedit humanus furor.i. imago Dei, Renouatur, in agnitione de die in dié.i. assidue. Vel Renouatũ de die ĩ dié.i. assidue purior à vitiis efficitur per igné tribulationis. Nota quòd, licet dicat is qui foris est, & is qui intus: non tamen duo sunt homines, sed vnus quem totum Deus fecit, id est, & id quod interius est, & id quod exterius est.

Augu. cõtra Fau. Interiorem porro hominem pro spiritu mentis, exteriorem vero in corpore, atque ista mortali vita vult intelligi: sed ad imaginem suam nõ fecit, nisi id quod interius est. Non ergo fecit hominem ad imaginem suam secundum, hoc quod habet corpus, corporalémq; vitam: sed secundũ quod hoc habet rationalé mentem, qua cognoscat Deum, & omnibus rationalibus præponatur. Non ergo corpus

tantum,

tantum, ſed quicquid etiã eſt cõmune pecori, exterior homo eſt. Totúſq; ille homo.ſ.ſecundum interiorem & exteriorem ſui partẽ, inueterauit per peccatum, & pœnę addictus eſt. Renouatur autem nunc ſecundũ interiorẽ hominem: in reſurrectione verò etiã exterior percipiet cœleſtis habitudinis dignitatẽ, vt totum quod factum eſt recreetur, & quod factũ eſt reficiatur. Nũc verò homo exterior.ſ.corpus, quãto eſt hæc vita diuturnior magis magíſq; corrũpitur, vel ætate, vel morbo, vel aliis modis. Id enim, q.d. meritò non deficimus, quia Id tribulationis noſtræ.i.minimum, Quod in præſenti eſt, vbi nõ eſt, niſi deſolatio, Et momentaneum.i parum durans, Et leue, ad ferendum, Operatur in nobis pondus gloriæ.i. immenſam gloriã. Nota ꝙ ſingula ſingulis opponit. Ponit enim põdus contra leue, & gloriæ contra tribulationis. Pondus dico, Aeternum, cõtra hoc quod dixit momentaneũ. Et ſupra modum tribulationum, cõtra hoc quod dixit, Id e. Et In ſublimitate.i.in cœlo, contra hoc quod dixit, in pręſenti. Paruis enim laboribus magna reddetur merces: & pro leui tribulatione ſupra modum ſublimitas gloriæ penſabitur perpetuæ. In nobis dico, Non contemplantibus.i. nõ appetentibus ea Quæ videntur, ſed quæ non vidẽtur. ac ſi diceret, Ideo operatur in nobis põdus gloriæ, quia non appetimus terrena, ſed cœleſtia. Ideo quæ non videntur appetimus, Enim.i.quia, Quæ videntur, tẽporalia ſunt.i. tranſitoria, Quæ autem non videntur, æterna ſunt.

Augu. de trinitate.

CAPVT V.

SCimus enim quoniã ſi terreſtris dom⁹ noſtra huius habitationis diſſoluatur, ꝙ ædificationẽ ex Deo habeamus, domũ nõ manu factam, ęternã in cœlis. Nã & in hoc ingemiſcimus, habitationẽ noſtram, quæ de cœlo eſt ſuperindui cupientes: ſi tamẽ veſtiti, & non nudi inueniamur. Nã & qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati, eo quòd nolumus expoliari: ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur, quod mortale eſt à vita. [Scimus enim.q.d. verè operatur põdus gloriæ, quia etiã in corporibus, non tantum in animabus. & hoc eſt, quod ait, Et eſt talis ordo literæ. Scimus enim ꝙ habemus, ne dicã habebimus: adeò certi ſumus, quia iã habemus ſpe. quod habituri ſumus re.

A Edificationem, id est, corpus immortale, firmatum plenè. Ex Deo, tantum, quia non ministerio hominum fiet.
Ambrosi. Habebimus dico, Si domus nostra, id est, mortalis caro in qua habitat anima, Huius habitationis, vbi semper inquietatur anima. Domus dico Terrestris.i. de terra, & procliuis ad terrena. Dissoluatur, idest, destruatur pro Christo. Et est sensus, Scimus, quòd habebimus corpus immortale, & si hoc corpus mortale, per tribulationes dissoluatur. Et ideo, Quoniam, sic dissoluitur, vt conditio, & causa sit præmissa. Deinde quid dixerit ad ædificationem, exponit dicens, scilicet, Domum', animæ.i. corpus immortale in
Ambrosi. quo resurgentes semper erimus. Domum dico, Nõ manufactam.i. non complexione hominum factá.s. non humanæ generationis opere productam, nec humanis fomentis auctam, sed à deo ineffabiliter cõpactam. Et æterná, quia ab æterno factam in Dei dispositione.i. ab æterno nobis præparatam. Et illam habebimus In cœlis, id est inter cælestes.s. inter angelos. Vel potius dicitur æterna, quia in ea sine fine manebitur. Per hoc dat fiduciã, vt nõ timeam' dissolui de corpore violentia infideliũ, quia præparata est habitatio in cœlis æterna, vt de temporali, & terrena expulsi in perpetua domo recipiamur. Nam & in hoc. q.d. dico, quòd habebimus domum non manu factam. & indè potest videri, quod habebimus. Nam non solum pro præsenti habitatione, sed etiam In hoc, id est in consideratione huius tantę gloriæ, Ingemiscimus, ex dilatione desiderij, quid nõ faceremus, nisi certi. In cuius rei figura, Axa filia Caleph petiit à patre irriguum superius, & irriguum inferius, vt nos lachrymas effundamus, non solũ pro pręsentis incolatus miseria, sed etiam pro dilatione supernæ gloriæ. Vnde hîc ait, Et in hoc ingemiscimus: in quo? in hoc, scilicet, Cupientes, super virtutes animæ, Indui habitationem nostram.i. ædificationem nostram, quę de cœlo est.i. immortalis & impassibilis. Et est sensus, Ideo ingemiscimus. quia cupimus, super innouationem animæ, quá iam accepimus, indui nos Habitationem nostram.i. dari animę vestimentum, nõ de terra corruptibile: sed de cœlo.i. immortale & impassibile, ad similitudinem cœlestiũ. Si tamen. q.d. cupimus indui. quod vtiq; fiet, tamé hac códitio-

ditione. Dico, si nos Inueniamur vestiti, scilicet, virtutibus, fide, & cæteris. Posito, id est deposito corpore. Et nõ inueniamur, Nudi, virtutibus, id est si Christũ vestiti fuerimus corpore deposito, & non nudi eo. Hoc dico, ne idẽ de nudis putaretur. Vel ita, Cupimus indui corpore in resurrectionem, ita Tamẽ, si inueniamur vestiti, gloria ꝓmissa: Non nudi, Hoc enim desiderãt sancti, ne resurgentes recepto corpore nudi, id est, alieni à promissa gloria inueniãtur. hoc enim opus est, vt induti corpore superinduantur gloria, quæ immutatio in claritatem erit. s. Nam & qui. q. d. Nos perfectiores pro dilatione gemimus, quia etiam minus perfecti, qui carnem fouent, inter quos Apostolus se connumerat, ne illi minus de se sentiant. Et hoc est quod ait, Nam &. i. etiam nos minores, qui sumus In tabernaculo isto. i. qui habitationẽ huius corporis diligimus, de quo non esset curandum, cum non sit nisi tabernaculũ ad tempus, Ingemiscimus, desiderio cœlestis. & nos dico, Grauati. i. depressi, Eo. s. corruptibili corpore: quia aggrauat, nũc animã corpus corruptibile. & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Et quia aggrauationis causa est non natura, & substantia corporis, sed eius corruptio, nolumus corpore expoliari, si fieri potest, sed etiã immortalitate vestiri. Et hoc est quod ait, Quod nolumus. q. d. grauamur sarcina corporis, quod corpus tamen Nolumus expoliari. i. nollemus nobis per mortẽ tolli, si fieri posset. Sed super. i. adeo, Vestiri stola, immortalitatis, Ita, vt quod mortale est absorbeatur vita, id est, vt vita immortalitatis destruat mortalitatem, nõ vt super eã veniat, &c. Sẽsus est, Sic vellemus fieri immortales, si fieri posset, vt iam veniret ipsa immortalitas, & modò sicut sumus mutaret nos: quia & si à malis ad bona transeamus, tamen ipse transitus amarus, & habet fel & acetũ, id est acre quid tolerãdum. & si corpus grauat animam, & habet incitamenta vitiorum, & desideria vitiosa: nõ tamen omnia mala sunt ex eo, nec omnia vitę iniquę vitia tribuẽda sunt carni: ne ab his omnibus purgemus diabolum, qui nõ habet carnem, nec fuit corruptio corporis, qua aggrauat animam peccati primi causa, sed pœna: nec caro corruptibilis animam peccatricẽ fecit, sed peccatrix anima carnem

Ambros.

Ambrosi.

Augu. de ciuit. dei.

Remigi⁹.

Augu. in psal. 87.

Augus. de ciuit. dei.

corruptibilem fecit. Qui ergo omnia mala animæ ex corpore putant accidisse, in errore sunt. Attende quod ingemiscere se dicit, & grauari sub sarcina corruptibilis carnis: & tamen ait, Nolumus expoliari. Ecce vox nec cõfessio pœnę, graue est corpus & onerosum atq; corruptibile, gemitur sub illo, & tamen non libenter deseritur. Prius enim mentis ratione cupit dissolui, & esse cũ Christo: sensu autem carnis refugit & recusat. hoc habet humanus affectus, hoc ipsa anima nescio quomodo habet in voluntate, quoniam diligendo vitam, odit mortem: & quoniam carnem suam non odit, nec ipsi vult accidere quod odit: & si fieri possit nõ vult expoliari, sed superuestiri. sicut ait Apostolus, Nolumus expoliari, superuestiri. q.d. sub terrena tunica gemo, ad cœlestem festino: illá volo accipere, istá volo ponere. Quid Apostole dicis? fiet iniuria tanto illi cœlesti vestimento, vt veniat tibi immortalitas super hos pannos mortalitatis, & corruptionis, vt hoc sit inferius, illud superius, hoc interius illud exterius? Non sic, inquit, dico, non sic. Nolo itaque expoliari, sed superuestiri: non tamen ita, vt sub incorruptione maneat corruptio, sed Vt absorbeatur, quod mortale est à vita in nobis, vt nusquam sit mortalitas, non infrà, non suprà: non intrà, non extrà. Absorpta est enim mors in victoria. Vel ita, Nam & qui. q.d. de illo gemimus, scilicet, quia à beatitudine remoti sumus. & non mirum si de eo gemimus: Nam de hoc etiam gemimus, qđ minus est, scilicet, quod hoc corpore exuimur. & hoc est quod ait, Nam qui sumus In tabernaculo isto, id est in hac habitatione, quanuis grauati simus, Eo, id est sarcina carnis, cum Ingemiscimus eo, id est ideò, Quod nolumus expoliari, corpore, Sed superuenistiri immortalitate, si hoc posset fieri, ita Vt quod mortale est absorbeatur à vita, ne vltrà possit mori. [Qui autem efficit nos in hoc ipsum Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper & scientes, quoniam dum sumus in corpore peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Audemus auté, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominum: & ideo contendimus, siue absentes, siue præsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari

Augu. in ser. de na. apostolo.
Augu. in eodem.
Augu. de gra. na. t.
Augu. de na. apost.
Ambrosi⁹

ſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.] Qui autem. q. d. ingemimus deſiderio cæleſtis. Deus autē eſt, qui efficit nos in hoc ipſum, id eſt, deus hoc efficit in nobis. Vel ita continet. Nolumus expoliari corpore, ſed tamē deus efficit hoc, vt immortalitatem cupiamus. quod ita ait, Qui autem efficit nos in hoc ipſum ſcilicet, vt veli mus immortalitatem: Deus eſt, Vel ita ab illo loco, Nam & qui q. d. dico nos ſuperindui, ſi inueniamur veſtiti virtutibus: quod vtiq; oramus, vt perſeuerantes in fide, veſtiti inueniamur ſpiritu ſancto. Nā & qui ſumus in tabernaculo iſto, grauati paſſionibus, ingemiſcimus, orando, Eo qꝫ, ideo, quia Nolumus expoliari ſpiritu ſancto. i. gemendo hoc oramus, ne ſpoliemur ſpiritu ſancto, & ſic gloria induemur, Vnde ſubdit, Sed nolumus ſuperueſtiri gloria immortalitatis, Ita vt quod mortale eſt abſorbeatur à vita. Tunc enim ſuperindui promiſſa gloria poterimus immortalitatis, ſi exuti corpore nō diſpoliati à ſpiritu ſā cto fuerimus. Quid au. q. d. nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri. Quid autē efficit nos in hoc ipſum. i. qui hanc voluntatem in nobis perficit, Deus eſt, qui dedit nob. pig. ſpiritus. i. dedit nobis ſpiritum ſanctum pignus huius rei implendæ, quo pignore de immortalitate certi ſumus: quam tunc habebimus, quando ſine hoſte vllo, ineffabili ac ſempiterna pace fruemur. Audētes igitur. q. d. Deus facit nos velle immortalitatē, facit etiā nos de ea certos per ſpiritū ſanctū. Igitur. i. ideo ſemper ſumus Audentes. i. conſueta audacia vertentes, Et ſcientes hoc, quod vtiq; cōfirmat noſtrā audaciā. Quid ſcimus? Quoniā, dn̄o ſumus ī hoc corpore mortali peregrinamur à dn̄o. i. remoti ſumus à dn̄o ſpecie, tamen in mente ipſum habētes per fidē. Quæritur, cum alibi ſcriptum ſit, In ipſo viuimus & mouemur, & ſumus: quare hîc dicat nos peregrinari à domino? Si enim vbique eſt, quo modo ergo peregrinamur à domino? Sine dubio vbique eſt, & in eo ſunt omnia, & tamen dicimur hîc peregrinari ab eo: quia & ſi vbiq; deus eſt, non tamen hîc videtur, ſicut in cœlis. Peregrinamur ergo non in fide, ſed ſpecie. Vnde ſubdit, Per fidem enim, inuiſibilium, Ambulamus. i. ad deum tendimus, Et Nō per ſpeciem. i.

Ambroſi.

Ambroſi.

Augu. de bap. par.

Ambroſi.

nō per pręſentiam eorum. Qui peregrinatur, & per fidem ambulat, non eſt in patria, ſed iam eſt in via: Qui autem non credit, nec in patria eſt, nec in via. Sic ergo ambulemus tanquam in via ſimus, quia ipſe rex patriæ factus eſt via. Rex patriæ Chriſtus eſt, & ibi veritas. Hîc autem via eſt. Quo imus? Ad Chriſtum. Qua imus? Per Chriſtum. Ipſe enim ait, Ego ſum via, & veritas, & vita. Eſt illuminatio per fidem, eſt & illuminatio per ſpeciem. modo per fidem tantum illuminamur, non per ſpecié. Homini enim vitam mortalem adhuc agenti non poteſt contingere, vt dimoto atque diſcuſſo omni nubilo fantaſiarum corporalium, ſereniſſima incômutabilis veritatis luce potiatur, & mente penitus à conſuetudine vitæ huius alienata, cóſtanter & indeclinabiliter illi hæreat. Audemus auté. q. d. ſumus audentes & ſcientes hoc, audentes autem méte. Audemus, opere. i. ab actu non quieſcimus, & ſi durum ſit. Et bonam voluntatem habemus, quia non triſtamur, nō murmuramus in aduerſis. Nos dico cupientes magis peregrinari. i. remoueri, A corpore, & præſentes ad dominū, quá hîc morari. Et quia volumus illi hærere, Ideo, omnibus modis, Contendimus placere illi, ſiue abſentes, vt núc eſt, Siue præſentes, vt quando aſtabimus ei. i. elaboramus, vt hîc, & illic placeamus illi. Omnes enim. q. d. contendimus placere, & ſic expedit. Omnes enim, &c. Vel ita continet, præſentes illi erimus. Et verè, quia Oportet nos omnes, bonos & malos, Manifeſtari ante tribunal Chriſti. i. ante iudicem Chriſtū. Ad quid? Vt vnuſquiſq; ſ. bonus & malus, Referat, à ſimili meſſorū, Propria corporis, prout geſſit. ſ. plus vel minus, Siue bonum, ſiue malum. i. referat ea quæ geſſit per corpus. i. per tempus corporis: quia nullus meretur, niſi dum in corpore eſt. Quem ſenſum cōfirmat alia tranſlatio, quæ ita habet, Vt referat vnuſquiſq; ſecundū ea, quę per corpus geſſit. Per corpus quippe dixit, non ꝙ omnia gerátur motu corporis, ſed per corpus. i. per tempus quo quis vixit in corpore. Hic enim omne meritū cóparatur, quo poſſit poſt hanc vitam quiſpiam releuari, vel grauari. Nā etiam iſta quæ pro defunctis cômendandis frequentat eccleſia, non omnibus proſunt. & quare? Nónne pro differentia vitæ, quam quiſq; geſſit in corpore, quia

Margin notes: Augu. in pſal. 164. — Auguſti. — Auguſ. de conſenſu euangeli. — Augu. de ciuit. dei. — Augu. in enchirid.

re,quia etiã hoc meritum ſibi quiſq;,dum in corpore viue-ret cõparauit.vt ei poſſint iſta prodeſſe. Cum ergo ſacrificia,vel altaris, vel quarumcunq; eleemoſynarum pro baptizatis defunctis omnib⁹ offerũtur, pro valde bonis gratiarum actiones , pro nõ valde malis propitiationes ſunt, pro valde malis etiã, ſi nulla ſunt adiumenta mortuorum qualeſcunq; viuorũ conſolationes ſunt. Quibus autẽ proſunt,vel ad hoc proſunt,vt ſit plena remiſſio, vel certè,vt tolerabilior fiat ipſa damnatio. Omnes ergo adſtabimus ante tribunal Chriſti,vt referat. A ſimili meſſorũ ea quæ geſſit per corpus, Vnuſquiſque,etiã pueri,qui ſi nõ per ſe, tamen per alios geſſerunt,dũ per eos,vel crediderunt, vel non crediderunt, quãdo baptizati, vel nõ baptizati ſunt: ſecundum quod iudicantur , non ſecundum quod geſturi erãt,ſi diu viuerent. Dicit enim prout geſſerit in corpore, nõ vt geſturus erat,ſi diu viueret. Fruſtra ergo ſibi homo poſt hoc corpus promittit,quod in hoc corpore cõparare neglexit. Et quia ante tribunal ſtabimus. [Sciẽtes ergo timorem domini hominibus ſuademus,deo autem manifeſti ſumus. Spero autẽ,& in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe. Nõ iterum cõmendamus nos vobis:ſed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis,vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur,& non in corde. Siue enim mente excedimus Deo , ſiue ſobrij ſumus vobis. Charitas enim Chriſti vrget nos,æſtimantes hoc,quoniã ſi vnus pro omnibus mortuus eſt,ergo omnes mortui ſunt,& pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt & qui viuunt iam nõ ſibi viuant,ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit.] Scientes ergo timorem do.i.quàm caſtè timendus eſt Deus, Hominib⁹ ſuadem⁹, vt timeãt,& vt credãt & prouideãt ſibi: quia quorundam prauiloquio, dies domini in dubium venit. In hoc autẽ ſumus Deo manifeſti.i.approbati, quod non ſunt pſeudo.hoc enim prędicabat Apoſt.quod Deus iuſſerat, Spero au.q.d. Deo ſumus approbati.ſpero autem quantũ in me eſt,in quo nõ remanet Nos eſſe manif.i.approbatos, Etiã in cõſcientiis veſtris,& ſi nõ ore cõfiteamini. In his autẽ Non iterum cõmend.nos vob.i.non arroganter,hoc dicimus: ſicut nec prius cũ diceremus, Nõ ſumus plurimi.&c. Sed,talia dicendo, Damus vob.occaſi.i.

August.in eodem.

August.in ſent. ꝓſp.

Ambroſ.

Ambro. materiam gloriandi cōtra pseudo,qui per elationem gloriantur in se,dicentes se ab alis doctos, qui cum domino fuerūt. Gloriādi dico pro nobis,quia ego Paulus Apostolus sum,sicut ij à quibus se didicisse iactāt,quod vobis necesse est ad hoc.s.vt habeatis,quid possitis dicere, Ad eos, reprimendos,qui gloriātur, In facie.i.in exterioribus, vt in circūcisiōe & aliis legalib⁹:nō In corde.i.spiritualib⁹. Vel, Gloriātur in facie.i.in cōspectu hoīm, vt hypocritę faciunt:nō in cordibus suis,vt superbiā reprimēt per cordis humilitatē. Siue enim.q.d. de nobis vtiq; potestis gloriari,quia quicquid agimus,vel honor est Dei,vel vtilitatis ꝓximi.& hoc est,ꝙ dicit,Siue enim mente excedimus id est,si nos cōmendamus,in quo putamur insensati, Deo est.i.ad honorem Dei est,qui nos sic exaltauit. Vel,Deo est,dimittendū,nō ab homine iudicandū. Si enim superbè putatur locutus,quid est,quasi insania,dum se laudat verū

Ambro. dicens, dimittendū est Deo, Omnis enim superbia velut insania habetur. Siue sobrij sumus, vt nō alta dicamus de nobis, Vobis est.i.ad vtilitatem vestrā:quia si non iactanter,sed ad gloriam audientiū intelligitur locutus,Corinthiis proficit. Vel ita, Siue enim. Excessum mētis dicit, ꝙ mente leuatur ad intelligenda cœlestia. Extasis verbū est

Augu. in psal.130. Græcum, Latine autem vno verbo exponi potest,si dicatur excessus. In excessu verò mentis duo intelligūtur, vel pauor,vel intentio ad superna,ita vt quodammodo à memoria labantur inferiora. In hoc mentis excessu fuerunt omnes sancti,quibus arcana Dei mundum istum excedentia reuelata sunt. De hoc mentis excessu loquitur hîc Paulus,seipsum insinuans,q.d.potestis de nobis gloriari. Siue enim.i.cōtemplatione rationis, Excedi, omnia tempora-

August. lia, Deo est, qui solus cognoscit excessum nostrū. Ille enim

Augu. in psal.118. videt,quid videmus in excessu mētis:nō vobis est, qui nō potestis capere.ideo soli Deo se dicit excessisse. Excedens enim mente Apostolus omnē humanam fragilitatem,omnem sæculi tēporalitatē,omnia quæcunq; nascendo & occidendo vanescūt trāseuntia, habitauit corde in quadam ineffabili cōtemplatiōe,vbi audiuit ineffabilia verba,quæ non licet homini loqui:vbi si semper permanere vellet, te nō leuaret,qui sublimia videre non potes. Quid autem fecit?

cit? Descẽdit, & nõ ingratus ei à quo accepit altiora, propter infirmos non contempsit inferiora, sed eis se cõtemperauit. vnde subdit, Siue sobrij sumus, condescendendo, Vobis est, quia sic loquimur, vt capere possitis. Isti sunt angeli de quibus dominus ait in euangelio, Videbitis cœlum apertũ, & angelos ascendentes, & descendentes super filium hominis. Hos eosdem angelos vidit Iacob in scalis ascendentes, & descendentes. Charitas enim. q. d. pro vobis est totum. Charitas enim Christi. i. amor quẽ erga nos Christus exhibuit condescendens nobis, vrget nos, vt omnia pro vobis faciamus. Nos dico, Existimantes hoc, quoniam si vnus tantũ intus sine peccato. i. Christus mortuus est pro Omnibus: ergo omnes alij sunt in peccato. Ergo omnes mortui sunt. Et est sensus, Hoc certissime æstimamus, quia si Christus charitate pro omnib⁹ mortuus est, tunc constat omnes mortuos fuisse in Adam pro quibus mortuus est Christus, vt eos à morte liberaret. quæ gratia, ne inutilis sit hominibus, vt apostoli eos alliciant, necessario se laudant. Per gloriam enim & meritum apostolorum agnoscitur gratia, & beneficiũ Christi. Vel ita, Si vnus. s. si solus sufficiens sine omnibus legalibus Mortuus pro omnibus est: ergo omnes mortui sunt vetustati per eum, nec alio egent. Cesset ergo lex. Vel ita, Si vnus pro omnibus. i. si Christus quantum ad se Pro omnibus mortuus est, & si nõ omnibus profuit, ergo, Et omnes homines mortui sunt. i. mori debent pro honore illius. Etiam pro omnibus, mortuus est Christus, Vt & illi qui viuunt, virtutibus per remissionem peccatorum, Iã non viuant sibi. i. non sibi vitam virtutum attribuant: sed & qui pro ipsis mortuus est, vt morerentur peccato. Et resurrexit, vt in nouitate vitæ ambulemus. Vel ita, vt de vita corporis agat. q. d. ideo mortuus est, vt & Qui viuunt, in corpore iam, Non viuant sibi. i. non suæ priuatæ voluntati. Sed Ei, id est voluntati eius, scilicet Christi. Qui pro ipsis mortuus est & resurrexit, id est non in spe terrenorum, sed in spe resurrectionis viuant. [Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Siqua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt.

August.

Ambros.

August.

k iiij Itaque

Itaque, &c.q.d. Et quia hoc est. Itaque nos ex hoc, id est amodò adeò certi sumus de gloria æterna, Quòd neminem nouimus.i.laudamus viuentem Secundum carnē, id est sua quærentem, non quæ Christi sunt: temporalia, nō æterna. nec hoc debet facere aliquis, quia, Et si cognouimus Christum esse secundum carnem, id est, mortalem, per quod putauimus eum tantum esse hominem, Sed nūc iam nō nouimus, eum mortalem, id est, & si Christus fuit mortalis, per quod ego eum putaui esse tātum hominem, dum eram infidelis: tamen iam est immortalis, & ita securi sumus de premio. Et est sensus, Ideo debēt viuere Christo non sibi, secundum carnem, quia & si Christus vsque ad crucem fuit infirmus, id est, iniuriatus, qui pro nobis nō dedignatus est homo passibilis fieri & mori, tamē post resurrectionem iam non est infirmus & mortalis: sed apparet quod non esse putabatur. Vnde ipse ait, Cum exaltaueritis filium hominis, tūc cognoscetis, quia ego sum. hoc memorat ideo, vt ostendat qua deuotione obsequendum est Christo: vt intelligentes quantum pro nobis fecerit, propensius illi seruiāt. Vicem ergo illi reddant, quasi deo non homini solum, pro eis passo, & quia Christus iā non est secundum carnem, Ergo si qua creatura in Christo est noua, id est, si quis in Christo renatus est nouus, Vetera transierunt ei, & ecce facta sunt ei omnia noua, id est, illi iam spe transiit mortalitas, & trāsibit resur. & dabitur noua immortalitas. Vel ita, Itaque. q.d. quia Christus resurrexit, Itaq; nos ex hoc, id est amodò, adeò certi sumus de eadem resurrectione, quòd Neminem, fidelium nouimus esse viuentem, non dico in re sed in spe, Secundū carnem, id est, secūdum carnis corruptionem. Carnem quippe hoc loco, non ipsam corporis substantiam, quam & Christus post resurrectionem habuit, & nos post resurrectioné nostram habituri sumus, sed corruptionem mortalitatémque carnis vult intelligi. Suo quippe more vitam nostram futuram, ita certa spe meditatur, tāquam iam adsit, præsensque teneatur, quæ in Christo resurgente iam impleta est: quæ vtique vita non erit secundum carnem, non quin in eadem carnis substātia resurgamus, sed non in eadé qualitate corruptionis, quę hîc nomine carnis signatur. Quia ergo

Ambrosi.

Ambrosi.

Augu. contra Faust.

ergo vitam resurgentium quasi præsentem meditatur, amodò inquit, Neminem nouimus secũdum carnem.i.tam certam spem tenemus futuræ nostrę incorruptionis & immortalitatis, vt iam in ipsa notitia gaudeamus spe, quasi in re haberemus vitã, quæ erit sine corruptione, sicut & Christi vita iam non est secundum carnem. Vnde subdit, Et si cognouimus Christum secundum carnem.i.secũdum carnis mortalitatem ante resurrectionem: Sed, tamen, nunc iam.s. postquàm resurrexit, Non noui ipsum secundum carnem.i.secundum carnalem corruptionis qualitatem. Quia Christus resurgens à mortuis, iam non moritur &c. Ideóque in euangelio ipse ait, Ad patrem vado, & iam nõ videbitis me.i. nunquam vlterius videbitis secundũ quod modo sum: non videbitis me humilem, sed excelsum: non mortalem, sed sempiternum: non iudicandum, sed iudicaturum. Et item ait, Nisi ego abiero paracletus non veniet à.velo. i. non potestis capere spiritũ sanctum.s. quandiu secundum carnem me nosse persistitis. Et quia sumus in Christo spe, & si nõ re, Si qua ergo in Christo noua creatura est, sicut verè est.i. si quis populus innouatus est per fidem Christi, Vetera trans. ei, & ecce facta sunt omnia noua: quia innouatis fide, transit mortalitas spe, & adest nouitas resurrectionis. Vel ita, Itaq;.q.d. quia solus Christus sufficit ad iustitiam & vitam sine omnibus legalibus, Itaque nos ex hoc, tempore gratiæ, Neminem nouimus.i. approbamus viuentem Secundum carnem.i. qui secũdum carnales obseruantias viuat. Quia & si cog. Christum secundum car. i. quamuis dum infidelis eram intellexerim Christum in lege promissum esse secundum carnem.s. vt legalia obseruaret, & seruari præciperet, Sed tamen nunc iam. s. post conuersionem, postquàm veritas venit, Non, ita esse Nouimus, sed vt vmbra cesset, & veritas manifestetur. Et quia vmbra cessare debet, Si qua ergo creatura in Christo no.s.est.ve.tran.ei.s.carnales obseruantiæ, & voluptas carnis. i. vetus test. & omnia ad veterem hominem pertinentia, in gentibus idololatria, in Iudæis seruitus legis. [Et ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem deus erat

Augu. super Ioan.

Augu. cõtra Fau.

Ambrosi.

August.

in

in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliamini deo. Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in ipso.] Et ecce facta sunt omnia noua.i. noua venerunt.s.nouum test. & omnia noui hominis, & veritas vnius dei successit. Omnia autem.q. d. dixi in Christo. i. per Christum nouam creaturam fieri, & vetera transire: sed tamen omnia sunt ex deo patre, qui pater Reconciliauit nos sibi per Christũ.i. per incarnatum verbum: Et dedit ministerium recõci. no. Apostolis vicariis Christi, quod nõ pseudo. Deus p Christũ
Ambrosius reconciliauit, quod vtiq; per Christũ fieri potuit. Quoniã quidẽ deus, pater q nihil nõ potest, Erat in Christo, ergo potuit Christus recõliare, quia pater erat in eo. Sicut ipse ait, Pater in me est, & ego in patre. Per hoc aũt intelligitur pater esse in filio, & filius in patre, quia vna est eorũ substãtia. Ibi est.n.vnitas, vbi nulla diuersitas est, & ideò alter in altero est, quia & imago & similitudo eorũ vna est. Erat in Christo dico, mũdum.i. electos de mũdo sibi reconciliãs. Qualiter: hoc modo recõcilians, Nõ reputãs illis.i.nõ puniẽs ęternaliter in illis Delicta ipsorũ, tã originalia quàm actualia. Et posuit.q.d. hoc modo dedit nobis ministeriũ recõciliationis, Quia posuit in nobis verbũ recon.i.pdicatio-
August. nẽ fidei, per quã recõciliãtur homines deo. Et quia posuit in nobis verbũ: ergo fũgimur legatione dei, pro Christo.i.vice Christi q fuit legatus dei. Vel, Pro Christo.i.p honore Christi. Et ideò obsecramus vos, tãquam deo verè exhortãte vos p nos, quia verè in nobis loquitur. Quid obsecramus? Ecce recõciliamini deo, & hoc pro Christo.i.pro
Augu. amore Christi. Vel, Ego obsecro vos pro Christo.i. vicè
Augu.cõtra Max. Christi, & debetis vel potestis hoc facere, quia Deus pater fecit p nobis, eũ, qui nõ nouerat peccatũ, p experiẽtiã, & si p sciẽtiã: eũ inquã.i. Christũ, Fecit peccatũ.i.eũ qui nõ peccauerat Fecit peccatũ.i. hostiã p peccato. & trahitur hæc locutio à veteri lege. Vsus est.n. veteris test. peccata dici sacrificia p peccatis. Vel peccatũ dicitur similitudo carnis peccati. Vnde dicitur alibi, De peccato dãnauit peccatũ.i.

de

de similitudine carnis peccati. Quia misit deus filiũ suũ in simili. car. pec. Et iterũ datur. Mortu⁹ est peccato. i. similitudini car. pec. quia moriẽdo carnis mortalitate exut⁹ est. Et est sensus, Fecit eũ pec. i. mortalẽ. ita etiã maledictũ accipitur, ꝓ morte, quę de maledicto venit, vt verè dictum in lege intelligatur. Maledict⁹ oĩs qui pendet in ligno. Quid est maledict⁹? es. i. terra es, & in terrã ibis. Quid est quod dicit oĩs: quia etiã ipse Christus qui cũ esset vita, mortuus est vera morte, nõ ficta. Vel, Fecit eum peccatũ. i. peccatorem putari in pœna. & hoc vtiq; fecit, vt nos efficeremur non modo iusti, sed Etiã iustitia, per quos alij essent iusti. Iustitia dico Dei, non nostra. & hoc in ipso. s. deo Christo, non per aliud. Vel, Efficeremur iustitia dei. i. iustificaremur à deo: quia ex Deo tãtum est omnis cõsummatio. Et hoc, In ipso. i. per ipsum Christũ. Attẽde, quia sicut cũ legitur, Domini est salus, nõ ea intelligitur qua domin⁹ saluus est, sed qua salui sunt, quos ipse saluat: sic cum dicitur dei iustitia, non est illa intelligẽda qua deus iustus est, sed qua iusti sunt homines, quos gratia sua iustificat.

CAPVT VI.

ADiuuantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim, Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dãtes vllam offensionẽ, vt non vituperetur ministeriũ nostrũ. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patiẽtia: in tribulationib⁹, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carcerib⁹, in seditionib⁹, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Per arma iustitiæ, à dextris & à sinistris.] Adiuuantes autem. q. d. Christus redemit vos, & reconciliauit. Nos autem. s. missi ab eo, Adiuuantes vos, vel Christum. Exhortamur, vos, Ne in vacuum gratiam dei recipiatis. i. ne in vacuum cedat vobis gratia, quam iam suscepistis. Gratia dei est remissio peccatorum: quam in vacuum recipit ille, qui non pòst exercet se in bonis, vel qui in legalibus confidit. Et quasi quis quæreret, Est ne gratia? Respon. Est vtique. Ait enim dominus In Esaia, O

homo,

homo, Exaudiui te, orantem pro peccatis, Tépore, gratiæ Accepto, mihi vel hominibus. Et in die salutis. s. quando lux nata est mundo. s. Christus, auxiliatus sum tui vel adiuui te de assecutione virtutum, & perseuerantia bonorum operum. Deinde exponit prophetiam dicens, Ecce. q. d. Ita dixit dominus in prophetia de tépore gratiæ. Et ecce nũc est tẽpus accept. quo morbis mortalib⁹ salubris medicina infunditur. Et aliis verbis idem dicit, Ecce nunc dies, salutis, qui non in lege veteri fuit. Vel ideò dicit, Nunc, quia statim in obitu fidelis, salus datur non cras, non post annum differtur. Exhortamur vos, vos dico Nemini dan-

Ambros. tes. Adeò solliciti sumus circa salutem ægrorum, *Vllam* offensionem, verbo vel exemplo. & hoc facimus Vt non vituperetur ministerium nostrum. s. ministerium apostolatus: quod vtique vituperaretur, si nos hoc faceremus. i. si quod verbo docemus, operis exemplo non exhiberemus. Vel ita, Nemini. q. d. dico vt caueatis, ne in vacuum recipiatis gratiam: vos dico Nemini dantes *vllam offensioné*, verbo vel exemplo. Vt non vituperetur, per vos Ministerium nostrum. Sed in omnibus. q. d. neminem offendam⁹, sed potius vos vt ego, Exibeamus. i. offeramus deo, *Nosmetipsos*, in omnibus, Sicut dei ministros, & si non omnes simus ministri. Ideò dicit, Sicut dei ministros, quia dei ministri non adulãtur hominibus, vt placeãt deo, sicut pseudo faciunt studentes lucro. In multa. q. d. Exhibeam⁹ nos ministros in omnibus. s. In multa patientia, vt nec parum moueamur. Patientia dico habita in tribulationibus. i. afflictionibus. Deinde tribulationes per partes exequitur. s. In necessitatibus, victus vel vestitus. In angustiis. i. in animi cura & timore: In plagis. i. in verberibus, In carceribus, in seditionibus. i. commotionibus populi contra se. In laboribus, operum, quia manibus suis operabatur, ne cui

Ambrosi. grauis esset: In vigiliis. s. nocte laborando etiam officio sibi delegato. In ieiuniis, coactis vel spontaneis. Sed cum his omnibus difficultatibus agitentur sancti, mirum videtur quibusdam quod dominus ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum, & inuenietis requiem, Iugum enim meum suaue est. Considerant enim eos qui iugum ipsum intrepida

pida ceruice subierunt,& qui sarcinam illam mansuetis humeris acceperunt,tam difficilia pericula pati, vt non à laboribus ad quietem,sed à quiete ad laborem vocari videãtur. Ait ergo aliquis,Quomodo iugũ suaue est, & sarcina leuis? Et quomodo dicitur, venite ad me qui laboratis, & ego reficiam vos:& non potius, Venite qui vacatis vt laboretis? Sed sciendum quod cùm grauia & aspera sustineãt sancti, adest profectò spiritus sanctus,qui in exterioris,hominis corruptione, interiorem renouat de die in diem: & gustata requie spiritali, spe futuræ beatitudinis omnia aspera releuat. & sic etiam in tot duris leue est etiam onus Christi, & requies est intus spiritu sancto viuificante, & spe futuri omnia mitigante. Omnia enim sæua & immania, facilia & prope nulla facit amor. Item, Exhibeamus nos vt dei ministros In castitate, mentis & corporis. In scientia,scripturarum. Vel,vt sciamus quomodo inter iniquos conseruandum sit. Vel ita, In castitate, habita In scientia, vt. s. castè sciant, nihil adulterinæ opinionis admisceant. In longanimitate, expectationis. In suauitate, vt blandi & affabiles simus. Suauitate dico habita, In spiritu sancto,quia omnia syncerè facere debemus, vt secundum deum suaues & affabiles simus: non vt illi, qui per dulces sermones seducunt corda innocentium, In charitate non ficta, sicut pseudo simulant charitatem vt decipiant. Ficta verò charitas est in his,qui in aduersitate deserunt fratres. Item, exhibeamus nos ministros In verbo veritatis,prædicando vel loquendo. Item,In virtute dei, scilicet, vt non speremus in homine, vel in nobis si quid boni est,sed deo attribuamus. Vel,In virtute dei.i.in miraculis: vt ea faciamus ad vtilitatem, non ad iactantiam: quia qui prædicta habet, miracula facit ad conuersionem hominũ,vt minister dei. Item, Exhibeamus nos ministros dei, munitos Per arma iustitiæ.i. per iustitiam, quæ loco armorum munit nos. A dextris.i.à prosperis,ne eleuemur. Et à sinistris.i. aduersis, ne frangamur. [Per gloriam & ignobilitatem,per infamiam & bonam famam:vt seductores,& veraces: sicut qui ignoti, & cogniti. Quasi morientes & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati. Quasi tristes,semper autem gaudentes: sicut egentes,multos au-

Aug. — Auguſt. / Auguſt. / Ambroſi. / Ambro. (marginal notes)

tem

tem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Os nostrũ patet ad vos ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationẽ, tanquam filiis dico, dilatamini & vos.] Itẽ, Exibeamus nos ministros dei. Per gloriam & ignobilitatem, id est, gloriosi simus apud homines vel ignobiles & contempti: vt nec inde inflemur, nec inde succumbamus, vel doleamus. Nota quòd gloria & ignobilitas, partes sunt prosperorũ vel aduersorũ. Vel, Exhibeamus nos ministros per gloriam euãgelij, vt prædicemus ea quæ videntur esse gloriosa, & sunt. Et ignobilitatem, vt non pudeat prædicare, etiam ea verba euãgelij quæ quidã horrẽt. Eodem modo exhibeamus nos ministros, Per infamiam, fidei vel alicuius alterius rei. Et per bonam famam. i. si infamamur de aliquo scelere. Vel, Bonam, famam, habemus de aliquo bono opere. Item, Exibeamus nos, habiti Vt seductores apud quosdam, quod vtique falsum est. Et ideò non simpliciter dico, Seductores, sed addo, vt. & inde est infamia, & apud alios habiti, non dico vt Veraces, sed simpliciter veraces sine vt. q. d. quod verũ est. Et inde est bona fama. In his autem, ita exhibeamus nos, dico, vt nec bona æstimatione superbiamus, nec mala doleamus. Item, Nos sumus habiti, Sicut qui ignoti sunt deo. i. adeò reprobati sunt. Et verè sumus Cogniti. i. à deo probati. Item, habiti sumus apud alios, Quasi moriẽtes. i. de vitio in vitium ruẽtes. Et ecce viuimus, bonis operibus apud opinionem aliorum, & in rei veritate. Vel de vita & morte corporali

Ambro. loquitur, habiti sumus à quibusdam Quasi moriẽtes & ecce viuimus. Inimici enim cotidie putabant eos non euadere minas iniquorum. Ipsi autem ope dei tuti sunt à morte præsenti & futura. Item, Apud alios habiti sumus vt Castigati. i per verba à prædicatione coerciti. ita vt. s. putaremur credere, apud alios non castigati habiti sumus, quod esset mortificatos esse. Ideóque & pro eo ponit. Et non, sumus,

Ambro. Mortificati, quia non vincebantur, nec cedebant. Motificatur enim qui in fidei confessione non permanet. Vel de morte corporali potest intelligi, Facti sumus vt castigati præssuris, quia permisit eos deus præssuris exerceri, vt merito

ritò crescerent. Et non mortificati sumus, quia non permittebat deus corporaliter occîdi. Et si enim multi martyres occîduntur, non tamen moritur ecclesia, sed aduersis emendatur. Item, Habiti sumus apud quosdam Quasi tristes, de tribulatione. ideò addit quasi, quia non verè tristes. Semper autem, verè, gaudentes eramus, quia hæc tristitia gaudium operatur. Et tales habiti sumus apud alios. Itē, Habiti sicut Egētes, veris bonis, & spiritualib⁹: vel eramus egestatem patientes in terrenis. Eramus autem Locupletantes multos, spiritualibus diuitiis, & ita sumus habiti apud alios. Item, Habiti sumus non solum Egentes, sed etiam Tanquam nihil, penitus boni spiritualis vel terreni Habentes, quia sibi insufficientes putabantur. & sumus Possidentes omnia. s. non solum spiritualia, sed etiā temporalia: quia timentibus deum nihil deest. Hæc fuit gloria apostolorum, nihil omnino possidere, sine solicitudine esse, & non tam res quàm dominos earum possidere, quia omnia ad pedes apostolorum mittebantur, sicut in Actibus apostolorum legitur. Nota quibusdam addi, vel vt, vel quasi, vel sicut, vel tanquàm: quia hęc sicut in somniis trāseunt, sed cōtraria ponuntur sine quasi, quia certa sunt. Tristitia vestra habet quasi, gaudium non habet quasi. Quare hæc? Quia gaudiū certa res est: Tristitia verò sicut in somniis transit. Si quis enim somnū indicat, addit quasi, dicēs, quasi sedebā, quasi loquebar, quasi equitabā, & huiusmodi. Vbiq; dicit quasi, quia quod videbat dormiens, cum euigilauit non inuenit. Os nostrū, de sui ministerij dignitate, & euangelij veritate, & personæ suæ commēdatione, & multa, & vera, & ex charitate dixit. ideò addit, Os nostrū. q. d. multa de nobis dixi, sed in omnibus prædictis, Os nostrū, ô Corinthij Patet, apertione & multitudine & veritate dictorum, Ad vos, instruendos. i. ad vtilitatem vestram: quia illa omnia ample & diffusè dicta sunt ad vos corrigendos ô Corinthij, & non ad meam superbiam, quasi dicat stulti estis qui me dimisistis. Nota quòd hæc liberè loquitur Apostolus, & ex pura conscientia. Malè enim conscia mens loqui trepidat, sensum perdit, in verbis errat. Cor nostrū, quasi dicat hoc ideò feci, quia Cor nostrum dilatatū est. i. mens nostra plena est diuitiis, nec erubescit dicere quæ
in

in se habet. Et ideò Non angustiamini in nobis autem.i. sed, Angustiamini in visceribus vestris.i. si quas angustias & inopiam scientiæ vel boni operis habetis, non est hoc nobis, vt vos putatis qui nobis pseudo præferris: sed à vobis, qui pura corda habetis ad intelligendum & complendum, Eandem autem.q.d. Angustias à vobis patimini.se. Dico, vobis, Tanquam filiis, & vos, vt nos Dilatamini, abundantia scientiæ & virtutum, & spe futuri. Vos dico, Habentes eandem remunerationem, quam & nos. Et vt dilatemini, [Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo dei cum idolis? Vos enim estis templum *dei viui*, sicut dicit deus, Quoniam inhabitabo in illis & inambulabo inter eos: & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos: & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.] Nolite ducere iugum cum infidelibus.i. nolite socij esse malorum in malis.i. nolite serui fieri libertate amissa, cum his *infidelibus* qui prædicant carnales obseruantias, si iam suscepistis iugum legis, nolite vltra ducere. Quę enim.q.d. ideò nolite, quia vos estis iusti, illi iniqui, & ideò in nullo debetis cōmunicare illis. Quę enim participatio est iustitię cum iniquitate.q.d. nulla. Aut quæ.q.d. Et ideò etiam nolite, quia vos estis lux per scientiam, & illi sunt tenebræ per ignorātiam. Et Quæ societas est luci ad tenebras? nulla. Quæ autem.q.d. Ideò autē nolite, quia vos estis membra Christi, illi membra diaboli. & Christus & diabolus non cōueniūt. quod ita dicit, Quæ autem est conuentio Christi ad Belial? id est ad diabolum, qui se deum esse mentitur. Belial interpretatur apostata, cum quo Christus non conuenit, quia ille omnia malè, Christus omnia benè agit. Aut quæ, quasi dicat & ideò nolite, quia vos estis fideles, illi quasi infideles. Et Quæ pars est fideli cum infideli? nulla. Vt enim Christus & Belial non conueniunt: sic fidelis & quilibet infidelis. Qui autē. Item, Ideò nolite, quia vos templum

plum dei,in quo est spiritus sanctus, & ipsi sunt in quibus diabolus habitat:& nil habet tēplum dei cum idolis.quod ita dicit,Quis autem consensus est templo dei cum idolis? nullus.Et, Vos estis templum dei,& ideò non debetis cō- municare his qui templum sunt diaboli. In his verbis ido- la prohibet coli,quæ templo dei sunt inimica,quia ab vno deo separant . His omnibus modis ostendit communitatē pseudo esse vitandam. Vos enim.q.d.Ideò non debetis cō sentire,quia Vos estis templum dei viui,qui vos viuere faciet. Sicut dominus dicit, in Ezechiele, Quoniā, ego qui vbiq; sum per substantiam , inhabitabo per gratiam In il- lis.i.excolam eos & puros faciam. Et inter eos inambula- bo.i.in corde eorum deambulabo, quasi in lato per chari- tatem. Deambulat enim in nobis præsentia diuinæ maie- statis, si latitudinem inuenerit charitatis , quam tamen in nobis non nisi deus facit Et est sensus,Inter eos inambu- labo.i.promouebo eos, & perseueranter proficere faciam. Et ero deus illorum. i. ita benefaciam illis vt videar deus. Et ipsi erunt mihi populus.i.ita obedient mihi, vt videā- tur mei,& non mūdi. Vel de corporali cōuersatione Chri sti inter homines agit:& dicit Christus, Inhabitabo in il- lis, & inter eos inambulabo.i. corporaliter inter eos con- uersabor dicit Christus. Vnde Hieremias ait, In terris vi- sus est,& cum hominibus conuersatus est. Et Ioannes ait, Verbum caro factū est,& habitauit in nobis. Et hic Chri- stus dominus noster est, & ecclesia est populus eius. Vnde subdit , Et ero illorum dominus, & ipsi erunt mihi popu- lus. & ideò vult eos separari ab omni contaminatione , vt suscipiat eos in filios. Vnde subdit, Propter quod &c. Vti- tur hîc verbis Esaiæ,quasi suis : hoc ad literā dictū est Iu- dæis habitantibus in Babylone,ne communicarent Baby- lonis,inter quos habitabant , quod Apostolus spiritualiter ad nos refert.q. d. propter quod, quia templum dei estis: Exite de medio eorum,quia estis in medio eorum nequi- tiæ. Exite autem,non corporaliter sed spiritualiter: vt non taceatis,sed increpetis eorū scelera. Tolerandi enim sunt mali pro pace,nec corporaliter ab eis recedēdum sed spiri- tualiter. Exire verò est,facere quod pertinet ad correctio- nem malorū quantum licet , pro gradu cuiusque salua pa-

Ambrosi.

Ambrosi.

Augu. de verb. euā.

ce. Et exieritis, Separamini, ab eis, vt nec consensum cum eis habeatis. Vel, Separam.i.seorsum sitis, parati cotra eos sicut prius pro eis eratis. & hoc Dicit dominus vobis.q.d non est hoc à me. Et immundum.i. carnales obseruantias, & quælibet alia illicita, Ne tetigeritis.q.d.nec etiã tactus sit.i.delectatio, quæ est primus motus mortalis peccati. Spiritualis recessio hîc intelligenda est, similiter & de tactu cordis non corporis intelligendũ est. Displicere enim malum, non tangere est. Non enim prophetæ qui hæc dicebant populum suũ dimiserunt, sed inter eos habitabant, quos increpabant, vnum templum cum eis intrabant, eadem sacramenta celebrabant. Hoc est ergo exire, ore non parcere, sed redarguere, corripere, monere: hoc est separari, contra eos ire: hoc est immundum non tangere, voluntate non consentire. Hæc omnia prophetæ fecerunt. Spiritualiter ergo non corporaliter recedere debemus, quia maius malum in separatione bonorum committimus.i.dũ corporaliter separamur nos à bonis propter malos, quàm fugimus in coniunctione malorum non remanentes, id est quam sit illud quod fugimus fugiendo communioné malorum. Spiritualiter ergo quisque recedat à malis, tali non imputat deus peccata sua, quia non fecit: aliena non, quia non approbauit: non negligentiam, quia non tacuit: nõ superbiam, quia in vnitate permansit. Si autem corporaliter recedit, superbus est, & schismaticus. Et ego.q.d. Ita facite vt dixi, Et ego recipiam vos, ante eiectos. Et ero vobis, receptis In patrem, meipsum dans vobis. Et vos eritis mihi, scilicet ad gloriam & ad honorem meum, In filios.i. mihi similes, Et filias, hoc ponit, vt etiam debiliores includat. Et hoc, Dicit dominus omnipotens, id est Christus qui potest omnia, quæ pater.

Augu.in eodem.

August.

CAPVT VII.

HAS ergo habentes promissiones charissimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminé circumuenimus. Non ad condemnationem vestrã dico. Prædiximus enim, quòd in cordibus nostris estis ad commoriendum, & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est apud

vos,

vos, multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam & cum venissemus in Macedoniam: nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus. Foris pugnæ, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos deus in aduentu Titi. Non solum autē in aduentu eius, sed etiam in consolatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium: vestrū fletum, vestram æmulationem pro me, ita vt magis gauderem.] Has igitur. q. d. Et quia dominus hoc præcipit, & benè promittit, Igitur nos habentes has promissiones, ô charissimi. s. quòd deus habitabit in nobis, & recipiet nos. Mundemus nos ab omni inquinamēto carnis, vt est luxuria: Et spiritus, vt est ira. Inquinamentum carnis multifariè intelligitur. Ideóque dixit, Ab omni, quia multa sunt vitia carnalia, vt omnia fugiamus. Nos dico, Perficientes bona operatione Sanctificationem, in baptismo cœptam. & hoc, In timore dei, vt deum vereamur qui solus facit. Ambrosi⁹. Vel ita lege, secundum aliam literam quæ non habet, &, Mundemus nos ab omni inquinamento carnis: Hîc distingue, nos dico, Perficientes sanctificationem sp. i. mentis, quæ tunc fit, si sumus in timore dei. i. si timorem dei sequimur. Quia qui sine deo hoc agit, sanctus mundi est, & non dei. & ad hæc si forma exempli necessaria est, Capite nos. i. habete nos exemplū, non illos pseudo. Vel ita lege, Mundemus nos ab omni inquinamento carnis. i. carnaliū obseruationum, Et perficientes sanctificationem, quæ est Spiritus sancti, tantum. Et hoc, In timore dei. Capite nos, in exemplum, quia nos Neminem vestri læsimus improperando, vt pseudo faciunt, Neminem corrupimus, admixtione falsitatis tanquàm fermenti. Neminem circunuenimus, fraudulenta vestrorum ablatione vt pseudo faciūt, qui vestra blandè auferunt. Pseudo. n. & nocebāt illis corrumpentes sensum illorum, & grauabāt sacculos eorū circūuentione serpētinæ astutiæ. Hæc autē nō dico ad cōdēnationē vestrā. i. vt abiiciā vos qui in his peccauistis, sed vt corrigatis vos moneo. Diligo. n. vos sicut pdixi. Et hoc est quòd subdit, Predixi. n. quòd vos estis in cordibus nostris, secundū curā & dilectionē: Estis, dico, ad cōmoriendū &

ad conuiuendum.i.ita diligo vos quòd vestra mors in peccatis videtur mea,& similiter vita in virtutibus. Vel ita diligo vos Ad commoriendum & ad conuiuendum.i.vt mecum patiamini & mecum coronemini. Et ideò moneo vos,quia Multa fiducia est mihi apud vos i. dum considero quæ in vobis sunt,qui & per primam epistolam correcti erant,ideò pro eis gloriatur. Vnde subdit,Multa est mihi pro vobis gloriatio, ad alios, videre ne sit vana: est etiam mihi consolatio. Vnde subdit, Repletus sum consolatione,audita correctione vestra. Per iam correctos inuitat alios ad correctionem.& Superabundo gaudio in omni tribulatione.i.gaudium meum superat omnem tribulationẽ, quæ partim erat in animo pro peccatis vestris. Dum enim videt proficere eos pro quibus patitur,gaudet. Nam & cũ venissem. Memorat hîc quæ patitur,cã credentium: vt eos prouocet ad charitaté.q.d.benè dixi in tribulatione,quæ verè magna est. Nam cum venissemus Macedoniã, nullá habuit requiem caro nostra. Ideò dicit carnẽ nõ habuisse requiem & nõ animã, quia etiã in aduersis anima quæ in corpore patitur,spe futuri quiescit. Non habuit requiẽ dico, Sed omnẽ tribulationẽ.s.secũdum corpus & secundum animã, Passi sumus,& hoc ideò, quia ibi Phitoné fugauit de ancilla.& verè omnẽ: quia Foris.i. in corpore sunt, Pugnæ.i.tribulationes.&, Intus.i. animo sunt, Timores, ne ecclesiæ deficerét. Vel,Foris.i.à perfidis,qui sunt extra ecclesiã.s.apertis inimicis sunt, Pugnæ.i. tribulationes. De his autem s.de fidelibus qui sunt, Intus.i. in ecclesia sunt, Timores,ne moueãtur. Vel de his qui sunt, Intus.i. in ecclesia corpore non mente,nomine non nomine.i. de falsis fratribus sunt Timores, quia difficilius tolerantur quàm apertè mali. Nulla.n. pestis efficacior quàm familiaris inimicus,& inimici hominis domestici eius Sed qui.q.d. Ita grauiter passi sumus, sed deus Qui consolatur humiles spiritu. Vel, Humiles.i.afflictos, Consolatus est nos in aduẽtu Titi,quia coadiutorẽ recepi. Nõ solũ autẽ in aduẽtu eius,quia.s.desideratus aduenit, consolatus est nos de' Sed etiã in consolatione qua Titus cõsolatus est in vobis.i.in vestra emẽdatione.i. quia vidi Titũ consolatũ in vobis. & ego cõsolatus sum,cõsolatus est Titus in vobis. Ipse dico, Referent

Ambrosi.

Referēs nobis vestrū desideriū, de emēdatione, & Vestrū fletú, de cômissis. & Vestrā æmulationē. i. indignationem cōtra pseudo. habitá, Pro me. i. pro mea defensione, Referēs, dico, ita Vt magis gauderē, de his quę retulit, quàm dolerē de tribulatione mea. [Quoniā & si contristaui vos in epistola, nō me pœnitet. Et si pœniteret, vidēs quòd epistola illa etsi ad horā vos cōtristauit, nūc gaudeo, nō quia cōtristati estis, sed, quia cōtristati estis ad pœnitētiā. Contristati enim estis secūdū deū, vt in nullo detrimētū patiamini ex nobis. Quæ. n. secūdū deū tristitia est, pœnitentiā in salutē operatur: sæculi autē tristitia, mortē operatur. Ecce enim hoc ipsum secūdū Deū cōtristari vos quātū in vobis operatur sollicitudinē, sed defensionē, sed indignationē, sed timorē, sed desideriū, sed ęmulationē, sed vindictā. In omnibus exhibuistis vos incōtaminatos esse negotio. Igitur & si scripsi vobis nō propter eū qui fecit iniuriam, nec ꝓpter eū q passus est, sed ad manifestādā sollicitudinē nostrā, quā habemus ꝓ vobis corā deo. Ideò cōsolati sum⁹.] Quoniā & si cōtristaui vos. q. d. inde probari potest quod gaudeo, quia iā nō pœnitet me durè vos in prima epistola corripuisse. Et hoc est quod ait, Quoniā & si cōtristaui vos in prima epistola, non modò me pœnitet, quia correcti estis: & si prius Pœniteret, dū indignati eratis. hoc dicit, ne videatur inhumanus, qui de tristitia aliorū gaudet. Vidēs quòd epistola, &c. q. d. Nō me pœnitet, sed poti⁹ nūc Gaudeo vidēs quòd epistola illa cōtristauit vos. i. quamuis videā quod epistola illa cōtristauit vos. Vnde primū dolui, & me pœnituit. Cōtristauit dico, Etsi. i. quāuis Ad horā. i. paruo tēpore: vnde bona spes est correctionis eorū, & ideò iam non pœnitet. sed gaudet: & vnde gaudeat determinat subdēs, Non quia. q. d. dico quòd gaudeo, Nō tamē ideò, Quia contristati estis, cōtra me, sed Quia cōtristati estis ad pœnitētiam, quia sic animaduertentes culpā, pœnituistis. Et ideò se gaudere dicit, quia cōtristati sunt, non cum ira, quæ peiores efficit, sed cum pudore, qui corripit. Contristati enim. q. d. de hac tristitia gaudeo, quia hæc tristitia est secundum deum. Et hoc est quod ait, Contristati enim estis secundum deum. i. secundum voluntatem dei & inspirationem: ita vt In nullo. nec etiam in asperis, Patiami- Ambrosi.

 ni

nl, detrimentum ex nobis, quia omnia nostra prosunt vobis, etiam quod corripimus, & cõtristamus vos. Quę enim. quasi dicat, verè non damnum patimur, nam potius cõmodum: quia tristitia, Quæ est secundum deum. s. dum peccator tristis est quia peccauit, dũ dolet quia fecit quod deus odit, operatur pœnitentiam. i. satisfactionem: quæ valet etiam In salutem stabilem. i. æternã. Sæculi autẽ tristitia, quæ non est ad correctionem. s. dum peccator dolet, se detectũ, Operatur mortem, & ideò ab ea cauete. Ecce enim, quasi dicat. Verè tristitia secundum deum facit pœnitere ad salutem. quia ea quę ducunt ad salutem. i. sollicitudinẽ, &c. operatur. & hoc est quod ait, Ecce enim. q. d. in vobis experti estis quod dico. Quia hoc ipsum, id est, tam paruum quid, scilicet. Vos contristari secundũ deum, de peccato. Quantam in vobis operatur sollicitudinem, emendendi quod deliquistis, verum est, quia qui pœnitet sollicitus est ne denuò peccet: nec hoc solum operatur, sed etiam defensionem, vt etiam contra pseudo defendatis me. Vel operatur defensionem, quia qui pœnitet non excusat se, sed confitetur peccatum, quod est defendere se à gehenna. & non solum hoc operatur, Sed etiam indignationem cõtra nos prò malis quæ gessistis: & non tantum hoc, sed timorem, ne in futuro tale quid contingat: & non tantum hoc, sed desiderium in melius prouehi. Desiderat enim reformari qui se scit factum per peccatum deformem: & non tantum hoc, sed Aemulationem, vt me vel alios bonos imitemini. Habet enim zelum bonorum operum perficiẽdorum qui pœnitet: Sed vindictam, quia peccantem punitis, & etiam vosipsos. Qui enim pœnitet, vindicat in se quod deliquit. & vt vniuersaliter dicam, vos contristari secundum deum In omnibus exhibuistis vos, duce fide, Incontaminatos esse, id est, vt sitis incontaminati, In negotio Christiano agendo, id est, in omnibus officiis christianæ conuersationis agendis. Vel, Exhibuistis, id est, ostendistis puniendo illum qui incestum admiserat. Vos esse incontaminatos, à negotio, id est, à graui peccato illius qui vxorem patris habuit, cui consentiendo contaminati eratis. Igitur: &c. quasi dicat, & quia incontaminati estis, Igitur, apparet quod non propter illos principaliter. Scri

Ambro.

psi

psi vobis, sed propter illum qui fecerat, & illum qui sustinuerat iniuriam . quod ita dicit, Igitur & si scripsi vobis, pro illis, tamen Non, tantum, propter eum qui fecit iniuriam, vt est ille qui incestum fecit, qui vxorem patris rapuit. Nec propter eum, scilicet patrem, Qui passus est iniuriam, id est, cui rapta est vxor, Sed ad manifestandam sollicitudinem nostram quam habemus pro vobis, omnibus emendandis, id est, non pro illis tantum hoc feci, sed pro emendatione omnium vestrum, Vel illos tangit, quos superius in prima epistola iniurias & fraudes fratribus fecisse dicit. Et ostendit non magis causa eorum qui peccarunt scripsisse remitti eis, quàm causa ecclesiæ, quę vno cõtumeliam & fraudem faciente compatitur & indignatur. Et hoc est quod ait, Igitur & si scripsi vobis, non tantum propter eum qui fecit iniuriam, id est, fraudem proximo suo: nec propter eum Qui passus est. fraudem: sed ad manifestandam sollicitudinem, quam hab. pro vo. Totius populi sollicitudinem se habere ostendit, vt, scilicet iniusti emendentur, & polluti sanctificentur. & ecclesiæ reconcilientur. & hoc dico Coram deo, id est, teste deo & ideò, quasi dicat, & quia hoc intendit, & euenit. ideò Consolati sumus, id est, consolationem accepimus dum correcti estis. [In consolatione autem vestra abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi: quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus: ita & gloriatio nostra, quę fuit ad Titum, veritas facta est, & viscera eius abundantius in vobis sunt reminiscentis omnium vestrum obediẽtiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quod in ombus confido in vobis.] In consolatione autem vestra, quæ est de correctione vestra, & gaudio Titi. Abundantius gauisi, quàm dolerem⁹ de tribulatione: sed Magis super gaudio Titi. q. d. de vtróq;. i. de correctione vestra, & gaudio Titi abũdãtius sumus gauisi, quàm tristaremur de tribulatione: sed magis abundantius de gaudio Titi: quia gaudebat non solũ de correctis, sed etiã de aliis quos sperat corrigendos. Quia refectus spiritus eius est, Titi. Iam enim sperat bonũ de vobis. Refectus est dico Ab omnib⁹ vobis

non quia omnes essent correcti, sperat de reliquis. Et si quod apud illum de vobis gloriatus. s. cõmendando vos, Non sum cõfusus, ideò non erubesco me falsum inueniri: sed Sicut locuti sumus vobis omnia in veritate. i. in corripiendo veritas apparet arguentis, dum qui arguuntur se emendant: dũ enim correcti immutatur, testimoniũ perhibent arguẽti. Verã ergo ostẽdens Apostolus prædicationem suam per efficaciam illorum ait, Sicut locuti sumus vobis omnia, ita & gloriatio nostra, quæ, de vobis Fuit. facta Ad Titum, facta est. i. apparuit ei Veritas. i. vera: ideò Viscera, id est, intima charitas Eius, sunt In vobis quia viri sancti affectus in omni bono est. Sunt dico Abundantius, quàm antè: quia viderit profectum illorũ. Vèl, Abundantius, quàm in aliis. Eius Tibi dico, Reminiscentis obedientiam omnium vestrum. Ostendit Titum laudasse eos, quia soliciti erant obedire ei. In Tito autem apostolũ reueriti sunt. Dico autem reminiscẽtis obedientiá. s. Quomodo, quàm accusate Recepistis eum cum timore, cordis, Et tremo. corporis, Et quia sic in illo egistis, Gaudeo, quod Confido de vobis. & hoc, In omnibus, rebus: nõ solum in bona voluntate, sed etiam in operibus bonis. Notá autẽ. hîc vbi eos laudat, incidenter de eleemosynis faciendis in sanctos, qui erant in Hierosolymis, antemonet per exemplum Macedonum. Et congruè hîc vbi de correctis agitur, mentio fit de collectis: quia ab aliis nõ quærit, quibus dare sua vel suadere non prodest. q. d. Non habui requiem in Macedonia, cum in ea mihi magna data est gratia quod notum facio vobis: & hoc est quod ait.

Ambro.

CAPVT VIII.

NOtam autem facimus vobis fratres gratiam dei quæ data est in ecclesiis Macedoniæ, & quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit: & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secundum virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiã & cõmunicationẽ ministerij, quod fit in sanctos. Et nõ sicut sperauimus, sed semetipsos dederũt primũ domino: deinde nobis p voluntatẽ dei, ita vt rogaremus Titũ, vt quẽadmodũ

cœpit

cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiã istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni solicitudine, insuper & charitate vestra in nos: vt & in hac gratia abundetis. Nõ quasi imperans dico, sed per aliorum solicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans.] Notam autem facio vobis fratres gratiam dei, id est gratuitum donum dei. Donum autem dei vocat eleemosynã dare. Quæ gratia Data est mihi in in ecclesiis Macedoniæ. quæ est illa? hoc.s. quod Abundãtia gaudij ipsorum, fuit in multo experimento tribulationis, quia non solum voluerunt pati: sed experti sunt, & inde gauisi sunt: & cum pauperes essent, abundanter dederũt. Vnde subdit: Et amplissima paupertas, &c. Vel, Abũdantia gaudij ipsorum fuit in multo experimento tribulationis: quia pro tribulatione Pauli & Sylæ ibi facta, non sunt scandalizati, sed deuotè & cum gaudio acceperunt verbum: vt probatos se horum passionibus demonstrarét. Et paupertas eorum amplissima, id est magna, vel Nobilissima, benignitate mentis. Abundauit in diuitias simplicitatis eorum, id est, maior facta est dum tendit diuitias dare: & hoc simplici animo, nõ vt homini placeant. Tenues qui erant in substantia facultatum, sed diuites fuerunt in dando, quia priùs conscientia operati sunt. Et indè Reddo illis testimoniũ, quia nemine cogente Voluntarij fuerunt, ad dandũ, Secundũ virtutem, rerũ suarum: & Supra virtuté, vt etiam post egerét. ipsi dico, Cum exhortatione multa obsecrantes nos, cum timens eis non assentirem. vt eos permitteremus Habere gratiam, & Communicationé ministerij. i. ministrationis. quod ministerium fit, In sanctos, id est obsecrabát nos, vt liceret eis sua dare, nõ quasi propria, sed quasi cõmunia, de quibus ministrarét aliis, Et non, dederunt sua, Sicut. i. ea intentione, qua sperauimus, id est putauimus, sed pro culpis redimendis. sed Primùm dederunt semetipsos domino, vt ei obedirent, quia emendantes errores pristinos, ac morum vitia deo se voue runt: deinde fratribus sua dederunt, vel obtulerũt, Aliter non erat accipiendum ab eis, quia munera excæcant oculos, & vim authoritatis inclinant. Qui verò dant, vt nõ arguantur, fructum dandi, non habent. Isti verò, nõ eo animo de Ambros.

mo de

mo dederũt, vt redimẽtes vitia nõ arguerentur: sed Prius dederunt semetipsos domino emendatione vitæ. Deinde dederũt se Nobis, obedientia. s. vt nobis obedirẽt. & hoc Per voluntatem dei, qui vult homines subdi vicariis suis. & ita institerunt nobis, vt exemplo eorum prouocati, Rogaremus Titum, vt quemadmodũ cœpit, in vobis benefacere, postq̃ correctos vos vidit, ita & perficiat in vobis nõ modo alia, sed Etiam gratiam istã, eleemosynarum in sanctos, vt. s. gratia ista vobis non desit. Hoc dicit, vt incitet eos ad dandum. Perficiat in vobis gratiam istã dico, & nõ quoquomodo, sed vt abundetis etiam in hac gratia largitionis eleemosynarũ, Sicut abundatis in omnibus, aliis. s. In fide, & sermone. i. gratia loquendi. Et scientia scripturarum, & Omni solicitudine, quia in omnibus soliciti estis: insuper Et charitate vestra, spirituali, habita In nos. Non quasi. q. d. Rogaui Titum, vt perficeret hãc gratiã, sed non hoc dico, Quasi imperans, ne sitis transgressores. Vel ita legi potest. q. d. non solũ rogaui Titum, vt perficeret in vobis gratiam istam, sed etiam Dico. ego ipse, Non quasi imperans, vt abundetis in hac gratia sicut abundatis in omnibus, aliis. s. in fide, &c. quæ non mutantur, sed Per aliorum. q. d. non imperans dico, sed potius hoc dico, Cõprobans. i. comprobare volens Bonum ingenium vestræ charitatis. i. suadere volens. vt largi sitis, & ex discretione animi, non pro terreno commodo faciatis: & hoc volo cõprobare, & suadere vobis non modo per alia, sed etiã Per solicitudinẽ aliorum. s. Macedonum, quibus similes sitis. Vel pauperum, de quibus soliciti esse debetis. Scitis enim q. d. pauperibus dare debetis: & verè, quia Christus solicitus fuit de illis. [Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi: quoniam propter vos egenus factus est, cũ esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis. Et consiliũ in hoc do. Hoc enim vobis vtile est, qui nõ solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priore. Nunc verò & facto perficite, vt quemadmodum promptus est animus volũtatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est, secũdum id quod habet accepta est, nõ secundum id quod non habet. Nõ enim, vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate in præsenti tẽpore,
vestra

vestra abundantia illorũ inopiã suppleat,vt & illorũ abundantia vestræ inopiæ,sit supplementum,vt fiat æqualitas. sicut scriptum est. Qui multum habuit,non abundauit: & qui modicũ,non minorauit.] Scitis enim gratiam.i.charitatem Domini nostri Iesu Chri.cuius exemplo hortatur illos:hãc,inquã,gratiã Christi scitis, Quoniã cũ esset diues deus, in sua maiestate, per quẽ & omnia facta sunt. Factus est propter nos egenus,in mundo. Nota quòd nõ ait pauper factus est,cum fuisset,sed cum diues esset. Paupertatem enim assumpsit, & diuitias non amisit:intus diues,foris pauper:latẽs deus in diuitiis, apparens homo in paupertate, Vt inopia illius vos essetis diuites,in spiritualibus. Per illius enim paupertatem abiecimus pannos iniquitatis, vt indueremur stolam immortalitatis. Omnes ergo diuites facti sunt, in pauperem Christum credentes. Nemo, ergo se contemnat. Pauper in illa, díues in conscientia,securior dormit in terra, quàm auro diues in purpura. Non ergo expauescas,cum tua mẽdicitate ad illum accedere,qui indutus est nostra paupertate. Qui se pauperauit,nos ditauit. Et in hoc,id est, in cõsideratione huius tanti beneficij dei. Do,vobis Consilium,vt pauperibus eleemosynas detis, Hoc enim est vtile vobis. Plus est enim vtile facienti,quàm illi cui fit. vobis dico, Qui cœpistis à primo anno.i.à præterito anno: Nõ solum facere,sed etiã velle,quod plus est q̃ facere. Nũc verò & facto perficite, vt nõ solum velitis,sed etiam opere perficiatis. Vel ita,vt secundum alios dicat eos cœpisse facere,& secũdum alios velle.q.d.vobis dico, Qui cœpistis à primo anno non solum velle, secundum quosdam : sed etiã facere secundum alios. Quidam enim voluerant, quidam cœperãt,nunc vero vterq; perficiunt opere: & hoc est quod subdit, Nunc vero & facto perficite,vt quemadmodũ promptus est animus voluntat.i.sicut prõpta est discretio voluntatis eorũ, quia ex discretione volunt,ita sit promptus animus perficiendi. Hoc dicit,vt voluntas eorum in opere appareat,si vera est.perficiẽdi dico, Ex eo.i.secundũ id Quod habetis,siue plus,siue minus. Si enim volũtas est prõpta,dãdo, Secundũ id quod habet,vt necessaria retineat,tantum accepta est,nõ tantũ accepta est dãdo,Secundũ id quod nõ

Augu. in sermo.de salo.verb.

August.

Ambrosi.

habet, id eſt vltra vires: ideò ex eo quod habetis vos dar moneo Non enim volo, vt Aliis ſit remiſſio, vel refrigerium, id eſt, vt alij de veſtris ocioſè viuant, Vobis autẽ. ſ. tribulatio, id eſt paupertas, nõ hoc ideo dixit, quin melius eſſet. Infirmis timet, quos ſic dare monet, vt egeſtatẽ non patiantur, ſed potius volo, vt Veſtra abundantia, terrenorum, Suppleat inopiã illorum, qui omnia mundi deſerant. Suppleat dico in præſenti tempore, quod tam breue eſt, Et hoc ex ea qualitate. Hoc ideo dicit, vt quantũ quis habet, diuidat cum ſanctis: quia non plus exigitur, quàm ſibi retinere debet. ſicut & Zachæus dimidiũ dedit bonorum ſuorum pauperibus. Vel, Ex æqualitate, suppleat veſtra abundantia illorum inopiam. nõ vtique hæc dico ſecundum paritatem, ſed vt ſuſtentẽtur de veſtris rebus, ſicut & vos. Hæc eſt æqualitas, vt qui accipiunt ſpiritualia, tribuant carnalia. Ipſa eſt pax Hieruſalem, vt opera miſericordiæ corporalia iungãtur operibus prædicationis ſpiritualibus: & fiat pax dando, & accipiendo. Vnde Apoſtolus, Si ſpiritualia vobis ſeminauimus, magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus? Vt & illorum. q. d. veſtra abundantia terrenorum ſuppleat inopiã illorum: vt & ecõuerſò Abũdantia, meritorum Illorum, ſpiritualium, qui diuinis vacant, ſit Supplementum, veſtræ Inopiæ. Qui enim viuunt in hoc ſæculo non habent merita ad vitam æternam ſufficientia, niſi iuuentur per alios. ſed quia pauperes Christi, quorum eſt regnum cœlorum, amicos ſibi & debitores fecerunt, per merita eorum conſequentur, quod per ſe nõ potuerunt mereri: vt tunc fiat æqualitas, non quin differant in claritate, ſed quia id omnes habebunt, & omnibus erit ſufficientia: ſicut ſcriptũ eſt, de manna in ſigno huius rei. Qui multum, ſcilicet collegit de manna, id eſt amplius habuit quàm Gomor, Non abundauit, quia qui plus habuit, dedit indigenti: &, Qui modicum, ſcilicet collegit, id eſt minus quàm Gomor, Non minorauit, id eſt, nõ minus habuit quàm Gomor, quia recepit ab eo, qui abundauit. In Exodo autẽ ita ſcriptum eſt, Nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, repperit minus. In quo figurabatur, ꝙ qui maiora habent merita, & qui minora, in æterno cõuiuio eandem habituri ſunt refectiõẽ.

Auguſt.

Vel

Vel ita, Vt fiat. q.d. dico, vt abũdãtia vestra suppleat illorũ inopiã, vt illorũ abundãtia vestrę inopię, sit supplementũ: vt ita fiat Aequalitas. s. vt sicut ij ministrant sanctis, ita eis reddant vicẽ in futuro sancti. sicut scriptũ est de manna in figura huius rei, qui multum, scilicet collegit, Non abundauit: & Qui modicum, non minorauit. Plus habent sancti in spe futuri, minus verò hi, qui in tẽpore hoc sunt diuites: & cum ibi æquabũtur vtrique. vt sicut hîc diuites inopiam sanctorum sustentant, ita ibi beneficio sanctorũ sustententur, & diuites fiant in æterno bono. Vel ita, Vt fiat. q.d. vestra abundantia suppleat illorum inopiã: ita vt in volũtate Fiat ęqualitas, & si non in opere: & sic pariter recipietis: sicut scriptum est, de mãna in figura huius rei, Qui multum enim habuerit, & Qui modicum, non minorauit: sic qui multũ dat, vt diues: & qui parum, vt pauper, si æqualis voluntas est, æqualem mercedem habebunt. Ambrosi.

[Gratias autem ago deo, qui dedit eandem solicitudinẽ pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Non solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis, ad domini gloriam, & destinatam voluntatem nostram: deuitãtes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur in domini gloriam. Prouidemus enim bona, non solum coram deo: sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis, & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe sollicitum esse, nunc autem multo sollicitiorem: confidentia multa in vobis, siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis adiutor, siue fratres nostri apostoli ecclesiarum gloriæ Christi. Ostensionem ergo, quæ est charitatis vestræ & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem ecclesiarum.] Gratias autem. q.d. Rogaui Titum, vt perficeret gratiam istam, vel ego ipse hoc consulo vobis. Deo autẽ ago gratias, qui dedit, in corde Titi, Eadem, quam ego habeo, Sollicitudinem, pro vobis, exhortãdis, vt abundetis in hac simplicitate eleemosynarum. & verè habuit sollicitudinem, Quoniam quidem susce

suscepit exhortationē vestram,sed cum esset solicitior sua voluntate, quàm in mea exhortatione, profectus est ad vos:qui primum rogatus excusabat se, propter vestra vitia. Misimus etiam,cum illo fratrem nostrum.s. Lucā,vel Barnabam,Cuius Lucę laus est in euangelio scripto. vel, cuius Barnabæ, Laus est in euangelio, prædicato. Laus ei⁹ dico,per omnes ecclesias.Nō solū aūt, laus eius in euāgelio,Sed etiā ordinat⁹ est ab ecclesiis Iudææ,comes nostræ peregrinationis.i.prędicationis,qua mūdū circuim⁹, & factus est comes,In hanc gratiā,id est in hanc largitionem eleemosynarū,Quæ ministratur à nobis.i. cuius nos Apostoli sumus ministri.i. & hoc, Ad domini gloriam.i. vt deus indè glorificetur,Et ad volūtatem nostram,quam volumus,vt bene detis,complendam.voluntaté dico,Destinatam, quæ destinata est, & præordinata à deo nobis, adeò est necessaria. Vel ita,Ordinatus est comes peregrinationis nostræ, id est prædicationis.s. In hanc gratiam, id est in prædicationem gentium.quæ Ministratur à nobis.i.cuius minister sum. & hoc, Ad domini gloriam, vt, scilicet, indè glorificetur dominus. Et ordinatus est comes ad complendam Nostram voluntatem destinatam,id est ad complendam prædicationem gentium,cui destinatus sum. Deuitantes.q.d.hos prædictos misimus,deuitantes Hoc, ne quis in hac plenitudine,largitionis eleemosy-

Ambrosi⁹ narum, Vituperet nos,dicens nos fraudare. Vel, Ne quis in hac plenitudine.s. doctrinę & miraculorum, Vituperet nos, tanq̄ negligentes circa curam sanctorum: vt dicatur, bene prædicat,sed non est memor sanctorum sicut,alii apostoli,& sicut sibi pręceptū est. Vituperaretur ergo Apostolus,si negligéter ageret circa sanctos. Et ideo hoc præmonet,vt solicitudo eius,& prouidétia appareat. quę plenitudo largitionis, vel doctrinæ, Ministratur à nobis, id

Ambro. est nostro ministerio fit.& hoc, Ad domini gloriam.i. vt deus glorificetur. Prouidemus enim.q.d.bene dico deuitantes, Prouidemus enim, vt opera nostra bona sint:nō solum coram deo,scilicet,vt deo placeant,sed Et corā hominibus,vt etiam hominibus bona videātur. Corā deo prouidet Apostolus bona, dū facit circa ministeriū sanctorū quod deus iubet:coram hominibus prouidetbona, dū bo

nos

nos mittit ad hoc opus exhortandũ,qui probitate ſua eos prouocent ad dandum,nõ ſcandalum faciant,ne bona doctrina Apoſtoli per improuidos miniſtros in vituperationem caderet. Nota quòd rectè Apoſtolus ait,ſe prouidere bona coram deo,& hominibus. propter nos enim conſcientia noſtra ſufficit nobis,propter vos autem fama noſtra non pollui, ſed pollere debet in vobis. Duæ res ſunt, conſcientia & fama:conſcientia tibi, fama proximo prodeſt. Qui conſcientiæ fidens famam negligit,crudelis eſt. Miſimus autem,cum illis & fratrẽ noſtrum,Apollo:quem probauimus in multis, ſæpe Solicitum eſſe, de ſalute noſtra. Nũc aũt,cũ audiuit vos correctos,Multo ſolicitiorẽ, pro Confidẽtia multa,habita in vos,vel in vobis,ſiue pro Tito,qui de vobis ei multa retulit,& ideo Apollo,ꝗ prius rogatꝰ ab Apoſtolo,& aliis fratribꝰ ire ad eos noluit,modo iuit, quia audiuit eos correctos. Qui,ſcilicet Titus eſt ſocius meꝰ,& in vobis,id eſt, in veſtra cõuerſatione adiutor. Siue.q.d.pro confidẽtia veſtri iuit,& pro Tito,& Luca: cum quibus libenter ibat, ſiue etiam pro aliis hæc fecit,qui ſunt fratres noſtri, & apoſtoli eccleſiarũ, à quibus fuerat rogatus. Vel ſecundum aliam literam,eodem ſenſu manente.ſ.ſiue per fratres noſtros apoſtolos eccleſiarũ,& ꝙ ipſi ſunt apoſtoli eccleſiarũ. Hoc eſt gloriæ dei, Chriſti.i. ad gloriã Chriſti:quia in eis non hominũ, ſed Chriſti gloria eſt. Oſtẽſionẽ ergo,&c.q.d. quia tales miſimus ad vos.ergo oſtenſionem,quæ eſt charitatis veſtræ & noſtræ gloriæ,habete Pro vobis.i.charitatem veſtram,quam oſtendiſtis aliis:& gloriam noſtram ſimiliter,de vobis habitam,quam oſtendiſtis eſſe veram:nunc oſtẽdite in illos, quos miſimus ad vos bene eos recipiendo,vt bona quæ de vobis audierunt,probent. Oſtendite dico, & hæc in facie eccleſiarum,vt, ſcilicet cæteræ eccleſiæ agnoſcant vera eſſe bona quæ de vobis audierunt. Vel,In facie eccleſiarũ, ſcilicet,vt alij à vobis accipiant exemplum. Nam,&c.q.d. de receptione eorum moneo.

Augu. in ſer. de vita & morte.

Ambro.

CAPVT IX.

NAm de miniſterio,quod fit in ſanctos,ex abundãti eſt mihi ſcribere vobis, Scio enim prõptũ animũ veſtrũ, pro quo de vobis glorior apud Macedones, quoniã

& Acha-

& Achaia parata eſt ab anno præterito, & veſtra æmulatio prouocauit plurimos. Miſimus autē fratres, vt ne quod gloriamur de vobis euacuetur in hac parte, vt, quēadmodum dixi, parati ſitis, ne cum venerint Macedones mecū & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos vt non dicamus vos in hac ſubſtantia. Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos & præparent repromiſſam benedictionem, hanc paratam eſſe: ſic quaſi benedictionem, non quaſi auaritiam. Hoc autem dico, Qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionib⁹, de benedictionibus & metet. Vnuſq; prout deſtinauit in corde ſuo, nō ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit deus.] Nam de miniſterio, quod fit in ſanctos ex abundāti, id eſt ſuperfluum, Eſt mihi ſcribere vobis. Scio enim prōptum animum veſtrū; pro quo de vobis glorior apud Macedones, dicens, Quoniam & Achaia, cuius metropolis eſt Corinthus æmulatione Macedonum ducta, Parata eſt ab anno pręterito, & veſtra æmulatio, id eſt amor & ſtudium, Prouocat plurimos, ad eleemoſynas dādas, quia æmulatione Corinthiorum aliæ eccleſiæ, dum audiunt illos prius erroribus implicatos, poſteà bonæ voluntatis fuiſſe effectos, *incitatæ* ſunt ad bonum. Quaſi verò quis diceret, Cur ergo pręmittis illos? ait, Miſimus autem fratres, vt vos ad hoc hortentur, Sed vt parati ſitis, quemadmodum dixi illis, vos eſſe paratos. Parati ſitis dico, ne hoc ſcilicet, Quod gloriamur de vobis, totum, Euacuetur in hac parte, ſcilicet, ſi imparati fueritis. Ideo parati eſſe debetis, Ne cum venerint mecum Macedones, & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos, qui de vobis gloriamur. Vt non dicamus vos erubeſcere, quod magis eſt, id eſt, eſſe debet. Si enim non fuerit hoc inuentum, quod teſtificatus eſt de iis, & ipſe erubeſcet, & ipſi amplius confundentur. In hac ſubſtantia, id eſt in hac datione eleemoſynarum, quæ pauperes ſuſtentant. Ne ergo hoc ſit, Neceſſarium exiſtimaui rogare fratres, ſcilicet, Lucam, Titum, Apollo. Vt me præueniāt ad vos, Et præparent paratam eſſe, quando veniemus, Hanc repromiſſam, id eſt, ſæpe promiſſam, Benedictionem, id eſt eleemoſynam. quæ rectè dicitur benedictio: quia cauſa eſt

Ambroſ.

ſa eſt æternę benedictionis. Paratā dico, Sic vtique, Quaſi benedictionem.ſ. vt ſit opus charitatis, & magnum, Non quaſi auaritiam, vt doleant pro dato, & parū ſit quod dāt. Hoc autem. q. d. illi pręparent, ego autem cur largè detis. Hoc dico, id eſt, præſcribo. quia Qui parcè ſeminat, id eſt dat, Parcè & metet, retributionem. Non parcè ſeminat ille, qui parum habens parum largitur, ſi animus promptus ſit dare plus, ſi plus haberet. Nota quòd non ait dat, ſed ſeminat: quia dare eleemoſynam, non eſt amittere, ſed ſeminare, ſcilicet ad tempus carere, vt plus habeatur in futuro. Et qui ſeminat in benedictionibus, vbi plus pēſatur animus quàm ſenſus, De benedictionibus, dei: Et metet, largam, ſcilicet retributionem. Et ideo vnuſquiſque, ſcilicet det, Prout deſtinauit. i. præordinauit, In corde ſuo, id eſt in conſilio rationis: quia ſi inuiti darent non prodeſſet eis. Quia, qui inuitus, dat propter præſentem pudorem, nō habet mercedem. & ideo quiſque det, Sicut propoſuit in corde ſuo, ſe velle dare. non det, Ex triſtitia, aut ex neceſſitate, id eſt triſtis, vel coactus, ſed ſponte. Hilarem enim datorem, id eſt, qui ex voluntate bona dat, Diligit deus, id eſt approbat, & remunerat, non triſtem, & murmurantem. Qui enim dat, vt careat tædio interpellantis, non vt reficiat viſcera indigentis, & rem & meritū perdit. Quicquid ergo boni facis, cum hilaritate fac, & tūc benefacis: ſi autem, cum triſtitia facis, ſit de te, non tu facis. [Potēs eſt autem deus omnem gratiam abūdare facere in vobis, vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abūdetis in omne opus bonum: ſicut ſcriptū eſt, Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius in ſæculum ſæculi. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducādum præſtabit. Et multiplicabit ſemen veſtrū, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ: vt in omnibus locupletati, abundetis in omnē ſimplicitatē, quæ operatur per nos gratiarum actionē deo. Quoniam miniſterium huius officij, non ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiā abundat per multas gratiarū actiones in domino, per probationem miniſterij huius, glorificantes deū in obedientia cōfeſſionis veſtrę in euangelio Chriſti, & ſimplicitate cōmunicationis veſtræ in illos, & in omnes, & in ipſorum obſecrā-

Augū. in pſal. 38.

M tione

tione pro vobis: desiderantium vos propter eminentē gratiam dei in vobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.] Potēs est au.q.d. Ego ita moneo vos, sed Deus potens est. Vel ita continet. Ego moneo vos ita, & nolite diffidere, quia Deus potens est facere abundare in vobis, vel in cordibus vestris, omnē gratiam. s. non solū hāc, sed hāc cum aliis, id est omnia dona spiritus sancti. Ita vt vos Semper habentes, id est habere reputantes, Omnem sufficientiam in omnibus, id est in omni statu vestro, Abundetis in omne opus bonum, id est in datione eleemosynarū, sicut in cæteris. Qui enim solam sufficientiam elegit, poterit in dei opere abūdare: licet enim exiguum, sit quod parum habens tribuit, abundat tamen, quia recto iudicio fit: quia quæritur de quanto, & quo animo detur. Et quasi aliquis quæreret, Est ne hoc bonum, scilicet largitio eleemosynarum? Respon. Est vtique. Sicut scriptum est, in Psal. Iustus Dispersit, non vni omnia conferens, sed pluribus diuidens: & Dedit, gratis, Pauperibus, non diuitibus, qui possent reddere. & hæc Iustitia eius, id est, merces iustitię eius, Manet in sæculum sæculi, vel in æternum, id est sine fine. Iustus est, qui bona mundi sine æterni præmij communia reputat. Et nota quòd exemplo hoc, ad largiendū sanctis inuitat. Si enim huius, qui pauperib⁹ largitur, merces magna est, quāto magis eius, qui ministrat sanctis? Pauperes enim sunt, & possunt dici etiam, qui mali sunt. *Qui* autem. q.d. Nō solum indè vita datur, Sed etiam, qui administrat seminanti. s. deus, Semen vnde eleemosyna fiat, Et panem, id est necessaria vitæ, Præstabit ad manducandum, non ad superfluitatem. & in tantum præstabit, quod etiam Multiplicabit semē vestrum, vnde plures eleemosynas faciatis, & ideo hoc timore nemo timeat dare, Et augebit incrementa. i. facultatem & voluntatem dandi eleemosynas. Incrementa dico, Frugum iustitiæ vestræ, id est ex quibus procedit iustitia & vita. Iustitia est sanctitas, & bona vita, vnde proueniunt fruges, id est æterna remuneratio. Increméta sunt eleemosynæ, & voluntas dandi, pro quibus & hîc virtutes & in futuro gloria augebitur. Vt in omnibus. q.d. Intantum augebit, & res & voluntatem dandi, vt Vos locupletati, secūdum vestram reputationem In

omnibus,

Ambro. (margin, beside "sicut in cæteris. Qui enim...")

Ambro. (margin, beside "munia reputat...")

omnibus.i.in omni ſtatu veſtro, Abundetis in ſimplicitatem, id eſt largitionem ſimplici animo factam. Simplicitatem dico, Omnem.i.perfectam, Quæ largitio, Operatur per nos gratiarum actioné deo, & ideo facienda eſt.i.ipſa largitio eſt cauſa, quare aguntur gratiæ deo, cuius largitionis nos ſumus miniſtri. Quoniã, &c. q.d. Ideò agentur gratiæ deo de dono largitionis, quia multa in hoc bona ſunt. Et hoc eſt quod ait, Quoniã miniſterium noſtrum, huius officij veſtri, Non ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiã abundat in actione gratiarũ, quæ fit per multos, quia multi agũt indè gratias deo. & hoc In dño.i.operatione domini, qui eos mouit ad agẽdas gratias. dico, quòd per multos agẽtur gratiæ deo: & hoc, Per probationem miniſterij huius.i.quia laudãt, hanc miniſtrationem noſtram. Per multos dico Glorificantes deum, non ſolum de veſtra largitate, ſed etiam indè accepta occaſione. In, id eſt pro, vel de Obedientia confeſſionis veſtræ.i.de fide & confeſſione, & omni bono veſtro. Obedientia dico habita, In euãgelio Chriſti, quia obediſtis euãgelio Chriſti in ſubiectione mentis, & glorificantes deũ, Pro ſimplicitate cõmunicationis.i.veſtra cõmunia reputatis, & hoc ſimplici animo facitis. Vel pro ſimpli.cõmuni.i. quia alij exemplo veſtro ſua aliis communicant. Cõmunicationis dico factæ, In illos.i.ſanctos prædictos, & in alios, Omnes egentes, Et ipſorum, &c.q d.per multos dico etiã glorificantes deum, De obſecratione ipſorum, ſanctorum facta Pro vobis.i.illi multi glorificant etiam deum de hoc, quia & ipſi ſancti obſecrant pro vobis. Ipſorum dico Deſiderantium vos videre in ęterna beatitudine, vel etiã hîc. & hoc Propter gratiam dei.i.charitaté eminentem in vobis. Gratias deo. De alterna indigentia, & de alterno ſupplemento indigentiæ prouincialium Chriſti, & militum Chriſti, egit: hinc de rebus carnalibus in illos: indè autem de rebus ſpiritualibus in iſtos. Ideóque tanq̃ ſanctorum gaudiorum ſagina plenus eructans clamat, Gratias deo. q.d. Et quia hinc tot bona ſunt, Gratias ago deo ſuper dono eius inenarrabili, id eſt, de charitate quam ſuis donat, quæ non poteſt enarrari quãtum vtilis ſit. Vel, Enarrabili, id eſt, quod debet enarrari.

Ambro.

Augu.de ope. monachorũ.

CAPVT X.

IPse autem ego Paulus obsecro, vos per mãsuetudinem & modestiã Christi, qui in facie quidẽ humilis sum inter vos: absens autẽ confido in vobis. Rogo autẽ vos, ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur, nos tanq̃ secundũ carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militię nostræ, nõ carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionẽ munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentẽ se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectũ in obsequium Christi, & in prõptu habentes vlcisci omnem inobedientiã, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quæ secundum faciẽ sunt videte. Si quis cõfidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterũ apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos.] Ipse autem. Postq̃ admonuit bonos de eleemosynis in sanctos faciendis, agit de incorrectis, qui pseudo sequebãtur, & eum ferocẽ putabãt. q. d. correctos ad eleemosynas inuito. Vos autẽ, alios qui pseudo mihi præfertis, Obsecro ego Paul. q. d. Verè humilis, non superbus ipse, qui alios ad eleemosynas moneo, idem vobis, qui illis. obsecro dico, Per mãsuetudinem & modestiam Christi. i. si vultis, vt sim vobis lenis, & cum modo puniam vos, sicut Christus etiã prouocatus lenẽ animum ostẽdit, & in correctionibus modum, nõ excessit. Obsecro ego Pau. qui in facie quidẽ. i. exterius, vt dicitis, Humilis sum inter vos. s. dum pręsens sum. Absens au. q. d. dum nõ timeo aliquid mali mihi fieri à vobis. Confido in vobis. i. confidenter ago in vos, asperè vos redarguẽs. Rogo autẽ. Hîc dicit vnde obsecret eos. q. d. non solum obsecro vos, sed etiã Rogo, ne præsens. s. cum venero Audeam in quosdam incorrectos. i. ne præsens audacter puniam eos. Per eam cõfidentiam, qua existimor audere absens, quia quantum putor absens cõfidere, tantum præsens faciã in re, nisi se emẽdauerint. Hoc ergo rogat, vt tales illos inueniat, ne cogatur irasci, & audere in eos, sed pressa seueritate lætetur, cum eis. Quosdã dico, Qui arbitrãtur nos tanq̃ secũdum carnem. i. more carnaliũ, Ambulemus. In carne eñ. q. d. Putant nos secundum carnẽ ambulare, quòd nõ facimus,

mus,quia licet simus ambulãtes in carne.i.licet simus degentes in carne,quę fragilis est, Non tamen secundũ carnem.i.pro carnali commodo militamus. Non enim militiã à deo nobis datam exercemus secundum carnẽ.i. pro terreno cõmodo. Et verè nõ secundum carnẽ militamus. Nam arma militiæ nostrę.i. virtutes & miracula per quæ in prædicatione militamus, Non sunt carnalia,debilitate, Sed sunt potẽtia deo.i.per deũ, Ad destructionẽ muni.i. vt destruant consilia hominum,seu dæmonũ diuersis calliditatibus munita, Consilia destruantes.q.d. Verè possim destruere.nã destruimus. Et hoc est quod ait.q.d.militamus,non secundum carnem,nos,dico, Destruentes cõsilia,hominum & dęmonum, Et omnẽ altitudinem.i.profunditatem intellectus,tã legis peritorum,q̃ philosophorum. Altitudinem dico, Extollenté, se aduersus sciẽtiam dei.i.quæ de deo est. Vt dum impugnant partum virginis & huiusmodi. Et etiam in captiuitatem redigẽtes omnem intellectum.i. captiuos ducimus omnes superbè agentes, vel intelligentes,dum Christo contradicentes vincimus. ducentes eos vsque, In obsequium Christi.i.vt fidei Christi cui ante repugnauerant,humiliter obediant. nos dico, etiam in promptu habẽtes,quia nil nos remordet, quo minus audeamus, Vlcisci omnem inobedientiam:quod faciemus, Cum impleta fuerit vestra obedientia, id est, postq̃ recognouero omnes ex dilectione obediẽtes. Tũc enim vindicat inobedientiam, cum illam condemnat per obedientiam:tunc illam destruens , quando eos qui resistunt perducit ad fidẽ. Et hoc est digna vltio, vt perfidia ab his quibus defendebatur, damnetur, Quæ secundum faciem, &cæt.q.d. Multa dixi quibus ostendi vobis potius debere nos sequi,quàm pseudo,& si vobis non sufficit quod dixi, quare me potius q̃ pseudo sequamini. Videte , hæc alia, Quæ sunt secundum faciẽ.i.ita euidẽtia, sicut ea quę sunt subiecta oculis. Aperta eñ sunt, quę dicet:hæc.s. Si quis, illorum pseudo.hoc enim de præsumentibus dicit , Confidit,per aliquid.i.per fidẽ,vel aliquid aliud, se esse Christi.i.quod ipse sit Christi. Hoc iterum cogitet.i.bene deliberet Apud se,vt vim rationis non excedat, vel propter odium nostrum,vel propter honorem suum. Hoc,inquã,

Ambrosi.

Ambrosi.

Ambros.

cogitet, quia Sicut ipse Christi est,ita & nos.i. per quæcunq; ipse est Christi per eadem,& nos. Vel ita,Quæ secūdum.q.d.verè nos apostoli tales sumus quales suprà ostendi. Quæ autem sunt secundum fa.videte.i. diligenter opera eorum considerate,qui in vestro conspectu tantum bona agunt,ne fortè vos seducant,vt velitis eos præferre nobis.quòd non debetis,quia Si quis illorum,præsumentium,Confidit,per aliqua se esse Christi,Hoc iterū cogitet apud se,quia sicut ipse est Christi,ita & nos.i.per quęcunq; ipse est Christi,per eadem & nos.Contra superbos pseudo,hoc dicit, qui de se præsumentes inflatione animi Apostolo,se præponebāt. [Nā & si amplius aliquid gloriatus fuero,de potestate nostra, quam dedit nobis dominus in ædificationem,& nō in destructionem vestram,nō erubescam. Vt,aūt non existimer tanq̄ terrere vos per epistolas:(quoniā quidam epistolæ,inquiunt,graues sunt, & fortes,pręsentia,autē corporis infirma,& sermo cōtemptibilis)hoc cogitet,qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes:tales,& pręsentes in facto.Non enim audemus inserere,aut comparare nos quibusdā, qui seipsos cōmendant, sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis.Nos autem,nō in immensum gloriabimur,sed secundum mensuram regulę, qua mēsus est nobis deus mēsurā pertingēdi vsq; ad vos.] Nā & si.q.d.Verè ita sumus Christi sicut illi. Nā etiam excellenti⁹ nos sumus Christi per potestatem quā illi nō habent.& hoc est quod ait.Nā & si amplius aliquid fuero gloriatus de nostra potestate.s.Apostolatus.Quā dn̄s dedit nobis. non illis.in ędificationē.Et non in destructionē vestram.i. vt nos in virtutibus ędificemus,non vt praua doctrina,vel exēplo corrumpamus , vt pseudo faciunt Non erubescā,quia & verū est,& nō ad gloriā meam, sed ad vtilitatem vestram dicitur. Vt autem &c. Hîc dicit se cùm pręsens fuerit implere opere,quod absens verbo minatur. Hoc autem dicit occasione illius sentētię quam ibi dixerat,parati vlcisci omnem inobedientiam,ne putarent eum absentē tantum minari,& pręsentē nihil facere.q.d. hanc potestatē dedit mihi dominus in ædificationē,& nō in destruct.sed tamen vlciscar. Videretur enim illis ideo

debere blandiri, quia potestatē accepit in ædicationē, nō in destructionem: sed vlcisci cōtra opinionem, quorundā se dicit. Vt au. q. d. promptus sum vlcisci, tamen hoc dicēs existimor, Tanq̃ terrere vos per episto. & verè existimor, Quoniam, re vera Quidā inquiunt, epistolæ quidem graues sunt. i. ponderosæ ad intelligendū, & fortes ad terrendum. Pręsentia au. corp. est infir nō audens exercere seueritatem. Et sermo est cōtemptibilis, quia vt idiota, sine argumentis loquor, vt aiunt. Attende quòd Infirma, dicit contra fortes: & contemptibilis, contra graues. Vt autem non existimer, à vobis táquam terrere vos, & opere, quod minor, non implere, Hoc cogitet, qui eiusmodi est. s. qui ita de me inopinatur. & hoc idē sciatis vos, quia qđ minor verbis, impleturus sum factis. quod ita ait, Quia quales, id est, quàm asperi, Sumus in verbo, per epistolas, dū sumus, Absentes, tales erimus, & præsentes in facto. s. vlciscentes omnē inobedientiam. quia si vitia vestra palparemus, tūc non ædificaremus, sed destrueremus. Non enim. q. d. Tales erimus facto quales sumus verbo, quia nō sumus pseudo similes, qui vsurpāt sibi potestatē in diem, & vitia, palpant. & hoc est quod ait, Non in serimus nos quibusdā, id est, pseudo, qui non missi à deo, commendant Seipsos, aliquibus artibus, non deus eos, id est vsurpant sibi potestatem indigni. quod est dicere, non ponimus nos in numero illorum, vt potestatem vsurpemus, sed à deo electi accepimus, nihil vltra concessum præsumentes. Illi autem nō accepta potestate, sed vsurpata dominari volunt, nomini suo vendicantes authoritatem. Aut non comparamus nos illis, vt nos sicut illi adulemur vobis, & vitia vestra palpemus, quod posset facere aliquis etiā habens rectè potestatem. hoc nō facimus, ideo Quia nō audemus nos inserere, aut cōparare eis, ne sicut illi: ita & nos pereamus. Nō hęc facimus, Sed potius ipsi, sumus, Metiētes. i. metimur Nosmetipsos in nob. i. in cōscientiis nostris, an à deo missi simus attendimus, & nō aliud q̃ ꝙ iniunctū est vsurpamus. Ambrosi⁹
¶Tanta enim potestate vtimur, quāta cōcessa est ab authore. nec mensurā, nec modū egredimur. & Sumus cōparantes. i. cōparamus, Etiam nosmetipsos nobis, quia secūdum quod officiū nostrum exigit, facimus, quod illi nō faciūt. Ambrosi.

Hæc autem nos, agentes, Non gloriabimur, id est, nō exercebimus. Potestatem in immensum.i. vltra mensurā nostrā. quod illi faciunt, qui vltra mensuram vsurpando gloriantur. sed gloriabimur, Secundum mensuram regulæ, id est secundum mensuratum mihi à Deo populum, cuius ego sum regula ad dirigendum: sub qua mensura vos estis. Vnde subdit. Mensuram dico, Pertingendi, monitu Dei vsq; ad vos. Dei enim nutu Corinthiis euangelizare monitus est. Paratum enim erat vnicuique ad quos in prędicatione dirigeretur, vt singuli aliquos populos haberent proprios, de quorum fide gloriarentur. Ad regulam autē Apostoli, illi omnes pertinebāt, quos in fide fundauerat, qui ad omnes missus erat à Deo. Vnde addit, quam mensuram Mensus est nobis Deus. Qui ergo ei resistit, Deo mittenti resistit. [Non enim quasi, non pertingentes ad vos superextendimus nos. Vsque ad vos enim peruenimus in euangelio Christi: non in immensum gloriantes in alienis laboribus, spem autem habentes crescētis fidei vestræ: in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia: etiam in illa quæ vltra vos sunt euangelizare, non in aliena regula in his quæ præparata sunt gloriari. Qui autem gloriatur, in domino glorietur. Non enim, qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus cōmendat.] Non enim. q.d. Verè deus est mensus. Nō enim, est superextensio. Et hoc est quod ait, Non enim superextendimus nos, quasi non pertingentes ad vos. Superextendi, est vltra extendi, quàm conceditur. Nos autem destinati sumus Deo mittente ad vos. Et verè non extēdimus nos, quasi non pertingentes: pertingimus enim, quia Peruenimus vsque ad vos in euangelio Christi, id est in prædicatione euangelij Christi. Nos dico, non gloriantes In immensum, id est in alienis laboribus, scilicet, vbi alius fundamentū fidei posuisset, quod esset vltra mēsuram gloriari. Sed sumus habentes spem crescentis fidei, vestræ, id est speramus per fidem vestram crescentem, de virtute in virtutē. Qui In vobis, id est per vos, Magnificari, apud alios, quia per vos tales apostoli veri probamur. Et, Habemus spem euangelizare secundum regulam nostrā.i. regnum nostrum, id est secundum quod à Deo nobis iniunctū est.

Ambrosi. (margin, beside "vsq; ad vos")

Ambrosi. (margin, beside "tione euangelij Christi")

Euan-

Euangelizare dico, In abundantia.ſ. non in paucis locis: immò & In alia loca quæ ſunt vltra vos: non tamen ſumus habẽtes ſpem.i.non ſperamus Gloriari in aliqua aliena regula. Nec illi qui vltra eos ſunt, de alieno regimine ſunt. Deinde exponit quid dixerit in aliena regula, ſcilicet in his Quæ præparata ſunt, ab aliis prædicatoribus. quia his prædicabat, quibus non erat annunciatum, vt gloriam ſuo labore quæreret. Qui autem.q.d. Ego gloriabor in prædictis & in aliis, ſed hoc totum vnde gloriandum eſt, à deo eſt. Et ideò, Qui gloriatur, iuxta admonitionem Hieremiæ, Glorietur in domino.i.domino attribuat gloriam & confidẽtiã ſuã: cuius gratia eſt quod non poteſt ille qui nõ habet à deo poteſtatem, quia ſuam gloriam quærit. Non enim.q.d. ideò in domino gloriandum, quia Ille non eſt probatus, à Deo, vel ab hominibus, Qui commendat ſeipſum. i. qui extra Deum gloriatur ſibi tribuendo quod Dei eſt. Vel, Qui autem.q.d. ego non gloriabor in aliena regula. ſimiliter autem, qui Gloriatur.i. poteſtatem vult exercere, Glorietur in domino.i. poteſtatem exerceat in menſura ſibi à deo data, quod debet. Non enim ille probatus eſt à deo vel ab hominibus, Qui ſeipſum commendat, qui prædicat non miſſus, qui non eſt idoneus, ſed prẹſumptor & reprobus: Sed quem Deus commendat.i. idoneum & dignum oſtendit miraculis & virtutibus.

Ambroſi.
Ambroſi.
Ambroſi.

CAPVT XI.

VTinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ, ſed & ſupportate me. Aemulor enim vos Dei æmulatione, deponendi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Timeo autem ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto.] Vtinam, &c.q.d. Ego glorior de regimine quod videtur inſipientia, ſed Vtinam ſine indignatione, Suſtineretis modicum quid, quia plus poſſem gloriari Inſipientiæ meæ, id eſt, gloriationis de regimine quæ videtur vobis, & dicitur inſipientia. Vel inſipientiam hîc dicit, gloriationem ſecundũ carnem, quam facit, ne in eo videatur inferior illi: quam ipſe non curat, ſed prodeſt Corinthiis.q.d. glorior de regimine, Sed Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ

Ambroſi.

meæ.

meæ. i. gloriationis secundum carnem, quæ videtur insi-
pientia. Quia dictum est, Non te laudent labia tua, sed
proximi tui. Hæc autem gloriatio ad laudem eius videtur
pertinere. Sed &, &c. q. d. opto vt sustineatis. Sed &, præ-
cipio, Supportate me, vt subiecti prælatum. q. d. & si gra-
August. uet vos tamen patiēter ferte. Aemulor enim. i. diligo, Vos
dei æmulatione. i. ad honorem Dei, non meum: non zelo
spōsam Dei mei, sed Deo. Amicus enim sponsi sum. Spō-
sus igitur zelat sponsam, amicus verò sponsi non sibi, sed
sponso. Et nota quod Aemulatio dupliciter accipitur.
Aemulatio enim est propter alienum statum motus men-
tis, vel in malum, vel in bonum: hîc autem amoris est non
liuoris, quia diligit eos Dei æmulatione. i. quæ ad honorē
Dei est, & quam Deus spiritu suo inspirat. Per hoc osten-
dit ea quæ dicet amore eorum se dicturum, vt non ad lau-
dem eius proficiant, sed ad horū profectū. Despondi enim
q. d. Et verè diligo vos, quia ego qui sum amicus sponsi,
despondi vos anulo fidei: non multis, sed Vni: nō adulte-
August. ro, sed Viro, legitimo. s. Christo vero spōso. Vos dico exi-
Augu. in stentes Virginē castā. Attēde quod à plurali ad singularē
lib. qst. 83 descendit, volens intelligi totam ecclesiam virginē esse, &
Augu. in in omnibus veris mēbris virginitatē mentis, & si non in-
ser. quodā tegritatē corporis seruare. Virginitas carnis corpus est in-
tactū, quæ virginitas paucorū est. Virginitas cordis fides
est incorrupta, quæ virginitas omniū est fideliū. Vnde in
Apocalypsi, Hi sunt qui cū mulieribus nō sunt coinquina-
ti, virgines enim sunt. In mulieribus errorē significauit,
Ambrosi. quia error per mulierē cœpit. Ideò ergo singulariter dixit
virginē, quia omnes sunt vna virgo propter vnitatē inte-
græ fidei, solidæ spei, synceræ charitatis: Virgo sunt, quia
à prauitate erroris & ab opere malo incōtaminati: Casta,
quia non habēt æstum malæ volūtatis. Despōdi dico, Ex-
hibere. i. vt exhibeā vos Deo in die iudicij. Timeo autem
q. d. Tales vos despōsaui, vt exhibeam vos Deo, Sed timeo
ne sicut serpēs. i. diabolus, per serpētē Seduxit Euā, à para-
diso eam eiciens. Seduxit dico, Astutia sua. s. promittēdo
falsa: Ita, per similes deceptiones Corrūpantur sensus ve-
stri. i. intellect⁹ vestri per similes deceptiones, Et excidāt, à
simplicitate, quæ est in Christo. i. à paradiso simplicis fi-
dei

dei Christi, quæ nil alienũ recipit. Isti enim Corinthij similes sunt Euæ, pseudo similes serpẽti. i. diabolo, qui ꝑ eos insidiatur. Lux fidei similis est paradiso. Quorũ ergo fides corrũpitur, à paradiso eiiciuntur, quia prę ponũt mendaciũ veritati. Qui ergo mẽdaciũ ædificãt in hominib⁹, ab eis pellũt veritatẽ, & etiã immittũt diabolũ, & ita excludũt Christũ. Si quid enim dixeris cõtra fidẽ, intrat putredo de veneno serpẽtis, & nascuntur vermes mẽdaciorum, & nihil integrum remanet. Ideóque sicut patribus nostris aduersus leonem opus erat patientia, sic nobis aduersus draconẽ vigilantia. Tunc enim cogebat, nunc docet. Tunc ingerebat violentias, nunc insidias. Videbatur tunc fremens, nunc lubricus & oberrans difficile videtur. Ideò timet Apostolus ne sicut per serpentem seducta est Eua, ita per hæreticos corrumpatur ecclesia à virginitate fidei, quam gestat in corde. Modò ergo anima virginitatem tuam serua, posteà fœcundanda in amplexu sponsi tui. Sepite ergo (vt scriptum est) aures vestras spinis. Adhuc enim mussitat serpens & non tacet. quod gestum est in illo paradiso, hoc geritur in ecclesia. Nemo igitur vos seducat ab isto paradiso ecclesiæ. sufficiat quod illic lapsi sumus, vel experti corrigamur. [Nam si is qui venit alium Christum prædicat quem non prædicauimus, vt alium spiritum accipitis quem non accepistis: aut aliud euangelium, quod non recepistis, rectè pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis apostolis. Et si imperitus sermone, sed nó scientia. In omnibus autem manifestus sum vobis. Aut nunquid peccatum feci meipsum humilians, vt vos exaltemini? Quoniam gratis euangelium dei euangelizaui vobis, alias ecclesias expoliaui accipiens stipendium ad ministerium vestrum: & cum essem apud vos & egerem, nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia, & in omnibus sine onere me vobis seruaui & seruabo.] Nam si is. quasi dicat timeo ne per illos pseudo corrumpantur sensus vestri, sed non debetis eos pati, quia non aliud prædicant quàm ego, & deterius quam ego. Cur ergo existimatis nos inferiores illis? Et hoc est quod ait, Nam si is qui venit, scilicet non missus. Vel, Qui venit, id est,

Augu. super Ioan.

Augu. in psal. 33.

venditur, quia pro quæstu temporali facit. Prædicat a-lium Christum quem non prædicauimus. i. & si prædic alium Christum excellentiorem quàm ego, quod esse nō potest. Aut si, per eos Accepistis alium .i. meliorem Spiritum quàm non accepistis, per nos: quod vtique non est, sed potius per nos, non per illos accepistis spiritum: aut si prędicat vobis Aliud euangelium. i. aliam de redemptione prædicationem, quæ esse non potest: Quod, euangelium

Ambro. Non recepistis, per nos, Rectè pateremini. q.d. Si aliud maius fit vobis per eos quàm per nos, tunc rectè pateremini. Galatis autem anathema dicit, si aliud reciperent. Corinthiis autem rectum esse dicit recipere, si aliud prędicatum fuerit: sed aliud hîc dicit, quod sit potius & maius eo quod ab Apostolus traditum fuerit. Galatis autem dicit vt non reciperent aliud. s. quod vtique non maius esset, sed

Ambrosi. contrarium. Existimo enim. Suprà egit de pseudoapostolis, nunc de veris prædicatoribus loquitur: quibus Paulus inferior videbatur, quia non fuerat cum Iesu. q.d. Si aliud prædicarent, rectè pateremini: sed quia hoc non est, nō rectè eos patimini. Et verè hoc non est. Existimo enim me nihil minus fecisse, in his, A magnis apostolis. i. quàm magni apostoli. Et ita constat quod non minus illis pseudo feci, cum nec minus fecerim, quàm magni apostoli. Magni apostoli videntur apud istos Petrus & alij, quia cum

Ambrosi. domino fuerunt. Vel pro pseudoapostolis hoc dicit, quib' se non minus eis fecisse ostēdit. Ecclesia enim Corinthiorum variis erroribus fluctuabat. Aliqui enim fauebant apostolis, qui cum domino fuerūt in carne, Paulum deformantes, quia cum domino non fuerit, de quo egimus. Alij fauebant pseudoapostolis, à quibus compositis verbis eadem audiebant, quæ ab Apostolo cōtra quos loquitur. q.d. non alia prædicabant vobis quàm ego. Et quia posset dici, quod & si eadem, melius tamen Paulo prædicarent, remouet. q.d. Nec aliud prædicant, nec melius. Existimo enim me nihil minus fecisse. i. vobis me dico tunc remotū, A magnis apostolis. Et verè non minus pseudo feci, vel veris apostolis. Nam & si, sum, Imperitus sermone, quia non orno verba. Vel quia impeditę linguæ sum, Sed, tamē Non, sum imperitus Scientia, quia scio quicquid magni.

Hoc

Hoc autem quod ait, imperitus ſermone non ad apoſtolos pertinet, quia non erant eloquentes: ſed ad pſeudo qui cōponebant verbo, quos præferebant Corinthij cauſa accurati ſermonis, cum in religione vis ſermonis neceſſaria ſit, nō ſonus vocis. Imperitus enim ſermone nō eſt reus apud Deum, ſed qui non habet ſcientiam Dei maximè quæ pertinet ad ſalutem. In omnibus autem, prædictis, Manifeſt⁹ ſum vobis, quia experti eſtis quæ per me fiunt. Ideò horū omnium prædicatorum vos mihi teſtes eſſe poteſtis & debetis. Et ideò peius eſt quod hoc ſcientes me præponitis illis. Aut nunquid. q. d. non minus illis feci: aut ſi minus feci, nunquid peccatū feci. i. nunquid peccaui in hoc? Quoniam gratis. i. ſine ſumptu, Euangelizaui vel prædicaui vobis euangelium dei. q. d. non. Et eſt ſenſus, Minus illis non feci vobis, ſed plus, quia feci gratis. vnde mihi iraſcimini, & alios mihi præponitis, cum hoc non ſit peccati ſed gloriæ, gratis prædicaui vobis. Ego, dico, meipſum humilians, operando manibus meis, Vt, ita vos Exaltemini, à morte ad vitam remotis à prædicatione pſeudoapoſtolis, & quia non putatis vos emiſſe licentiam peccandi. His enim duabus ex cauſis ſumptus debitos non accepit. Et quaſi aliquis quæreret, vnde ergo viuebas? Reſpon. Alias eccleſias expoliaui, non parua in eis ſe expendiſſe ſignificat. Cum enim dicit Expoliaui, multa accepta & data ſignificat. Expoliaui dico, Accipiens ſtipendium, ab aliis, Ad miniſterium veſtrum. i. vt poſſem vobis prædicare, & non accepi etiam ab aliquo veſtrum, nec etiam cum egerē. Et hoc eſt quod ſubdit, Et cum eſſem apud vos & egerem, nulli fui oneroſus, aliquid accipiendo. Non fui oneroſus, & ſi egerem & potui abſtinere. Nam quod mihi deerat, poſt ſpolia eccleſiarum, Suppleuerunt fratres qui venerūt à Macedonia, ab his benè correctis fuit accipiendum, ne benè ſeminantes amitterent fructum, quia ſi non acciperet, illis fortè in ſcandalum proficeret. Et vniuerſaliter dicam In omnibus. ſ. verbis & factis, non ſolum in ſtipendiis Seruaui me vobis ſine onere, quia non iactaui me de genere contra vos, nec aliquid huiuſmodi feci. & de cætero Seruabo maximè abſtinendo à ſtipendo debito. [Eſt veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur

Ambroſi.

Ambroſi.

getur in me in regionibus Achaiæ. Quare? Quia non dili. go vos? Deus ſcit. Quod autem facio & faciam, vt ampute occaſionem eorum qui volunt occaſionem: vt in quo gloriantur, inueniantur ſicut & nos. Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti. Et non mirum. Ipſe enim Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non eſt ergo magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ, quorũ finis erit ſecundum opera ipſorum. Iterum dico, ne quis me putet inſipientem eſſe. Alioquin velut inſipientem accipite me, vt & ego modicum quid glorier. Quod loquor, non loquor ſecundum Deum, ſed quaſi in inſipientia, in hac ſubſtantia gloriæ. Quoniam multi gloriantur ſecundũ carnem, & ego gloriabor.] Eſt veritas Chriſti in me. q. d. Et verè ſeruabo, quia verax Chriſtus in me loquitur. hoc. ſ. quoniam Hæc gloria Chriſti. ſ. quod gratis prędico, quod à licitis abſtineo propter ſalutẽ veſtrã, Non infringetur in me in omnibus regionibus Achaiæ, & Quare? putatis hoc fieri, Quia non diligo vos? ſ. putatis me facere odio, quod dicunt pſeudo. Deus ſcit, quod ego diligo vos: & quod pro odio non facio. Vt ſibi credatur iuramento firmat, dans teſtem Deum ſuæ dilectionis quam habebat erga eos: quia non ideò nolebat accipere, quia non illos diligebat, ſed ideò magis, quia eos amabat. Vnde ſubdit, Quod autẽ, &c. q. d. Non pro odio veſtri illud facio, ſed ideò facio vt amputẽ occaſionẽ pſeudo. i. quia diligo vos. Et hoc eſt quod ait, Quod autem facio, nunc, Et faciam, ſemper, Vt, meo exẽplo, Amputẽ occaſionem eorũ qui per me Volunt, habere Occaſionem, ſumendi veſtra. Intẽtio enim & ſtudiũ pſeudoapoſtolorum erat in pecuniis accipiẽdis. Ideóque Apoſtolus accipere renuit, ne illis eſſet forma & occaſio accipiendi. Sciebat enim quod ſi non acciperent, non diu prædicarent. Vnde ſubdit, Vt in quo. q. d. ideò non accepi vt amputem occaſionem, vt tales inueniantur ſicut & nos, id eſt, ſimiles nobis. In quo. i. in eſſe ſimiles nobis, Gloriãtur, erunt ne ſicut & nos? vtique. Nam eiuſmodi, &c. Vel ita, Vt in quo gloriantur. i. in accipiendo, inueniantur ſicut & nos. i. ſimiles nobis. Gloria enim eorum eſt in extorquenda pecunia, ſed me non accipiente non accipient.

Ambroſi. (margin, beside "odio non facio")

Ambro. (margin, beside "tur, erunt ne ſicut")

Et

Et verè non. Nam huiusmodi, &c. Vel ita. Ideò non accipio Vt in quo gloria.i.non accipiendo, Inueniantur sicut & nos.i. non meliores nobis, & cur non accipiunt? vt videantur boni. Nam eiusmodi speudoapostoli sunt operarij subdoli.s.callidè sub specie religionis decipiētes, Trāsfigurantes se in apostolos Christi. i. exterius ostendentes se esse apostolos Christi, Et nō, est hoc, Mirum. Ipse enim Satanas, qui est caput eorū, Trāsfigurat se in angelum lucis.i.ostēdit se quasi angelū Dei.s.Christū, vel aliquē cæleſtē angelū, vt decipiat: quod & ad erumnas hui⁹ vitę pertinet. Transfigurat enim se ad tētandum eos quos ita erudiri opus est, vel ad decipiendum aliquos prout iustum est. Ad quod magna Dei misericordia necessaria est, ne quisquam cum bonos angelos amicos habere se putat, habeat malos dæmones fictos amicos: eosque tanto nocentiores quanto astutiores ac fallaciores patitur inimicos. neque sancti & fideles vnius veri Dei cultores ab eorum fallaciis & multiformi tentatione securi sunt, in his dieb⁹ malignis, vbi ista solicitudo non inutilis, ne cum Satanas se transfigurat, fallendo ad aliqua perniciosa seducat. Nam quando sensus corporis fallit, mentem verò non mouet à vera rectaque sententia, qua quisque vitam fidelem gerit, nullum est in religione periculum. Vel cum se bonum fingens ea vel facit, vel dicit quæ bonis angelis cōgruunt, etiā si credatur, bonus non est error, periculosus aut morbidus. Cū verò per hæc aliena ad sua incipit ducere, ne quis post eū eat, opus est magna vigilātia: quod nemo sine Deo potest. & ipsa huius difficultas ad hoc vtilis est, ne sit spes sibi quisq;, aut homo alter alteri, sed Deus tātum: quod nobis expedire prorsus piorum ambigit nemo. Et quia Satanas transfigurat se in angelum, Non est ergo magnum si ministri eius transfigurentur velut sint ministri iustitiæ. finis quorum.s.ministrorum Christi & Satanæ, Erit secūdū opera ipsorum. Iterum dico, quasi dicat, Dixi supportate me insipientem, Nunc iterum dico apertè, ne quis putet me insipientem, in gloria spiritualium, quia pro bono facio. Alioquin.s.si in gloria illa spiritualium insipiēs sum, tunc magis Accipite, id est, accipietis, Me insipientem, in gloria carnis. Nec simpliciter dicit insipientem, sed ait

Augu. in enchirid.

velut

velut insipientem, quia nec in hoc verè insipiens est, quia pro bono facit, nec ipse habet in gloria. Accipite me, dico, quasi insipientem in hoc Vt ego glorier modicum quid, id est, secundum carnem, quæ gloriatio modica est. Quod loquor. q. d. Ideò velut insipiens sum, quia quod loquor In hac substantia gloriæ. i. in gloria carnis, quam quidam putant substantiam. i. ita amant, ac si per ea credant se subsistere. Non loquor quantum ad verborum speciem secũ-

Ambrosi. dum Deum, apud quem non surgit de carne gloria: quia apud Deum humilitas gloriosa, hæc autem ad carnis tumorem pertinere videntur, vbi insipientia est. Vnde addit, Sed quasi insipientia. Insipientia est aliquem laudare se: sed quia hoc Apostolus non propter se facit, sed propter Deum, ideò ait, quasi insipientia. Quoniam multi, &c. quasi quis quæreret, Cur ergo facis? Respon. Quia multi gloriantur, & quia suffertis eos. quod ita ait, Quoniá multi gloriantur secundum carnem. i. secundum illa quæ pertinent ad carnem, vt est nobilitas & huiusmodi. Ideò & ego gloriabor etiã secundũ carnem. Et *non mirũ* si illi gloriãtur: [Libenter enim suffertis insipiẽtes, cũ sitis ipsi sapiẽtes. Sustinetis. n. si quis vos in seruitutẽ redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciẽ vos cædit. Secũdum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerim⁹ in hac parte. In quo quis audet, in insipiẽtia dico, audeo & ego. Hebræi sunt, & ego. Israelitæ sunt, & ego. Semen Abrahæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt & ego. Vt minus sapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci. Nocte & die in profundum maris fui. In itineribus sæpè, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratrib⁹, in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate.] Libenter enim. i. voluntariè, Suffertis insipientes, in hac gloria quod non debetis, Cum ipsi sitis. i. esse debeatis, Sapiẽtes, sed non estis: quod inde hîc probatur, quod tales suffertis.

fertis. Sustinetis enim, hanc iniuriam. Si quis redigit vos, ex libertate Christi quæ est in charitate In seruitutem, legis, quæ ex timore seruire facit. Et si quis, de potestate præsumens, Deuorat. i. consumit vestra. Et si quis accipit. i. decipit laude vt deuoret, Et si quis extollitur. i. de nobilitate se iactat, Et si quis vos cædit. i. despicit improperando vobis genus. Et hoc In faciem. i. in præsentia. In facié enim cæditur, in cuius os iniuria irrogatur. hoc autem dico Secundum ignobilitatem, quam nobis obiiciunt. Hoc faciebant quidam Iudæi, qui eo quod essent de genere Abrahæ detrahebant illis eo quod essent incircuncisi, & se præferebant nobilitatem carnis sibi vendicantes: quos Corinthij tolerebant, & Apostolo præferebant. Quasi nos. q. d. Ita vos hos sustinetis, & nobis præfertis, Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte, gloriæ. In hac vtique non sumus infirmi, Quia in quo quis, illorum gloriari Audet. i. temere se iactare, quia temeritas est quod faciũt: Et ego audeo, id est audere possum, sine temeritate gloriari. In quo audet, dixi, In insipientia autem dico illos audere, quia insipientia in quo gloriantur, quia vt magni videantur de carne se iactant. Apostolus autem si quid de se dicit, non pro sua iactantia facit, sed vt eos humiliet. Hebræi, &c. Dico quod in quo quis audet & ego, ita vt in his apparet. Hebræi sunt, lingua & natione, Et ego. Israelitæ sunt. secundum ritus, & ego, Semen Abrahæ sunt, quia nõ est de proselitis, sed de genere Abrahæ, Et ego. Ministri Christi sunt, per hoc decipiebant, Et ego, minister Christi sum. Et plus, ego minister Christi. Hoc autem vt minus sapiés, quàm deberem, quia non est hominis se laudare. Per hoc ostendit se coactum in laudem suam prorupisse. Nam qui sponte ea refert quæ ad laudem eius proficiant, imprudentem se non dicit. Deinde ostendit quomodo sit minister Christi plusquàm illi, subdens, In laborib⁹. q. d. Ego dico ostensus minister Christi In laboribus plurimis, quibus plusquàm illi, immò & plusquàm veri apostoli laboraui. Hoc ideò dicit, quia & illi pseudo aliquos habuerunt labores, vt viderentur apostoli: sed iste magis laborauit. Occasione autẽ inuẽta etiã veros apostolos tãgit, quibus plus laborauit, ne in se videatur minor gratia. Deinde labores

Ambrosi. August. Ambrosi. Augusti. Ambrosi.

Ambro. partes ostendit, subdés, In carceribus, ostésus sum minister Christi abūdantius quàm illi, Et in plagis.i.in verberib⁹, quæ fuerunt Supra modum, humanæ virtutis vel aliorū, In mortibus.i.in periculis mortis, Frequēter, fui. frequentius enim pericula sustinuit quàm cæteri. Deinde exponit plagas, subdens, A Iudęis quinquies.i.quinque vicib⁹ Accepi quadragenas, percussiones, Vna minus, ne immisericordes viderentur. Quinquies enim flagellatus à Iudæis secundū legem Moysi, accipiēs plagas.xxxix. sicut scriptū est in Deuteronomio. Quod ergo per quinque vices factū est, hîc summatim refert. Ter virgis cæsus sum, hæc agentibus passus est. Item Semel lapidatus sum, in ciuitate Lycaonia. Ter naufragiū feci.i. pertuli. Nocte & die, fui In profundo maris.i. in alto mari fui detentus tempestate. Vel ad literam. In itineribus sæpè, ostensus minister Christi In periculis fluminum, in poriculis latronū, quos diabolus cum in ciuitate eum occîdere non posset, ei excitabat in via, cum tamē nihil ferret quod latrones cuperēt. In periculis ex genere, meo.i.à Iudæis procuratis: ideò quia lege eorū deserta ad euāgelium me conuerti. In periculis ex

Ambro. gentibus, propter vnius Dei prędicationē. Item probatus sum minister Christi In periculis in ciuitate. i. in cómotionibus ciuiū cōtra me. Itē, In periculis in solitudine, quę erant vel à serpētibus vel à penuria ciborū. Itē in periculis in mari, quæ non erāt ex mari, sed in mari, vt hoc diuersum sit à superiori. Superius enim vocauit pericula quæ ex mari fuerunt. Itē probatus sum minister Periculis in falsis fratribus.i. quæ ab hæreticis sunt, qui sunt falsi fratres: vt illi qui dicūt Paulū legalia tenere, sed nō facilè aliis aperire. Vnde alibi Apostolus ait, Ego adhuc si circuncisionē prędico, &c. Item probatus sum minister Christi In labore, manuū: & Erumna, morborū & huiusmodi, In vigiliis, quę sunt pro opere vel pro aliis. Itē probatus sum minister Christi, In fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Cū Apostolus se cōmemorat laborasse in fame & siti, vbi ergo est promissio Dei dicētis, Primùm quærite regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis? Videtur enim promissio domini titubasse, cū Apostol⁹ dicat se laborasse in fame & siti, in frigore & nuditate. Sed nouit ille medicus

Augu. de sermo. in monte.

Augu. in eodem.

cus cui semel nos totos cōmisimus, & à quo promissionem vitæ præsentis & futuræ habemus, hæc adiutoria quando apponat & quādo detrahat, sicut nobis expedire iudicat ad nos consolandos & exercendos in hac vita. [Pręter illa quæ extrinsecus sunt, instātia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarū. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scādalizatur, & ego nō vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit qui est benedictus in sæcula, quod nō mētior. Damasci prępositus gētis Aretæ regis custodiebat ciuitatē Damascenorū vt me cōprehēderet, & per fenestrā in sporta demissus sum per murū, & sic effugi manus eius.] Pręter illa, verò, Quæ extrinsecus. i. in corpore, quę à persecutoribus patior & aliis modis, angit me in animo, Instātia mea quotidiana, quæ nec vna hora remittitur. Quæ est illa? s. Sollicitudo omniū ecclesiarū, quæ ex charitate prouenit. Quanto ergo maior charitas est, tanto sunt maiores plagę de peccatis alienis. Vnde q apponit sciētiā, apponit dolorē. Si ergo abūdat vitę charitas, magis dolebis peccātē. Et vide qualis est sollicitudo Apostoli, q̃ paterna: q̃ materna quę tāta est vt dicat, Quis de oībus fidelibus īfirmatur, vel in fide, vel in aliqua virtute: Et ego non infirmor? quia ita de illo sicut de me doleo. Et, Quis scandalizatur, aliqua molestia tribulationū, Et ego nō vror? igne charitatis qua ei cōpatior. Oēs.n. qui scādalū patiūtur frixoriū sunt habētiū charitatē. i. ossiū quę ferūt carnes. i. pfectorū qui portāt & regunt carnales. Vnde, Et ossa mea sicut in frixorio cōfrixa sunt. Et nota quòd ait vror. Vrunt quidē homines tribulationes sed bonos, nō ad cōsumptionē immò ad purgationē. Tribulatio.n. tāquā emplastrū mordax vrit te, sed sanat te: maximè aūt iste affectus q hoc verbo (vror) exprimitur purgat, quia de charitate venit. Et cū hæc sint, Si oportet gloriari, sicut vtiq; oportet pro vobis, ego Gloriabor, nō de potētia vel genere, vt pseudo faciūt: sed de his Quæ sunt infirmitatis meæ, & si in his videatur esse abiectio. & vt vera esse ostēdat quę dixit vel dicturus est, iuramēto cōfirmat subdēs, Deus, qui nouit omnia, Et pater Iesu Christi domini nostri, cuius. s. seruus sum, & vos eidē seruire debetis, Qui est benedictus. i. laudatus p nos fideles In sęcula, scit

Augus.

Augu. in psal. 28.

Augu. in psalm. C.

Augu. in lib. cōtra Maniche.

August.

quòd non mentior, in ſupradictis, vel in hoc quod dictur' ſum .ſ. quod mihi contigit. Damaſci. Quid eſt illud? Ecce, Præpoſitus &c. Ecce iterum infirmitas cõmemoratu.q.d. hoc accidit mihi, Damaſci.ſ. Præpoſitus gentis Aretæ regis, qui ſub Areta rege illi genti præerat, Cuſtodiebat, ammonitione Iudæorum, Ciuitatem Damaſcenorum vt me comprehenderet, ne amplius prædicarem. Et per feneſtrã in ſporta demiſſus ſum, à fratribus Per murum. Hoc quidã indignè factum eſſe dicunt, quia non Dei auxilio liberat' eſt. Sed antè nõ eſt neceſſarium ſuffragium Dei, quàm deficit humanum: nec debet aliquis expectare diuinum auxilium, dum habet quid faciat, ne videatur tentare Deum. Ideò & Apoſtolus à diſcipulis per feneſtram in ſporta demiſſus eſt, vnde effugeret. Vnde ſubdit, & Sic effugit man' eius, præpoſiti. Videtur non feciſſe ſicut bonus paſtor, ſed vt mercenarius, cui non eſt cura de ouib⁹, quas lupo veniẽte deſerit. Sed nunquid non fuit ei cura de ouibus, quia fugit? Fuit planè. Eas enim paſtori in cælo ſedenti orationibus commedabat, & vtilitati earum ſe fugiendo ſeruabat. quod ab ipſo ſummo paſtore dictum audierat, Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Quis autem credat hoc dominum ita fieri voluiſſe, vt neceſſario miniſtro ſine quo viuere nequeunt desererentur greges quos ſuo ſanguine cõparauit. nec ipſe Chriſtus hoc fecit, quãdo portantibus parentibus in Aegyptum paruulus fugit, quia necdum eccleſias congregauerat, quas ab eo deſertas fuiſſe dicamus. Faciant ergo ſerui Chriſti miniſtri verbi quod præcepit vel permiſit, ſicut ipſe Chriſtus in Aegyptũ fugit. Fugiant omnino de ciuitate in ciuitatem, quando eorum quiſquam ſpecialiter à perſecutoribus quæritur, vt ab aliis qui non ita requiruntur non deſeratur eccleſia, ſed præbeant cibaria cõſeruis, quos aliter viuere non poſſe nouerunt. Cum autem omnium.i. epiſcoporum & clericorũ & laïcorum eſt commune periculum, hi qui aliis indigent non deſerantur ab his quibus indigent, Aut igitur ad loca munita omnes tranſeant, aut qui habet neceſſitatem remanendi, non relinquetur ab eis, per quos illorum eſt eccleſiaſtica ſupplenda neceſſitas: vt vel pariter viuant, vel pariter ſufferant, quod eos paterfamilias volet pati.

Ambroſi.

Augu. ſuper Ioan.

Auguſ. ad ordinat. epiſcopũ.

Capu

CAPVT XII.

SI gloriari oportet,non expedit quidem. Veniam autē ad visiones & reuelationes domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim siue in corpore siue extra corpus nescio, Deus scit,raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominem siue in corpore,siue extra corpus nescio, Deus scit:quoniam raptus est in paradisum,& audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui.] Item si præter prædicta Gloriari oportet,propter pseudo veniam narrando,non ad ea quæ infirmitatis sunt,sed Ad visiones,dico Si oportet gloriari, quod Quidem non expedit, respectu ipsius gloriationis,sed propter vestram vtilitatē & pseudo depressionem:& ideo cū multa dixerim de laboribus & infirmitatibus meis, nunc Veniā, narrādo Ad visiones& reuelationes.i. secreta quæ vidi & plenè intellexi:non vt Pharao qui vidit & non intellexit. Quæ visiones sunt Domini.i.de domino, vel quas dominus aperuit.& quæ sint illæ visiones aperit de se, quasi de alio loquens.Scio hominem. Consuetudo erat eorum qui sacras literas nobis ministrarunt,vt quando ab aliquo eorum narrabatur historia, cum ad seipsum veniret tanquam de illo loqueretur. Hoc enim Matthæus fecit, & Ioannes, & Moyses : ita enim de seipsis locuti sunt tanquam de aliis. Inusitatius autem hoc fecit Apostolus,non in historia vbi rerum gestarum suscipitur explicanda narratio:sed in epistola sic inserens se ordini narrationis suę tanquam rerum gestarum scriptor, non tanquam suiipsius prædicator. Nihil enim deperit veritati quando & res ipsa dicitur,& dicendi iactantia quodammodo vitatur.hoc quippè narrabat quod ad laudem dei pertinebat. De se ergo quasi de alio ait,Scio hominem,manentem In Christo.i.cōformem Christo,quia aliter non videret Raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum. Hoc autem accidit illi homini, Ante annos quatuordecim.Quatuordecim enim anni iam erant transacti à tempore quo vidit visionem vsque ad illud quo narrauit. Modò ergo pro meritis maior erat, & ex eo quod tandiu tacuit constat non superbè, sed ex necessitate dici. Scio,inquam, huiusmodi hominem raptum, sed Nescio, qualiter sit raptus.s.siue anima remanente In

Augu.super Ioan.

corpore,siue extra corpus,eadem assumpta:sed Deus scit, qui hoc facere potuit. Hoc ignorauit Apostolus, vtrũ quádo raptus est in corpore fuerit anima, an omnino de corpore exierit vt corpus mortuum iaceret, donec peracta illa demonstratione membris mortuis anima redderetur, & mortuus omnino reuiuisceret. Et quia ipsa à corpore alienatio, vtrum omnino mortuum corpus reliquerit, an secũdum modum quendam viuentis corporis vbi anima fuerit, sed mens eius ad videnda vel audienda ineffabilia illius visionis arrepta sit, hoc incertum erat. Et ideò forsitã dixit, Siue in corpore, siue extra nescio, deus scit: hoc nescio, sed certissimè scio, Huiusmodi hominem raptum.i.cõtra naturam eleuatum Vsque ad tertium cęlum.s.empireũ, quod statim factum angelis sanctis fuit repletum. & dicitur Empireum.i.igneum à splendore, non à calore. Intelligitur verò vltra omnia sydera mũdi fuisse raptus, & ideò magnificum, & mirabile est quod narrat. Primum cęlũ aereum est, vnde dicuntur aues cęli. Secundum firmamẽtũ: vnde in Genesi, Fiat firmamentum, & vocauit firmamentũ cęlum. Tertium cęlum spirituale, vbi angeli & sanctę animæ fruuntur Dei contemplatione. Ad quod cum dicit se raptum, significat quod deus ostendit ei vitam in qua viuendus est in æternum. Vel tres cęli intelliguntur tria genera visionum. Et est sensus, Scio hominem huiusmodi raptum.i.cõtra naturã eleuatũ, Vsq; ad tertiũ cęlum.i.ad cognitionẽ deitatis. Nam primũ cęlũ est corporalis visio, cũ quædam corporaliter vidẽtur dei munere quæ alij videre nequeunt, vt Heliseus vidit ignotos choros quãdo raptus est Helias. Et Balthasar vidit manũ scribentem in pariete Rechel, Phares. Secundũ cęlũ est imaginaria vel spiritualis visio, quãdo aliquis in extasi vel in somno videt, nõ corpora sed imagines rerũ dei reuelatione, vt Petrus vidit discũ. Tertiũ cęlũ est intellectualis visio, quãdo nec corpora nec imagines eorũ videntur, sed incorporeis substantiis intuitus mẽtis mirà dei potẽtia figitur. Ad hãc raptus est Apostolus, vt ipsum deum in se non in aliqua figura videret. Et hæc visio duabus aliis multo excellentior est. Quod ergo nõ per corpus videtur nec imaginaliter, sed propriè, hoc ea visione videtur quæ omnes alias superat. Occurrũt enim

Augu.super.Genesim ad lit.

Ambrosi.

Augu. in lib.super Genesim.

enim tria genera visionum, vnum per oculos quibus ipsę literæ videntur. Alterũ per spiritũ hominis, quo proxima & absentia cogitãtur. Tertiũ per cõtuitum mẽtis, quo ipsa dilectio intellecta cõspicitur. In his tribus generibus illud primùm manifestum est omnibus quo videtur cęlũ & terra, & omnia oculis cõspicua. Nec illud alterũ, quo absentia corporalia cogitantur insinuare difficilè. Cœlum enim & terram & quæ in eis videre possumus, etiam in eis cõstituti cogitam⁹. & aliquãdo nihil vidẽtes oculis corporis, animo tamen corporales imagines intuemur: vel veras sicut ipsa corpora vidimus & memoria retinemus, vel fictas sicut cogitatio formare potuerit. Aliter enim cogitamus quod nouimus, aliter quod non nouimus. Tertium verò illud quo dilectio intellecta conspicitur, eas res continet, quę nõ habent imagines sui similes, quæ non sint quod ipsę. Dilectio enim videtur pręsens in specie qua est. & aliter absens in aliqua imagine sui simili, sed quantũ mẽte cerni potest: ab alio magis, ab alio minus ipsa cernitur. Homo verò vel arbor & alia corporalia & præsentia videntur in suis formis, & absentia cogitantur imaginibus animo impressis. Hæc sunt tria genera visionũ, Primũ apellatur corporale, quia corporeis sensibus exhibetur. Secũdũ spirituale, quia quicquid corp⁹ nõ est, & tamẽ substãtia est, iam rectè spiritus dicitur. Tertiũ verò, intellectuale ab intellectu. Tria igitur ista genera visionũ. s. corporale, spirituale, intellectuale, singillatim cõsiderata sunt. Secũdum prima visionẽ vidit Balthasar manũ, cõtinuoq; p corporis sensum imago rei corporaliter factæ spiritui eius impressa est: atq; in ipso viso facto & pręterito illa in cogitatione permansit. videbatur illud in spiritu & non intelligebatur, nec tunc intellectum erat, cũ corporaliter fieret & appareret: iam tamẽ signũ esse intelligebatur, & id ex mẽtis officio erat: sicut & ipsam inquisitionẽ qua requirebatur quod illud significaret, vtiq; mẽs agebat: quo nõ comperto, Daniel accessit: & spiritu prophetico mẽte illustrata quid illo signo portẽderetur aperuit. Melius dicẽdus propheta per hoc genus visionũ, quod mẽtis est propriũ, quàm ille qui & signũ factũ corporaliter viderat, & trãsacti eius imaginẽ in spiritu cogitãdo cernebat. Secundum visionem secundam vidit Pe- Aug. sup Genesim.

trus in extaſi,diſcum plenum variis animalibus,& audiuit vocem, Macta & manduca. Redditus autem corporeis ſenſibus id ipſum quod viſum in ſpiritu memoria tenuerat,in eodem ſpiritu cogitando cernebat: quæ omnia non corporalia,ſed corporalium imagines erant,ſiue cum primùm in extaſi viſæ ſunt, ſiue cum poſteà cogitatæ. Cum verò diſceptabatur & requirebatur quid illa ſignificarent, mẽtis erat actio conãtis,ſed deerat effectus donec mens diuinitus adiuta intellexit,quid illud ſignificaret hac viſione. Quæ dicitur intellectualis ea cernuntur, quæ nec cernuntur corporea, nec vllas gerunt formas ſimiles corporum, velut ipſa mens,& omnis animæ affectio bona. Quo enim alio modo ipſe intellectus niſi intelligendo conſpicitur? nullo. Ita & charitas, gaudium,pax, fides, *& huiuſmodi*, quibus propinquatur Deo,& ipſe Deus,ex quo omnia, per quem omnia,in quo omnia. Et habent hæ tres viſiones ordinem ſuum. Præſtantior enim eſt viſio ſecunda quàm prima,& tertia quàm ſecunda. Hac enim mens ſubuecta rapitur in illam quaſi regionem intelligibilium, vbi ſine omni imagine corporis videt perſpicuam veritatem, nullis opinionum falſarum nebulis fucatam. Ibi virtutes animæ nõ ſunt operoſæ ac laborioſæ. Non enim opere temperantiæ libido frenatur, nec opere fortitudinis aduerſa tollerantur,nec opere iuſtitiæ iniqua puniuntur,nec opere prudẽtiæ mala vitantur. Vna ibi & tota virtus eſt amare quod videas,& ſumma fœlicitas habere quod amas. Ibi beata vita in fonte ſuo bibitur:inde aliquid aſpergitur humanę vitæ,vt in tentationibus huius ſæculi, temperanter,fortiter, iuſtè, prudentérque viuatur. Propter illam veritatis viſionem vt in Syna,vel per ſpiritualem vt vidit Iſaias,& Ioãnes in Apocalypſi, ſed per ſpeciem non in ænigmate omnis labor ſuſcipitur. Hoc modo viſionis petiuit Moyſes videre Deum.i.in ſubſtantia qua Deus eſt,quem multis figuris viderat,& facie ad faciem ei locutus erat: quia ibi.i. in illa ſpecie qua deus eſt longè ineffabilius & præſentius, id eſt ſecretius videtur, & arcana dicit.i. reuelat: vbi.i.in qua claritate ſpeciei nemo viuens in iſtis ſenſibus deũ videt. Hoc eſt tertium cœlum.ſ. viſio qua Deus videtur facie ad faciem: & iſte eſt paradiſus, ſi dici poteſt,paradiſorum.

Augu. in eodem.

rum. Nam & presens ecclesia paradisus dicitur, & paradisus dictus est ille in quo Adam corporaliter vixit. Ad illud tertium cœlum raptum, se dicit Paulus, sed an in corpore, an anima separata, se nescire dicit: quasi dicat, Non humano sensu vidi, vt & si in corpore anima existente viderit, non sit contra illud quod dominus dicit Moysi, non videbit me homo, & viuet. Tunc enim Apostolus, non vixit homo, id est secundum vsum sensuū corporis, sed ablatus est ei omnis sensus hominis. Quia necesse est abstrahi ab hac vita mētem ipsam, quando in illius ineffabilē visionis lucē assumitur, & nō sit incredibile quibusdam sanctis nondum, ita defunctis, vt sepelienda corpora remanerent etiam istam excellentiam reuelationis fuisse concessam. Cur ergo non credamus, quòd tāto Apostolo doctori gentium rapto vsque ad istam excellentissimam visionem, voluit Deus demonstrare vitam, in qua pòst hác videndus est in æternum? Et cur non dicatur iste paradisus, quasi regio vbi animę bene est, nisi scilicet ipsam Dei substantiā, verbúmque Dei ac spiritum sanctum ineffabiliter videt? Vnde subdit, Et scio, &c. Vel ita, Vt per tres cœlos intelligantur, tres ordines angelorum secundum Dionysium, qui tres ordines angelorum constituit, ternos in singulis ordinibus ponens. In primo ponit angelos, archangelos, virtutes. In secundo, principatus, potestates, dominationes. In tertio, thronos. cherubin, & seraphin, Quorum tertius ordo vicinius, deum contemplatur. Ad quorum similitudinem deum vidisse dicitur Apostolus. Et hoc est tertium cœlum, ad quòd raptum se dicit Apostolus, vt scilicet, sicut illi deum videret. Vel, primum cœlum est cognitio cælestium corporū: Secundum, cognitio cælestium spirituum: Tertium, cognitio deitatis, ad quā raptus est Apostolis. Et nota quòd similiter tertium cœlum exposuimus in secunda sententia · sed primum, & secundum aliter, quàm hic, & ideo distinguitur hæc sententia ab illa. Deinde quasi aperiens, quid tertium cœlum dixerit: subdit, Et scio huiusmodi hominem raptum. Nota quòd se bis raptum dicit, Siue in corpore, siue extra corpus, ita scilicet, quòd de corpore exierit anima, Nescio deus scit, sed hoc scio Quoniā raptus est in paradisum. i.

Augus. ad paulinam de videndo deo.

Aug. sup Genesim.

in eam

in eam tranquillitatem, qua fruuntur illi, qui sunt in cæle-
sti Hierusalem: & sic potuit videre, quod nunquam corpo-
August. reis sensibus impeditus videre posset. Tunc enim facta est
ab huius vitæ sensibus quædam vehemētissima intentio-
nis auersio. Et tunc audiuit arcana verba, id est, perce-
August. in psal. 134. pit intimationem de secreta dei essentia, quasi per verba,
Quæ non licet homini loqui, id est, verbis explicare. Di-
xit equidem quod posset hominib⁹ dici, & tenuit apud se
quod non posset dici: ergo & audiatur ad quod possumus
attingere, & credatur ad quod nō possumus. Si diceremus
illi, rogamus te explica magnitudinem ipsius. nónne for-
tè hoc responderet nobis, Non est valde magnus quem vi-
Ambrosi⁹ deo, si à me potest explicari. Deinde ne de se gloriosè ef-
fari videretur, non fui. Sed rei magnitudinem in se com-
mendans ait, [Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem
nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nam, & si voluero glo-
riari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco au-
tem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut
audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationū extol-
lat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Sata-
næ, vt me colaphizet. Propter quod ter dominū rogaui, vt
discederet à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea.]
Pro huiusmodi visione, vel homine, Gloriabor, id est cō-
mendabo me, Pro me autem, fili Abrahæ, & huiusmodi,
Nihil gloriabor, nisi fortè, In infirmitatibus meis. i. de tri-
bulationibus quas patior. Nam. q. d. dico gloriabor, & re-
ctè. Nam etsi voluero, de reuelatione, vel infirmitate, non
ero Insipiens, & si videar. Et verè non. Veritatē enim di-
cam, pro vestra vtilitate: quod in sequenti ostēdit, vbi ait,
Omnia autē propter vestram ædificationem. Parco autē.
q. d. possem & de pluribus aliis gloriari, Sed parco. i. parcè
refero vix pauca, dicens, Ne quis, infirmus Existimet me,
esse Supra id quod videt me, esse, Aut audit, ab aliis. Ex
me. i. de me, cū non nisi infirmitas videatur in me: vel ab
aliis qui vident, audiatur. Si ante magna referrē, & plura,
putarent fortè infirmi me, nō esse infirmū, sed hominē im-
mortalem, vel angelum, & eiusmodi. Ideò ergo parcè de
se loquitur, ne quis existimet eū esse supra id quod videt,
vel audit, vt. s. pro magnis illis, nō esse homo mortalis, &
fragi-

fragilis videatur. Vel pro obtrectatoribus hoc dicit, pro quibus nõ magnificè gloriatur, ne dicãt eũ ex elatione, nõ ex veritate id facere. Et est, Parco au.i. parcè glorior, ne quis detractor Existimet me, tẽdere elationis tumore, Supra id, aliquid Quod videt ĩ me, aut audit ex me.i. vltra id quod limes meritorũ meorũ tẽdit, vel admittit. Et ne, &c. q.d. parco multũ gloriari. Ne autem aliter pute r Etiã sti. carnis.i. stimulus pungẽs carnem, à deo Datus est mihi.i. ad meam vtilitatẽ.s. ne magnitudo reuelationum extollat me in superbiã. Cætera enim vitia tantũ in malefacto valent: superbia verò sola in rectè factis cauẽda est. Cũ enim quisq; bene ꝑfecerit, superbia tentatur, vt perdat totũ ꝑfectũ. Non itaq; mirum, si cõtra capitale vitiũ, appositum sibi Apost. dicit mordax epithima, quo tumor curaretur. Quis ergo de se securus est? Quomodo securus agnꝰ egredietur, vbi aries sic periclitari meruit? Ecquis est ille stimulus, qui da. est? Ang. Satanę.i. ange. malignus missus à deo: & propter aliud, à Satana missus venit. Dñs enim ad cõseruationẽ humilitatis immisit. Diabolus autẽ venit, vt ad effectũ traheret. Deus autẽ ad hoc iustè, non parcebat, vt eius virtutẽ in infirmitate perficeret, dans colaphizantem angelum. Diabolus enim, nõ hoc agebat, ne magnitudine reuelationũ Paulus extolletur, & vt virtus eius perficeretur. Sed à deo traditus erat iustus colaphizandus angelo Satanæ, qui per eum tradebat iniustos ipsi Satanæ. Hoc ergo remediũ datum est Apostolo à deo, vt tẽtationibus pressus, nõ extollatur. Vnde subdit, Vt me colaphizet. q.d. datus est mihi angelus Satanæ, vt, vel Qui me colaphizet, vt reprimat omnem motum superbiæ incutiẽdo tribulationes, & dolores. Nam & dolore quodã corporis trahitur vehementer agitatus. dolores autem corporũ plerunq; immittuntur ab angelis Satanæ, sed hoc, nõ possunt nisi permissi. Sic & Iob probatus est, permissus est ad eum probandũ Satanas, & percussit eũ vulnere. Immundus eñ permittebatur, sed sanctus probatur. Sic ergo angelus ille Satanæ permissus est, & quasi libenter venit colaphizare apostolũ, sed apostolus curabatur. Vel ita, Datus est ang. Satanæ, qui me colaphizet, tentãdo per libidinẽ, vt quidã aiunt. Tentatio autẽ cui non cõsentitur, nõ est peccatum, sed

Ambrosi.

Augu. de nat. & gr.

August. in psal. 8.

Augu. de verb. apo.

Augu. cõtra Faust.

Ambro.

Ambrosi.

Augu. in psal. 130.

ſed materia exercendæ virtutis. Hoc intellige dictum de tentatione, quæ fit ab hoſte, nō à carne: quæ peccatum eſt veniale, ſi ei non conſentiatur. Propter quod, ſcilicet, quia grauiter colaphizabar, ego humanè timens, Ter. q. d. multotiens rogaui dominum, qui ſolus poteſt facere, vt ſtimu-
Augu. in lus Diſcederet à me, quia grauis erat medicina infirmo, &
pſal. 193. ideo rogauit medicum, vt auferret quod apposuerat, quia moleſtum erat: vt cum medicus apponit vulneribus aliquod fortè epithima, moleſtum, & ardens quo curādus eſt ille cuius viſcera tumebant: rogat ille medicum, cum illo medicamento cruciari ceperit, vt auferat, medicus autem conſolatur, & monet patientiam, quia nouit eſſe vtile quod appoſuit. Sic & Apoſtolus ait, Rogaui dominum, vt diſcederet ſtimulus, id eſt rogaui medicum, vt auferret moleſtum epithima, quod mihi appoſuerat, ſed audiui vocem medici Et dominus melius mihi prouidēs, Dixit mihi, per inſpirationem, vel per angelum, O Paule Sufficit tibi gratia mea, ſcilicet, quod dedi tibi in omnibus, ſcilicet quod feci te de infideli fidelem, de perſecutore apoſtolū, & plus omnibus laborātem, & arcana videntē: vires quoque ſtimulos tolerandi tibi addidi. Et noli hoc orare, vt diſcedat ſtimulus. [Nā virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. Cum enim infirmor, tunc potens ſum. Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis. Ego enim à vobis debui commēdari. Nihil enim minus feci ab his, qui ſunt ſupra modum apoſtoli. Tametſi nihil ſum, ſigna tamen apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, ſignis, & prodigiis, & virtutibus. Quid eſt enim, quod minus habuiſtis præ cæteris eccleſiis, niſi quòd ego ipſe non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam.] Nam, id eſt quia, Virtus perficitur in infirmitate. i. perfectio virtutum eſt, quæ habet infirmitatem contrarium, cū qua legitimè certet, quia certando ac-
Auguſti. quiritur victoria, & ſic fit virtutis conſummatio. Nota quod exauditur diabolus petens Iob tentandum, & non exauditur Apoſtolus, petens ſtimulum remouendū. Exaudiuit

eum

eum,quem disposuerat damnare,& non audiuit eũ, quem volebat sanare. Nam æger petit multa à medico,quæ medicus non dat:non exaudiuit ad voluntatem,vt exaudiat ad sanitatẽ. Ita & dominus non exaudiuit Paulum ad voluntatem. Non est magnũ à deo exaudiri ad voluntatem, sed ad vtilitatem. Aliquando Deus iratus dat, quod petitis. Cum verò ea quæ Deus laudat,& promittit ab illo petitis, securi petite. Illa enim propitio Deo conceduntur. Quando autem petitis temporalia,cum modo petite,& cũ timore illi committite: vt si prosint det, si scit obesse non det. Quid enim obsit,vel prosit medicus nouit,non egrotus. Libenter igitur. quasi dicat, Et quia virtus in infirmitate perficitur,igitur,non inuitus,Sed libenter gloriabor in infirmitatibus meis,ad hoc datis,vt Virtus Christi inhabitet in me,id est,vt gratia Christi confirmetur in me. Propter quod,scilicet,quia ad hoc datæ sunt infirmitates, non solum in his gloriabor ad alios,sed etiam Placeo mihi,id est multum delector. In infirmitatibus.& in quibus delectetur exponit: In cõtumeliis, verborum. In necessitatibus, id est in, penuriis necesseriorũ. In persecutionibus,quæ fiũt de loco ad locum. In angustiis, id est in anxietatibus animi illatis, Pro Christo. Et rectè in his placeo. Cũ enim infirmor, exterius, Tunc sum potens,id est victor efficior. Verum est enim,quia tunc vincit Christianus,cum perdere putatur:& tunc perdit perfidia,cũ se vicisse gratulatur. Plaudit ergo Christianus,cum illi insultatur,& surgit, cum præmitur. In his autem omnibus cõmendationibus Factus sum insipiens, id est videor factus insipiens:sed vestra culpa, Quia vos me coegistis, qui debuistis contra pseudo commẽdare me. Vnde subdit, Ego enim debui à vobis commendari,quod vos non fecistis,& ideo coactus in laudem meã prorupi. Et verè debui. Nihil enim minus feci,vobis, Ab his,scilicet Petro,& Iacobo,& aliis,id est ad comparationẽ horum, vel ab his tunc remotus,Qui sunt apostoli supra modum,meum, id est,digniores,quàm ego, sicut quibusdam videtur: sed non est minor illis,nec in prędicatione, nec in signis faciẽdis:nõ dignitate minor est,sed tempore. Si autem,de tempore ei perscribendum putatur,ergo & Christo: quia ante cœpit Ambros.

Ioan-

Ioannes prædicare, quàm Christus: & non Christus Ioānem, sed Ioannes Christum baptizauit. Non ergo sic iudicat Deus. Tametsi, quasi dicat, Verè nihil minus vobis, quia Tametsi nihil sum, id est nihil esse videor quibusdā, Tamen signa apostoli, Vel, Apostolatus mei facta sunt in vobis, id est à Deo qui est super vos. Vel, Facta sunt super vos, id est plusquàm digni sitis: ac si diceret, Licet quibusdam nihil videar, tamen ea feci authore Deo, quæ me Apostolum designant. Hæc autem sunt signa apostolatus mei, scilicet quod ego fui in omni Patientia, aduersorum.

Ambrosi. Patientiam primam memorat, quæ ad minores pertinet, quia diu illos portauit, quasi impatientes ægros, vt habita potestate signorum, quasi medicina curaret vulnera erroris eorum. Vnde subdit, Et signis. q. d. & ostendi signa apostoli. In signis & prodigiis, id est in minoribus, & maioribus miraculis, & virtutibus mentis, scilicet in castitate, & aliis. Vel, hæc tria ita distinguè, vt intelligas, quòd virtus est genus signorum, & prodigiorum, id est, nomine virtutis omne miraculum accipias. Signum vero quod in quocunque tempore aliquid significat, & est prodigij genus, prodigium est, quod in futuro significat. Vel signum & prodigium sunt in his, quæ cōtra naturam fiunt: Virtus verò in his, quæ non contra naturam fiunt, vt per impositionem manus, & orationes à morbo homines liberare. Quid enim. q. d. Verè non minus feci vobis, quia vos non habetis min⁹ per me, q̄ aliæ ecclesiæ per illos: sed amplius, quia gratis prædicaui vobis. quod ita dicit, Quid enim est quòd minus habuistis præ cæteris ecclesiis, id est, quid minus habuistis per me, quàm cæteræ ecclesiæ per illos, Nisi quòd ego ipse nō grauaui vos, accipiendo vestra. Quòd si

Ambrosi. putatis iniuriam, vt imperiti, Donate mihi hāc iniuriam.

Ambrosi. q. d. non est hæc iniuria, sed bonum opus. Vnde laude dignus sum. Si ergo pro bono opere vos offendi, ignoscite mihi. Et quia stultus boni accusator est, vt illos imperitos ostēderet, veniā ab eis postulat eius facti, de quo laude dignus est. [Ecce tertio, hoc paratus sum venire ad vos, & nō ero grauis vobis. Nō enim quæro, quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Ego autē libentissimè impendam, & superimpendar

pendar

pendar, ipſe pro animabus veſtris, licet plus vos diligens, minus diligar. Sed eſto. Ego vos nõ grauaui, ſed cũ eſſem aſtutus dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorũ quos mi ſi ad vos, circunueni vos? Rogaui Titum, & miſi cum illo fratrẽ. Nunquid Titus vos circunuenit? Nónne eodẽ ſpiritu ambulauimus? Nónne eiſdem veſtigiis? Olim putatis quod excuſemus nos apud vos. Corá deo in Chriſto loquimur.] Ecce. q. d. Non grauaui vos, neq; grauabo. Nã qui primo veni & ſecundo, me venire promiſi, & paraui. Ecce tertio, hoc paratus ſum venire ad vos. Nõ tertio venit, ſed tertio venire paratus fuit. Paratus ſum dico, & veniã quidem, Et tunc nõ ero grauis, accipiẽdo veſtra. Hoc dicit, ne videatur callidè, tunc nõ accepiſſe, vt nunc abundantius acciperet. Ideò cõtra obtrectatores oſtẽdit ſe in ea voluntate manere. Non enim. q. d. Verè nõ ero grauis. Non enim quæro quę veſtra ſunt. ſ. diuitias in auro & argento, &c. Sed quæro ſaluare Vos, quod aliter non fieret, niſi à ſumptibus abſtinerẽ. Oſtendit ideo accipere nolle ab eis, vt eos lucraretur: vt intelligẽtes, quia pecunię præponit eos, tandẽ cognoſcerent affectũ illius erga eos. Nõ quærebat Apoſt. datũ, ſed fructũ, ne quaſi venditor euangelij putaretur: eſt tamen verè mercator domini ſui, nam prorſus vẽdit. Dat enim ſpiritualia, & quęrit nõ quidẽ carnalia, ſed maius preciũ. i. ipſos homines. Sicut Ioſeph frumenta vendẽs in Aegypto, nõ argentũ quęrebat, ſed ipſos ementes ſeruos regios faciebat, & ſic frumẽta quæ nõ vendidit, vendidit. Vẽditionẽ ergo iſtã intelligite gratuitã, & aliquis emit gratis. Vnde dictũ eſt, Sitiẽtes venite ad aquã, & emite vobis ſine argento. Quando emis, non argentum das teipſum das, & ita emis. Nec. n. q. d. ideò nõ quæro veſtra, quia ſicut carnales filij nõ theſaurizãt parentibus carnalibus, ita Nec debẽt filij, ſpirituales Theſaurizare. i. diuitias cõgregare, & ſi neceſſaria præbere, Parentibus, ſpiritualibus. Vos autem theſaurizatis pſeudoapoſtolis. Sed, potius parentes, ſpirituales, debent Filiis ſpiritualibus theſaurizare diuitias vitæ æternæ, & etiã temporalia impendere, ſicut carnales patres carnalibus filiis faciunt. Carnales vtique patres filiis congregant. nam & ſpirituales dignum eſt, vt à filiis ſumptus accipiant ad ſuſtentandam vitam.

Ambroſi.

Augu, in ſer. de muliere forti

vitam. Hic auté probat se nolle accipere, vt transferat causam carnalis patris ad spiritualem. & dicit, nō solum se pro salute eorum velle impendere sua, sed etiam mori paratū. Vnde subdit, Ego autem, vel enim, Libentissimè, non inuitus Impēdam, vobis spiritualia, & etiam temporalia ad

Ambrosi. vsus vestros impendam, sicut suprà dixit. Alias ecclesias expoliaui accipiēs ac ministeriū vestrū, & post omnia me-

Aug. sup epistolā. ipsum impendā, si op⁹ est. Vnde subdit, Et ego ipse superimpēdar pro animabus vestris. Perfecta charitas hæc est, vt quis paratus, sit pro fratribus mori. Sed nunquid mox vt nascitur iā prorsus perfecta est, imò, vt perficiatur nascitur, cū fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur, cum ad perfectionem venerit, dicit, Cupio dissolui, &c. Licet. quasi dicat dico, ꝙ libenter superimpendar. Licet plus diligam vos, diligēs minus diligar, à vobis quàm pseudo, Sed esto, q.d. fortè cōceditis quod ego grauaui vos. per meipsum dixi, *non grauaui*, sed obiicitis, quòd Cū essem astutus dolo *cœpi vos*, id est decepi, id est per alios extraxi multa: quoniam per me nil, vel parum emungere poteram. Sed nunquid per a-

Ambror liquem eorum, quos misi ad vos decepi? Vel, Circunueni vos? hoc dicit, quia fortè suspicarentur, ideo eum contempsisse, quia parua offerebantur, vt maiora consequeretur, & ideo illos misisse, vt intimarent eis maiora dare: sed nūquid per aliquem illorum circunuenit illos, vt factum esset, si dicerent, si vultis paratum habere Apostolum, qui parua respuit, digna date: quod compositum Apostoli astutia intelligerent. Ideò Apostolus, non tacens, quæ ex aduerso proponi possunt, se per omnia purgat: quia nihil per circunuentionē egit apud eos, sed in simplicitate. Rogaui Titum, q.d. nō feci hoc dolosè, sed simpliciter. Rogaui Titum, venire ad vos, Et misi cum illo fratrem Barnabam, vel Lucam, Et nunquid, Titus Circunuenit vos? nónne Eodem spiritu, vel eadem voluntate, Ego & ipse Titus Ambulauimus? Nónne eisdē vestigiis, id est eisdem operationibus, quæ dicūtur vestigia, quia per eas apparet voluntas, an bona sit, an mala. Vnde, A fructibus eorum cognoscetis eos. Olim, quasi dicat, iamdudum forsan Putatis, quod excusamus nos apud vos, id est, quòd causa ex-

cusa-

cusationis quasi reus dicam, quòd nõ grauaui vos. Sed Loquimur hoc corã Deo, i. teste Deo. hoc dico, qui scit quod nó circunueni vos: & nõ superbè hoc dico, sed in Christo amplificãdo in vobis. [Omnia enim charissimi propter ædificationẽ vestrã. Timeo eñ ne fortè, cum venero, nõ quales volo inueniã vos, & ego inueniar à vobis qualẽ nõ vultis. ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissẽsiones, detractiões, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos. Ne iterum cũ venero humiliet me deus apud vos, & lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã super immunditia & fornicatione, & impudicitia quã gesserunt.] Omnia autem. q. d. vera sunt quæ dico. Omnia autem, quæ dixi, & de reuelatione, & de tribulatione. Propter vestram ædificationem, dixi: vt pseudo repellatis, omnia propter vos feci. Timeo enim, ne fortè cũ venero ad vos, Inueniã vos, tales Quales non volo. i. incorrectos. Ideò præparate vos, vt tales inueniamini quales volo. Et timeo, ne Ego inueniar, à vobis Qualem me nõ vultis. i. contristãs, & puniens: sed timeo, Ne fortè sint inter vos contentiones, de meritis prælatorum, vt de baptistis. Aemulationes. i. inuidię, in his qui minus habent. Animositates, in repetitione rerum, & vltione. Dissensiones. i. odia indè orta. Susurrones, cum latenter seminãt discordias. Detractiones, detrahit quis ei quẽ odit. Inflationes, vt inflabantur illi, qui maiora dona habebant. Seditiones, tumultus ad pugnam. Ne iterum, q. d. ideo timeo, ne tales vos inueniã. Ne iterum humiliet me Deus. i. affligat me, Apud vos, cũ venero ad vos: ita quod Et lugeam multos ex his, qui post baptismum Ante, epistolam primam Peccauerunt, & non egerunt pœnitẽtiam, non solum de prædictis, sed etiã Super immunditia. s. luxuria cõtra naturam, Et fornicatione, quæ fit cũ meretricibus, vel coniugatis, Et impudicitia, quę fit cum liberis à viro Quã gesserunt. q. d. assiduè fecerunt. Nota ꝙ ait, Nõ egerunt pœnitentiã. Ad pœnitentiã agendam nõ sufficit mores in melius cõmutare, & à factis malis recedere, nisi etiã de de his quæ facta sunt satisfaciat domino per pœnitentiæ dolorẽ, per humilitatis gemitũ, per contriti cordis sacrificium, cooperãtibus eleemosynis. Intuere etiã quod

Augu. de trinit.

Augusti.

agunt homines pœnitentiam ante baptismum de peccatis suis prioribus, ita tamen, vt etiam baptizarentur: sicut Petrus ait in Actibus apostolorum, Agite pœnitentiã, & baptizetur vnusquisq; vestrũ in nomine do. &c. Agunt etiã homines pœnitentiã, si post baptismũ ita peccauerint, vt excõmunicari, & post reconciliari mereantur, sicut agunt in omnibus ecclesiis illi, qui propriè pœnitentes appellantur. Est etiã pœnitentia bonorum, & humiliũ fideliũ pœne quotidiana, in qua pectora tundunt, dicentes, Dimitte nobis debita, &c. Nõ enim nobis ea dimitti petimus, quæ dimissa nõ dubitamus in baptismo, sed illa quæ humanæ fragilitati, quanuis parua tamen crebra subrepunt: quæ si collecta cõtra nos fuerint, ita nos grauabunt & opprimẽt, sicut vnum aliquod grãde peccatum. Quid enim interest ad naufragiũ, an grandi fluctu nauis operiatur, & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam impleat nauem atq; submergat? Ideò ieiunia, & eleemosynæ, & orationes inuigilant, & quotidianam agere pœnitentiam nõ cessamus, humiliamus animas nostras dicẽtes, *Dimit.&c.*

CAPVT XIII.

Ecce tertio, hoc venio ad vos, & in ore duorũ, vel triũ testium stabit omne verbum. Prædixi ergo & prædico, vt præsens vobis, & nunc absens his qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniã si venero iterũ non parcam. An experimẽtum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Qui in vobis nõ infirmatur, sed potens est in vobis. Nã etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Nã & nos infirmi sumus in illo, sed viuimus cum eo ex virtute Dei in vobis. Vosmetipsos tentate, si estis in fide, ipsi vos ꝓbate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est? Nisi fortè reprobi estis. Spero autẽ, ꝙ cognoscitis, quia nos nõ sum⁹ reprobi. Oramus autem Deũ, vt nihil mali faciatis, nõ, vt nos probati appareamus: sed, vt vos quod bonũ est faciatis. Nos autẽ, vt reprobi simus.] Ecce tertio, &c. q. d. Timeo, ne tales vos inueniã. Et cauete, quia Ecce, certum vobis, quod hoc Tertio, apparatu Venio ad vos. Nõ ideo dicit tertio, ꝙ iã bis venisset, sed quia bis paratus fuerat. Veniã dico & tunc In ore duorũ, vel tr. test. sta. om̃e ver. accusat crũ. duo-

duobus,vel tribus testibus approbatis. Si quid quæreretur ad iudicādum aliquē,& si assertione testium culpā inuenero, nō parcā sicut prædixi bis, cum præsens fui, & modo prędico,vt tunc bis prędixi. Et hoc est quod subdit, Pręd. em̄ & prędico,quoniā si ite.inue.nō par.his, qui ante epistolam Pec.& cæ.oīb⁹,qui prius peccauerunt. Quidam codices,nō habent,qui,sed subintelligitur. Ideo dicit,se non parcere,quia post correctiones,si nō se emēdāt, nō debet parci eis, Hoc autē, Vt pręs.bis prædixi,ita Et nunc etiā absens,prędico. Et quasi quis quæreret,poterísne? Subdit, An quæ.exp.eius Christi, qui Chri.loq. In me,& minas, &omnia.i.vultis experiri sicut Christus potest,vt nō dicā ego possum,sed Chr.in me, qui in me loquitur. Moris est diuinæ scripturæ, personæ dei tribuere,quod in nobis facit: sicut Apost.ipsam locutionē illi tribuit, cuius munere loquebat̄ in Christo. de quo subdit, Qui in vo.i.inter vos, non infir.sed po.est in vob.i.non infirmus: sed potens apparuit ex his, quæ inter eos fecit,cū dona dedit, quod experti, nō dubitent se ab eo posse puniri. Quia viderunt in nomine eius mortuos suscitatos,dæmones fugatos,surdis auditū,mutis affatū,claudis gressum, cæcis visum esse redditum. Et verè potens est, Nā & si cru.est ex infir.nost.i. humanę naturæ, Sed.i.tamen Viuit,ex vir.dei.i.ex ea virtute qua deus est. Illa est virtus diuinitatis. Talis em̄ erat illa susceptio,quæ deū hominem faceret,& ho.deū, Nā & nos.q.d. Bene dico,ꝙ viuit,& prius infirmus fuerit. Nam & nos,multo minores illo Infir.su.in il.i.ad imitationem eius multa patimur. Sed,tumen licet infirmi su. Viuemus in illo: vel, Cū illo ex vir.dei.i. per eū habebimus potestatem à Deo In vob.iudicandis.& hic & in futuro. Vel ita, Infir.su.in illo,hoc nō mutatur, Sed viuit cū eo.i.in simili beatitudine,cū eo. Et hoc Ex virtute dei, quod tale est In vob.i.in cōscientiis vestris. Huic sensui cōcordat alia litera,quæ est Erga vos,vbi habetur In vobis.q.d.infirmi sum⁹ in illo.i.multa patimur pro illo,vel ad imitationem eius à perfidis: sed per hoc Viuemus, cum ipso ex virtute dei,& ita infirmitas Erga vos credentes, id est penes vos. Quia si à perfidis infirmabantur apud credentes , non erat hæc infirmitas , sed profectus , quia hinc potentiores

Augu. in psal. 4.

Ambrosi.

Augu. de trini.

Ambrosi.

Ambrosi.

fiunt fideles. Mors ergo illata à perfidis, vita est erga credentes: quia virtute dei resurgēt, vt viuant cum Christo. Vosmetip.q.d.& quia ego nō parcā,& puniēdi potestaté habet. Ideo Tentate.i.cōsiderare per actus, Vos.vt quisque seipsum cōsideret.cōsiderate,inquā, Si estis in fide:& si estis in fide,ipsi probate vos,an sitis in operib⁹ bonis in quibus esse debēt fideles. Deinde quasi se considerantibus ait, An nō,&c.q.d. Ideo probate dico, quia An non cog. vosm.s.quia Christus Iesus, ex priori institutione est In vobis, per fidem,& bona opera. Est vtiq;, Nisi fortè reprobi estis, ab eo quod prius habuistis. Spero au.q.d.Cognoscetis Christū esse in vobis,nisi reprobi estis:sed quicquid de vobis sit,spero,quia ex vita quā inter vos egi,Cognoscetis,quia nos nō sumus reprobi,nec à fide,nec à potestate:sed tamen Oramus Deū, sine quo nihil boni habetur, Vt nihil mali faciatis,econtrariò pseudo volunt,& orant de vobis. Et nō,oramus,vt nos pereamus probati.i.potentes in vobis exercendo potestaté in vltionibus:sed potius oramus, Vt vos faciatis,quod bonū est. Nos auté simus.i. pareamus, Vt reprobi.q.d.sine potestate, nō habētes quid

Ambrosi. vindicemus. Hoc orat Apost.vt his bene agentibus in eis corripienda nō inueniat,& sic reprobi appareant:probati enim videntur,dum iudicant peccatores. Si ergo nō sint quos iudicent cessante authoritate,quasi reprobi vidētur. Attende quod ait,oramus, Vt nihil mali faciatis, sed boni.

Augu de cor.& gr. Intelligēda enim est,hæc gratia Dei,qua sola homines liberantur à malo,& sine qua nullū prorsus, siue cogitando,siue volendo,& amando,siue agendo faciunt bonum, non solū,vt mōstrante ipsa quid faciendum sit,sciant, verumetiam,vt præstante ipsa faciant, cum dilectione,quod sciunt. Hāc quippè inspirationé bonæ volūtatis,& operis poscebat Apost. Corinthiis,cū dicebat, Oramus, ne quid mali faciatis,&c. Quis hoc audiat, & nō fateatur à domino Deo nobis esse,vt declinemus à malo,& faciamus bonum? Non.n.ait Apost. monemus, docemus, sed oramus: quia sciebat hæc omnia nō valere,quæ plantādo,& rigando faciebat in aperto,nisi pro illis exaudiret orantem, qui

Augu cōtra pela. dat incrementum in occulto. Quidā verò dicunt nos non debere petere à sempiterna maiestate, vt det nobis ambulare

lare in via recta,& perseuerare in mandatis.& placere illi in omni opere bono,& huiusmodi: Quia, inquiunt, hoc totum in nostra potestate est cõstitutum, & ita benedictiones nostras, quas super nos facimus fratres mei euacuant, exinaniũt, elidunt, & subscriptionẽ nostrã, quæ est amen. Quid dicis ô noue hæretice? dicis, quia nõ peccare in potestate: sic haberemus, vt hoc sine adiutorio diuinæ gratiæ implere possimus? Planè, inquit, liberũ arbitriũ ad hoc nobis sufficit. Quare ergo dixit Apost. Oramus? poterat dicere, Monemus, docemus, vel iubemus. ꝙ si diceret, certũ diceret, quia & voluntas nostra agit aliquid. Nõ enim voluntas nostra nihil agit, sed sola nõ sufficit Maluit tamen dicere oramus, vt ipsam gratiã cõmendaret, vt intelligerẽt illi quando, nõ faciunt aliquid mali, non solũ sua voluntate, se vitare malũ, sed adiutorio Dei implere quod iussum est. Ergo quãdo præcipitur agnoscite voluntatis arbitriũ, quando oratur, quod præcipitur, agnoscite gratiæ beneficium. Vtrunque enim in scripturis habetur. [Non enim possumus aliquid aduersus veritatẽ, sed pro veritate. Gaudemus enim, quoniã nos infirmi sumus, vos autẽ potentes estis. Hoc, & oramus, vestrã consummationem. Ideò hæc absens scribo, vt nõ pręsens durius agam secundum potestatem, quam dominus dedit mihi in ædificationem, & nõ in destructionẽ. De cætero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, idipsum sapite. Pacẽ habete, & deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. Salutate inuicẽ in osculo sancto, Salutant vos omnes sancti. Gratia do. no. Iesu Christi & charitas dei, & cõmunicatio sancti spiritus sit, cũ omnibus vobis, Amen.] Non enim. q. d. habemus potestatẽ, sed ne putetur etiã iniustè damnari posse. Subdit, Nõ enĩ. q. d. nõ valemus iniustè, vti illa potestate. Non enim poss. aliquid adu. ve. hoc dicit, quia non data est potestas cõtra iustitiam. s. vt arguat bene viuentem, Sed pro veritate, tuenda. s. vt vindicent legis inimicum. Gaudemus enim. q. d. non possumus cõtra veritatem, & hoc effectus indicat. Gaud. enim. q. d. nos su. infirmi. i. non exercentes potestatem, cũ nihil puniendum, Vos au. potentes estis. s. non timentes iudiciũ, quia bene agentes, & vitia vincentes à vobis repellitis vindictã. & non solum gaudemus, sed Etiam

Ambrosi. (margin, beside "[Non enim possumus")

Ambrosi. (margin, beside "Sed pro veritate, tuenda")

oramus,hoc.s. Vestrá consummationem.i. vt in omnibus perfecti sitis. & quia hoc volo & oro, Ideo absens scribo vobis,vt præsens non agam,in vobis Durius,quàm volo quod vtiq; possem,si mala faceretis, secũdum potestatem ligandi,& soluendi,Quam dominus dedit mihi in ędificationem,& non in destructionem vestram.i.vt vos ædificemini,nõ destruamini. Nec apostolus destruit, si quãdoq; arguit. Non enim destruuntur,qui arguuntur, vt corrigãtur,sed correcti ædificẽtur. De cætero.q.d.de malefactis hucusq; correxi vos, De cætero autem fratres gaudete.i. hoc agite vnde gaudium sit,& vt gaudeatis. Estote perfecti,in fide, & vos maiores Exhortamini, ad idẽ minores: & vos minores Idem sapite,cum maioribus.& vniuersi.s. maior & minor simul Pacẽ habete, ne sit prior discordia inter vos. & si hæc feceritis, Deus dilectionis & pacis.i. Christus,qui ait, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Et item,Mãdatum nouũ do vobis,vt diligatis inuicem,Erit vobiscum,id est adiuuãs vos. Et,vt pax sit inter vos,Salutate vosipsos inuicem in osculo sancto, nõ doloso.& sic debetis facere,quia ita sancti omnes optãt, & ego impero. Et hoc est,quod subdit, Salutant vos omnes sancti desiderantes,& quasi mecũ dicentes hoc,scilicet, Gratia domini nostri Iesu Christi,id est Christus gratis condonãs peccata,per quod iustificamur & saluamur. Et charitas dei.i. deus pater charitatem dans vobis: cuius dilectio misit Christum, cuius gratia saluat. Et communicatio sancti spiritus, id est, spiritus sanctus,qui est communis patri & filio,amborúmque vnio,Sit cum omnibus vobis,tam correctis,vt perseuerent, quàm incorrectis,vt corrigantur. Vel, Communicatio sancti spiritus, cum omnibus vobis,id est spiritus sanctus,ita sit vobiscum,vt cõmunicet,& conferat vobis,& gratiam Christi, & charitatem dei. Vt enim possideamus gratiam salutis, quam Christus donat,communicatio facit spiritus sancti. Hîc enim dilectos à Deo, & saluatos gratia Christi tuetur. Trinitatis hîc complexio est,& vnitas potestatis. Et est dicere, Tota trinitas sit,vobiscum,dãs gratiam de commissis,& charitatem, vt trium perfectio consummatio, sit hominis in salutem. Amen.

(Margin: Ambrosi. — beside "ctio misit Christum"; Ambrosi. — beside "dei. Vt enim"; Ambrosi. — beside "donat,communicatio")

Argumentum in epiſtolam ad Galatas.

GAlatæ ſunt Græci. Hi verbum veritatis primum ab Apoſtolo acceperunt, ſed poſt diſceſſum eius tentati ſunt à falſis Apoſtolis, vt in legem & circuncißioné verterentur. Hos Apoſtolus reuocat ad fidem veritatis, ſcribens eis ab Epheſo.

CAPVT I.

PAVLVS Apoſtolus, nõ ab hominibus, neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum & Deum patrẽ, qui ſuſcitauit eum à mortuis, & qui mecum ſunt omnes fratres eccleſiis Galatiæ: gratia vobis, & pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de præſenti ſæculo nequam, ſecundum voluntatem Dei, & patris noſtri, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. Miror, quòd ſic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocacauit in gratiam Chriſti in aliud euangelium, quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere euangelium Chriſti. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædixi, & nunc iterum dico, ſi quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.

PAVLVS apoſtolus, &cætera. Hanc epiſtolam ſcribit Apoſtolus Galatis. Galatæ autem ſunt Græci. Galli enim in quandam Græciæ prouinciam olim veniẽtes, Græcis ſe miſcuerunt. Vnde illa prouincia prius gallogræcia, deinde Galatia appellata eſt. Vnde cũ Græci acuti ingenij ſint, illi tamen Galatæ ſtulti, &

ad intelligédũ tardiores erant, ſicut & indociles Galli. Hi veritatem fidei, & doctrinæ ab Apoſtolo acceperant, ſed poſt vt iudaizarent, à pſeudopoſtolis tentati ſunt, multis modis eis perſuadentibus, vt legẽ euangelio adderent. Aſſerebant enim Chriſti fidem ſine carnalibus obſeruantiis nõ ſufficere ad ſalutem, & Petrum, & Iacobũ, & alios qui cum domino fuerãt legis obſeruantias, cum euãgelio miſcuiſſe: ipſum quoq; Paulum aliud in Iudæa facere, aliud in gẽtibus prædicare. His atq; huiuſmodi Galatas ſubuerterunt, adeò, vt eis eſſentientes in legis obſeruantias tranſirent. Ideò hos Apoſtolus reuocat ad veritatẽ fidei Chriſtianæ, & doctrinæ euangelicę, ſcribens eis ab Epheſo de gratia de qua & Romanis ſcripſit, legẽ ſimiliter venerantibus. ſed Romanis tanq̃ ſapientibus, altiori ſenſu, & profundioribus vſus eſt argumẽtis: Iſtis verò velut minus ſapientibus vſus eſt moderato ſermone: quibus etiam dicit, O inſenſati Galatæ: vt ſic eos reuocaret. Eſt ergo intẽtio apoſtoli in hac epiſtola Galatas verſutiis pſeudoapoſtolorum circunuentos, ad fidei religionem, & euangelij veritatem reducere. Modus talis. Salutationẽ præmittit, vbi contra detractores & de operibus legis gloriantes, de ſua dignitate, & Chriſti gratia breuiter tangit, commendans perſonam ſuã, quam pſeudo deprimebant: poſt ſalutationem, de leuitate eos redarguit: poſt perſonam ſuam latius commendat: deinde legem multis modis improbat, dicens eam non eſſe tenendam pòſt Chriſtum, quia non ſolũ nõ proficit ad iuſtitiam & ſalutem, ſed etiam officit, tandem commendat euãgelium, & fidem Chriſti, quod ſufficit ad ſalutem. Pręmittens autem ſalutationem prius commẽdat perſonam ſuam, dicens, Paulus apoſtolus, non electus, vel miſſus Ab hominibus. ſ. ab Anania, vt quidam dicebãt: vel ab aliis, vt quidam ab apoſtolis electi, & miſſi fuerunt, & à Iudæis pſeudopoſtoli, Neque, conſtitutus Per hominem, purum: Sed per Ieſum Chriſtum, & dominum patrẽ, id eſt, à deo patre conſtitutus eſt per filium, qui eſt ſaluator, & rex. Non ergo contrarius eſt deo à quo per filium electus eſt, & miſſus, vt dicitur in deſtructionẽ legis. Imponebatur enim illi, quod contraria deo prædicaret, eo quòd legẽ à deo datam deſereret. Vel ita, Neque, conſtitutus

Ambroſi. Hierony. Hierony. Ambroſi. Augu. in lib. retra.

tutus per hominem Christum.i.per Christum ex parte hominem.i.mortalem:sed Per eum iam Iesum,id est, ex omni parte immortalem iam suscitatum,qui non vt homo paulatim homines, sed totum simul eum per spiritum docuit: vt per hoc sit maior,per quod videbatur esse minor. Ceteri autem apostoli videbãtur esse maiores, quia priores:iste minimus,quia nouissimus. Sed inde apparet dignior, quia priores constituti sunt per Christum adhuc ex parte hominem.i.mortalem:nouissimus verò Paulus per Christum iam totum dominũ.i. ex omni parte immortalem. Et dominum patrem,qui hoc fecit per filium. Atque vt aperiret cum dixerit,neque per hominem:subdit, Qui suscitauit eũ à mortuis. Et ita dignius constituit me per immortalem Christum, quàm alios per mortalem: propter immortalitatem iam non homo dicitur Christus deus: propter substãtiam verò naturæ humanæ in qua ascendit in cœlum, etiam mediator dei & hominum homo Christus Iesus dicitur. Paulus,inquam, Et fratres qui mecum sunt,dolentes de vestra seductione. Testes veritatis meę,quibus oportet vos credere. & non pauci,sed Omnes. Hoc ideò dicit,quia facilè intelligit se errasse, qui à multis reprehenditur. Hi ergo omnes mecum mandant, Ecclesiæ Galatiæ, hoc.s. Gratia,sit Vobis.i.remissio peccatorum, Et pax,mentis,& reconciliatio ad deum: & non aliunde,nisi A deo patre & domino nostro Iesu Christo,qui non est minor patre:quẽ iniuriosè æquatis legi, dum ipsum sine lege ad salutem nõ sufficere asseritis,sicut nec legem sine eo. Sed ab ipso sine lege gratia est & pax,à quo securè quærenda est: quia ipse est Qui dedit.i. sponte obtulit, quia non est alius qui posset aperire librum nisi leo de tribu Iuda,Semetipsum,quia non erat digna hostia offerri Pro peccatis nostris, delendis:qui est initium saluationis. Quem ergo locum habet lex?nullum penitus. Dedit etiam ad hoc, Vt eriperet,quasi vi quadam Nos,peccatis irretitos,qui rei eramus sub lege: De sæculo.i.de conformitate mũdi huius qui nos allicit.i. malorum, quæ in mundo committuntur : cuiusmodi sunt insipientia,spurcitia,& infirmitas: à quibus nos eripit ille qui est sapientia,sanctitas,& fortitudo. Sæculo dico Præsenti,tanto plus capit nos dilectio,cum æterna non videãtur. Hierony.

August. (margin, beside "Et dominum patrem")

tur.& Nequam,quod.ſ.ad nequitiam trahit. Attēde quod præſens ſæculum dicitur nequam,non ideò quod mundus iſte creatus à deo, malus ſit: ſed quia in eo fiunt mala. ex
Hierony. hoc ſenſu dicitur, Dies mali ſunt, Dies Iacob peſſimi,Mūdus in maligno poſitus,Tempora periculoſa. ſaltus quoq; qui ſunt pleni latronibus,& gladius quo cruor effunditur, & calix quo venenum temperatur, mala dicuntur:quia nō ſolum tempora, ſed etiam loca & inſtrumenta malorum traxerunt infamiam,quæ in eis fiunt. Ita & ſæculum dicitur nequam,à quo Chriſt⁹ nos eripit. Et vt ſit firmus quod de Chriſto dicit,ſubdit, Secundum voluntatem.q.d.quod Chriſtus dedit ſe & eripit nos: non eſt pro meritis noſtris factum:ſed, Secundum voluntatem dei patris noſtri.i.ſecūdum beneuolētiam dei qui creauit nos:& beniuolus eſt. Cui.ſ. Chriſto & deo patri vni in eſſentia Eſt gloria: de hac redemptione, In ſæcula ſeculorum.i.ſemper.q.d.hoc teſtātur preſentes,& futuri teſtabūtur. Amē.hoc cōfirmationis nota eſt. Attēde quòd in hac ſalutatione prælibauit apoſtolus,& cōmendationem ſui,& quid poſſit gratia dei, & quod lex nil cōfert. Miror. &c. Hîc de leuitate eos reprehēdit,quia ab euāgelio indiſcretè trāſierunt ad legem. Et quia Galatia tranſlatio dicitur, congruè ex ipſo nomine,huius reprehēſionis occaſionē ſumit.q.d.Cum hęc prędicta bona ex Chriſto ſint,Miror, quia prius benè inſtru-
Ambro. cti fuiſtis, Quod ſic.i.tam vehemēter, & Tam cito.i.tam breui tempore, quaſi inſenſati à pſeudo Transferimini.i. vltra Chriſtum in legē ferimini. Vnde miror?quia mirum eſt de lætitia cōfugere ad exitia,cum paulatim proficiendum ſit. A quo autē & in quid trāsferūtur,oſtēdit ſubdēs, Ab eo.ſ.deo.i. à fide eius, Qui vos, auerſos Vocauit, per prædicationem In gratiā Chriſti.i. in bona gratuita quæ Chriſtus dat. Transferemini in aliud euangeliū,in legem quæ putatur euāgeliū:& eſt cōtra meā prædicationē,ſecūdum quod pſeudo eam ſeruari docēt : tum ſecūdū veritatē ſpiritualis intelligētiæ nō eſt alia. Vnde ſubdit, Quod tamē,euāgeliū.i.lex,Non eſt aliud ſecūdū ſpiritualē intelligētiā,nec vobis aliud videretur Niſi ſint.i.eſſent aliqui qui vos cōturbent.i.cōturbēt purū fontē veſtri ſenſus. Hi erāt pſeudoapoſtoli qui dicebāt aliud euāgeliū eſſe legē Moyſi quàm

quàm Christi euãgeliũ:& hoc ad inuidiã Apostoli. Et,illí tales Volunt cõuertere.i.ad hoc tẽdũt vt cõuertãt Euãgelium Christi,penitus in legẽ.i.spiritualia cõuertere volũt in carnalia. Sed licet.q.d. ipsi ad hoc tẽdũt. Sed licet nos, apostoli, nõ dico de illis tãtũ, Aut angelus,malus,vel bonus,veniẽs De cœlo,vt credibilior sit,Euãgelizet vobis.i. annũciet vobis aliquid quod putetur bonũ:quod sit nõ dico plus,sed Præter quàm illud est quod Euangelizaui vobis,fide verũ,vsu honestũ,fide cõmodũ,Anathema sit. Nota quod nõ ideò ait,nos, vel angelus, qui bonus potest intelligi,quod hoc cõtigerit vnquam,sed adeò certus est de veritate euãgelij sui,quod etiã angelus si aliud nunciaret, nõ crederet,sed anathematizaret. Attẽde etiã quod nõ ait plusquam accepistis:sed,præter quàm accepistis. Nã si illud diceret, sibi ipse præiudicaret,qui cupiebat venire ad quosdã quibus scribebat:sicut ad Thessalonicenses,vt suppleret quæ illorum fidei deerãt. Sed qui supplet,quod min⁹ erat addit, nõ quod inerat tollit. Qui autẽ prætergreditur fidei regulã,non accedit in via,sed recedit à via. Sicut,&c. A maiori infert.q.d. Quãdoquidẽ vos vel angelũ excõmunicarẽ,magis pseudo excõmunicãdi sunt:& hoc est,Sicut, modò Prædixi,de vobis vel angelo. Et nũc iterũ dico, de istis.s.pseudoapostolis.s.quod siquis illorũ.&c. Vel ita. Et sicut olim præsens vobis Prædixi, & nũc absens Iterũ dico,quod si quis generaliter quicũq; sit Euãgelizauerit vobis præter id quod accepistis, à me, Anathema sit. Quare hoc?quia aliud euãgelizãs de priuato vult pluere nõ de medio:& hoc fortè homo carnali nebula præpeditus,etiam à fonte cõmuni ad propriã suã falsitatẽ reduct⁹, possit facere,nunquam & angelus. Verè si angelus de proprio fluens in paradiso non esset auditus,non præcipitaremur in mortem.media aqua posita erat omnibus præceptum dei,aqua quodãmodo publica erat,& sine fraude,sine labe, sine cœno fluebat. Sed venit angelus de cœlo lapsus, species factus,quia insidiosè iam venenum spargere cupiebat,& emisit venenum de proprio: locutus de suo,Gustate, & eritis sicut dij: & illi appetentes quod non erant, amiserunt quod acceperant. Hîc videndum est quomodo dicatur anathema. Hoc verbum pro maledicto ponitur, & vulgo dicitur

August. | Augu. in psal. 103. | Augu. in lib. quæst.

dicitur deuotatio. Nam deuotare se quanquam nemo ferè dicit nisi maledicens. Vnde illud est, & anathematizauit eum, & ciuitates eius: & vocatum est nomen loci illius anathema. Hinc dictum est, vt anatema detestabile aliquid & abominabile videatur. Vt enim nil inde victor in vsus suos auferret, sed totum in pœnam luendam vocaret, hoc erat anathematizare, quod vulgo dicitur deuotare. Origo autem huius verbi, est in græca lingua ab his rebus quę votæ & persolutæ.i.promissæ & redditæ sursum ponebantur in templis: & est dictum à poc tou anathene.i.sursum ponere. [Modò enim hominibus suadeo an deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Notum enim vobis facio fratres euãgelium quod euangelizatum est à me: quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi. Audistis enim conuersationem meam aliquando in iudaismo: quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo: abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.] Modò enim.q.d.ideò dico vt sit anathema aliud euangelizans, quia Suadeo ego modò Hominibus an deo.i. ad honorem hominum ante dei, non hominum, sed dei quæro honorem: ideò dicit, Modò: quia olim dum dixit hominem ex lege iustificari, hominis gloriam & inutilem dei gratiam prædicauit. Hîc etiam innuit hoc facere illos seductores.s. pseudo, vt laudarentur à Iudæis, quos non timet offendere Paulus pro gloria dei: quo veniente, cessat lex. Vnde subdit, Aut quæro hominibus placere, sicut quando literas à principibus sacerdotum ad occîdendum Christianos accepi? non quia Si adhuc hominibus placerem.i.placere vellem vt tũc volebam, Non essem seruus Christi: quod modò sum: & ideò eos excommunico. Attende quod ait, si hominibus placerem &c. Ex his enim verbis quidam putãt sibi in benê viuendo sufficere conscientiam, & quid de his existimet alius, non valde curant: sed conscientia coram deo est necessaria, conuersatio autem coram proximo: quæ si negligentius agitur, lædit exemplo: vt verbi gratia, Si quis bonæ

Ambrosi.

Augus. in li. de ouibus.

næ conſcientiæ coram infirmo in idolio comedat,quanuis rectè credens hoc faciat, tamen perturbatur infirmi conſciẽtia. Quid autem prodeſt ſi venter conſcientię tuę hauſit aquam puram , & ille de tua negligenti conuerſatione bibit turbatam? Alij aquam turbas, paſcua conculcas: ſed attende ne tibi aquam turbes negligentia conuerſationis tuæ. Vnde alibi ait Apoſtolus, Placete omnibus per omnia,ſicut & ego omnibus per omnia placeo Item: Sine offenſione eſtote Iudæis & gentibus & eccleſiæ dei. Item, Prouidemus bona,non ſolum coram deo,ſed etiam coram hominibus. Dicet ergo mihi aliquis, Expone mihi quomodo intelligam iſta quæ diuerſa atque contraria videntur, videlicet quod hîc ait Apoſtolus,Si hominibus placerem,&c.&, Placete hominibus &c. Si tranquillius audias, ſi tibi ipſi aquam tuæ mentis non perturbes, quantum potero fortaſſis exponam. Sunt ergo homines temerarij iudices detractores,ſuſurrones, murmuratores, quærentes ſuſpicari quod non vident,quærentes etiam iactare quod nõ ſuſpicantur:contra tales ſufficit teſtimonium conſcientiæ noſtræ, neque etiam in aliis quibus placere volumus, gloriam noſtram quærimus vel quærere debemus:ſed illorum ſalutem, vt nos benè ambulantes imitando non errent: etenim non nos ſed dominum laudent,qui nos tales fecit.

Nunc ergo vtilitatem vel gloriam noſtram quærimus, cũ placere hominibus volumus: ſed gaudemus eis placere quod bonum eſt, propter illorum vtilitatem, non propter noſtram dignitatem. Itaque Apoſtolus: Et non ſe hominibus rectè placere dicebat,quia in eo ipſo vt deo placeret intuebatur, & placendum eſſe hominibus rectè præcipiebat,non vt hoc appeteretur tanquàm merces rectè factorũ: ſed quia deo placere non poſſet, qui non ſe his quos ſaluos fieri vellet,imitandũ præbet. Et ſicut in Apoſtolo iſta cõtraria videbantur,ſic & in euangelio illa contraria videntur. Dixit enim, Luceant opera veſtra coram hominibus. &c. Et item, Nolite facere iuſtitiam veſtram coram hominibus. &c. Vbi illos arguit qui ita ventilant opera ſua, vt finé bonorum operum ſuorum in laude hominum ponãt: eandéque laudem, quaſi pro mercede computant operum ſuorum. Ideò ait,vt videamini ab eis.q.d.nolite ſic facere coram

Augu. in lib. de ſer. in monte.

Augu. in lib. de ouibus.

coram hominibus quicquid boni facitis, vt videamini ab eis.i.vt ipse sit finis boni vestri videri ab eis:nolite hîc facere finem,vltra porrigite intẽtionem. Notum enim.q.d. ideò,non suasero.i.non placeo hominibus, sed huiusmodi excommunico,quia euangelium quod prædico non est se-

Ambro. cũdum hominem:quod ita ait, Notum vobis facio fratres euangelium quod euãgelizatum est à me,non est secũdum hominem,docentem me,vel mittentem.hoc dicit;ne fortè dubitẽt. Et respicit hoc ad id quod suprà dixit,suã personã cõmendans.s.non ab hominibus,neq; per hominẽ. Et verè nõ est ab homine,Neq; ego accepi illud ab homine,vt nemo me eligeret ad euangelizandum, vel mihi iniungeret. Neque didici,ab homine docẽte me:sed Per reuelationem Christi Iesu.i.per Christum Iesum,omnia clara esse ostẽdentem. Audistis enim.q.d. Verè non didici ab homine, quia neq; ante cõuersionem,neq; post:quod non ante,vosipsi ex factis illius temporis. Audistis enim conuersationẽ meam aliquãdo.s.dum infidelis eram: quam habui In Iudaismo.s.dum iudaice viuebam.s. Quoniam supra modũ, aliorum Prosequebar,fugando Ecclesiam dei.i.Christianos:& Expugnaui illam.i.fideles affligebam pœnis in corpore, Et proficiebam in iudaismo, implendo legem & defendendo eam. Proficiebam dico Supra multos, non dico senes, sed Coætaneos meos,qui plus Laborabant quàm senes:& non dico supra multos proselitos,sed qui sunt In genere meo.s. Iudæorum: & qui prius in illis legalibus tantũ valui,iam illa reliqui:ideóque vos meo exemplo ab eisdem recedite. Abundantius.q.d. proficiebam in iudaismo super alios:ego dico Etiam abundantius,aliis. Existens,in exẽplum aliis, Aemulator.i.imitator paternarum traditionũ, quas.s.boni patres addiderunt, Vt mearum,quia eas quasi proprias mihi feci,eis studiosè seruiens, in quo arbitraba-

Ambrosi. tur obsequi deo. Habebat enim apostolus zelum dei, sed non secundum scientiam:& præuidit deus eius voluntatẽ,

Ambrosi⁹ vel æmulationem, sed deesse scientiam: & præuidit eum idoneum, quia qui tam fidus erat in re minima,constãtior esset in re maxima: & ideò.s. vt constantior esset in re maxima,præuenit eum vocando per gratiam. [Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit

uit per gratiam suam vt reuelaret filium suũ in me, vt euã-
gelizarem illum in gẽtibus, cõtinuo non acquieui carni &
sanguini. Neq; veni Hierosolymam ad antecessores meos
apostolos, sed abij in Arabiã: & iterum reuersus sum Da-
mascum. Deinde post annos tres veni Hierosolymã vide-
re Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Alium
autem apostolorum vidi neminem, nisi Iacobũ fratrẽ do-
mini.] Cum autẽ placuit.q.d.ante cõuersiõe apparet me
non didicisse, sed nec post didici ab homine euãgeliũ, sed
à deo tãtum: & hoc est quod ait, Cum autem placuit ei.s.
deo, qui pro placito suo fecit, nõ pro meo merito, Qui me
segregeuit, ad literam, De vtero matris meæ, vt in me.i.in
mea conuersione Reuelaret filium suum, id est, ostenderet
quantæ potentiæ & bonitatis esset filius suus. Vel, Reue-
laret filium suum in me.i.in mea intelligentia, vocauit me
de mala via in bonã: non per meum meritum, sed per gra-
tiam suam, & ad hoc, vtique vocauit, Vt euangelizarem il-
lum.i.filium In gentibus: & ipse vtique qui me nasci fecit:
ad hoc ducere me potuit. Antè enim quàm aliquis nasca-
tur, scit deus quis futurus sit & qualis. Vnde de Hieremia
legitur, Priusquàm te formarẽ in vtero, vocaui te. Qui er-
go præscit futuros antequàm sint, cum vult nasci facit, vt
sint: & iam natos quos vult per gratiam vocat, vt iusti sint,
sicut Paulum vocauit per gratiam vt annũciaret Christũ:
Vt ergo totum ostenderet esse à deo.s. quod est, & quod
iustus est, ait: Segregauit & vocauit. Cõtinuò.&c.q.d. vo-
cauit me, & reuelauit filium suum, & continuò prædicaui
vt instructus à deo: & ideò non aliud tenendũ quàm præ-
dico, nec hominibus credendum, sed deo qui me vocauit:
& hoc est quod ait, Continuo non adquieui.&c. Vel my-
sticè potest intelligi illud, Segregauit me de vtero matris
meæ. Mater enim intelligitur synagoga: vterus matris &
secretarij, sunt Pharisæi, de numero quorum segregatus
est: & est. Cum autem placuit ei qui me segregauit de vte-
ro matris meæ.i.de numero Pharisæorum, qui erant secre-
tarij synagogæ, Vt reuelaret filium suum in me, vocauit
me gratiam suam ad hoc, vt euangelizarem illum in gen-
tibus. hoc non mutatur. Et ego Continuò non adquieui:
non ait, non continuò adquieui quasi non tunc, sed post
adquieue-

adquieuerit: ſed ait, Continuo non adquieui carni & ſanguini. i. vitiis: ſed potius reſpui vitia. Vel per carnē & ſanguinem accipit propinquos genere. ſ. Iudæis, quibus non cōſenſit in legis obſeruationem & Chriſtianorum perſecutionem. Nec veni Hieroſolymam ad anteceſſores meos apoſtolos. i. qui ante me crediderunt: & ita conſtat, quod non ab eis didici euangeliū, cum ad eos non venerim, quia non erat opus electo à deo? Sed abij, prædicare euangeliū In Arabiam, vbi nullus apoſtolorum prædicauerat. Et iterum reuerſus ſum Damaſcum, vbi ipſe adhuc rudis prædicauerat. Deinde poſt annos tres veni Hieroſolymam videre Petrum, non diſcere aliquid ab eo, ſed videre eū propter affectum apoſtolatus. & vt Petrus ſciret me fore ſibi coapoſtolum. Et apud eum diebus quindecim manſi, receptus ab eo vt verax & coapoſtolus. Per hoc oſtendit ſe nullo modò diſſentire ab aliis apoſtolis, vt ſuſurrabant ſui æmuli. Alium autem apoſtolorum neminem vidi: & ita cōſtat, quod nec ab aliis didici. Neminem vidi dico, Niſi Iacobum fratrem domini. Hîc eſt Iacobus minor, qui dictus eſt frater domini, ideò quia hîc Iacobus filius fuit Ioſeph, qui pater Ieſu dictus eſt: ſed non eſt hoc ratum, cum Ioſeph virgo fuiſſe credatur. Alia ergo cauſa quærenda eſt, quare frater domini dictus ſit, ſicut Ioſeph, & Simon, & Iudas. Vnde & in euangelio dicitur: Ecce pater tuus & mater tua, & fratres tui. &c. Vt ergo liqueat quare fratres dicantur: Sciendum quod Maria mater domini, Ioachim & Annæ filia fuit, quæ nupſit Ioſeph: & ita Ioſeph fuit putatiuus pater Chriſti. Mortuo autem Ioachim Cleophas frater Ioſeph eandem Annam accepit vxorem, & genuit ex ea filiam quam vocauit Mariam, quæ nupſit Alphæo, qui genuit ex ea quatuor filios. ſ. Iacobum, Ioſeph, Simonem, Iudam. Mortuo autem Cleopha, quidam Salome eandem Annam duxit, & generauit ex ea filiam. nomine Mariam, quæ nupſit Zebedæo, & habuit ex ea filios. ſ. Iacobum, qui dictus eſt maior, & Ioannem euangeliſtam. Tres igitur viros Anna habuit & tres filias. Nunc vidēdum eſt quare Iacobus Alphæi, & minor dictus ſit, & frater domini. Minor dictus eſt ad differentiam Iacobi Zebedæi, qui maior eſt dictus, non ſecundum tempus, ſed quia prius ſecutus

Hiſtoria de tribus Mariis. Hierony. ad Heluidium.

cutus est dominum. Itaque Iacobus Alphæi minor dictus est, quia eo posterius Christo adhæsit. Frater verò domini dictus est, vt quibusdam placet, quia filius fuit materteræ Christi. Vel propter similitudinem sanctitatis, vel potius Beda. quia nepos fuit patrui Christi. i. Cleopæ. Hebræi enim germana consanguinitate ex parte patrum cõiunctos, fratres vocant. Vnde Hieronymus: Fratres domini dicit in- Hierony. cõtra Manicheos. telligi hunc Iacobum, & fratres eius, his verbis, Quidã sequentes deliramenta apocryphorũ suspicantur fratres domini foris stantes esse filios Ioseph de quadam muliercula: sed consobrinos fratris saluatoris hîc intelligere debemus. s. filios Alphæi & materteræ eius matris Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudæ. Quatuor enim modis in scriptu- Hierony. Heluidiũ ris diuinis fratres dicuntur. s. natura, gente, cognatione, affectu: natura, vt Esau & Iacob: gente, vt omnes Iudæi fratres dicuntur inter se. Vnde in Deuteronomio, Si enim is fratrem qui est Hebræus. &c. Et item, Constitue super te principem quem dominus elegerit, eum qui sit de fratribus tuis. Porrò cognatione fratres vocantur qui sunt de vna familia, cum ex vna radice turba diffunditur: secundũ quod Abraham in Genesi fratrem appellauerat Loth, dicens, Non sit rixa inter me & te, quia fratres sumus: & Iacob & Laban dicuntur fratres. Affectu etiam fratres dicũtur, secundum quod omnes Christiani fratres vocantur: vt ibi, Ecce quàm bonum & quàm iucũdum habitare fratres in vnum. Et dominus ait, Vade, & dic fratribus meis. Porrò in commune omnes homines fratres dicuntur: quia ab vno parente nati sunt. Illos ergo fratres Christi appella- Augusti. tos intelligo cognationis priuilegio. Iacobus frater domini, vel ex filiis Ioseph de alia vxore, vel ex cognatione Mariæ matris eius debet intelligi. [Quæ autem scribo vobis: ecce coram deo quia non mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo. Tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat, & in me August. su clarificabant deum.] Quæ autem, nunc Scribo vobis, de per epist. me, Ecce, omnibus patet Quia non mentior. & hoc dico apost. Coram deo. i. teste deo. Iurat Apostol⁹ vt credatur quod Iacobi,

P dicit

dicit:quod proficit istis.necessitate cōpulsus iurat,quia nisi hoc faceret,non crederent ei, quibus non expedit vt nō credant,immò expedit vt credant. Et video quia plus est hoc,quàm,est,est:nō,nō: sed hoc quod amplius est,à malo est:& si non à malo iurantis,à malo est nō credētis. Ideóque non ait,si quis amplius facit,malum est: sed quod amplius est,à malo est,Deinde veni,prædicare In partes Syriæ,& Ciliciæ:eram autem ignotus facie.i.præsentia corporis,Ecclesiis Iudææ,quæ erāt in Christo.i.in fide Christi, per quod patet quod nec ecclesiæ Iudeæ me docuerūt, quæ.s.erant per se,non ammixtæ ecclesiis gentium. Tantum autem habebant auditum,de me.i.quod de me audierant,memoriæ mandauerant,hoc.s.Quoniā qui persequebatur nos aliquando.s.dum infidelis erat,Nunc euangelizat fidem,Christi, quam aliquando expugnabat. Et quia de re difficili magna nascitur admiratio, subdit, Et in me id est in mea cōuersione Clarificabant:vel, Magnificabāt dominum.i.magnificū prædicabant,qui gratia sua me cōuertit:vel Clarificabant deum in me.i.meo exemplo prędicantes,vel gratias agentes deo,in quo eis profui.

August.

CAPVT II.

DEinde post annos quatuordecim iterum ascēdi Hierosolymam cum Barnaba,assumpto & Tito. Ascēdi autem secundum reuelationem : & contuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus. Seorsum autē his, qui videbantur aliquid esse,ne fortè in vacuum currerem, aut cucurrissem. Sed neque Titus qui mecum erat,cū esset gentilis compulsus est circuncidi:sed propter subintroductos falsos fratres,qui subintroierunt explorare libertatem nostram,quam habemus in Christo Iesu,vt nos in seruitutem redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subiectioni. [Deinde post annos quatuordecim,à Christi passione, qui fuerunt post prædicationem Syriæ & Ciliciæ, cum quæstio esset de lege, vtrum tenenda esset,an non. Iterum ascendi Hierosolymam,non ait,iui: sed, Ascendi, pro situ terræ. Ascendi,dico,Cum Barnaba,qui de Iudęis erat. Assumpto Tito,qui de gentibus.q.d hinc inde testes habui,quibus patet falsum esse,me aliud gētibus aliud Iudæis prædicare. Ascēdi autem,non solum mea dispositione,

ne,ſed Secundum reuelationem dei. & non dico didici ab illis tanquam à maioribus:ſed, Contuli cum eis, tanquam amicis & paribus Euangelium Chriſti, quod Prædico in gentibus:hîc fecit pro aſſertione prædicationis,quia multis erat ſcrupulus in doctrina Apoſtoli,perturbātibus Iudæis. Per hoc ergo quod ait,Et contuli cum illis, oſtendit ſe non habuiſſe ſecuritatem euangelij,niſi auctoritate Petri eſſet & aliorũ roboratum. Apoſtolus enim Paulus poſt Chriſti aſcenſionem, de cœlo vocatus,ſi non apoſtolis cõmunicaret,& cum eis euangelium cõferret, quo eiuſdẽ ſocietatis eſſe appareret, eccleſia illi omnino non crederet: ſed cum cognouiſſent eum hoc annunciantem quod illi,& in eorum communione & vnitate viuentem,accedentibus etiam per eum talibus ſignis, qualia & illi operabantur,ita eum domino cõmendante auctoritatẽ meruit, vt verba illius ſic audiãtur in eccleſia,tãquam in illo Chriſto veriſſimè loquutus audiatur: ſicut ipſe dixit, Nõ pro his,inquit, tãtum rogo.i.pro diſcipulis,qui cũ illo tũc erãt:ſed & pro eis qui per verbũ eorũ credituri ſunt in me: vbi omnes ſuos intelligi voluit,non ſolum qui tũc erãt, ſed etiã qui futuri erãt: quotquot enim poſteà crediderũt in eum,crediderũt per verbũ eorũ.ſ.apoſtolorũ.i.per euãgeliũ. Quiſquis.n.in Chriſtum credit,euãgelio credit:quod dictũ eſt,eſſe verbũ eorũ,quia ab eis eſt primitus ac præcipuè prædicatum. Iam enim ab ipſis prædicabatur, quãdo per reuelationem Chriſti ipſum verbũ eorũ Paulus accepit, & per hoc verbum,& ſi non per eos. Cum accepiſſet à deo illud, credidit Paulus: vnde & cõtulit cũ illis euãgeliũ,& dextras accepit,quia illud verbũ cum eis,& ſi nõ per eos,habuit. Ipſa enim collatio vnã doctrinæ ſpeciẽ,excuſſa omni lepræ varietate,mõſtrauit. Leproſi enim quos dominus in euangelio curaſſe legitur, & miſiſſe ad ſacerdotes,vt ſe eis oſtenderent, non abſurdè intelliguntur, qui ſcientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Nulla porrò falſa doctrina eſt,quæ non aliqua vera intermiſceat. Vera ergo falſis inordinatè permixta in vna doctrina ſignificant lepram,quæ vnius corporis colorem diuerſis locis variat atq; maculat. Vt ergo Apoſtoli pręddicatio ab omni corruptionis lepra libera mõſtraretur, cũ aliis

Hierony. Augu.cõtra Fau. Augu. ſuper Ioan. Auguſt. in lib. quæſt. euang.

Augu. cõtra Faust. Hierony. Hierony. Augușt.

Apostolis contulit euangelium. Aliter enim non crederet ecclesia ei, qui non fuerat cum domino. Seorsum autē q.d. Contuli cum illis euangelium. Sed seorsum.i. separatim contuli Cum his qui videbantur aliquid esse.i. alicui' auctoritatis. non publicè coram omnibus, ne fidelibus ex Iudæa, qui putabant legem esse seruandam, fidei scandalū nasceretur. Seorsum etiam illis exposuit euangelium, cum iam exposuisset coram omnibus: non ideò quod aliqua falsa dixerit, vt seorsum paucioribus vera diceret: sed propter infirmos qui non possunt omnia capere, quibus aliqua tacuerat dicenda perfectis. Aliquando enim aliquid veri tacere licet. Ne fortè.q.d. contuli cum eis. Ne fortè in vacuum currerem aut cucurrissem. i. ne putarer prædicasse inutiliter. Prædicationis verò opus appellat cursum, pro torrenti eloquio: sed Neque.q.d. non solum in collatione probatus sum, sed Etiam Titus qui mecum erat, cum esset gentilis. Neque compulsus est, rationibus eorum Circūcidi.i. non potuit extorqueri à me vt circunciderecur, sed susceptus est ab apostolis in societatem in circuncisus. Cur ergo vultis vos Galatæ circuncidi? cur vltro à gratia recedentes ad legem transitis? Sed propter. &c.q.d. Non solū Titus non est compulsus circuncidi, Sed neque ad horam, in aliquo. Cessimus, quasi cōuicti de lege, Subiectioni eorum, vt eis subiiciamur, qui legalia saluti necessaria prædicabant. Cum autem alibi cesserit, vt in circuncisione Timothæi: cur non hîc cessit? Respondet & ait, Propter falsos fratres, qui se fingunt amicos, Subintroductos.i. in locum vbi erant apostoli latenter introductos à Iudæis. Quod enim infideles per se non poterāt, per falsos fratres moliebantur: quos sub specie religionis immiserāt, vt explorarent quæ libertas esset nobis in fide Christi. Vnde subdit, Qui.s. falsi fratres Subintroierunt.i. vt sub habitu pacis & humilitatis introierunt: aliud quærendo, aliud fingendo. Explorare libertatem nostram, vt.s. accusarent libertatem nostrā, Quam habemus in Christo Iesu.i. in fide Christi: non vt eam tenerent, sed Vt aliqua cōtentione ab ea Nos redigerent in seruitutem legis.i. in carnales obseruantias, à quibus liberati sumus per fidem Christi: quod si esset, veritas euangelij apud gentes non maneret, sed omnei

Ambrosi.

nes iudaizarent:& ideò hîc vbi assertionem prędicationis suæ conferebat, nullatenus voluit cedere, vt veritas prædicationis mõstraretur. Et nota quia in his omnibus & se cõmendat, & legem non tenendam cõprobat. Vnde subdit: [Vt veritas euangelij permaneat apud vos. Ab his autem qui videbãtur esse aliquid, quales aliquando fuerint nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit.] Vt veritas &c. q.d. ideò in nullo cessimus. Vt, ita Veritas euangelij permanet apud vos. Veritas enim euangelij, Christi est gratia. Ideò enim hîc non cessit circũcidendo Titum, ne occasionem daret eis, qui sine illa circũcisione dicebant, credentes saluos esse non posse, & ad deceptionẽ gentium hoc etiam Paulum sentire iactabãt. Ibi verò vbi non obfuit, circũcidit Timothæum pro scandalo Iudæorum, ne Iudæis sic videretur circũcisionem detestari, sicut idololatria detestãda est: cum illam deus fieri præceperit, hãc satanas persuaserit. Ideò ergo non fecit in Tito quod in Timothæo, vt ostẽderet illa sacramẽta nec tãquam necessaria debere appeti, nec tãquàm sacrilega debere dãnari. Vel secundum aliam literã. Quidã enim Latini codices nõ habent neq;, secũdũ quod ita potest legi. q.d. Titus nõ est cõpulsus circũcidi, Sed, alibi, Ad horã cessimus subiectioni: vt in circũcisione Timothæi. Reddit autẽ causam quare cõpulsus est facere quod nolebat. s. pro scandalo Iudæorũ, præueniens calumnias falsorũ fratrũ, qui parati erant cõmouere seditionem, si illũ filium Iudææ incircũcisum ordinaret episcopũ: & hoc est quod ait, Cessimus, dico, Propter falsos fratres qui subintroierũt, in locũ vbi ego cum Timothæo & aliis erã, Qui introierũt explorare libertatẽ nostram, quam habemus in Christo Iesu. i. vt nos redigerẽt in seruitutẽ legis: quod cũ facere nequirẽt, populum cõtra nos excitare moliebãtur: & ideò cessimus subiectioni eorũ, circũcidẽdo Timothæũ Ad horã cessim⁹, ita Vt veritas euãgelij permaneret apud nos, quæ habet quod neq; circuncisi aliquid cõfert, neq; pręputiũ, sed fides: hoc enim erat apud Iudęos, quia credẽtes circũcidebant filios suos. Attẽde diligẽter quod. Ambrosius illã literã improbat, qua dicitur nec ad horã cessisse, cũ dicat se cessisse. nec ad horã, ita dicẽs: Titũ supra dixit, non esse cõpulsum cir-

Ambrosi.

Ambrosi.

cuncidi: & subiicit dicẽs, Sed propter subintroductos falsos fratres.&c.quib⁹ verbis quid iam sonat, nisi quia ad horã cessit propter illos? Si autẽ illos falsos fratres nõ cessit, sicut legitur in quibusdã codicibus, nõ volũtate nõ cessit: nam cessurũ se significauit, si illi non essent: sed propter illos subintroductos falsos fratres nõ cessit. Si ergo cedendum non fuit, quare falsi fratres dicuntur, quorũ beneficio non fecit, quod faciendũ non erat? Ergo si hoc est, beneficium præstiterũt Apostolo, quia horũ causa nõ cessit, cum ecclesię non deberet. Cur igitur exploratores dicti sunt, si hoc illũ facere volebãt, quod factur⁹ erat? sed propter istos non fecit. sin autem non erat facturus, sine dubio propter istos fecit. Litera hîc indicat quia cessit: & historia factũ exclamat. Quomodo enim ad horã negaret se cessisse, cum probetur propter Iudæos Timothæum circuncidisse? Ille enim posset defendere, se nec ad horã cessisse, qui nũquam inueniretur cessisse. Nec ad horã enim cessit qui nũquam cessit: quod si aliquando cessit, quomodo nec ad horã? Cur etiã dicit se cessisse propter falsos fratres, si per se facturus erat? aut enim cessurus propter falsos fratres non cessit, aut non cessurus propter falsos fratres cessit. Vnũ enim ex his duobus restat intelligi. Cessit ergo inuitus, non spõte, propter illos faciens quod per se non faceret, humilians se legi circũciso Timothęo, vt dolus & scãdalum Iudęorũ cessaret: qui parati erant cõmouere tumultum & seditionẽ, si illum filiũ Iudææ incircuncisum susciperet, & episcopum

Ambrosi. ordinaret. De filiis autẽ Græcorũ non erat scãdalum, quia epistola apostolorum inde data erat, vbi dicebatur non oportere eos circũcidi. Sed Iudæi credẽtes circũcidebãt filios suos, nec epistola apostolorum hoc vetabat, nec de his aliquid significauerat. Vnde nec Titus est cõpulsus circũcidi, qui de Gręcis vel gẽtilib⁹ erat. sed Timothæus filius Iudęæ propter exploratores circuncisus est. Per hoc enim quod illũ circũcidit, & non illum, ostẽditur: quia illa legalia nec saluti necessaria sunt, nec sacrilega: ita vt veritas euãgelij maneat. s. quia in Christo neque præputiũ, neque circũcisio aliquid valet, sed fides quæ per dilectionẽ operatur. Ab his autẽ. q. d. de collatione euãgelij refero ad cõmẽdationẽ meã. Sed quales. i. quàm idiotæ Fuerint, ad cõ-

parationem

parationē meam. Aliquādo.ſ.dum in lege erant, antequàm eſſent apoſtoli illi, Qui videbantur eſſe aliquid.i.alicuius auctoritatis: quia cum domino ambulauerunt, & transfigurationi eius interfuerunt. Videbantur dico, Ab his.ſ. Falſis, fratribus: quia qui videntur eſſe aliquid, carnalibus hominibus videntur eſſe aliquid. Nam ipſi non ſunt aliquid, & ſi boni miniſtri dei ſunt, Chriſtus in illis eſt aliquid, non ipſi per ſe: nam ſi ipſi per ſe eſſent aliquid, ſemper fuiſſent aliquid. Quales, autē, Aliquando fuerunt: quia ipſi & peccatores, & idiotę fuerunt, Nil mea intereſt, referre.i. nil mihi prodeſt in hoc ſtatu miſeriæ, quia præterita nec proſunt, nec obſunt. Innuit tamen ſe præualuiſſe. Dicendo enim Quales aliquando fuerunt, indicat ſe in legalibus præualuiſſe illis: ſed nil tamen iis profuiſſe, & ideò Galatis non ſunt curanda legalia. Deus.&c.q.d. Ideò nil mea intereſt, quia Deus non accipit perſonā hominis, magnam vel paruam.i. ſine perſonarū acceptione omnes ad ſalutem vocat, non reputans illis delicta eorum. [Mihi enim, qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt. Sed econtrà cum vidiſſent quod creditum eſt mihi euangeliū præputij, ſicut & Petro circunciſionis (qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circūciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes) & cum cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur colūnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ, ſocietatis: vt nos in gentes, ipſi autē in circunciſionem: tantū vt pauperum memores eſſemus. Quod etiá ſolicitus fui hoc ipſum facere. Cum autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciē ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Prius enim quàm venirent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem veniſſent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circūciſione erāt. Et ſimulationi eius conſenſerunt cæteri Iudæi: ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationē.] Mihi.n.vel Autē.q.d. Ideò ad priora nō recurro, quia ea quę modò ſunt, ſufficiūt mihi, ad cōmendationē.ſ. quia illi Qui videbātur eſſe aliquid.ſ. Petrus, & alij qui fuerūt cum domino, nil cōtulerunt.i. addiderūt, Mihi. in quo patet quod non illis inferior ſum, qui à domino adeò perfectus ſum, vt nil eſſet quod in collatione meæ perfectioni

Auguſt.

Auguſt.

 adderent,

August. addederent. Qui enim illis imperitis tribuit sensum, dedit & mihi. Vel ita continua, Verè deus non accipit personam hominis: quia si ita esset, ego Paulus, antè impius, cui tales nil cōferrēt, nō fuissem: sed fui. Mihi enim. &c. Vel ita iūge: & legitur, Autem. q. d. illud nil mea interest referre: sed hoc dicam, Quod qui videbantur esse aliquid, nihil cōtulerunt mihi. Sed potius, E cōtrà, opinionē insidiātiū, Cum vidissent quod euangelium præputij, à domino Creditum

Ambrosi. est mihi, vt fideli, ita principaliter, Sicut & Petro euangelium, Circuncisionis. Christus enim Paulo dedit vt ministraret gentibus, qui etiam Petro dederat vt ministraret Iudæis: ita tamen dispensatio distributa est illis, & Petrus gentibus prędicaret si causa fecisset, & Paulus Iudęis. Qui enim. q. d. per hoc viderūt, quia Qui operatus est Petro. i. dedit quidque habet, eligendo eum In apostolatum circūcisionis. i. Iudæorum. Operatus est & mihi. i. ad meū honorem, Inter gentes. Cum vidissent, inquam, & cum Cognouissent gratiam quæ data est mihi, in gentes. s. quot miracula feceram, quot gentes conuerteram, Cephas. i. Petrus, Et Iacobus & Ioannes, qui erant honoratiores in apostolis, quia semper in secretis cum domino fuerunt, Qui videbantur columnæ esse. i. sustentatio totius ecclesię, quæ etiam ipsa columna & firmamentum dicitur veritatis: quā etiam sapientia ędificauit, & cōstituit in septem columnis: quo numero vel vniuersitas prædicatorum, quia solet poni pro vniuerso, vel septenaria operatio spiritus sancti in-

August. sinuatur. Cum hoc, inquam, vidissent & cognouissent, Dederunt mihi & Barnabæ dextras, in signum Societatis. i. consenserunt in societatem, & paruerunt voluntati domini: consentientes vt ego essem primus in prædicatione gētium, sicut Petrus in circuncisione. Et sicut alij apostoli obedirent Petro, ita Barnabas Paulo. Non ergo inuenti sunt in aliquo dissentire ab illo, vt cum ille perfectum euāgelium se accepisse diceret, illi negarent, & aliquid vellent tanquam imperfecto addere. Vt nos. q. d. dederunt nobis dextras: ad vtique, vt Nos, iremus In gentes: ipsi autem in circuncisionem: tantum. hoc addiderunt, Vt pauperū, qui erant in Hierusalem. Memores essemus. qui rerum suarum venditarum precia ad pedes apostolorum ponerent, Memores,

mores, dico, ad opus illorum faciendo collectas. Ecce per hoc patet, quod nobis egebāt. Quod etiam. q. d. Ipsi monuerunt nos hoc facere. Quod, id est sed, ante admonitionem illorum ego Fui etiā sollicitus, id est, studui hoc ipsum facere, non minus diligenter, quàm illi pręceperunt. Eo tempore cum venisset Petrus Antiochiā, licet hoc in Actibus Apostolorū non legatur, in faciem ei restitit Paulus. Vnde subdit, Cum autem, &c. q. d. ipsi mihi nihil contulerunt, sed ego contuli Petro: quia Cū venisset Cephas Antiochiam, qui locus Gentium erat, Ego restiti ei, tanq̃ par. Hoc enim non auderet facere, nisi sciret se non imparem fore. restiti dico eundo In faciem eius, scilicet quòd non animaduertebat indicando: & non in occulto, sed coram omnibus quibus nocebat. Et nō temere hoc feci, quia Reprehensibilis erat, id est dignus reprehensione, nō pro se, sed pro aliis. Et verè, quia hoc modo. Prius enim quàm venirēt quidam, Iudæi ab Iacobo, ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopo, Edebat, Petrus cum gentibus, non habens discretionem in cibis. Illi qui à Iacobo venerant æmulatores legis erant, nomine Christiani, qui æquo iure Christum & legem venerabantur, quos timens non miscebatur Gentibus. quòd si solum esset, non esset reprehensibile, sicut & ipse Paulus pro scandalo aliquando cessit. Sed in hoc errabat, quod gētes iudaizare cogebat suo exemplo, dum à Gentibus se diuidens Iudæis se adiungebat. Vnde subdit, Cum autem illi venissent, à Iudæa, Subtrahebat se Petrus, latenter per aliquas occasiones à cibis Gentilium. Et segregabāt se, id est per se gregē, cum Iudæis faciebat: Timens, non cibos, sed eos Qui ex circuncisione erant. id est de Iudæa, quia erant infirmi: vel etiam si firmi essent, ne pro more suo scandalizarentur. Igitur ne scandalizarentur, sed paulatim in fide nutrirentur, factus est Iudæis tanquam Iudæus, simulans cum infirmis idem sentire. Et simulationi eius cæteri Iudæi, qui erant Antiochiæ Consenserunt. tanq̃ discerneret cibos. ita, Vt & Barnabas, qui mecum erat doctor Gētium, Ab eis duceretur, Gentibus subtractus, In illam simulationem, iudaicæ comestionis, vt quāuis rectè crederet de legis in vteróq; populo abolitione: eadem tamen intentione qua Petrus, se à Gentibus

August.

Ambrosi.

sub-

ſubtraheret,& cũ infirmis idem ſentire,ſe ſimularet. Hæc autem ſimulatio Gentibus inutilis erat,ideóq; Paulus Petrum redarguit. Vnde ſubdit, [Sed cũ vidiſſem, ꝙ nõ rectè ambularent ad veritatẽ euangelij, dixi Cephæ coram omnibus. Si tu cum Iudæus ſis gentiliter viuis & non iudaicè: quomodo gentes cogis iudaizare?] Sed cum vidiſ. ego ſolus, Quòd nõ rectè amb. non quãtum ad intẽtioné, ſed Ad ver. euang. quia per hoc peribat veritas, vt Gentes iudaizarẽt, Dixi Cephę corã omnibus, quia pro omnibus ſanandis dictum eſt, vt omnes illius obiurgatione ſanarẽtur. Non enim vtile erat errorem, qui palã noceret, in ſecreto emendare. Huc etiam accedit, quod firmitas, & charitas Petri, cui ter à domino dictum eſt, Paſce oues meas: obiurgationem talem poſterioris paſtoris, pro ſalute gregis libentiſſime ſuſtinebat: valebátq; hoc ad magnum humilitatis exemplum, vt in eo qui primus eſt, diſcant cæteri mites eſſe, & humiles. Ipſe enim Petrus quod à Paulo fiebat vtiliter libertate charitatis, ſanctè ac benigne pietate humilitatis accepit: atq; ita exemplum poſteris prębuit, tanto ſanctius, quanto ad imitandum difficilius, quo non dedignarentur maiores ſicubi fortè recti tramitẽ reliquiſſent, etiam à poſterioribus corrigi. Laus itaque iuſtę libertatis in Paulo, & ſanctæ humilitatis in Petro eminuit. Dixi, inquam, Si tu, ô Petre Cum ſis Iudæus, natione & genere, Gentiliter, & non iudaice viuis. i. Gentium non Iudæorum ritu viuis, quia ſciebat illam diſſertationem ciborum nihil conferre. Ecce qui ante fuit in ritu Iudaico dimiſit. Quid ergo debent facere, qui non fuerunt, vt Galatæ? non vtiq; debent recipere. Si. inquam, hoc eſt, quomodo cogis Gentes, quæ omnia quæ vident in te putent eſſe neceſſaria ſaluti, Iudaizare? cogebat quidem non docentis imperio, ſed conuerſationis exemplo, & de hoc obiurgatus eſt. Hinc diſcant Galatæ Petri authoritate, non eſſe iudaizandum, qui in hoc reprehenſus eſt. De hac autẽ reprehẽſione diſſentire videntur Hierony. & Auguſt. ſicut & de legalium poſt Chriſtum obſeruatione. Hiero. enim ait Petrũ non ideo obſeruaſſe illa legalia, quod vellet ea poſt Chriſtũ ſeruari etiã à Iudeis, ſicut verè, nec debebãt: ſed inuitum feciſſe, & diſpenſatoriè ſimulaſſe, ne, ſ. Iudęos amit-

Marginal notes: Auguſt. (beside "creto emendare") ; Augu. ad Hierony. (beside "do cogis Gentes")

amitteret: nec in hoc peccabat, quia bona intẽtione, id agebat: & si illi peccarent, qui eius quasi exemplo iudaizabant. nec fuit reprehensio vera: quia nil in eo reprehensibile erat, sed dispensatoria, vt per hoc scirent Gentes non esse iudaizandum, videntes tantum Apostolum in hoc reprehẽdi. Augustinus verò dicit Petrum seruasse illa legalia non dispensatoriè, sed verè, quasi eis subiectum, sed nõ in eis spem ponentem, quæ ab omnibus Iudæis erant seruanda. Et eum verè peccasse, non illa seruando, sed alios suo exemplo iudaizare cogendo: vt sit reprehensio vera non dispensatoria. Ait enim Hiero. Ex hoc loco impius Porphyrius Petrum à Paulo reprehensum nobis obiicit, volens & illi maculam erroris, & huic procacitatis incutere, & commune ficti dogmatis accusare mendaciũ, dum inter se ecclesiarum principes dissederẽt. quod vtique facit non intelligens quo sensu Petrus reprehẽsibilis fuisse, vel ei Apost. Paulus in faciem restitisse dicatur. Nam vterq; rectè sentit legem nõ esse tenendam, & in omni gẽte quicunque timet deum, & operatur iustitiã, acceptus est illi: sed vterq; cauta simulatione dispensat, ille subtractionem, iste reprehensionem: vt & Iudæis superbia, & gentibus desperatio tolleretur. Non igitur, vel Paulo, vel eis cum quibus antè edens, se ab eis postea separabat, Petrus verè reprehensibilis erat: nec eis Paulus procaciter resistebat. Paulus enim in Petro hoc reprehendere non potuit, quod ipse fecit: nec arguere simulationẽ, cuius & ipse reus erat: sed fuit hęc reprehensio non vera. sed dispensatoria: nec Petrus peccauit, nec Paulus procaciter arguit. Petrus autẽ (sicut legitur in Actibus Apostolorum) author fuit huius decreti, Legẽ post euangelium nõ esse seruandam, qui post visionem lintei, vbi erant diuersi generis animalia, ad Corneliũ intrauit, & cũ gentibus comedit: qui etiã quæstionem de hac re soluit. Cum enim Paulus & Barnabas, iam cõuersis multis gentibus venissent Antiochiam, quidã de Iudęa descendẽtes dicebãt, Sine lege Moysi nemo potest saluari. Tunc vtrique. s. Pau. & Barnabas & illi Iudæi qui hoc dicebant, ascenderunt Hierusalẽ ad apostolos. Petrus verò ait, Dedit deus spiritũ illis sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda

Augu. ad Hierony.

eorum,

BIBLIOTECA UNIV...

eorum. Quid ergo tétatis demum imponere iugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? sed p gratiam credimus saluari, sicut & illi. Petrus itaque be sensit de abolitione legis, sed simulauit ꝓ timore Iudæorum, ne occasione gentium à fide recederent, & sic perderet gregem suum. Simulauit auté Paulus pro simili metu, vt in circuncisione Timothæi, & ipse qui comá ex voto nutriuit, vt Nazaræi, in Cenchris ex lege caput totondit. Post multa etiã in Hierusalem consilio Iacobi, & presbyterorum purificatus secundum legem in templum intrauit, & hostiam obtulit. Ecce quomodo Iudæis Iudæus factus est. Non ergo officioso mendacio, sed honesta dispésatione & Petrum se à gentibus segregasse, & Paulum ei extitisse, ego imò alij ante me exposuerũt, vt & apostolorum prudentia demonstraretur, & blasphemantis Porphyrij imprudentia coerceretur. Augusti. verò dicit credentes de gentibus onere legis liberatos esse: de Iudæis verò credentes, legi subditos esse, nec peccare si circuncidunt & sacrificãt, modo spem salutis in eis non constituant. nec peccat Petrus, si iudaizat, sed quia cogit gentes iudaizare suo exemplo. in quo solo, Paulus reprehendit eum, vt doctor gentium, vt sit reprehensio vera, nec dispensatoria.

Augu. ad Hierony.

Alioquin mẽtitus est Paulus. Si eñ hoc fecit Petrus quod facere debuit, mentitus est Paulus, qui eum vidit, non rectè ambulantem ad veritatem euãgelij. Quisquis enim facit, quod facere debet, rectè vtique facit, & ideo falsum de illo dicit, qui dicit eũ nõ rectè fecisse, quod nouit eũ facere debuisse. Si autem verum scripsit Pau. verum est quod Petrus, non rectè ambulabat ad veritatem euangelij: ego quidem illud Petrum, sic egisse credo, vt Gentes cogeret iudaizare. Hoc enim lego scripsisse Paulum, quem mentitum esse, non credo, & ideo non rectè agebat hîc Petrus quia erat contra euangelij veritatem, vt putarent qui credebant in Christum, se sine illis legalibus saluos esse non posse. Hoc enim contendebant Antiochiæ, qui ex circuncisione crediderant. Ipsum verò Paulum credo, non ita egisse quando Timothæum circuncidit, vel Cenchris votum persoluit, vel Hierosolymis à Iacobo monitus, legalia illa suscepit, vt putare videretur per illa legalia salu ter-

tem posse dari, sed ne illa quæ in vmbris futurorum Deus fieri iusserat, tanquam idololatriã Gentium damnare crederetur. Hoc est enim, quod illi Iacob9 ait, Vides (inquit) frater quot milia sunt in Iudæa qui crediderunt in Christo, & hi omnes æmulatores legis sunt. Audierũt enim de te, quod discissionem doceas à Moyse eorum, qui per gentes sunt Iudæorum, dicens non debere circuncidere filios suos, neq; secundum consuetudinem legis ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet conuenire multitudinem. Audierunt etenĩ superuenisse. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se: his assumptis, sanctificate cũ ipsis, & scient omnes falsa esse quę de te audierãt. Non, vt opinor obscurum est, & Iacobum hoc ideo monuisse, vt scirent falsa esse quæ de illo audierant hi, qui cum ex Iudæis credidissent, tamen æmulatores erant legis, qui sic ea volebant obseruari, tanquam sine his in euangelio salus credentibus esse non possit. Hi senserant Paulum vehementissimum gratiæ prædicatorem, & intentioni eorum maxime aduersum. Ab æmulis enim nouæ legis. qui non intelligebant, quo animo à Iudæis fidelibus illa tunc obseruari deberent, scilicet propter cõmendandam authoritatem diuinam, & sacramẽtorum illorum propheticam sanctitatem, non propter adipiscendam salutem, dicebatur Paulus gratiæ prædicator egregius damnare legem Moysi, vt sacrilegam, nec deo mandante scriptá, & ideo huius falsæ criminationis inuidiam diluere volẽs ipse iudaizauit, ostendens non eam esse sacrilegã Iudæis, vt est idololatria gentibus, nec tamen esse necessariam saluti. Porrô apostoli decreuerant Hierosolymis, ne quisq̃ tunc Iudæos iudaizare prohiberet, quamuis etiam ipsos Christiana doctrina non cogeret. Itaque si post hoc Apostolorum decretum Petrus habuit illam in Antiochia simulationem, qua gentes cogeret iudaizare, non mirum si Paulus cõstringebat eum liberè debere asserere, quod cũ cęteris apostolis, se Hierosolymis decreuisse meminerat. Si autem hoc ante illud Hierosolymitanum conciliũ Petrus fecit, nec sic mirum est, quod eum volebat Paulus nó timidè hoc subtegere, sed fidenter asserere, quod eum pariter sentire iam nouerat: vel quia cum eo contulerat euangelium

August.

Augu. ad Hierony.

gelium

gelium, vel quia in Cornelij vocatione etiã diuinitus eum de hac re monitũ acceperat, siue quia anteq̃ illi venissent Antiochiam quos timuerat, cum gentibus eum conuesci viderat. Non enim negamus Petrum in hac sententia fuisse, in qua & Paulus fuit. Non igitur tũc eum, quid in ea re verum esset, docebat: sed eius simulationem, qua gẽtes cogebat iudaizare, arguebat. quia sic illa omnia simulatoriè gerebantur, quasi verum esset, quod dicebãt quidam. s. credentes, sine lege non posse saluari, in cuius sententiæ non consensionem, sed simulationem timore Petrus inciderat, vt de illo verè Paulus scriberet, quod eum vidisset non rectè ambulantem ad veritatem euangelij, eíq; verissimè diceret, quod gentes iudaizare cogebat, quod Paulus vtique nõ faciebat: ob hoc illa vetera veraciter, vbi opus erat obseruans, vt damnanda non esse monstraret: prædicans tamen instanter, non eis, sed gratia fidei saluos fieri fideles, ne ea velut necessaria quisquam susciperet, post passionem & resurrectionem nanq; domini iam reuelata fide amiserant tanq̃ vitã officij sui. Veruntamen sicut defuncta corpora deducenda erant, quodammodo ad sepulturam, nec simulatè sed religiosè, non erant deserenda continuò, vel inimicorum obtrectationibus, tanq̃ canum morsibus proiicienda. Ideò nunc quisquis Christianorum, quanuis sit ex Iudęis, ea celebrare voluerit, quasi sopitos cineres eruens, nõ erit pius deductor, vel baiulus corporis, sed impius sepulturę violator. Nam processu temporis obseruationes illæ ab omnibus christianis sunt deserendæ. Item ipsum Apostolum Paulũ interrogãs, interpello & requiro, in eo quod scripsit se vidisse Petrum non rectè ambulare ad veritatem euangelij, eíq; ideo restitisse, quod illa simulatione gẽtes iudaizare cogebat: vtrum verũ scripserit, an nõ: nescio qua dispensatiua falsitate mentitus sit. Absit vt eũ mendaciter fecisse credamus. Omnino eñ tenendũ est in doctrina religionis nullo modo esse mentiendũ, & à scriptorib⁹ sanctarũ scripturarũ credendũ est omnino ab esse mẽdacium, ne dispensatores Christi sibi putent licere pro veritatis dispensatione mentiri. Fidelis igitur dispensator Pau. nobis exhibet proculdubio in scribẽdo fidem, quia veritatis dispensator erat, nõ falsitatis: & ideo verum scripsit

Augu. cõtra Iudã.

psit, dicens se vidisse Petrum non rectè ambulantẽ ad veritatem euangelij, eíque in faciem restitisse, quod cogeret gentes iudaizare. Petri itaque & Barnabæ simulatio, meritò reprehensa est, & correpta: ne & tũc noceret, & ne posteris ad imitandum valeret. Cui Hieronymus ita respondet, Scribis in epistola quod Paulus, cum iam esset Christi apostolus, suscepit ea quę in lege præcipiũtur celebrãda, vt doceret non esse peniciosa his, qui ea vellent (sicut à parentibus per legem acceperãt) custodire, si tamen in eis non constituerent spem salutis. Estque summa sententiæ tuæ, credentes quidem de gẽtibus à legis onere liberos esse, sed credentes de Iudæis bene facere, si sacrificãt & circuncidunt. Sed si post euãgelium bene facit, qui iudaizat in sacrificiis & cæteris, in hæresim labimur Cherinthi, & Ebionis, qui propter hoc sunt anathematizati, quod euangelio miscuerunt cultum legis, qui dum volunt Iudæi esse & Christiani, neutrum sunt: & si tales suscipimus, vt in ecclesia dei faciant quod fecerunt in synagoga Satanæ, non illi Christiani fient, sed nos Iudæos faciẽt. Dicis legis cærimonias his, qui ex Iudæis sunt, non esse pestiferas, ego contra pronuncio, quòd sunt vtique cærimoniæ Iudæorũ omnibus mortiferæ fidelibus. Finis eñ legis Christus est. Item, Lex & prophetæ vsq; ad Ioan. Itẽ Hieremias, Cõsummabo testamentum nouũ super domum, vel domui Israel. Non dicit populo gentium, sed Iudæis, vt nõ in vetustate literæ viuãt, sed in nouitate spiritus. nec sunt illæ cærimoniæ res indifferentes inter bonum & malum: si obseruandæ sunt, salutem afferunt: si verò salutẽ non afferunt, non sunt obseruandæ. Eas obseruare tu dicis bonum, ego assero malum, non modo eis, qui ex gentili, sed etiã qui ex Iudaico populo crediderũt. [Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Sciẽtes autem, ꝙ non iustificatur homo ex operibꝰ legis, nisi per fidẽ Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & nõ ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis, non iustificabitur omnis caro. Quòd si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus, & ipsi peccatores: nunquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim quæ destruxi iterum hæc reædifico, præuaricatorem me cõstituto.]

Hierony.

Nos

Nos natura,&c. Commendata authoritate sua.iam rationibus incipit agere, quod carnales obseruantiæ post Christum non sunt obseruandæ,ostendens iustitiam, non ex lege,sed ex gratia fidei esse,primo,exẽplo sui & apostolorum,& Abrahæ,qui ex fide iustificati sunt:deinde scripturarum attestatione.tandem humana consuetudine. De improbatione itaque legis incipit hîc plenè agere.q.d.gẽtes non debent iudaizare. Et verè, quia nos qui valuimus in lege, scimus eam non iustificare, & ideo ea dimissa ad Christum confugimus. quod ita dicit, Nos.s.ego & alij apostoli sumus Natura Iudæi.i.non proseliti, sed genere Iudæi sumus, Et non sumus,peccatores ex gentibus.q.d. peccatores quidem sumus, sed non, vt gentes idololatræ, & immundi. Attende quod sicut interest inter irridentes & irrisores,& inter scribentes & scriptores,& huiusmodi: ita scriptura peccatores appellare cõsueuit valde iniquos, & grauibus peccatorũ sarcinis oneratos,quod nomẽ gentibus imposuerunt Iudæi ex vetusta superbia,tanq̃ ipsi iusti essent,cum essent & ipsi peccatores. Hoc nomen nõ est in scripturis vsitatum de illis, qui cum iustè, & laudabiliter viuant,non sunt sine peccato. Scientes autẽ.q.d.sumus natura Iudæi,& non peccatores ex gentibus, sed tamen, Scimus quod homo,id est Iudæus quantumcunque in lege sit,Non iustificatur ex operibus legis.i.per opera legalia,quæ sunt de sacrificiis & de aliis figuratiuis. Nullo denique modo iustificatur, Nisi per fidẽ Christi Iesu.i.qua creditur in Christũ. Et quia hoc est:ergo Et nos Iudęi sicut & gẽtes,Credimus in Christo Iesu,vt iustificemur ex fide Christi. Nõ ideo dicit ex fide, quod opera bona frustrẽtur,cũ deus reddat vnicuiq; secũdũ opera sua,sed quia opera sũt ex gratia,nõ ex operibꝰ gratia,quia fides per dilectionẽ operãs,nihil operaretur,nisi ipsa dilectio dei diffunderetur in nobis per spiritum sanctum: nec ipsa fides esset in nobis,nisi deus eam daret. Ex fide ergo nos dicit iustificari,quia ipsa prima est,ex qua impetrantur cætera. Ex fide iustificemur dico, Et nõ ex operibus legis, aliquo modo,siue ante fidem, siue cum fide fiãt Propter quod.s. quia Iudæus non est iustus ex lege:patet quod Ex operibus legis non iustificatur omnis caro.i.gentilis,quia si ex illis

August.in psal.105.

Augu.ad paul.epis.

Augu.ad Prosp.& Hilariũ.

illis nō iustificatur Iudæus. multo minus Caro, id est peccator ex gentibus. Quòd si. quasi dicat, nos credimus in Christū, vt per fidem iustificemur. Quod. id est sed Si, & nos, ipsi Inuēti sumus, peccatores. ideo quia sumus, Quærentes iustificari in Christo, id est si dicitis, & si verum est nos peccasse eo quod legem dimisimus: & in Christo iustitiam quærimus, tunc qui hoc pręcipit, scilicet Christus, Est minister peccati. Nunquid Christus est peccati minister? q. d. Mirum est, si quis hoc dicat. Sed absit, vt Christus peccauerit, qui legem destruxit, & deseri præcipit. Si enim. quasi dicat, Verè Christus non peccauit hoc pręcipiendo, quia nec ego peccaui deserēdo, & destruēdo, quia Si iterum hæc reædifico, quæ destruxi. s. superbiam gloriantem de operibus legis, præuaricatorē me esse constituo. Videtur fortè ex his verbis similiter posse obiici, quia si fidem Christi, quā ante oppugnabat, nunc ædificet, præuaricatorem se cōstituat, sed illam non destruxit, quia destrui non potest. Hāc autem superbiam verè destruxerat, & destruebat, & ideo si reædificaret præuaricator fieret. Ille enim præuaricator est, qui cum destruxerit rē falsam quæ destrui potest, eam rursum ędificat. Ille verò non est, qui rem veram cum conaretur destruere: & postea verā esse ac destrui, non posse cognosceret, tenuit eam, vt in ipsa ædificetur. Vel ita, Quòd si quæ. q. d. Dixi quod ex operibus legis, nō est iustitia. & verè. Quod, id est, quia etiam nos ipsi, qui in lege maiores Inuenti sumus, nō opinione habiti, sed ratione probati fuisse Peccatores, in ea. s. dum ei subiecti seruiebamus. quod indè apparet, quia sumus Quærētes, id est quęrimus, Iustificari in Christo, quia cur in Christo quæreremus iustificari, nisi quia in lege, nō eramus iusti? Et si hoc est, id est, si nos ī ea perfecti eramus fuimus ex ea peccatores: tunc lex vbicunque post Christi passionem seruatur, ministrat peccatum, & si lex ministrat peccatum, tunc si Christus legē modò ministrat, & peccatum. Sed nūquid Christus est minister peccati? Absit. Nō enim minister est peccati, ergo nec legis, quod fortè videretur, quia eam adimpleuit. Sed absit, ꝙ ipse sit minister. i. quod eam ministrauerit, docēs eam post suam passionem seruandā. & si Christus non est minister legis, cur vos Ga- August.

Berenga. latæ eam seruaretis? Vel ita, Quòd si.q.d. Verè ex operibus legis, nō est iustitia, Quod, id est, quia nos ipsi quærentes iustitiā in Christo, id est re vera cognouimus nos, non posse iustificari, nisi transeuntes ad Christum, nos dico, Inuēti peccatores, in lege. & si hoc est, quod vtiq; est, Nūquid Christus minister peccati.i. nunquid patitur Christus, & concedit nos relabi, ad id quod eramus? quòd si pateretur, id est cōcederet, profectò nobis esset minister peccati.i. prioris status nostri, sicut fuisset transeuntibus ad se minister iustitiæ, sed Absit. Si enim.q.d. Verè Christ', non est minister peccati, vel legis, ego enim sequax eius, Destruxi, legem rationabiliter viuēdo, & docendo. Et si, ego, Iterum reædifico, hæc quæ destruxi, id est legem, Cōstituo me esse præuaricatorē, id est contra legem spiritualiter intellectam facio. [Ego enim per legem, legi mortuus sum, vt deo viuam. Christo confixus sum cruci. Viuo autem, iam non ego: viuit vero in me Christus. Quod autem, nunc viuo in carne, in fide viuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non obiicio gratiam dei. Si enim per legem iustitia: ergo gratis Christus mortuus est.] Ego enim per legem, spiritualiter intellectam,

August. Mortuus sum legi, ne carnaliter in ea viuam. Vel, Per legem.i. per authoritatem legis, ipsam dimisi, quasi ei mortuus, nullum carnalem sensum eius habens: in qua scriptū est, Prophetam suscitabit dominus de fratribus vestris, ipsum tanquam me audietis. Et item, Cōsummabo testamentum nouū domui Israel. Et holocausta, & pro.p. non post. tunc dixi, ecce ve. & alia huiusmodi. Mortuus sum legi dico, Vt viuam, nō mihi sed deo, id est ad honorē dei, quod etiam possum, quia Cum Christo cō fixus sum cruci, id est crux Christi extinxit in me ardorem peccati, vt iam vltra ad id non extendar timore dei, quasi clauis habens carnes

Augu. de sermo. in epist. Ioā. affixas. Vnde, Confige.t.t.c.m. Viuo autem.q.d. cū Christo crucifixus sum cruci, sed propter hoc viuo virtutibus, id est, vigorem bene operandi habeo. Viuo dico, Iam nō ego, secundum carnem, quia iam nō sum ille peccator, qui prius eram. Viuit verò in me Christus.i. nouitas Christi apparet in me, Et est sensus, nō est in me iustitia mea, sed Christi. Ad quid ergo lex necessaria est? Quod autē, illud

quod

quod dixerat,& quod est,& qualiter est,& per quid, exponit. q. d. dico me viuere, Quod autem nunc viuo, id est bene operari possum In carne, corruptibili in qua est incentiuum vitiorum, id est, quod in igne non vror, In fide viuo,, id est per fidem est, non per laboriosa opera legis. Fide dico, Filij dei, cuius fides valere potest, cum sit dei filius. Vt autem ostenderet, non esse meriti sui, sed gratiæ Christi, quod in carne viuens viuit in fide, addit, Qui dilexit me,& per hoc fides habet efficaciam Et per dilectionẽ tradidit pro me, non aliud sacrificium, Sed semetipsum, solum, qui tantus est. Attẽde quod filius se tradidit, vt hîc dicitur,& pater eum tradidit, vt alibi ait Apostolus, Qui proprio filio, scilicet, non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Si pater tradidit filiũ,& filius tradidit seipsum, Iudas quid fecit? Facta est traditio à patre, facta est traditio à filio, facta est traditio Iuda, vna res facta est. Quid ergo discreuit patrem tradentem filium,& filiũ tradentem se,& Iudam tradentem magistrum? Quia hoc fecit pater,& filius in charitate: Iudas autem fecit in proditione. Videtis, quia, non quid faciat homo considerãdum est, sed quo animo,& volũtate faciat. In eodem facto inuenimus deum, in quo inuenimus Iudam: deum benedicimus, Iudam detestamur: benedicimus charitatem, detestamur iniquitatem. Deus cogitauit salutem nostram, qua redempti sumus: Iudas cogitauit precium, quo vendidit dominũ. Filius preciũ quod dedit pro nobis. Diuersa ergo intentio, diuersa facta facit, cũ tamen, sit vna res, reparatio ex diuersis: eam si metiamur, vnum conandum, alterum damnandum: vnum glorificandum, alterum detestandum inuenimus. Non abiicio. quasi dicat, quia Christus ex dilectione tradidit se,& iustificauit me: ergo Nõ abiicio gratiam dei, id est, non recipio legem, quod esset abiicere gratiam. Vel secundum aliam literam, quæ est Nõ sum ingratus gratiæ dei, vt ei comparem aliud, id est legem, vt dicam per legem esse iustitiam, nec debeo: Si enim per legem, id est, per opera legis, quibus Iudei confidebant, Iustitia Christus mortuus est gratis, id est frustra, sine causa. Augusti. Ambrosi.

CAPVT III.

O Insensati Galatæ. quis vos fascinauit, nō obedire veritati? Ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in vobis crucifixus. Hoc solū à vobis volo discere, Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei?] O insensati Galatæ. Increpat eos, verba enim sunt irascentis, & increpantis, qui per increpationem commonet eos, vt rationes sequētes attentius audiant. q.d. nō ex lege, sed ex fide iustitia est, & Christus ex dilectione se pro nobis tradidit. & cū hæc omnia constent, & in his instructi fuistis, O, dolendo dicit, vos Galatę, estis, Insensati, quia nec se circunuentos esse cognoscunt. Et cum prius rectè instructi fueritis, Quis vos fascinauit. i. decepit. Veritati non obedire? Veritas enim se ingerit vobis, & vos ei non creditis. & Quis vos, ita Fascinauit? Per simile hoc dicit. q.d. vt quod ante oculos est nō videatis, sicut magicis ludificationibus aliter quędam oculis hominum ostendūtur q̃ sint, & dicuntur illæ fascinationes. Dicitur etiā fascinus, siue fascinatio vulgò quod nocet infantibus. Dicuntur enim quorundā oculi visu vrentes, & hîc eorum actus fascinatio dicitur: & potest fieri, vt huic peccato inseruiāt dæmones. Similiter inuidia tanq̃ fascinus vrit, Inuidus enim non modo sibi nocet, cum aliena felicitate tabescit, sed etiā his in quibus aliqua bona esse incipiūt. Vnde in libro, qui Sapientia Salomonis inscribitur, Fascinatio malignitatis obscurat bona. Sic factū est, vt inuidi tanquam fascinantes nocuerint Galatis nuper in Christo renatis, vt idem Galatæ fidei stomacho nauseante cibū spiritus sancti euomuerunt. Quid autē ex hac fascinatione euenerit ostendit subdens, Ante quorum oculos, &c. q.d. Verè fascinati estis Ante quorū ocu. i. quorum reputatione Christus tātum Proscriptus est. i. damnatus. Et in vobis, & in vestris intellectibus falsis Christus cru. est, vt purus homo sine salute vestra. In oculis & sensibus prudentium Christus videtur damnasse mortem & diabolum, & infernum, secundū illud Oseæ, Ero mors tua ó mors &c. Hæc est virga Moysi quæ versa in serpentē, deuorauit serpētes magorū. Hîc est summus sacerdos in lege, in cuius morte qui sanguinem proximi fuderant ignorāter, & ob id metuen-

Margin notes: Ambrosi. (beside "ditu fidei"); Hierony. (beside "tur q̃ sint"); Ambrosi. (beside "rè fascinati").

tuentes, ad ciuitatẽ refugij se contulerant, absoluebãtur, & securi fiebãt, à metu. Ita Christi morte damnato superbo salus nostra procurata est, quod in sinuabat ineffabile nomẽ domini, scriptũ in lamina aurea summi põtificis, quod erat tetragrammaton.i.quatuor literarum, quæ sunt ioht. he.vau eth.i.principiũ passionis vitæ iste.aa si diceretur, Ille cuius iste legalis sacerdos gerit personã, est nobis per passionem author, & reparator vitæ per Adã amissæ. Vnde qui ascendit super occasum dominus nomen illi. Occasum enim mortis Christus ascendit.i. triumphauit, diabolum & mortẽ damnãdo. Sed oculis stultorum videtur damnatus tantum, & in eorum sensu crucifixus, vt homo, in quo nulla spes salutis sit. In illis ergo viuit Christus, & in istis est mortuus. Vel ita, Ante qu.ocu. Chr. Iesus proscr. est.i. ꝓscriptio eius ita vobis nota fuit, quasi ante vos fuisset facta, Et in vobis est crucifi.i. in intellectibus vestris fuit crucifixio, vt sciretis qualiter facta, & quid contulit. Vel ita, Verè fascinati estis, Ante qu.ocu.i.in vestra præsentia vobis vidẽtibus ille tantus Qui est Christus Iesus, & pro vobis, Crucifixus est, & ꝓscriptus.i. exhæredatus. & hoc In vobis, in aliis non deberetis pati, vt regnum & hæreditatem suã amitteret, nedum in nobis, Sed in vobis etiam proscriptus est.i.hæreditatẽ suam amisit in vobis.i. in vos ipsos. Quod ait, Crucifixus, pondere pronunciationis indiget, cũ dolore, quod addidit, vt hinc maxime moueret eos, cum cõsiderarent quo precio emerit possessionẽ quam in eis amittebat. Vel ita, Verè fascinati estis, Ante quorũ ocu. Chri. Iesus proscr.est.i.dum per legem Christum Iesum deseritis, Christus est à vobis proscriptus, sicut à Pilato.i.ita peccatis, sicut peccauit Pilatus Iesus ꝓscribẽdo eum, & dum insufficientem creditis, Crucifixus est in vobis.i.à crucifixoribus, peccati quantitate nõ differtis. Hoc solum volo. Postquam Galatas increpando cõmouit, commotis eis per increpationem probat, quod lex non est obseruanda, quia nõ ex ea, sed ex fide veniunt omnia necessaria sancti spiritus, iustitia, benedictio. q.d. Quanuis sitis fascinati & stulti, tamen Hoc volo à vobis discere, quia hoc adeò euidens est, vt & stulti docere queant. & hoc Solum, volo à vobis scire, quia si nihil aliud

Ambrosi.

August.

Berẽgar.

 esset,

esset, hoc solum ad probandum, quod intendo sufficeret. Quid est illud? Ecce constat quia Accepistis spiritum, sanctum inhabitantem. & cum hoc constet, quod spiritum, accepistis, An ex operibus legis, vbi labor est, quæ nunquam habuistis accepistis eum, An ex auditu fidei? id est ex fide quæ auditus facilitate venit? Ex fide vtique, non ex operibus legis. Ab Apostolo enim prædicata est eis fides, ī qua prædicatione aduentum, & præsentiam spiritus sancti senserant. sicut illo tempore in nouitate vocationis ad fidem, etiam sensibilibus miraculis præsentia sancti spiritus apparebat. sicut in Actibus apostolorum legitur. *Hoc autē factum erat apud Galatas, anteq̄ isti ad eos peruertendos venissent.* Hîc ergo sensus est, Si in illis operibus legis esset salus vestra, non daretur vobis spiritus sanctus, nisi circuncisis: Sed fuit datus vobis antequàm opera legis haberetis. Et sciendum, ꝙ nunc de operibus maximè tractat, quæ sunt in sacramentis, quę non sunt necessaria: vbi iam gratia fidei est. Bipertita enim sunt opera legis, Nam partim in sacramentis, partim in moribus accipiuntur. Ad sacramenta pertinent circuncisio, sabbatum, neomœniæ, sacrificia, & huiusmodi innumeræ obseruantiæ. Ad mores autem, Non occides, nō mœchaberis, & huiusmodi. In obseruantiis autem, si nō intelligantur, seruitus sola est: qualis erat in populo Iudæorum, & est vsque adhuc. Si autē obseruentur illa & intelligantur, non modo nihil obsunt, sed etiam prosunt si tempori congruant: sicut à Moyse & prophetis obseruata sunt congruentia illi populo, cui adhuc talis seruitus vtilis erat, vt sub timore custodiretur. Nihil enim tam præterret animum quàm sacramentum non intellectum: intellectum verò pium gaudium parit, & celebratur liberè, si opus est tēpori, si vero nō est opus, cum suauitate spiritali tantum legitur, & tractatur. Omne autem sacramentum cum intelligitur, vel ad cōtemplationem veritatis, vel ad bonos mores refertur. Contemplatio veritatis in solius dei dilectione, & cognitione fundata est. Boni mores in dilectiōe dei & proximi. In quibus duobus tota lex pēdet & prophetæ. [Sic stulti estis, vt cū spiritus cœperitis, nunc carne cōsummamini? Tanta passi estis sine causa: si tamen sine causa. Qui ergo tribuit

buit vobis spiritũ, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est, Abrahã credidit deo: & reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo quia, qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes deus, prænunciauit Abrahæ quia benedicentur in te onnes gentes. Igitur, qui ex fide sunt: benedicentur cũ fideli Abraham. Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.] Sic stulti. Item hîc increpat eos. Quasi dicat. Et quia spiritus est ex fide: ergo vos Stulti estis: & sic, id est adeò, Vt cum cœperitis, instrui, Spiritu, sancto. i. cum initium habueritis à spiritu sancto, nunc cum prouectiores estis Consummam. i. quæritis cõsummari Carne, id est per carnales obseruantias, à quibus, nec initium iustitiæ poterat haberi, & ita ordinem cõfunditis. Ordo enim est à carnalibus ad spiritualia surgere, non à spiritualibus ad carnalia cadere, sicut vobis accidit: quia quod bonum non est, non est euangelium, cum hoc annunciatur. Tanta, &c. Quasi dicat, Vos quæritis consummari carnalibus obseruantiis, sed non consummamini: immo habita perditis. & ideo tanta Passi estis, sine causa, id est sine vtilitate? Vel hoc ideo dicit, quia multa, iam ꝑ fide tolerauerant, & in ipsis passionibus charitate timorem vicerãt. sine causa ergo tanta passi erant, qui à charitate, quæ in eis tanta sustinuerat, ad legem labi volebant. Si tamen, quasi dicat, Dico, vos passos sine causa, non, Tamen affirmo, quia in vobis, id est in potestate vestra est, si vultis, non erit sine causa, immo proderit. Sine causa enim factum dicitur superfluum, quod nec prodest, nec nocet. Hoc autem prodesse potest, si resipuerint. Hoc dicit, ne desperẽt. Qui ergo tribuit, &c. Redit ad illã, quam cœperat demonstrationem, ostendens, ꝙ sicut illi per opera legis, quæ nunq̃ habuerunt, nõ acceperunt spiritũ sanctum, sed per fidem: ita & ipse, nõ per illa opera, sed per fidem habet potestatem, dandi spiritum sanctum, & operãdi miracula. Quasi dicat, quia vos, non ex operibus legis, quæ nunquam habuistis, accepistis spiritũ, sed ex fide: Ergo, qui tribuit vobis spiritum. sanctũ, ministerio, nõ authoritate, Et operatur virtutes. i. miracula, In vobis. i. inter vos. s. ego: facit

August.

Ambrosi.

Hoc ex operibus legis, an ex auditu fidei. Non vtique ex operibus legis, sed ex fide: & si mihi qui ibi valui nō prosunt, cur vos ea quæritis? Quod autē mihi non prosint per exemplum vestri manifestatur: per vos enim potestis videre, ꝙ ego qui habui opera legis, non tamen per ea, sed per fidem accepi potestatē dandi spiritū ministerio nō authoritate, & operandi miracula. Deo eo quod sub lege fuerat, posset dubitari, sed per similitudinem istorum liquet. Deinde adhibet exemplum patris Abraham, cui ante circuncisionem fides reputata est ad iustitiā, subdens, Sicut, &c. Et ostendit hic iustitiam esse ex fide. q. d. ita spiritus est ex fide sicut & iustitia. Nam scriptum est in Geñ. *Abraham credidit deo*, & ipsum credere, Reputatum *est ei ad iustitiam*. i. sufficiens causa fuit iustitiæ Abrahę, & est aliis. Et vocat hîc iustitiam, peccatorum remissionem, & bonæ vitæ obseruantiam. Cognoscite. q. d. quia Abraham iustus est ex fide, Cognoscite ergo quia illi, qui sunt ex fide, id est, quorū esse est ex fide. i. qui ex fide credunt se iustificari & saluari, Hi sunt filij Abrahæ, imitatione. i. iusti. Prouidens autem. Ostendit superius ex fide esse spiritū & iustitiam. hîc ostendit ex eadem fide esse benedictionem. q. d. nō solum iustitia est ex fide, sed etiam benedictio, quia Scriptura, inducens deum loquentem Abrahæ dicit, O Abraham Omnes gentes, nō tantū Iudæi Benedicentur, æterna beatitudine In te. i. quod est in fidei tuæ conformitate, quia imitatione fidei eius qua iustificatus est etiā ante circuncisionem, Iudæi & gentes benedicentur. Vel in te. i in tuo semine. s. in Christo. Et ne alio, id est ad alium sensum vertas verba illa, dicit Moysen sic sensisse addens. Prouidens, &c. q. d. Scriptura, dicit, prouidens, id est ostēdens longe antequā fieret prouisum esse hoc. s. quia Deus iustificat, Ex fide, Gentes, non ex operibus legis. Et ideo prænunciauit Abrahæ. i. ostendit prænunciatū esse Abrahæ quod ex fide est benedictio dicens, Quia in te. i. tuę fidei imitatione Benedicentur, æterna beatitudine Omnes gentes. Et quia authoritas scripturæ hoc dicit Igitur, qui ex fidē sunt benedicentur, cū fideli Abrahā. i. sicut Abraham per fidē benedictus est. Quicunque enim. q. d. recte dico quod qui illi ex fide sunt benedicentur. Ex operibus enim

Ambrosi.

August.

enim non benedicuntur,sed mali sunt:quod ita dicit, Quicunque enim ex operibus legis sunt,sicut illi qui per ea putant se iustificari,Sub maledicto, transgressionis, Sunt, vt nequeant euadere,& ideò illud quod dictum est Abrahæ, scilicet. In te benedicentur omnes gentes, non est aliter intelligendum,quàm supra exposuit. Non enim sic intelligi debet,vt dicatur sicut Iudæi volunt,In te benedicentur omnes gentes.i.in tuorum operum similitudine. Ex operib' enim legis non est benedictio,sed maledictio:quod intelligendum est,non de operibus quę ad mores pertinēt, sed quæ in illis obseruationibus fiebant. Prodest enim lex scripta in tabulis,in quibus erant tria mandata pertinentia ad dilectionem dei:& septem ad dilectionem proximi:cętera verò sunt hominum. quod legis authoritate probat subdens. [Scriptum est enim,Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus,quæ scripta sunt in libro legis,vt faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum:manifestum est,quia iustus ex fide viuit. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea viuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis factus, pro nobis maledictum: quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno:vt in gentibus benedictio Abrahę fieret in Christo Iesu, vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.] Scriptum est enim.q.d. Illi qui ex operibus legis sunt, maledicti sunt. & verè, quia sic Scriptum est, in Deuteronomio, Maledictus est omnis qui non permanserit, non solū cognouerit: non in quibusdam tantum, Sed in omnibus, præceptis,Quę scripta sunt in libro legis. Permanserit dico, ita, Vt faciat ea.i, non modò velit, sed opere impleat, quod nullus potest facere. Vnde Petrus ait, Quid tentatis imponere nobis iugum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? Et est sensus. Quasi dicat,deus per Moysen multa quidem præcepit què nullus implere poterit, sed homini data sunt in onus ad eius domandam superbiam: qui dicebat,non deest qui impleat, sed deest qui iubeat: & ideò maledicti erant omnes qui sub lege erant, quia in omnibus erat reatus transgressionis, à quo absoluti erant qui in gratia confidebant,spiritualiter saltem legē implentes. in quo innuit desiderandum esse saluatorem,

Augusti.

qui

qui finem ponat his,& liberet non solum ab aliis peccatis, sed etiam à maledicto legis. Cur ergo Galatæ transeunt à gratia ad maledictionē? Quasi dicat, stultè faciūt. Quoniam autē.q.d. Ex lege est maledictio, quòd autem non sit ex ea iustitia, per authoritatem Abacuc ostenditur. & hoc est quod dicit, Quoniam autē nemo iustificatur in lege.i. per opera legis, Apud deū, & si apud homines qui falluntur. Manifestum est, ex verbis Abacuc. Ille iustificatur a-

August. pud deum, qui eum gratis colit.s. non cupiditate appetēdi aliquid ab eo præter ipsum, vel timore amittendi. In ipso enim solo vera nostra beatitudo est. Manifestum est, dico, quod ait Abacuc, Iustus ex fide viuit. Iust⁹ est, *aliquis* Ex fide, & per hoc Viuit, vita æterna. Lex autem.q.d. *Ex fide* est iustitia & vita, sed lex non est ex fide vt profuturis impleatur, sed timore. Posset enim videri quod opera legis ex fide fierent, vt pro eis sperarent æterna: de quibus fides est, quod vtique non faciebant, sed ex timore pœnæ illa seruabant. Vnde subdit, sed Qui fecerit ea, viuet in illis. Non ait qui fecerit eam viuet in ea: cum præmisisset Lex non est ex fide, vt intelligas legem in hoc loco pro ipsis operib⁹ quæ in illis obseruationib⁹ fiebāt positā. Qui autē viuebant in his operibus, timebāt vtiq;, si ea non fecissent, lapidationem, vel crucē, vel aliquid huiusmodi pati. Ideò

Augusti. ait, Qui fecerit ea, viuet in illis, non apud deum.i. habebit præmium, ne ista morte puniatur, aliter enim plecteretur. Qui autem ex fide viuit, cum hinc exierit, tunc magis habebit præsentissimum præmium. Non igitur ex fide viuit quisquis præsentia quæ videntur, vel cupit, vel timet, quia

Ambrosi. fides dei ad inuisibilia pertinet. Vel, Lex non est ex fide.i. nil mandat credendum, sed faciēdum. Alia non mutātur. Christus autem.q. d. Ex lege est maledictio non iustitia: sed Christus redemit nos, Iudæos De maledicto legis, sub quo eramus, Cur ergo vos Galatæ ad idem tenditis? Fact⁹, &c.q.d. redemit nos de maledicto legis. Ipse dico Factus, id est reputatus Pro nobis. non solum maledictus, sed Etiā maledictū, quo verbo secundū vsum loquēdi plus quàm si diceretur maledictus, intelligitur.i. valde peccator, dū vt reus occiditur: & dū in eius cōtumelia dicitur cęco illuminato, Tu discipulus illius sis, nos discipuli Moysi erimus,

Quia

Quia scriptũ.q.d. Ideò reputat⁹ est maledictũ,quia suspẽsus est in cruce,Quia scriptum est,in Deuteronomio,Maledictus omnis qui pendet in ligno,pro suis videlicet sceleribus. Non enim ideò est maledictus, quia crucifixus est: Hierony.
sed quia in talẽ inciderit reatũ vt meruerit crucifigi, quod nõ Christus.& ideo licet sit reputatus,tamẽ nõ fuit maledictus maledictione culpæ,& si maledictione pœnæ. Maledictio enim gemina est.s.culpæ & pœnæ. Vnde & maledictũ duobus modis dicitur.s. actiuè & passiuè.i.secũdum culpã & secũdũ pœnã. Ostẽso igitur qualiter hîc locus accipi possit de maledicto culpę,& de maledicto pœnæ prosequamur. Fact⁹ est,&c.q.d. Christus redemit nos à reatu pręuaricationis,qui propter hoc Fact⁹ est pro nobis,rei veritate,Maledictũ.i.mortalis. Mortalitas autem ex peccato est,ideóq; & ipsa maledictio dicitur,& ex ea aliquid maledictũ. Ne autẽ horreas quod dicit Christũ esse maledictũ, cõfirmat authoritate ꝓphetę Moysi,subdẽs,Quia,&c.q.d. Verè fact⁹ est maledictũ,Quia scriptũ est. Maledict⁹ est.i. verè mortuus. Et verè satis est miser, Omnis qui pendet in ligno. Ad literam hoc dixit Moyses de reis mortis, vt reo mortis hoc sufficeret si suspẽderetur,qa hæc pœna cæteris abiectior & ignobilior erat. Ideò in Deuteronomio dictũ est, Vt qui suspẽsus fuerit, in vespera deponatur,& ostẽdit quare, Quia maledict⁹ oĩs qui pẽdet in ligno.q.d. satis est Ambrosi.
vel sit ei ad pœnã quod suspẽsus moritur reus,& quod illic est vsq; ad vesperã,vt tũc deponatur & sepeliatur:ne si diutius ibi sit, maius sit opprobriũ & macula generi eius. Ab hoc ergo maledicto pœnę ostẽditur Christ⁹ nõ fuisse immunis hac authoritate, Quia scriptũ est,maledict⁹ oĩs qui pẽdet in ligno. Maledict⁹.i.mortuus. Securus ergo ait Apostol⁹, Fact⁹ est pro nobis maledictũ: Sicut nõ timuit de eodẽ dicere pro omnib⁹ mortuus est. Hoc.n.est maledict⁹ quod mortuus est,quia mors ipsa ex maledicto est,&maledictũ est omne peccatũ,siue ipsum quod fit vt sequatur supplíciũ,siue ipsum suppliciũ: quod & vocatur peccatũ, quia ex peccato fit. Suscepit aũt Christ⁹ sine reatu suppliciũ nostrũ, vt inde solueret reatũ nostrũ, & finiret etiã suppliciũ nostrũ. Vnde alibi Apostol⁹ ait, Misit de⁹ filiũ suũ in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum Augu. cõtra Fau.

tum in carne. Quod enim dixerat similitudinē carnis peccati, hoc etiam appellat peccatū vbi ait vt de peccato, &c. Quia enim de peccato mors est, illa autem caro quáuis ex virgine, tamen mortalis fuit, eo ipso quo mortalis erat similitudinem carnis peccati habebat. Cur ergo timeret Moyses dicere maledictum, quod Paulus non timuit dicere peccatum? Plane hoc propheta dicere debuit & prædicare: nec in hoc quod maledictus appellatus est qui pendet in ligno, contumelia in deo putāda est. Ex parte quippè mortali pependit in ligno. Mortalitas autem ex maledictione peccati primi hominis est. Si ergo diceret mors maledicta est, nemo exhorresceret. Item, Si diceret peccatum maledictum est, nemo miraretur. Quid autem pependit in ligno nisi caro mortalis, cuius ex peccato veteris hominis erat? In eius peccati & mortis figura etiam Moyses exaltauit serpentem in eremo super lignum. In illa enim figura mors domini pendebat in ligno. Nec in eo etiam maior inuidia est, quod addidit deo, vt diceret, Maledict⁹ deo omnis qui pendet in ligno. In hebræis enim codicibus & nostris in Deuteronomio nunc habetur, maledictus est deo. In antiquis tamen Hebræorum codicibus non habetur nomen dei: & puto post passionem domini ab aliquo positum esse, vt nos qui maledictum à deo credimus Christum, infirmaret: sed non est hoc in contumeliam domini, qui ideò dicitur maledictus deo, quia odit deus peccatum & mortem nostram, cum ad delendum eam misit filiū suū. Quid ergo mirum si maledictus dicitur deo qui in se habet quod deus odit. i. quod reprobat & delet? Addit proinde, Omnis, etiam Christ⁹: ne futuri hæretici negēt eius veram esse mortem. Præuidit enim Moyses hæreticos futuros, & verā domini mortē negaturos: & ideò volētes ab hoc maledicto Christū seiungere, vt à mortis etiā veritate seiungerēt. Ergo contra longè futuros hæreticos de longè clamat Moyses, Sine causa tergiuersamini ô hæretici, quibus displicet veritas mortis Christi. Maledictus enim omnis qui pendet in ligno, non ille aut ille, sed omnis omnino, etiam filius dei semper viuus in iustitia sua, mortuus autem propter delicta nostra, in carne suscepta ex pœna nostra. sic & semper benedictus est in sua iustitia, maledictus

Margin notes: August. — Augu. cōtra Faust. — Hierony. — Hierony.

ctus autem in morte suscepta ex pœna nostra. Cum enim ex homine & pro homine mortem suscepit, ex illo & pro illo etiam maledictum, quod mortem comitatur, suscipere non dedignatus est. Ideóque additum est Omnis, ne Christus ad veram mortem non pertinere diceretur, si à maledicto penitus separáretur. Insipiens quidem honorificentia Christum à maledicto, quod morti coniunctum est, separat. & ita verè mortuum negat, dicens pependisse in ligno specie quadam falsæ carnis, & non veram mortem in cruce soluisse. Contra quod propheta verè mortuum clamat, cũ ait, Maledictus oĩs qui pẽdet in ligno. i. verè mortuus, pœna enim peccati, vel ex benedictione venit, vel ex maledictione. Sed si ex benedictione venit, optare debes semper esse in pœna peccati. Si autem cupis inde liberari, crede per diuinæ sententiæ iustitiam ex maledictione venisse: qua dicitur, Si tetigeritis, morte moriemini. Vt in gentibus. q. d. Ita nos Iudæos redemit à maledicto legis, Vt, etiam, In gentibus, quæ non sub maledictione legis erant, Fieret benedictio Abrahæ, promissa. Et hoc In Christo Iesu. i. per Christum. fieret, dico, ita Vt, tandem nos vtrique. s. Iudæi & gẽtes, Accipiamus pollicitationem spiritus sancti. i. beatitudinem æternam, quam spiritus sanctus in arram datus promittit. Accipiamus, dico, Per fidem, non per opera legis. [Fratres secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit & seminibus quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo qui est Christus: Hoc autem dico testamentum confirmatum à deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per promissionem donauit deus.] Fratres secundum hominem dico. Ostendit hucusque iustitiam, non ex lege, sed ex fide esse, exemplo sui & Abrahæ, & scripturarum authoritate, nunc per humanam consuetudinem idem demonstrat. q. d. probaui per rationes & authoritates, quod per fidem non per legem datur spiritus & iustitia, & beatitudo. Modò ó Fratres dico. i. probo illud idem Secũdum hominem. i. secundum humanam

August.

August.

nam consuetudinem in qua quanuis sæpè non sit firmit.
Tamen testamentum hominis. i. ab homine factum, si
hæredibus Firmum est, quia Nemo spernit, vt dicat no
valere, non benefactum esse Aut superordinat, vt aliter c
rebus illis disponat, sed est in authoritate omnium, max
mè cum sit confirmatum, testibus & morte testatoris, simi
liter Testamentum. i. promissionem dei, Lex non facit ir
ritum, quod subsequēter dicit Apostolus: quod si solū sub
deretur, facilis esset intelligentia in aptatione similitudi
nis: sed ex eo aliquantulum obscuratur, quia antequàm il
lud inferat, premittit cui factū sit testamentū à deo. i. pro
missio. s. Abrahæ: quod ideò facit, vt ex dantis & accipien
tis dignitate videatur incommutabilis sponsio. Et hoc est
quod ait, Abrahæ. q. d. sicut testamentum hominis firmum
est, similiter promissiones dei firmæ sunt. & quasi quis di
ceret, Fuerunt ne ante legem aliquæ promissiones factæ?
Respon. Fuerunt vtique, quia Abrahæ, quem non falleret
deus, Dictæ sunt promissones, à deo. Pluraliter dicit pro
missiones, quia frequenter idē. i. æterna beatitudo promis
sa est. Et semini eius, Abrahę. i. Christo, non quòd ad eum
fieret promissio, sed ad eum pertinebat, quia per eum pro
mittebatur dāda benedictio. Et quod semē illud Christus
sit non alius, notat ex verbis scripturæ Genesis: quæ est, In
semine tuo benedicētur omnes gētes. Non dicit scriptura,
In seminibus, quasi in multis. i. sicut faceret, si de multis
vellet intelligi: Sed dicit in semine tuo, quasi in vno. i. si
cut quę de vno vult intelligi, & illud vnū est Christus. Vn
de subdit, Qui est Christus. Dicit enim Apostolus. Nō po
test alius inueniri qui omnes gentes benedixerit. Hoc autē
q. d. hoc promisit deus Abrahæ. Hoc autē testamētū cōfir
matū à deo, per iuramēta, Dico, & affirmo, quod Lex non
facit irritū. i. falsum, quod faceret si per eam daretur bene
dictio. Promissio. n. illa nō dixit quod per legē esset bene
dictio, sed per semē. quod si per legē benedictio est, frustra
promisit semē, & frustra ipsum semē venit. Nō igitur pe
eā benedictio est, quia data est post multū tēpus à promis
sione facta Abrahæ. Si ergo de ea esset benedictio, homi
August. nes illius tēporis. s. Abrahā, Isaac, & Iacob nō habuissent
eā. Et addit, Quæ, lex, Facta est. i. data, Post quadringētos

&.xxx. annos, à promissione facta. Si ergo lex iustificat, nõ est iustificatus Abrahã, qui multũ ante legẽ fuit. quod quia dicere nõ possunt, cogũtur fateri nõ legis operib⁹ iustificari hominem, sed fide, simul etiã nos cogit intelligere omnes antiquos qui iustificati sunt ex ipsa fide iustificatos esse: ergo lex Nõ facit irritũ. i. nõ infirmat lex promissionẽ, sed quod futura: & quãdo futura significat. Ad euacuãdã. q. d. lex nõ facit irritũ quod iam valeret Ad euacuãdã promissionẽ, quia falsa esset promissio, & Deus mẽdax. Nã si. q. d. Verè euacuaretur. Nã si ex lege. i. ex operibus legis datur Hæreditas. i. æterna beatitudo, tunc iam non est Ex promissione. i. ex eo quod ꝓmissio dixit, & ita ꝓmissio excluditur, & frustratur Abrahã: deinde destruxit cõsequens dũ subdit, Abrahę autem. q. d. si est ex lege nõ est ex promissione: sed est ex promissione, quod in parte ostẽdit, quia Deus donauit Abrahę, de quo non est dubiũ quin habeat, & cõstat quod sine lege fuit. Donauit dico, per Repromissionẽ. i. per fidẽ Christi sæpè promissi. [Quid igitur lex? Propter trãsgressionem posita est, donec veniret semẽ cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autẽ vnius nõ est, deus autẽ vnus est.] Quid igitur lex? Fit hîc quæstio satis necessaria. Si enim fides iustificat, & priores sancti apud deũ per eã iustificati sunt: quid opus erat legẽ dari? quod sic intulit interrogans & dicens, Quid igitur? Olim cum exponerẽ hoc capitulũ, ita distinguẽdũ putaui, vt interrogatio esset, Quid igitur? ac deinde esset respõsio, Lex propter trãsgressionẽ. &c. quod quidem nõ abhorret à vero, sed melior mihi videtur ista distĩctio, vt interrogatio sit, Quid igitur lex? & inferatur responsio, Propter trãsgressum, &c. q. d. quãdoquidẽ nõ est lex ad iustitiã, vel ad beatitudinẽ. Quid igitur lex? i. cur à deo data est lex? quæ est eius vtilitas? Deinde ne frustra videatur data, cur data sit explanat, dicens, Lex posita est, in medio. s. inter promissionem & semẽ cui facta est promissio. i. inter Abrahã & Christũ, Propter trãsgressionẽ, cohibendã. i. vt saltẽ timore cessarent homines transgredi, & quandoque idẽ facerent voluntate. Data est ergo vt populum dei erudiret sub timore dei, vt dignus fieret excipere promissionem quæ est Christus. Vel posita est propter transgressionem

Ambro.

Augusti.

August. in li. retract.

Ambrosi.

August. in lib. de profectione iustitiæ hominis.

nem. i. vt homo superbè de suis viribus fidens acciperet præcepta, in quibus deficiens, & factus præuaricator, liberatorem saluatoremque requireret. Data ergo est lex, vt superborum ceruix quos faceret transgredi humiliaretur. vt medicus operaretur, qui sibi tantum tribuebant, & voluntati suæ tantum arrogabant, vt liberum arbitrium sibi putarent sufficere ad iustitiam, dicentes, Nec deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Data est ergo lex ad domandã eorum superbiam, illorumque prodendam infirmitatem. data est etiam duris in flagellum, data est etiam in signum futurorum, vt futura figuris attestaretur. Ecce habes quatuor datæ legis causas breuiter distinctas, quæ in epistola ad Romanos plenius explicantur, vbi dicitur, *Lex subintrauit &c.* Posita est, dico, vt staret, Donec veniret semẽ.i. Christus, & ideò iam lex non est tenenda, Cui, semini, Promiserat deus.i. de quo promiserat quod per eũ benedicerẽtur omnes gentes: contra quem facit qui legem reducit. Lex dico, Ordinata per angelos.i.per *Moysen*, & alios ministros dei: vel per angelos.i. ministerio angelorum hominibus data. In quibus angelis erat vtique pater & filius & spiritus sanctus: & aliquando pater, aliquando filius, aliquando spiritus sanctus: aliquando sine vlla distinctione personæ deus per illos figurabatur. Et nota quod *non ait* data, sed ordinata. q. d. ordinabiliter data. s. inter tempus naturalis legis, de qua conuicti sunt quod iuuare non poterat, & tempus gratiæ ante quam gratiam conuincendi erant de lege. Magno vtique consilio dei factum est, vt post hominis casum illico lex non daretur, vel dei filius mitteretur. Nisi enim hominis superbia prius vires suas experiretur, sui arbitrij libertati sufficientiam arrogaret, & legem superfluẽ datam, & Dei filium frustra venisse iudicaret. Item, Nisi lex scripta ei daretur, per quam quid posset probaret, Christi aduentum superfluum iudicaret. Ne igitur detrahendi vel murmurandi occasionem haberet, reliquit eum deus prius in libertate arbitrij in lege naturali, vt sic vires naturæ suæ cognosceret, vbi cum deficeret, videns sibi liberum arbitrium non sufficere ad iustitiã, nec tamen sic se humiliauit ad poscendam gratiam, sed superbè, legem scriptam legi naturę adiunctam sibi sufficere putans

August. in ser. de ver. apost.

Ambrosi.
August.

putans clamabat: non deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Vt igitur & de ipsa conuinceretur, antequàm filium mittet, legem dedit, quæ peccati morbum detexit non cōsumpsit: qua data inualuit morbus, aucta est infirmitas: nō legis, sed naturæ vitio & diaboli instantia, vt ita cognita vtriusq; legis insufficientia & sua infirmitate clamaret ad medicum, & quæreret gratiæ auxilium, & ita factum est. Multiplicatis enim infirmitatibus posteà accelerauerunt ad medicum, qui veniens in forma serui sanauit vulnera hominis languidi. Hîc est Samaritanus ille qui ad vulneratum qui inciderat in latrones appropinquauit, atque vulnera eius alligauit, quem Sacerdos & Leuita immisericorditer. i. lex vetus & sacerdotium, quia lex neminem ad perfectum duxit. Hîc est etiam Heliseus ille qui misit baculū ad suscitandum filium Sunamitis, per quem cum ille resurgeret, tandem venit ipse Heliseus, & contraxit se atq; coaptauit puero mortuo, & resurrexit mortuus. Hîc etiam est angelus ille in cuius descensu mouebatur aqua, & sanabatur vnus. Hîc est omnipotens sermo qui à regalibus sedibus venit, dum medium silentium tenerent omnia. Primū silentium fuit ante legem. Secundum sub lege. Tertiū erit in gloria. Primum fuit ignorantia languoris, Secundū desperatio curationis. Tertium adeptio sanitatis. Ante legē nanque homo morbum non agnoscebat suum, ideóque silebat, nec querebat remedium. Vt autem lex subintrauit & ostēdit languidis vulnera sua, mox ruptum est silentium, & cœperunt ægri poscere remedium: sed opera legis vbi non est salus sanari volētes, quod quærebant inuenire nequibant. Tandem igitur considerans homo neminem per legem iustificari, quasi per diuturnos clamores fatigatus, & desperans rursum loqui cessauit, & subsecutum est secūdum silentium. Tunc igitur omnipotens sermo patris à regalibus sedibus forma serui indutus in mundum venit. Samaritanus ad vulneratum appropiauit. Angelus magni consilij in piscinā descendit. Heliseus ad suscitandū mortuum accessit. i. summi regis filius, de concessu patris ad tolerandam mortē passionis, de æqualitate maiestatis ad patibulum crucis, de sede regali ad officinam peccati, de lumine cœli ad tenebras mundi vel inferni venit. Et veniēs

locutus est pacem, dedit gratiam, proposuit misericordiã, promisit veniam, & ita rupto silentio cœperunt ægri pura fide ac vera confessione, quasi magnis clamoribus flagitare remedium, & accelerare ad medicum, per quem vulnera sanarentur, morbus curaretur. Recepta verò sanitate, & donata venturæ immortalitatis fœlicitate, nihil vltra restabit petendum: & tunc erit tertium beatum silentium. Ordinabiliter igitur & sapienti consilio lex data est, Per angelos, in quibus deus loquebatur. Qui ergo nunc etiam reducit, contra ordinem angelorum facit. Lex dico, posita In manu mediatoris. i. potestate Christi, vt staret dũ vellet, vel cessaret cum vellet: ergo cõtra eum facit is qui eam destruxit. i. contra Christum, qui cum sit deus & homo, inter deum & homines mediat, dum eos qui à deo recesserãt per se reconciliat. Medius enim non est nisi inter duos.

Augu. in psal. 90. Recesseramus à maiestate dei, & peccato nostro offenderamus eum, missus est dei filius mediator, qui sanguine suo solueret peccata nostra quibus à deo separabamur, & interpositus redimeret nos & reconciliaret ei, à quo auersi peccatis nostris & delictis tenebamur. Ipse est caput nostrum, ipse est deus æqualis patri: sed deus, vt crearemur: homo, vt recrearemur: deus vt faceret, homo vt reficeret. Mediator autem. q. d. lex quam habet mediator, Iudæorũ tantum est: sed tamen ipse mediator non est vnius populi tantum. i. Iudæorum qui legem habuerunt, sed etiam gentium. i. non solum Iudæos, sed etiam gentiles reconciliat deo: & ideò non quæratis legem vt habeatis mediatorem. Deus autem. q. d. mediator non est vnius, sed tamen est Vnus. i. sufficiens ad omnes reconciliandos deo, quia ipse est Deus, & ideò aliud non adiungatis ei. Vel ita, Lex posita est in manu mediatoris. i. in potestate Christi qui est arbiter duorum populorum. s. iudaici & gẽtilis. Mediator autem. q. d. lex quam habet mediator vnius populi est: sed ipse Non est, mediator. Vnius. i. non est arbiter vnius populi, sed duorum inter se: quia duos populos discordes pacificauit in se lapide angulari. Hinc numerũ deorũ, & famulatũ elemẽtorũ, inde ritus legis auferẽs, per quæ discordabant, & sic facti sunt pacifici. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraq; vnũ, duos populos cõdens in se. Sed secũdũ

Ambrosi.

istos,

istos, Christus non est arbiter duorũ, qui inducti in legem de duobus fecerunt vnũ populũ, & vnius populi nullus est mediator. Deus autẽ. q. d. Christus est mediator, nõ pater vel spiritus sanctus, sed Tamen vnus deus est, non plures. Hoc dicit, ne prędicãdo Christũ esse deũ, qui secũdũ quod homo mediator est, vni deo cõtrariũ prædicare videretur, quia ipse homo iuxta quod deus est: cũ pater vnus est de⁹, pater enim & filius vnus est deus. Deus enim naturę nomẽ est, & potestatis, quã in patre & filio indiuiduã manere ratio docet. Vel aliter dici potest, Lex posita est in manu mediatoris: mediator autẽ non est vnius, quasi inter aliquos vel aliqua medius est. Mediator autẽ esse non potest inter deũ & deũ, quia vnus est deus: sed inter deũ & hominem, quasi inter duo extrema. Sed mediator est in quãtũ homo. Nam in quãtũ deus nõ mediator, sed æqualis patri est, hoc idẽ quod pater, cũ patre vnus deus. Deus enim supra nos est, & nos infrà illũ, & multa interiacẽt spatia, maximè peccati interuallũ longè nos distinguit atq; abiicit. In hac tãta distãtia vt esset nobis via qua veniremus ad deũ, accedit homo ad deũ, & fit vna persona, vt nõ sit semideus, quasi parte dei, deus: & parte hominis, homo: sed totus deus, & totus homo. Et quia mediator est inter duo extrema, videretur, vel quod Christ⁹ nõ esset deus, vel quod duo dij essent. Ad quod respõdet, Etsi mediator nõ est vni⁹, sed duarũ extremitatũ: tamẽ est deus & vnus cũ deo patre per diuinã naturã, cui mediat per humanam. Nam si filius dei in naturali ęqualitate patris maneret, nec se exinaniret formã serui accipiẽs, non esset mediator dei & hominũ, quia ipsa trinitas vnus deus est eadẽ in trib⁹. s. in patre & filio & spiritu sancto deitatis æternitate, & æqualitate consistẽte. Si ergo Christus secũdũ vos ô hæretici vnã tantũ naturã habet, ostẽdite vnde sit medius inter nos & illam: vnde enim medius erit, si vtrãque nõ habuit? quia nisi talẽ dederis inter deũ & homines, qui ita sit medius vt deus sit propter diuinitatis, & homo propter humanitatis naturã, quomodo humana reconcilientur diuinis, non ostendis. Nam ipse veniens, prius in seipso humana sociauit, per vtriúsque naturæ communionem in vna eademque persona. Deinde omnes fideles patri reconciliauit deo, dum sanati

Ambrosi.

Ambrosi.

August. in ser. de natiuit. Ioã.

August.

ſunt ab impietate ſuperbiæ, quicunque humilitatem Chriſti credendo dilexerunt, & diligendo imitati ſunt. [Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare, verè ex lege eſſet iuſtitia. Sed cõcluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Prius autem quàm veniret fides ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur.] Lex ergo. q. d. quandoquidem lex eſt poſita propter tranſgreſſionem. Eſt ergo lex Aduerſus promiſſa dei? vt per eam impleatur aliter quam promiſſum eſt? Abſit, non eſt inimica promiſſionis, ſed confirmat

Hierony. eam. Si enim lex poſſet præſtare vitam, & id quod repromiſſio ſpoponderat exhibere, verè promiſſio per legem putaretur excluſa. Si enim. q. d. Verè non eſt contra promiſſa, quia ex lege non eſt vita. i. æterna beatitudo: quia ſi inde

Hierony. eſſet vita, tunc & iuſtitia. quod ita dicit, Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare. i. vitam conferre. Verè, non ſolum opinione Ex lege eſſet iuſtitia, ſed non eſt ex ea iuſtitia, quia potius condemnat, & ſub peccato concludit. Et hoc eſt quod dicit, Sed concluſit ſcriptura. i. lex ipſa. Omnia ſub peccato. Lex dicitur ſcriptura, quia manens eſt, & ſcripta: vel ideò quia non dat ſpiritum viuificantem, ſed tantum eſt ſcriptura. Et hoc Concluſit omnia ſub peccato. i.

Auguſt. in pſal. 33. Iudæos omnino clauſit ſub peccati dominio. Victi enim concupiſcentia, & ipſius mandati tranſgreſſione rei facti ſunt. Vel, Concluſit omnia ſub peccato. i. oſtendit omnes homines clauſos eſſe ſub peccato. Non eſt enim lex data vt peccatum auferret, ſed vt ſub peccato omnia concluſa

Augu. de verb. apo. oſtenderet. Data eſt lex vt ægrum de morbo conuinceret, qui ſibi ſanus videbatur, vt peccata demonſtrarentur, non vt auferrentur. Data eſt vt inueniret ſe homo, non vt morbus ſanaretur, ſed vt præuaricatione morbo creſcente, medicus quæreretur. Qui ergo negat ægritudinem ſuam, ſuperfluum iudicat ſaluatorem. Ergo & in natura noſtra creatorem laudemus: & propter vitium quod nobis infli-

Ambroſi. ctum eſt, ſaluatorem quæramus. Et nota quod idem dicit hic, quod in epiſtola ad Romanos concluſit deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur. Notis enim peccatis

catis per legem conclusi sunt, vt se excusare non possint, sed quærant misericordiam. Et quasi quis quæreret, replicans superiorem quæstionem, Cur ergo data est lex? Respon. Vt promissio daretur credentibus ex fide Iesu Christi q.d. ideò sic deus disposuit, vt homines vota sua & legis infirmitate eccelerarent ad gratiam,& credendo promissa consequerentur. Lex ergo data est vt gratia quæreretur, gratia data est vt lex impleretur. Nec enim suo vitio non implebatur lex, sed vitio prudentiæ carnis: quod vitiũ per legem demonstrandum, & per gratiam fuit sanandũ. Prius autem, vel, Enim, de Iudæis specialiter agit ostẽdẽs quam vtilitatem exhibuerit eis lex. q.d. lex conclusit omnia sub peccato, sed tamen fuit vtilis, quia Priusquam fides veniret, quasi spõtanea, quã nullũ meritũ aduocauit. Custodiebamur, nõ liberi, sed serui, Sub lege.i. sub onere legis. Vel, Custodiebamur sub lege, quasi inuiti. Custodiebamur dico, Conclusi, quasi in ergastulis seruire coacti. Cõclusio eorũ erat timor vnius dei & cognitio prȩuaricationis,& ꝙ præuaricatores ipsius legis inuenti sunt, non ad perniciẽ, sed ad vtilitatẽ valuit eis qui crediderunt. Cognitio enim maioris ægritudinis & desiderari medicum vehementius fecit,& diligi ardentius. Custodiebamur dico, vt sic assueti duceremur In eam. s. tam bonam Fidem quæ, tempore Christi Reuelanda erat, vbi multa aperta sunt quæ prius obscura erant, quia occulta fuit fides in antiquis, quȩ fides donũ est dei, sicut & gratia. In quo enim nostrũ prius erat fides, quàm veniret gratia? Nemo pœnitus glorietur se fidẽ ex proprio sensu genuisse, per quẽ posset credere deo, sed agnoscat per gratiam à deo vnicuique reuelatã. Et si ante reuelationẽ fidei, hác perscriptã vtilitatẽ lex tantũ habuit, quid ergo vtilitatis post fidem habuit? Nihil. Itaq;.q.d. & quia lex custodiebat ad fidem. Itaque lex fuit pædagogus noster, nos quasi pueros ab illicitis cõprimens, & ad recta dirigens timore pœnarum. Pædagogus enim paruulis assignatur, vt lasciuiens refrenetur ætas,& prona in vitia teneãtur corda, dum tenera studiis eruditur infantia, & metu pœnȩ coercita prȩparatur ad maiora. Et hoc ipsum nomen pædagogi sonat compositum ab eo quod pueros agat, id est ducat. Lex ergo populo lasciuiẽti ad instar pædagogi

Augu. de spũ & lit.

August.

Augu. ad amãthum discipulũ. Manichei Augusti.

Hierony.

dagogi apposita, est vt custodiret eos, & futuræ fidei præpararet. Ecce honor legis, quia custodiuit vt pædagogus: sed hoc non est magnum, quia puerorum est non adultorum. Pædagogus fuit noster, dico, Et hoc In Christo.i.in institutione Christi, qui ideò instituit, vt sic venientes ad fidem quasi pueri ad perfectionem, ex ipsa fide non ex lege iustificemur. Vel, Fuit pædagogus noster in Christo.i. in exequendis præceptis Christi, vt sic Ex fide iustificemur.q. d. quandiu fuimus rudes, lex erat nobis pædagogus: [At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filij dei estis per fidem, quæ est *in Christo* Iesu. Quicunque enim in Christo baptizati estis, *Christũ* induistis, Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, nõ est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semen estis, secundum promissionem hæredes,] At vbi venit fides.i.postquam reuelata est fides quæ prius occulta fuerat in antiquis. Iam, id est, mox. Non sumus sub pædagogo. i. sub coactione quæ non est necessaria liberis. Vel, Iam.i. in hac vita hoc bonum habemus, quod Non sumus sub pædagogo, & maius in futuro habebimus. Omnes enim.q.d.ideò nos Iudæi tempore fidei pædagogum deseruimus, quia Omnes, vos gentiles qui non habuistis legem, Estis filij dei. Quod ergo vestro exẽplo deseruimus, vos accipitis.q.d.non debetis hoc facere, filij dei estis. Vos dico, entes, Per fidem in Christo Iesu.i. vnum & idem cum deo, non vtique natura, sed charitatis copula. Quicunque enim, quasi dicat. Verè per fidem estis in Christo. Nam quicunque, id est, cuiusque conditionis vel sexus Baptizati estis in Christo, id est, institutione Christi ad similitudinem mortis eius, Christum induistis, id est, conformes ei facti estis, quod est vobis honor, & cõtra æstus protectio. Quod autẽ Christus indumẽtum sit, alibi Apostolus aperit, dicens, Induite vos dominum nostrum.i. Christum. Induunt autem homines Christum, aliquando vsque ad perceptionem sacramẽti, aliquãdo etiã vsque ad vitæ sanctificationem. Et illud primum bonis & malis est commune, hoc alterum verò proprium est bonorũ, in quo Christo.i.in cuius Christi fide, Non est Iudæus

Hierony. Augu. in lib. dea. b par.

neque

neque Græcus, non est seruus,neque liber,non est masculus,neque fœmina.i. propter nihil horum aliquis dignior est in fide Christi,& ideò nemo iudaizet,quasi per hoc sit dignior. Omnes enim.q.d.verè nihil horum est per quod aliquis dignior sit in Christo , quia Omnes vos gentiles vnum estis.s.non differentes in aliquo. Vnũ dico, In Christo Iesu.i.in fide Christi.Si autem.q.d. vos estis in Christo.Sed si vos Christi,estis:ergo Semẽ Abrahæ.i.iusti per fidem sicut fuit Abraham. Et si semen Abrahæ estis,quid ergo plus Iudęis est?Nihil. Dico quòd semen estis Abrahæ. Et ideò Estis hæredes,regni. Et hoc secundum Promissionem.i. secundum fidem Christi repromissi, non secundum carnales obseruantias . Nota quod suprà semen Abrahæ dictus est Christus , vbi legitur quòd promissiones dictæ sunt Abrahæ, & semini eius . Hîc autem semen Abrahæ dicti sunt filij Christi.i. omnes credentes.verum quotiens Christus nominatur semen Abrahę corporaliter sentiendum est,quod ex eius stirpe generetur:quotiẽs autem nos,qui credimus in eum, dicimur semen Abrahæ:tũc spiritualiter semen fidei accipere debemus. Hierony. Hierony.

CAPVT IIII.

DIco autem,quanto tempore hæres paruulus est nihil differt à seruo,cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est,vsque ad præfinitum tempus à patre.Ita & nos cum essemus paruuli,sub elementis mũdi huius eramus seruientes: At vbi venit plenitudo tempopris, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege : vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.] Dico autem,quòd lex debet cessare : Primum probat humanæ consuetudinis similitudine, deinde ipsius legis auctoritate,quasi dicat,modò nos gentiles & nos Iudæi sumus Christi & semen Abrahæ & hæredes , sed olim nos Iudæi sub lege eramus dum paruuli fuimus, sicut hæres futurus, & à patre substitutus,dũ paruulus est sub tutoribus & actoribus est non differẽs à seruo. Ecce iterum quare lex non est tenẽda. Et hoc est quod ait, Dico autem.q.d. non solum prædictis modis ostẽditur lex nõ esse tenẽda,sed etiã hac similitudine.quã Dico.i.vobis propono.s.quod, Quãto tẽpore hęres paruul9 est,ætate

& scientia. Nihil differt, à seruo, quia cogitur, & nullam habet potestatem rerum suarum. Cum.i. quanuis. Sit, futurus Dominus omnium, rerum suarum, Sed, potius, Sub tutoribus, qui eum contra hostes defendant, Et actoribus est, qui pro eo causas agant, & mores eius informent. Et hoc Vsque ad tempus à patre prçfinitum.i. determinatum, in quo libertas sui & suorum sibi datur. Postquam enim adultus est, libertatem sui & suorum habet, alioquin iure exhæredatur. Verum est enim quia patres eius ordinauerunt, & vsque ad quam ætatem subiectus debeat esse, & in qua adultus emancipetur statuerunt: ita vt quandiu paruulus est, libertate sua vti non valeat, nec dominari quasi hæres, sed similis propè seruis est in conditione procuratorum & actorum. Hoc exemplo probat eos qui sub lege fuerunt paruulos fuisse circa meritum, nec libertatem habuisse causa peccati, vnde hanc illis comparationem adaptans, subdit, Ita & nos, Iudæi, Cum essemus paruuli, cognitione dei, & viribus resistendi peccato, Eramus seruientes, tum territi minis, tum blanditiis capti. Sub elemétis.i. sub lege quæ per elementa intelligitur, quia ipsa est prima institutio ad fidẽ & iustitiã, sicut ab elementis principium discendi assumunt paruuli. Elementis dico, Mundi, benè lex dicitur elementa mundi, quia lex non cœlestia & æterna, sed terrena promittebat, vel transitoria, vt est mundus. Vel in elementis significantur neomeniæ.i. lunares dies & sabbatum, quæ Iudæi obseruabant. Si itaq; Iudæi sub elementis mundi erant, quid differunt à Paganis? Pagani non sub elementis seruiunt, sed ipsis elementis. Colunt enim astra, solem, lunam, aquam, terram, & huiusmodi: Iudæi verò sub elementis deo seruiebãt, quia hæc ipse mandata dederat, vt obseruarent neomenias, & sabbata, & huiusmodi. In elementis ergo neomenias.i. lunares dies significat & sabbata, quæ obseruabant Iudæi: non quod in elementis sperarent vt Pagani, sed in his deũ venerabantur dum paruuli erant, & ad tempus plenitudinis non peruenerant. Sicut ergo paruulus sub pædagogo est & actore & tutore antequàm sit adultus, ita Iudæis adhuc paruulis lex fuit pædagogus, quia timore compressit, & preceptis dei seruire coegit. Fuit etiã tutor & actor Iudęis quos

Ambrosi.

Hierony.

August.

August. in lib. quæst. no. & vet. testa.

Ambrosi.

quos deus hæredes instituit, dum paruuli erant cognitione dei, & viribus resistendi peccatis: quo tempore erant etiam quasi serui, legalibus, scilicet pœnis à malis territi, & promissionibus temporalium ad bona incitati: nec sui dominabantur, sed vitia: nec suorum, id est hæreditatis æternæ, cum essent horum domini, à deo instituti. His igitur fuit lex tutoris loco, dum contra malignorū spirituum impugnationes, & gētilium persuasiones, qui ad idololatriam traherent, illos defendebat admonendo, increpando, aliquando puniendo: & sic æterna bona illis conseruauit, quoniā ex illis Christus multos ab inferno liberauit. Fuit eis, & actor, quia causam eorū apud deū benè egit, dū per sacrificia, & expiatiōes deum eis placauit. & hoc vsq; ad tempus præfinitum, id est vsque ad aduentum Christi, in quo constituit deus, vt perfecti, & liberi fierent, & hæreditatem obtinerent: alioquin exhæredarentur. de quo tempore subdit, At vbi venit. q.d. cū essemus paruuli sub elemētis mundi seruiebamus: At vbi, id est, non fatali necessitate, sed sola dei volūtate Venit plenitudo temporis, id est postq̃ tempus præcedēs adimpletum est. Plenitudo enim temporis est completum tempus, quod præfinitum fuit à deo patre, quando mitteret filium. Vel, Plenitudo temporis, dicitur tempus gratię, ideo quia in eo plenè dātur, dōna spiritus sancti, & quæ prædicta fuerant de Christo implentur: vbi, inquam, venit illud tempus, Misit deus filium suum. i. visibilem fecit hominibus. Attende quod ait, Vbi venit plenitudo temporis, misit deus filiū suum: cui simile est illud, quod Ioānes euāgelista ait, Nemo misit in illum manus, quia nondum venit hora eius. hoc est, quia nolebat. Non enim dominus sub fato natus est: hoc, nec de te credendum est, nedū de illo per quem factus es. Non est enim hora eius, vel nostra, nisi voluntas eius. Nō ergo horam dixit, qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi. Tēpus enim expectabat, quo moreretur, quia expectauit, quo nosceretur. Ideò multi dicunt, Quare, nō ante venit Christus? Quibus respondendum est, quia nōdum venerat plenitudo temporis moderante illo, per quē facta sunt tempora. Sciebat enim, quādo venire deberet, vel etiam pati, & cætera facere. Antè tamen longa series præ-

Ambrosi.

Ambrosi. sup Ioan.

præconum premittenda erat. Nō enim aliquis paruus vēturus erat, diu fuerat prędicendus, semper tenendus: quāto maior iudex veniebat, tanto præconum series longior præcedere debebat. Ideò ait, Vbi venit plenitudo temporis misit deus, pater Filium suum factum ex muliere. Nota ꝙ eum, qui erat increatus factum dicit. Fecit ergo eum pater ex muliere sub lege. Cum igitur ait, Misit deus filiū suum factum ex muliere, satis ostēdit eo ipso missum filiū quo factus est ex muliere. Quid est enim natiuitas filij de virgine Maria? Certè assumptio formę serui. Nā quid est aliud nasci filio, q̃ accipere formā serui in vtero virginis? Hoc autem fecit pater, fecit & filius: filius quidem nō pater natus est de virgine Maria, sed natiuitatē filij de Maria, & pater, & filius operatus est. Similiter, non est passus pater, sed filius: passionem tamē filij, & pater & filius operatus est. Tradidit enim pater filium, & tradididit filius seipsum. Passio hæc vni facta est, sed ab vtroque facta est. Sicut ergo natiuitatē: ita & passionem Christi, nec pater fecit sine filio, nec filius sine patre. Iudas autem, quid fecit, nisi peccatum? Veniamus ad resurrectionem: non resurrexit pater, sed filius: resurrectionem tamen filij operatus est pater, & filius. Ecce quid est missum esse filium.

August. in ser. de tri.

Sed quæritur, vnde & quo missus est filius. Ego, inquit, exiui à patre, & veni in hunc mundum: hoc est mitti. De illo tamen euāgelista dicit, In mundo erat, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Deinde cōiungit, In propria venit. Illuc autem missus est, quò venit, & si in hunc mundū missus est, quia exiuit à patre, & venit in hunc mundū, & in hoc mūdo erat, illuc ergo missus est vbi erat. Vnde & illud in ꝓpheta dicit, Cœlum & terram ego impleo. Quòd si de patre dictū accipiatur, vbi potuit esse sine verbò suo, sine sapientia sua, quę pertendit à fine vsq; ad fi. for. &. d. o. suauiter: sed neq; sine spiritu suo vsq̃ esse potuit. Itaq; si vbiq; deus est, vbique etiam est spiritus eius. Illuc ergo, & spiritus sanct⁹ missus est vbi erat. Quęrendū ergo est diligenter, qūo intelligatur ista missio, siue filij, siue spiritus sancti. Quod, quia in epist. ad Romā. pertractatū est iuxta humanæ capacitatis valitudinē, hīc perstringim⁹ ad alia festinātes. Si tamē sobriè de dei filio quæ

Augu. in lib. de tri.

quæ digna ſunt opinemur, ideo miſſum intelligere debemus, quia ex illo incōprehenſibili inenarrabilique ſecreto maieſtatis ꝓfundæ, dedit, ſe cōprehendendū mentibus noſtris dei verbum: nō ſolum, cū ſe exinaniret, ſed etiā, cum habitaret in nobis: ſicut ſcriptum eſt, Quoniā inhabitabo in illis. Solēt enim obtendere minorē patre eſſe filiū, quia miſſus eſt. Cōſtat autē eo nō minorē eſſe, quia miſſus eſt. Cōſidera enim, quia dñs Chriſtus ī Iſaia à ſpiritu ſancto dicit, ſe eſſe miſſum. Nūquid ergo ſpiritu minor eſt filius, quia à ſpiritu miſſus eſt? Habes enim ſcriptū, ꝙ filius à patre, & ſpiritu eius dicat, ſe eſſe miſſum. Vides ergo, ꝙ ſimplicitas ſermonis, nō iniuria, ſit miſſionis. Miſit ergo deus filium ſuū factū ex muliere, fortè hoc mouet, qđ dicit ex muliere, nō ait ex virgine, ſed nō moueat. Vtrūq;.n. de ſcriptura dicitur, & ex virgine, & ex muliere. Ex virgine, vt ibi, Ecce virgo cō. &c. Ex muliere autē, vt hîc, qđ non eſt cōtrariū. Mulierē enim ꝓ fœmina poſuit more locutionis Hebr. Vſus enim hebręę locutionis mulieres dicit, nō virginitate corruptas, ſed fœminas: ſicut in Geñ. legitur de Eua, quādo ipſa facta eſt, Formauit eā mulierē, nec adhuc paſſa erat concubitum viri. Itē, non te offendat quod ait, Factū, cum cōfiteamur natum. Factum eñ non cōfitemur niſi hominē. Deus autem ſemper faciens eſt, fieri neſcit, vt ſit: ſed fit, vt aliquid alicui ſit: ſicut dicitur, Domine refugium factus eſt nobis, quando factus eſt, qui nunq̄ factus eſt? Dominus autem Chriſtus homo factus eſt, vt eſſet homo. ſ. vt qui creator ſemper erat, creatura eſſet. Manēs eñ deus factus eſt homo, vt fieret ꝙ non erat, non, vt periret, quod erat. Factū ego dicit ꝓpter ſuſceptionē creaturæ. & addit, Factum ſub lege. Saluator fieri debebat ſub lege, vt circunciſus appareat, quaſi filius Abrahæ cui promiſſus erat, ſignum habēs eius cui ꝓmiſſus fuerat, in quo impleta eſt circūciſio, & ideo iā ſignum ceſſat. Credidit enim Abraham, ſe habiturū filium in quo benedicētur omnes gentes, quod iā factū credimus. Factū, ergo, Sub lege, dixit, & quia circūciſus eſt, & hoſtia legalis ꝓ illo oblata. Nec mirū, ſi & illa legis opa ſuſtinuit ex quib⁹ liberaret eos, q eis ſeruiliter tenebātur: q etiā mortē ſuſtinuit, ut ex illa alios liberaret. Fact⁹ eſt ergo Sub lege. i. ſub onere legis, ſicut

Auguſt. in ſer. de tri.

Auguſti.

Auguſt.

Ambro.

ſub

ſub aliis pœnis. Vnde ſubdit, Vt eos qui ſub lege erant
Augu. in psal. 31. preſſi & rei, Redimeret, à diabolo, à perditione, à pec
catis. Et nota, quòd duo propoſuit, ſcilicet, factum ex
muliere, factum ſub lege, ſed mutato ordine, illis alia duo
reſpondet. Ad id enim, quod dixit Factum ſub lege, il-
lud retulit, Vt eos, qui ſub lege erant ridimeret. Ad illud
quod dixit, Factum ex muliere, hoc aliud refert, Vt ado-
ptionem. q. d. ideo factus eſt de muliere, Vt adoptionem
filiorum reciperemus, id eſt bona, quæ per gratiam dan-
tur per quæ ſunt filij. Vel, Reciperemus adoptioné filio-
rum, id eſt participes eſſemus diuinæ gloriæ. *Sicut enim
participat noſtra natura, ita ad ſuam videndam, nos ado-*
August. *ptat.* Hinc enim adoptionem recipimus, quod ille *vnicus*
dei filius, non dedignatus eſt participationem naturæ no-
ſtræ factus ex muliere: vt non ſolum vnigenitus dei eſſet,
vbi fratres, non habet, ſed etiam primogenitus in multis
fratribus fieret. Adoptionem autem dicit, vt diſtinctè in-
telligamus vnicũ dei filium: nos enim beneficio, & digna-
tione filij dei ſumus: ille natura eſt filius, qui hoc eſt, quod
Augu. cõtra Faust. pater. Vnicũ enim filium deus habet, quem genuit de ſua
ſubſtantia, nos autem, non de ſua ſubſtantia genuit. Crea
tura enim ſumus, quam nõ genuit, ſed fecit: & ideo, *vt fra-
tres* Chriſti ſecundum noſtrum modum faceret, adopta-
uit. Iſte itaque modus, quo nos deus, cum iam eſſemus ab
ipſo non nati: ſed conditi & inſtituti, verbo ſuo, & gratia
ſua genuit, vt filij eius eſſemus. Adoptio vocatur: vnde,
August. Dedit eis poteſtaté filios dei fieri, & cæ. Nec dixit accipe-
remus, ſed reciperemus, vt ſignificaret hoc amiſiſſe in A-
dam ex quo mortales ſumus. [Quoniam autem eſtis fi-
lij dei, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra claman-
tem Abba pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius: quod ſi
filius, & hæres per deum. Sed tũc quidem ignorantes deũ
his, qui natura non ſunt dij ſeruiebatis.] Quoniam auté.
q. d. nõ ſolum nos Iudæi, qui credimus, filij dei ſumus: ſed
etiam vos Gentiles, Eſtis filij dei, quod probat effectus,
Quoniam miſit deus, pater Spiritum filij ſui, quem etiam
filius mittit, In corda noſtra, tam Iudæorũ, ſcilicet, quàm
Ambrosi. gentium, qui ſpiritus probat nos eſſe filios. Vt enim pro-
baremur adoptati eſſe à deo in filios, ſpiritum ſuum dedit
no-

nobis, qui signum patris ostendat in filios, vt quia nos nō hoc auderemus dicere, scilicet pro infirmitate & indignitate nostra, suggerat, vt audeamus dicere. Vnde subdit, Clamantem. q. d. spiritum, dico, Clamantem, id est, qui facit nos clamare: quod nunquam præsumeremus, nisi spiritus doceret. Quid? Abba, quod est pater. Abba Hebraicū est, idipsum significans, quod & pater. & hanc consuetudinem in pluribus locis scriptura seruat, vt Hebraicū, cum verbum interpretatione sua ponat. Duo nanq; sunt verba quæ posuit, vt posteriore interpretaretur primum. Nam hoc est Abba, quod pater. Elegāter autem intelligitur, nō frustra duarum linguarum verba posuisse, idem significātia propter vniuersum populum, qui de Iudæis, & gētibus in vnitatem fidei vocatus est, vt Hebræum verbum ad Iudæos, Græcum ad gentes pertineat. Vtriusque autem verbi eadem significatio, ad eiusdem fidei spiritúsque vnitatem. Notandum, quia clamor in scripturis, non magnę vocis emissio, sed scientiæ intelligatur, & intētionis magnitudo. Nos ergo clamamus: sed ille clamare dictus est, qui efficit, vt clamemus. Misit ergo spiritum filij sui clamantem Abba pater, id est nos clamare facientem. Et nota spiritum etiam esse filij, & nota hîc trinitatē. Sed aliquis forsan quærit, vtrū & à filio procedat spiritus sanctus. Filius enim solius est patris filius, & pater est solius filij pater. Spiritus autem sanctus, non est vnus eorū spiritus, sed amborū. Vnde dominus ait, Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Et apostolus ait, Misit deus spiritum filij sui, & multa alia sunt testimonia, quibus euidēter ostenditur, & patris, & filij esse spiritum, qui in trinitate dicitur spiritus sanctus. Nec ob aliud ęstimo ipsum propriè vocari spiritum sanctum, cum etiam, si de singulis interrogemur, nō possumus patrem, & filium dicere, nisi spiritum, quoniam spiritus est deus. Quod ergo communiter vocantur, & singuli, hoc propriè vocari oportuit eum, qui non est vnius eorum, sed in quo communitas apparet amborum. Cur ergo, nō credamus, quod etiā de filio procedat spiritus sanctus, cum filij quoq; ipse sit spiritus? Si enim ab eo nō procederet, non post resurrectionē se repræsentans discipulis insufflasset eis, dicens, Accipite spiritum sanctum. Quid enim

Augusti. Ambrosi. Hierony. Augu. de cor. & gra. Augu. super Ioan.

enim aliud significauit illa sufflatio, nisi quod ꝓcedat spiritus sanctus de ipso? Ad hoc etiã pertinet illud quod a. de muliere fluxum sanguinis patiente, tetigit me aliquis, Ego enim sensi virtutem de me exisse, Nam virtutis nomine appellari spiritum sanctum, ex eo clarum est, quod Mariæ angelus dixit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et dominus eum promittẽs discipulis, ait, Sedete in ciuitate, quousque induamini virture ex alto. Hęc est ergo virtus de qua dicit Euãgelista, Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Cum autẽ de patre, & filio procedat spiritus sanctus, dicit tamẽ ipse filius illũ à patre procedere, quia ad eum solet referre, & quòd ipsius est de quo etiam ipse est: sicut alibi ait, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. Si hîc intelligitur eius doctrina, quam tamen dicit nõ suam esse, sed patris: quantomagis illic intelligendus est, & de ipso procedere spiritus sanctus, vbi dicit eum de patre procedere? A quo enim habet filius, vt sit deus, est enim de deo, deus ab illo habet, vt etiam ab illo procedat spiritus sanctus. Christus dicens, quem ego mittam vobis à patre: & alibi, quem mittet pater in nomine meo, non dicens à me, ostendit, quòd totius diuinitatis, vel (si melius dicitur) deitatis principium pater est. Itaq;.q.d. quia spiritus clamat in nobis pater. Itaque iam.i.à tempore gratiæ, Nõ est, aliquis nostrum qui credimus in Christũ. Seruus.s.timore seruiens. Sed filius.s.ex dilectione seruiens. Quòd si filius, est, Et hæres, erit in futuro. & hoc Per deum.i.per operationem & misericordiã dei. Vel hoc iuro Per deum. Sed tunc.&c. q.d. Modò estis filij, modò dicitis pater, Sed tũc quidem, quando infideles eratis Ignorantes deum, & ita erit vobis aliqua excusatio. Seruiebatis eis, qui non sunt dij in natura sui. sed opinione hominum dicendo, Qui in natura, nõ sunt dij, vnam dei veri ostẽdit esse naturã.s.patris, & filij & spiritus sancti. Quid autẽ est natura deũ esse, nisi verũ deũ esse? Vnde alibi Apost. ait, Cõuersi estis seruire deo viuo, & vero. Natura enim viuus, & verus est deus. Verus ergo deus est, qui naturaliter deus est. Veri ergo dij esse, non poterant, quibus hoc naturaliter minimè suppetebat. Igitur saluator verus deus est, qui secũdũ essentiã deus est. Sed

August. in lib. de tri.

Ambrosi⁹

August. in lib. de tri.

Didimus in lib. de spũ sctõ.

Sed dicunt hæretici,nō natura esse in filium,sed creatum. Quibus respondendū,quia si natura deus,nō est filius,sed creatura,nec colendus est omnino,nec vt deus adorādus: dicente Apostolo,Coluerunt,& seruierunt potius creaturæ,q̃ creatori,Sed illi ad hæc replicabunt,& dicēt, Quid est,ꝙ carnē eius quam creaturā esse non negas simul cum diuinitate adoras , & ei non minus, q̃ diuinitati deseruis? Ego dominicā carnem,imò perfectā in Christo humanitatem, ideo adoro,ꝙ à diuinitate sūscepta,& deitati vnita est,vt nō alium,& aliū,sed vnum eundémq; deū,& hominem dei filiū esse cōfitear. Deniq; si hominē separaueris à deo, vt Fotinus, vel Pau. Samosathenus, illi nunq̃ seruio, nec credo:velut si quis purpurā,vel diadema regale iacēs inueniat nunquid ea conabitur adorare?Cum vero ea rex fuerit indutus,periculū mortis incurrit,si ea cū rege adorare,quis contempserit. Ita etiā in Christo domino humanitatem non solā,vel nudam,sed diuinitati vnitā.s.vnum filium,deum verum,& hominē verum,si quis adorare contempserit,æternaliter morietur. [Nunc autē,cum cognoueritis deum,imò cogniti sitis à deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma,& egena elementa, quibus denuò seruire vultis?Dies obseruatis,& mēses, & tempora,& annos. Timeo vos ne fortè,sine causa laborauerim in vobis. Estote sicut ego,qa & ego,sicut vos. Fratres obsecro vos, nihil me læsistis. Scitis autē,quia per infirmitatem carnis euāgelizaui vobis iampridē,& tentationem vestrā in carne mea, non spreuistis neq; respuistis:sed sicut angelū dei accepistis me,sicut Christum Iesum. Vbi est ergò beatitudo vestra?] Nunc au.q.d.olim seruiebatis falsis diis,cum ignorabatis verum deum. Sed & nunc,cum aperta est veritas,Cum cog.vel, Cognoscitis deum:& ita grauius peccatis,quàm olim. Quomodo iterum,&c. hîc est ordo literæ,sed interponit,Imò cogniti,&c.q.d.dico, cognoueritis deū,quod nō est à vobis,sed potius quia gratia dei approbati estis,& amati. & hoc est Imò cogniti estis à deo, id est suo munere cognitores suos nos fecit. Hoc genere locutionis frequēter,vtitur scriptura. Vnde in Psal. ait vir propheticus,Sic in sancto apparui tibi,vt viderē virtutem tuam.non dixit,Apparui tibi,vt videres,sed, vt viderem.

Simi-

Simile est hoc, quod ait Apost. Nunc auté, cũ cognouistis deũ, imò cogniti estis à deo. Corrrexit eñ quod dixerat, cũ ait, Imò cogniti estis à deo, vt per hoc ĩtelligamus, nec hoc quidé nobis esse tribuendũ, ꝙ noscimus deũ, sed illius misericordię tribuamus. Cũ dicitur, Cognoscitur nos deus, sic intelligendum est .i. cognitionem sui nobis præstat. Nõ enim à nobis est, ꝙ nouimus eum, sed ab eo. Ab ęterno quidem nouit, quos tunc apostolus cognitos dicit: sed tunc cognoscere dicitur, quãdo, vt cognoscatur facit; sicut dicitur, quiescere, cũ eius munere requiescimus. Nõ enim tũc cognouerat eos deus præcognitos, videlicet ante constitutionem mundi, sed tunc ipsi eum illius munere, non sub merito, vel sua facultate cognouerũt: & ideo maluit topicè loqui, vt tunc ab illo cognitos diceret, cum eis cognoscẽdum se præstitit: & verbum corrigere, quasi hoc minus rectè dixerit, quod propriè dixerat: q̃ finere, vt hoc sibi arrogarent se potuisse, quod eis posse ille donauerat. cum, inquam, cognoueritis deum, Quomodo conuertimini, à fide, Ad elementa .i. ad legem initialem, ad cultũ dei. Elementa dei Infirma & egena. Lex dicitur infirma, quia perfectè, non iustificat egena: quia quantum iuuat, nõ per se, sed respectu gratiæ facit. Cõuertimini dico, Iterum, vt ante conuersionem, sed nunquid ante conuersionem Galatę isti legem seruauerant, non vtique quia gentiles erãt, & superstitiosi idololatrię deseruierant. Ideò dicit, Iterũ, quia legis obseruantia, cui tunc dediti erant, erat peccatũ pœne par seruituti idolorum, cui vacauerant ante conuersionem. Vnde subdit, Quibus, &c. q. Quomodo conuertimini ad elementa, quibus denuò seruire vultis? ideo dicit denuò, vt ostendat, quod non distat modo lex post Christũ ab antiqua idololatria. Dies. q. d. vultis seruire elementis. Et verè, quia Iam obseruatis dies, iudicia ritu, vt sabbata, & decimã mensis primi vsq; ad quartamdecimã, qua agnus immolabatur, & à quartadecima vsq; ad vigesimãprimam eiusdem mensis, quando azyma comedebantur. Septé etiam septimanas, quas ritu iudaico post azyma cõputant. Dies Israelitici Penthecostes seruant, necnon, & clangorem tubarũ, primo die mensis septimi, decima etiã eiusdem mensis expiationem & ieiunium, & in quintadecima

[Margin notes: Augu. de gra. no. t. — Augu. de ciuit. dei. — August. super Genesim ad lit. — Hierony. — August. — Hierony.]

cima.f.scenophegiã. Et menses obseruatis, vt neomenias. Hierony.
Menses etiam custodiunt, quia primum, & septimum mensem obseruát. Et tempora, vt tempus egressionis de Aegypto. tempora etiam colebant, qui per annos singulos Hierosolymam veniebant, putantes se implere domini pręceptum, dicentis, Tribus temporibus anni, diem festum agetis mihi, & apparebit masculinum tuum in conspectu dei tui. Et annos, septimos. Puto equidem hoc de septimo remissionis anno dici, & de quinquagesimo, qui ab illis Iubileus dicitur, quem Iudæi aliquando suo ordine seruare nequiuerunt captiuitate pressi, qua soluta pro eo septimũ annum septimæ decadis coluerũt, qui potest intelligi, vel sexagesimus vnus annus, quo indulta est eis à Cyro & Dario licentia redeũdi de Babylonia, vnde completis annis septuaginta redierũt. Vel potius septuagesimus vnus, quẽ reuersi in Hierusalem pro quinquagesimo, qui Iubileus dicitur obseruarunt. Timeo. q. d. hoc iam facitis, peius autem Timeo. f. ne fortè Laborauerim in vobis sine causa. i. inutiliter, quod est, si legẽ plenè suscipitis: ac si dicat, vestram leuitatem timeo, nõ aliud. Vel ita, Quomodo iterũ, vt hoc de errore gẽtilium intelligamus: in eo enim, quod dicit, Cõuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, non circuncisis, sed gentibus loquitur, quibus hanc scribit epistolam: nec ad circuncisionem, vel legem dicit eos reuerti, in qua nunq̃ fuerant: sed ad infirma, & egena elemẽta: quib⁹ rursus, vt anteà seruire volũt: quod de gentibus intelligere cogimur. Vulgatissimus em̃ est error iste August.
gentilium, vt vel in agendis rebus, vel in expectandis vitæ, & negociorum suorum ab Astrologis & Chaldæis notatos dies, & menses, & annos, & tempora obseruẽt: quos redarguit, dicens, Nunc autem, cum cognoueritis deum, quomodo iterum conuertim. ad infirma, & egena elementa, quib⁹ denuò vultis seruire. i. ad superstitiosas temporũ obseruationes. Manifestũ est enim volumina temporũ per elementa huius mundi, hoc est cœlum & terrã, & motus, atque ordinem syderũ administrari: quę infirma appellat, eo quod infirma, & instabili specie variantur. egena verò, eo quod egent summa, & stabili specie creatoris, vt possint esse, quomodo sunt. Vel egena elemẽta dicit, eo quod sui

innicem egent ad regendum mundum. Dies.q.d.verè seruire vultis,quia Dies obseruatis & menses, & tempora, & annos. Dies obseruāt. vt qui dicunt hoc die nō est aliquid incipiendum. menses autem colunt, qui cursus lunæ perscrutantes dicunt, tali luna non est aliquid inchoandam. Tempora vero cum dicunt, modo est initium veris. Annos autem cū dicunt,nouus annus est. Calendę sunt Ianuarii,non licet hoc, vel illud facere. Sed nulla debet esse suspicio harum rerum, quia prospere potest cedere quicquid simpliciter sub dei deuotione fit. Et nota ꝙ dupliciter erāt subuersi Galatæ,vt ad legem & ad pristinos errores cōuerterentur:ergo eligat lector vtram volet sententiā,dummodo intelligat ad tātum periculum animæ pertinere superstitiosas temporum obseruantias, vt huic loco subiecerit Apost. Timeo,&c.q.d.hoc iam facitis,sed deterius Timeo.s. Ne fortè sine causa laborauerim in vobis.

Ambrosi. August.

Sunt quædam quæ leuissima putarentur, nisi in scripturis demōstrarentur opinione grauiora. Quis enim dicentem fatue fratri suo, reū gehēnæ putaret,nisi veritas hoc diceret? Similiter dies obseruare & tēpora non putaretur adeò graue,nisi Apost.diceret, Timeo ne fortè sine causa laborauerim in vob. Hæc autē obseruāt, qui certis diebus, vel mensibus,vel annis, volunt, vel nolunt aliquid inchoare, quasi fausta,& infausta sint tempora. Nō itaq; ista obseruemus,ne ab apostolo ista audiamus, Timeo,&c. Eos eñ culpat, qui cōstellationes sequuntur dicentes, nō proficiscar,quia luna sic fertur,vel proficiscar,vt prospera cedāt, quia ita se habet positio syderum. Agā hoc mense cōmercium,quia ista stella agit mensem:non plātabo,hoc anno vineā,quia bissextus est. Tales culpātur, nō quia naturales elementorum effectus in syderum ordinatissima cōuersione nouerunt,vt.s.tēpestate nō nauigēt, autumno seminent: de quibus cum conderentur dictum est in Gen. Et sint in signis,& in temporibus,& diebus, & mensibus. Estote.quasi dicat, Timeo ne sine causa laborauerim in vobis,sed Estote sicut ego sum, qui legem dimisi. & debetis esse,Quia ego fui,olim in lege,sicut vos modo vultis esse, & dimisi,non sine ratione. Vel ita, Estote sicut ego, quia & ego sicut vos, homo sum, qui de errore correctus sum, ita

August.in enchirid.

Augu. in lib.ad ianuarium.

Ambrosi.

ita & vos poteſtis corrigi. Vel ita, Eſtote ſicut & ego, quia ego qui legem habui, ſum modo ſine lege ſicut vos. Cum enim Iudæus natus ſim, iam illa carnalia ſpiritali diiudicatione contemno. Fratres, aſpere correctos Galatas recreat apoſtolus per bene geſta, apponens poſt aſpera ſuauia, more ſalutaris medici. quaſi dicat, & debetis eſſe ſicut ego, quia ô Fratres, ego Obſecro vos, dico, obſecro & ſecurè obſecrare poſſum, vt quos merito diligo, quia nihil me læſiſtis, & ita nō penes vos inimicitiarum mearum eſt cauſa. Hoc dicendo excuſat ſe, quia pſeudo dixerant Paulum Galatis inimicum, nec voluiſſe eos docere quæ in aliis eccleſiis prædicabat. Hanc calumniam diluens apoſtolus inimicitiæ cauſam ſubmouet, cùm ait, Nihil me læſiſtis, ſcitis autem. quaſi dicat, nō me læſiſtis, ſed potius honorificè me recepiſtis, cum cauſam ſpernendi habuiſtis. & hoc eſt quod ait, Scitis autem, quod per infirmitatē carnis meæ, quia caro mea afflicta erat. Euangelizaui vobis iampridem, & pro tanto tempore, non ſpreuiſtis me. Vnde ſubdit, Et non ſpreuiſtis tentationem veſtram in carne mea, id eſt me tribulatum, per quod vos diabolus tētabat, ne crederetis. Tentati enim ſunt, cùm tribulationē ſecundum carnem pateretur Apoſtolus, vtrum timore desererent eum, an charitate amplecterentur. Opportnnè ergo, ac decenter facit eos recolere charitatem ſuam, ne tanquā inimicum illum deputent, dicens, Scitis autem, quod per infirmitatē & carnis, id eſt, cum paterer perſecutionē Euangelizaui vobis iampridem, & tentationem veſtram in carne mea, ideſt tribulationem, quam potior in carne, qua videtur quales eſtis. Non ſpreuiſtis, tanquam inutilem, vel vtilem. Neque reſpuiſtis, vt non ſuſciperetis communionem periculi. Diſtingue inter illa duo, Non ſpreuiſtis, ſcilicet poſt conuerſionem, vt indè vilior eſſem. Neque reſpuiſtis, ante conuerſionem, vt ob hoc conuerti abhorreretis. Sed excepiſtis ſicut angelum dei, id eſt, ac ſi angelus dei veniſſet, vel me angelum dei eſſe credidiſtis: imò plus dicā, Sicut Chriſtum Ieſum, ac ſi ipſe Chriſtus veniſſet, q̄ in apoſtolo loquebatur, & ideo venerat ad illos. Vbi eſt ergo? Admirās opus eorum ſpirituale cōmendat, vt hoc intuentes in timoré carnalem, nō decidant: & quia

Auguſti.

Ambro

Augusti. mutati erant in deterius, increpat eos. Et si enim receperunt eum, sicut angelum, nō ideo tamen parcit secare, vel vrere: quia non quærit sua, sed quæ Christi sunt: nō quærit lac, & lanam de ouibus, id est, commodum supplendæ necessitatis, & fauorem honoris, sed salutem ouium. quasi dicat, & quia, ita tunc fecistis, Vbi est ergo beatitudo vestra, qua dicebamini beati bonis initiis, & quasi proficiendi gradibus feruētes. q. d. pudeat vos esse mutatos. Mirum est enim, quod à bono decidistis. [Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis? Aemulentur, vos non bene: sed excludere vos volunt, vt illos æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono semper, & non tantum, cum præsens sum apud vos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Vellem autem esse apud vos modo, & mutare vocem meam, quoniam cōfundor in vobis. Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, Legem non legistis?] Testimonium enim. q. d. verè beati fuistis, vel sicut angelum, vel Christū me excepistis. Testimonium enim perhibeo de vobis, quia si posset fieri, ad vtilitatem ecclesiæ, Eruissetis oculos vestros, quod inter omnia carius est vobis, Et dedissetis mihi. s. ad vtilitatem meæ prædicationis, & ideo plus de vobis dolendum est. Nota quòd, ait, Si fieri potuisset, nónne illud fieri potuisset, quod ait apostolus non potest fieri, quod iustè non fit. & sic Iob, Vtinam possem me occidere. & dominus ad Loth, Nō poteram, quicquam facere, donec illò introeas. Nō posse se dixit, quod sine dubio poterat per potentiam, sed non poterat, per iustitiam. Ergo. q. d. & cū hoc sit. Est ergo credibile, quod factus sum inimicus verum, dicens vobis? q. d. per hoc videor inimicus, quia verum dico, sed si fallerem, putarer amicus: quia nemo se argui vult errātem, ideo vobis inimicus videor iustè vos reprehendens. Aemulantur. q. d. ego non sum vobis inimicus, sed illi æmulantur, id est diligunt Vos non bene. i. non vtiliter. Aemulantur enim verbum, quia nō tam cupiunt eos esse meliores, quàm ipsos volunt facere peiores, & retrorsum trahere ęmulatione peruersa. Vnde subdit, Sed volunt vos excludere, à fide ad legem, vel

Augu. de pastoralibus.

Augu cō-tra epist. Gaudētij.

Augu. de potentia dei.

Ambrosi.

vel à dilectione mea, Vt illos æmulemini.i. intuemini in legalibus. Bonum autem,q.d.illi volunt, vt ipsos æmulemini,Sed vos æmulamini,id est diligite,& imitamini,Bonum,hominem,me.s.& huiusmodi. Et hoc, In bono.i.ꝓpter hoc diligite, quia in eo est virtus & bona operatio, non pro alia re.& hoc facite semper, vt perseueranti gradu ad finẽ boni operis perueniatis. Vult enim, vt semper ipsum imitentur. Vnde subdit, Et non tantum.q.d.æmulamini bonum.s me, & huiusmodi. Et non tantum, cum præsens sum apud vos, sed perseuerate in acceptis magis æmulando me cum absens sum. Filioli,hîc iterum incipit ostendere ex ipsa lege quare non sit tenenda.q.d.me imitamini,& debetis,quia vos estis Mei,non dico filij, sed Filioli,quia diminuti estis,& perfectionis gradibus indigetis.Quos iterum,sicut prius,Parturio.i.cum labore,& dolore ad lucem fidei genero, Donec Christus, quem deformastis, Formetur in vobis, vt.s. recipiatis similitudinem eius quam vestro vitio perdidistis. Perpaucorum est pensare,qui labor sit in prædicationibus patrum, quãtísve doloribus animas in fide, & cõuersatione recta parturiunt. Vnde apostolus ex persona matris loquens ait, Quos iterum parturio,primum per fidem illos genuerat in baptismo,sed postea deformati sunt per pseudo,& infirmi facti, nunc cũ dolore reformat eos. Vnde addit, Donec Christus in vobis reformetur. Cõcipiẽtes enim fidẽ, & sensum fidei, nõ aduertẽtes, formatũ Christum in animis suis nugãtur habere. Formatur enim Christus in corde credentium,cũ illis sacramenta gratiæ panduntur, & ea quæ obscura videbãtur perspicua fiunt. Vel ita, Donec formetur Chri.in vob.i. formosius aliis per vos appareat. & hoc est grauius dictũ, q̃ si diceret eos reformari in Christo, quia nescio,quo pacto terribilius insonat audientium auribus. Vellẽ au.q.d.blandis modo verbis vsus sum,dicẽs fratres, & filios,sed Vellem esse apud vos modo,vt duplici genere cõfunderentur, & de errore suo,& de rubore apostoli. Ideò ait,Vellẽ es.ap.vos,& mutare vocem meã,in vituperatione,vt digna vobis dicerẽ, quæ nolo scribere, ne permaneant apud vos.ideo vellem mutare,Quoniam cõfundor in vobis,id est apud alios erubesco pro vobis. Sciens

Ambrosi.

Hierony.

Hier. sup Ezechielẽ

Augu.in moralib⁹.

Apostolus maiorem vim habere sermonem, qui ad præsentes fit, cupit vocem apostolicam, vocem literis cōprehensam in præsentiā commutare. Scriptura enim diuina ædificat lecta, sed multo plus prodest, si de literis mutatur in vocē: magnā siquidem vim habet vox viua, vox de authoris sui ore resonans, quæ ea pronunciatione profertur, & distinguitur, qua in hominis corde generata est. Est itaq; sensus, quia confundor in vobis, vellem literarum vocem præsens de meo ore pferre, vt vos solito seuerior ipse corriperem: quia epistola, non potest vocem obiurgantis exprimere, non valet irascentis resonare clamorem, & dolorem pectoris apicibus explicare: nō habeo quippe fructus quos solent de discipulis habere doctores, & sine causa semen iactū est doctrinæ: ita vt cum Hieremia dicam, Nec profui, nec profuit mihi quisquam. Vt autem, non patiar vos perire & errare perpetuò, ex charitate vobis loquar. Dicite mihi, &c. Vel aliter potest legi hæc litera eodē manente sensu. Filioli. quasi dicat, non solum ex suprà dictis probatur lex esse dimittenda, sed etiam authoritas ipsius legis, hoc ostendit. O filioli mei dicite, id est, respondete mihi. Vsq; huc enim pendet sententia, & interponitur illud, Quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Vellem autem esse apud vos modo, & mutare vocē meam. quoniam confundor in vobis, non mutatur sensus horum verborum. Vos, inquā, ô filioli, Qui vultis, esse carnaliter Sub lege dicite mihi. i. respondete mihi. Legem legistis, an non? Quicquid eligant, probātur stulti: si nō legerunt, non debent recipere, quod nesciunt: si legerūt, ipsa probat, se dimittendā: quòd si nō intelligūt, stulti sunt. Ideò eos interrogat, dicens, Legem non legistis? quasi dicat, legistis quidem, sed non intellexistis.

Hierony.

Hierony.

[Scriptum est enim, Quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera, Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Syna in seruitutem generans, quæ est Agar.] Scriptum est enim, quoniam Abraham. quasi dicat, Ideò quæro, an legeritis legem, quia in ea quiddam scriptum est: quòd si atten-

attenderetis, nunquam ad eam recurreretis. Scriptum est enim, in Genesi, Quoniam Abrahã habuit duos filios, Ismael, & Isaac, Vnum de ancilla, Agar. scilicet Ismael, Et vnũ de libera, Sara scilicet, Isaac. Sed qui de ancilla fuit, Secundum carnem natus est, id est per nullum miraculum sed lege naturæ natus est. Qui autem de libera per repromissionem, id est mirabiliter natus est. Attende quod ait, Scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit, cum plures habuerit. Post mortem enim Saræ, de alia vxore, scilicet, Cetura alios genuit, qui nõ pertinent ad hanc significationem, & ideo multi legentes apostolũ, librum autem Genesеos ignorantes putant solos duos filios habuisse Abraham. Sed hos solos commemorat Apostolus, quia de his duobus scriptura specialiter singula exequitur, innuens aliquid egregium in his præfigurari. Item attende quod subdit, Vnum de ancilla, & vnum de libera. Non enim hoc frustra distinxit. Vterque quidem de Abraham natus est, sed diuersa operatione, quia, qui de ancilla secũdum carnis naturam natus est, quia iuuẽcula de sene solet cõcipere. Qui au. de lib. nõ secundum vim carnis, vt vetula, & sterilis de vetulo conciperet, sed per operationẽ dei. qui promiſit. Illum ergo genuit demõstrans consuetudo naturam. Illum verò dedit promissio, significãs gratiam. Ibi humanus vsus ostenditur, hîc diuinum beneficium cõmendatur. Natus est ergo Ismael, sicut nascũtur homines permixtione vtriusque sexus vsitata lege naturæ, ideo dictum est secũdum carnem, non quia ista beneficia dei, nõ sint, aut non ista operetur deus cuius opifex sapientia attingit: sicut scriptum est, A fine vsque ad finem for. &. d. o. su. sed vbi significandum fuerat dei donum, quod indebitum hominibus gratis gratia largiretur. sic oportuit dari filium, quemadmodum naturæ, non debebatur ex cursibus. Hæc autem, quamuis ad literam ita fuerint, tamen quia secundum literam ad superiorem demonstrationem non valent, subdit, Quæ sunt dicta per allegoriam, id est, per alium intellectum. Allegoria enim dicitur, cum aliquid aliud videtur sonare in verbis, & aliud in intellectu significari, sicut hîc. Abrahã enim est deus pater, qui est pater multarum gentium. Sic enim inter-

August.

Augu. de ciuit. dei.

August. in psal. 103.

pretatur hoc nomen Abraham. Abba enim pater, Ham multarum, ſubauditur gentium, quo intelligitur deus pater. r. interponitur cauſa euphoniæ. Indè dicitur Abraham quaſi Abahā. i. pater multarū gentium, quo intelligitur deus pater. Libera autē, & ancilla ſignificāt duo teſtamenta. Vnde ſubdit, Hæc enim. i. ancilla & libera Sunt. i. ſignificant Duo teſtamenta, Libera ſignificat nouum teſtamentum, dás omnibus per Chriſtum nouam gratiam. Agar, vetus teſtamentum. In vtroque teſtamento genuit

Ambroſi. deus ſibi filios, qui ſeruirent. Sed in veteri teſtamento generati ſunt Iudæi ſerui, quia timore pœnæ, & promiſſione temporalium ſeruiebant. & hoc eſt, quod ait, Qui de ancilla fuit, ſcilicet Iudęi, & omnes ſerui peccati. Natus eſt ſecundum carnem, quæ & pœnas abhorret, & dulcia amat, quia illi metu pœnæ, & amore tēporaliū ſeruiebāt. Gratia verò noui teſtamēti parit liberos, qui ex dilectiōe ſeruiāt,

Ambroſi. nō in carnis, ſed opere dei, & hoc eſt quod ait, Qui autē de libera natus eſt, id eſt liber Chriſtianus populus gratia noui teſtamenti generatus, Per repremiſſionem natus eſt, id eſt per virtutem, & gratiam promittentis ſub figura veritatem. Quis enim impoſſibilia ſecundum naturam crederet, & quæ ſuauia ſunt in præſenti contemneret, & non viſa ſperaret, niſi virtus dei hoc in eo operaretur? *Taliter* generantur Chriſtiani quorum typus *præceſſit in Iſaac.* Iſmael enim Iudæorū ſignificat natiuitatem, vel eorū, qui ſerui peccati ſunt. Iſaac verò Chriſtianorū, quia in libertatem naſcuntur. liber enim fit, qui accipit remiſſionē peccatorum. Ecce expoſitum eſt euidenter, quid ſignificent illa verba legis. Vnde oſtenditur lex, nō eſſe tenenda quę in ſeruitutem generabat, ſed noua quæ in libertatē parit. Vnde addit, Vnum quidē, quaſi dicat, ancilla & libera ſignant duo teſtamenta. Et Vnum quidem, datum eſt In monte ſyna, quod interpretatur mandatum. ꝙ in tali loco datum eſt. i. in monte eminenti, ſignificat ꝙ Iudæi cōtra alias gentes eſſent ſuperbi de mandato, vel ipſi eſſent ſuperbi, & tumidi cōtra ipſum mādatum. Illud teſtamentū,

Ambroſi. dico, Generans, homines In ſeruitutē, quia pro timore ſeruiebāt Iudæi, vel ſerui peccati erāt. quod teſtamentū Eſt Agar, id eſt ſignificatur per Agar. & rectè. Agar enim in inter-

interpretatur alienatio. quod bene conuenit, quia illud testamentum alienat homines ab æterna hæreditate. [Syna enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filiis suis. Illa autem quę sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim, Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis quàm eius quę habet virum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritũ, ita & nunc, Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres non sumus ancillæ filij sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit.] Syna enim, quasi dicat. Verè testamentum vetus generat in seruitutẽ, quia Syna mons. i. vetus testamẽtum datum in monte Syna. Est in Arabia. i. in humilitate vel in afflictione, quia affligebat homines sub carnalibus obseruationibus. Arabia enim interpretatur humilitas vel afflictio. Et benè dicitur vetus testamẽtum datum esse in Arabia, non in terra promissionis vbi Iudæi, quasi filij fuerunt, sed in Arabia vbi quasi serui & alieni fuerunt, quia vetus testamentum non filios sed seruos & alienos pariebat. deinde vetus testamẽtum populo, cui datum est, comparat, dicens, Qui, mõs per omnia Coniunctus est, & similis. i. vetus testamentum in illo monte datum, per omnia coniunctum est, & simile Ei Hierusalem quæ nunc est. i. Iudaico populo, qui nunc est, id est, qui terrena diligit, & pro temporalibus Seruit. Vel, Seruit, sub peccato, Cum filiis suis, Hæc est synagoga quæ sub peccato generat filios. totus quidẽ populus mater est, singuli autem sunt filij. vel filij sunt proseliti, qui omnes timore pœnæ seruiunt, & ideò vetus testamentum dicitur esse coniunctum & simile illi populo, quia sicut vetus testamentum pœnas minabatur, & temporalia promittebat: ita ille populus timore pœnæ, & amore temporalium seruiebat. Ecce per hæc omnia patet quòd vetus lex non est tenenda, sed noua quæ sursum est, quæ libera est. i. ad superiora nos mittit, & liberos facit: quæ data est ecclesiæ, quæ sursum est, & libera. Vnde subdit, Illa autem. q. d.

hæc

hæc, id eſt, ſynagoga timore vel ſub peccato ſeruit. Sed illa Hieruſalem quæ ſurſum eſt. i. eccleſia de gentibus congregata, quę cum domino gaudet in ſpe, libera eſt, quia diligit, & ex amore ſeruit. Quæ eſt mater noſtra. i. credẽtiũ, quia ſinguli verbo eius & exemplo inſtructi, ex charitate ſeruiunt. Quia autem libera ſit & mater, authoritate Iſaiæ probat, ſubdens, Scriptum eſt enim, quaſi dicat verè libera eſt & mater, quia Scriptum eſt, in Iſaia, Lętare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij, &c. Ex his verbis & libera monſtratur & mater. Lætari enim, & erumpere, & clamare pertinent ad libertatẽ: quia Multi filij, hoc pertinet ad matrem. Iſaias aſpiciens tempus Chriſti, eccleſiam gentium antè ſterilem nunc fœtoſam alloquitur, dicens, O eccleſia gentium Sterilis quę, tempore legis, Non, virtute miraculi Paris, quia illo tempore quaſi nullos genuit. Quæ etiam non parturis, quia neque tunc conatum habuit. Lætare, in corde, Erumpe, id eſt, lætitiam mentis extra oſtende, Et clama. i. gaudium tuum aliis prædica, Quia magis multi. i. plures ſunt, Filij, tui olim, Deſertæ, partu quidem, non dilectione ſponſi, Quàm eius. i. ſynagogę, Quę habet virũ. i. legem, ad generandum. i. quæ carnaliter generat ſub lege. Virum quippè habuit ſynagoga, ſcilicet legem, & fœtoſa quondam fuit in liberis. Sterilis verò eccleſia ſine viro Chriſto, ſine vllo ſponſi ſermonis alloquio, diu iacuit in deſerto. ſed poſtquàm accepit illa librum repudij, & omnia ornamenta viri, in idoli vertit ornamenta: tunc maritus priore cingulo putreſcente, alium lumbis ſuis balteum, aliud de gentibus lumbare contexuit: quæ ſtatim vt eſt viro coniuncta, concepit & peperit. Vnde in Iſaia dominus exclamat, Dilata locũ tabernaculi tui, & protende funiculos tuos, &c. Item, Si eſt gens nata ſimul. Synagoga ergo quæ habet virũ. i. legẽ, deſerta vero & vaga, & ſine vlla legis poteſtate viuẽs, gẽtium multitudo eſt, quæ & ſterilis erat nullius legitimi verbi proferens germen. Sterilis enim erat in omnibus gẽtibus eccleſia, antequam iſte fœtus quẽ cernimus oriretur. hoc aũt quidã iudaizãtes ad antiquã Sarã referũt. hoc aũt de antiqua Sara ſuperfluè diceret Iſaias, quę multo antè tẽpore obierat. vel per Hieruſalẽ intelligitur hîc ſuperna ciuitas

Marginalia: Hierony. (beside "la Hieruſalem"); Hierony. (beside "Quàm eius"); Hierony. (beside "cepit & peperit"); Augu. ad ciuit. dei. (beside "verbi proferens germen")

uitas cœlestis curia. Superna est enim sanctorũ ciuitas, licet in quibusdã quos hîc parit,adhuc peregrinatur, donec regni eius tẽp⁹ adueniat,quãdo cõgregatura est oẽs in suis corporib⁹ resurgẽtes. De hac ergo dicit, Illa aũt Hierusalẽ quę sursum est.i.cũ dño gaudet, Libera est,à peccato & pœna peccati, Quæ est mater nostra. Ciuitas cœlestis, mater nostra dicitur,quia ad eam vocamur,& ideò cœlestis dicitur,quia cœlũ sedes ei⁹ est:& quos generat,ibi erunt cũ ea. Verè mater est. Scriptũ est.n. Lętare sterilis quæ nõ paris, erũpe &clama quę nõ parturis. Cœlestis Hierusalẽ sterilis dicitur,quia nõ parit scd̃m carnẽ:nec parturit.i.nec dolores patitur,sed generat spiritualiter sine passione clamãs in lętitia quę plures habet filios q̃ quę habet virũ.i.synagoga quę carnaliter generat. Vnde subdit,quia Magis multi sunt filij tui, Desertę. A quo? Ab Adã q̃ deserta vita secutus est mortẽ, Quàm ei⁹ quę habet virũ.i.synagoga. Multò.n.plures sunt Christiani Iudęis,quia Christiani supergressi sũt numerũ Iudęorũ. Sterilis ergo dicta est,quia virgo est quę nõ carnaliter generat filios,sed p̃ solã fidẽ spiritualiter dicitur. Quę.n.parturit,dolores patitur:hęc exclamat in lętitia salutis humanę. Hierusalẽ verò terrena ideò virũ habuisse dicta est,quia carnaliter generabat. Parit autẽ ciues terrenę ciuitatis peccato vitiata natura: cœlestis verò ciuitatis ciues parit à peccato naturã liberã gratia. quod significatũ est in duob⁹ filiis Abrahę,quorũ vn⁹ de ancilla scd̃m carnẽ nat⁹ est:alter de libera,nõ scd̃m naturã,sed p̃ repromissionẽ. Negat.n.natura filios tali cõmixtione qualis esse poterat Abrahę & Sarę in illa ętate, etiã mulieris accedẽte sterilitate,quę nec tũc parere potuit,quãdo nõ ętas fœcũditati,sed ætati fœcũditas defuit. Quod verò nec sic affectæ fruct⁹ posteritatis nõ debebatur,significat quod natura humani generis peccato vitiata,& ideò iure dãnata,nihil verę fœlicitatis in posterũ mœrebatur. Isaac p̃ repromissionẽ nat⁹ nõ p̃ generationẽ,significat filios gratię,ciues ciuitatis liberę,socios pacis ęternę. Et quia hoc nõ p̃ generationẽ sed p̃ regenerationẽ futurũ erat,ideò tunc imperata est circũcisio quãdo de Sara p̃miss⁹ est fili⁹. Circũcisio igitur significat naturã exuta vetustate nouatã. & q̃ oẽs filios & seruos vernaculos & emptitios circũcidi iubet, ad oẽs istã

Ambros⁹.

August. in quæst. 54. no. & vet. test.

Augu. de ciuit. dei.

gratiam

gratiã ptinere testatur. Octau⁹ aũt dies Christũ significat, qui post sabbatũ resurrexit, parẽtũ mutãtur & nomina. Oĩa resonãt nouitatẽ, & in veteri testamẽto obumbratur nouũ, & in nouo reuelatur vetus testamẽtum. Nos autẽ. q. d. duo sunt filij Abrahæ, alter secundum carnem, alter per repromissionem natus. Nos autem fratres sumus filij promissionis. i. per gratiam geniti secundum Isaac. i. ad similitudinem Isaac. Isaac interpretatur risus, quo significantur illi qui in lætitia seruiunt: non ex tristitia vel ex necessitate. Sed quomodo. q. d. nos sumus filij secundũ Isaac. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui secundum spiritum sanctum natus

Augu. super Ioan. erat. i. Ismael persequebatur Isaac, vel etiam Esau Iacob. Ita & nunc. s. qui secundum carnem nati sunt persequuntur eos qui secundum spiritum nati sunt. Qui sunt secundũ carnem nati? dilectores mundi, amatores sæculi. Qui sunt secundum spiritum nati? amatores regni cælorum, dilectores Christi, desiderantes vitam æternam, gratis colentes

Orige. deum. Iudæi etiam sunt secundum carnem nati, qui persequuntur nos qui sumus secundum spiritum, quia legem secundum spiritum non secundum carnem custodimus. Per hoc ergo quòd patimur, probamur filij promissionis. Sed quid dicit scriptura? q. d patimur ab illis sicut *Isaac ab Is-*

Hierony. maele, Sed, non est curandum. Quid enim dicit i. refert Scriptura, dixisse Saram. Ecce Eiice ancillam & filium eius. Non puto nos inuenire posse vbi Ismael persecutus

August super Ioan. fuerit Isaac: sed tantum illud quòd cum filius Aegyptiæ luderet cum Isaac indignata sit Sara, vidit pueros simul ludentes. Et dixit, Eiice, &c. Quid est hoc? Quid enim mali fecerat Ismael puero Isaac, qui ludebat cum illo? Sed illa lusio illusio erat, illa lusio deceptionem significabat, illũ lusum Sara intellexit, & Apostolus vocauit persecutionẽ.

August. in ser. de Agar. & Ismael. Quia lusus maioris ad minorem, illusio est & deceptio: quia sciens se habere alia negotia quæ intendit, simulat quædam puero. i. infirmo, ludens cum illo & fraudes facit. Sic & modò plus persequuntur qui nos illudendo sedu-

Augu. super Ioan. cunt. Et sicut Sara intellexit lusum illum, ita & ecclesia intelligit lusum istum persecutionem. Sed quid dixit Sara? Eiice ancillam & filium eius: ita qui pertinent ad Agar & Ismael,

Ismael, id est, lex & Iudæi eiecti sunt ab ecclesia & à gra-
tia patris, necnon & hæretici & filij eorum. Omnes etiam
qui in ecclesia terrenam fœlicitatem quærunt à domino,
adhuc ad Ismaelem pertinent. Ipsi sunt qui contradicunt August, in
spiritalibus proficientibus, & detrahunt illis, & habent psal. 119.
labia iniqua, & linguas subdolas: ergo Isaac cum Ismaele
viuebat, id est, qui pertinent ad Isaac inter eos viuunt qui
pertinent ad Ismael. Isti sursum nolunt ascendere, illi de-
orsum volunt trahere. Isti volare ad Deum volunt, illi co- Augu. cõ
nantur pennas euellere. Et sicut isti pertinẽt ad Ismael, & tra pelag.
ad vetus testamentum: ita & antiqui veteris testamenti mi
nistri gratiam quærentes, filij sunt promissionis pertinen-
tes ad nouum test. sed hoc quod dicit, Eiice, quando erit?
hoc erit cum area cœperit vẽtilari. Vnde subdit, Nõ enim
hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. i. mali cum bo-
nis, Iudæi cum Christianis. Sicut enim nunc in conuersa- August.
tione sunt dissimiles, ita erunt & in futura retributione.
Itaque. q. d. quia patimur à Iudæis, & ab aliis malis, sicut
Isaac ab Ismaele, Itaque fratres mei, non sumus filij an-
cillæ, quia non sumus serui peccati vel legis, Sed liberæ. s. Ambrosi.
cœlestis Hierusalem, qui est populus nouus regni cœlorũ,
& non alio modò sumus filij liberæ: sed per eam libertatẽ
Qua libertate i. per quam libertatem Christus nos libera-
uit, qui immunis à peccato, ex dilectione obediens fuit. Li
bertas ergo qua liberati sumus à Christo, est remissio pec-
catorum, & fidei per dilectionem operantis iustificatio.

CAPVT V.

STATE, & nolite iterum iugo seruitutis contineri.
Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circuncida-
mini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem
rursus omni homini circuncidẽti se: quoniam debitor est
vniuersæ legis faciendę. Euacuati estis à Christo, qui in
lege iustificamini, à gratia excidistis.] State, ergo quod
lex debet cessare hucusque ostendit, & similitudine con-
suetudinis humanę, & legis ipsius authoritate, nunc Gala-
tas hortatur ne se iugo legis velint subiicere, & terret pe-
riculi comminatione. q. d. Et quia per Christũ liberi estis,
Ergo state, in firma fide fixo pede permanente in liberta-
te. Et nolite contineri iugo seruitutis. i. lege quę in serui-
tutem

tutem generat. & addit, Iterum, non quia prius Galatæ legem custodierint, sed dum circũcisionis & legaliũ obseruationum iugo se subiiciebãt, quasi ad eosdem reuertebãtur cultus, quibus in idololatria antè seruiebant, quia non est leuior hæc legis seruitus, quàm idololatriæ. Ecclesiæ q. d. Nolite contineri iugo seruitutis, nec saltem circuncisione, quia Ecce ego Paulus, qui sum notæ authoritatis. Dico vobis, quoniam si circuncidamini Christus nihil vobis, proderit. Decepit ergo Timothæum, & fecit vt nihil ei prodesset Christus. Eis itaque dictum est hoc, qui ideò volebant circuncidi, quod aliter putabãt in Christo se salutari non posse. Hoc enim animo, hac voluntate, ista intentione quisquis tunc circuncidebatur: Christus ei nihil proderat. Illos igitur arguit qui se in lege iustificari credebant, non qui legitima illa in eius honorem à quo mãdata, sunt obseruabãt, intelligẽtes & qua p̃nũciãdę veritatis ratione sint mãdta & quousq; debeãt perdurare. Illa. n. quæ significatiõis causa pręcepta sunt, quę gratię reuelatione latius innotescente necesse fuerat aboleri, iustificare neminẽ poterant: non ideò tamẽ fuerãt tanquàm diabolica gẽtium sacrilegia fugiẽda, etiã cum ipsa gratia iam cœperat reuelari quę vmbris talibus fuerat pręnunciata. Inde est quod Timothæum Iudęa matre & Græco patre natum circũcidit Apostolus, & ipse morem huiusmodi custodiuit, nõ simulatione fallaci, sed consilio prudẽti. Circuncisio enim & cętera legalia ita natis & institutis non erant noxia, licet iam significãdis futuris necessaria nõ essent, magis noxium erat ea quasi noxia prohibere in his hominibus, vsq; ad quos durare debuerant. Gentiles verò ex diuerso veluti pariete ad eundem lapidẽ angularem veniẽtes, non erãt ad talia cogendi. Si qui verò his qui ex circuncisione venerant talibus sacramentis adhuc dediti erant vltro vellẽt sicut Timothęus conferre congruentiam, non erant prohibendi: sed si in his cõfidebant, erant perditi sicut & Iudæi. Vnde est illud Apostoli. Dico vobis, quia si circuncidamini, vt spem salutis in circuncisione habeatis, Christus nihil proderit vobis, Licebat ergo his quos fides quæ reuelata est eis, iam imbutos inuenerat illa tenere, ne videantur improbata potius quàm terminata. Gẽtibus verò

Augu. ad Hierony.

Augu. cõtra Faust.

non

non sunt imponenda, ne videantur aut non causa promittendi Christi instituta, aut adhuc promittere, sed cessando iam appareant signa futuri fuisse, quæ cum honore paulatim deserendo erant sepelienda, non vt sacrilegia Gétium fugienda. Posteà verò tanquàm cum honore sepulta sint, à Christianis omnibus irreparabiliter deserenda. Hieronymus autem ista legalia post Christi passionem siue in eis spes ponatur siue non, obseruantibus noxia esse dicit, nisi dispensatoriè custodiantur: & secundum hoc ita hîc locus exponitur. Si circun. Christus nihil proderit vobis, quia circuncisio iam non solum non prodest, sed etiam obest. Antequàm noua inciperet prædicatio, oportuit circuncidi: nunc autem lege fidei succedente nihil proderit fideli addita circuncisio sed oberit, maius enim malum est ex libero fieri seruum, quàm nasci. Testificor, quasi dicat. Si circuncidamini nihil vobis proderit Christus, nec hoc solum malũ vobis erit, sed etiã Testificor rursum, sicut olim ante fidẽ Omni homini, Iudęo vel Gétili Circũcidenti se, pro habẽda iustitia. Quoniã debitor est vniuersę legis faciendę. i. ex debito omnia legalia debet implere, quod exigit circuncisio. Vt enim baptismus suam, sic circuncisio suam exigit iustificationem. Hoc ideò ait, vt vel terrore tam innumerabilium obseruationum quæ in lege scriptæ sunt, ne omnes implere cogerentur, quod nec ipsi Iudæi, nec patres eorum implere potuerunt, sicut Petrus ait, abstinerent ab his quibus eos aliqui subiicere cupiebãt. Euacuati, quasi dicat. Verè Christus non proderit vobis, quia vos qui gratia Christi prius eratis pleni, Euacuati estis à Christo, id est, virtutibus Christi. Vos dico In lege iustificamini, id est, creditis iustificari. Aliter enim non noceret circuncisio. Euacuati estis dico, Et excidistis à gratia, futura, id est, indigni estis beatitudine æterna. Vel, Excidistis à gratia, iam habita, id est, gratiam amisistis. Qui enim in lege iustificari vult post fidem, amittit gratiam: quia ad hoc venit donum dei & gratia, vt cessante onere legis iustificet credentes: quod qui reducit, hanc perdit. [Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu, neque circuncisio aliquid valet, quæ præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.

Augu. ad Hierony.

Ambrosi.

Ambro.

operatur. Currebatis benè. Quis vos impediuit veritati nō
obedire? Nemini consenseritis. Persuasio hęc non est ex
eo qui vocauit vos. Modicum fermentum totam massam
corrumpit. Ego confido in vobis in domino quòd nihil
aliud sapietis. Qui autem conturbat vos, portabit iudiciū
quicunque est ille.] Nos enim. q.d. qui in lege confidita-
mittit gratiam, quod econtrario potest videri. Quia nos
Augu. de spū & lit. expectamus ex fide spem iustitiæ. i. iustitiam & spem, id
est, æternam beatitudinem. Vel, Spem iustitiæ. i. quam spe-
Augusti. rat iustitia. s. vitam æternam. Vel, Spem iustitię. i. qua spe-
ratur ipsa iustitia. Fides enim esuriens & sitiens iustitiam
sperat in ea renouari & proficere. Vel, Spes iustitię, Chri-
stus est, ex quo speratur ipsa iustitia. Expectamus dico, &
hoc facimus Spiritu. i. per spiritum sanctum qui non fal-
Hierony. lit. Hoc dicit ne putaremur falli. Nam in Christo &c. q. d.
Hierony. Rectè dico ex fide esse iustitiam, quia non est ex alio. Nā
his qui sunt in Christo Iesu, neq; circuncisio aliquid valet,
neq; pręputiū, ęquatur pręputio circuncisio. His enim qui
in Christo volūt viuere, virtutes appetēdę sunt, & vitia fu-
giēda: media verò, quę inter virtutes & vitia sunt, nec fugiē-
August. super epist. Ioan. da, sunt nec appetēda, vt circuncisio & pręputiū quæ nihil
volent in Christo, Sed fides, non vtique ociosa. Quia fides
sine operibus mortua est. i. non saluat, Sed quæ operatur
Augu. de verb. do. per charitatem, dei & proximi. Opus fidei, ipsa dilectio:
sine dilectione inanis est fides, cum dilectione, Christiani
est. Alia. i. fides sine dilectione, dæmonis. Nam & dæmo-
nes credunt & contremiscunt: qui autem non credunt, tar-
diores sunt & peiores quàm dæmones. Sed multum inter-
est vtrum quis credat ipsum Christum esse, an credat in
Christum. Nam ipsum esse Christum, dæmones credide-
runt. Ille enim credit in Christum, qui sperat in Christū,
& diligit Christum. Currebatis. Hîc laudat Galatas, & eos
per quos inducti sunt, vt iudaizare vellent, vituperat. & ne
illis consentiant monet. q. d. Fides operans per dilectioné
valet, & hæc olim fuit in vobis, quia olim Currebatis, per
opera fidei proficiendo, & hoc Benè, quia ex dilectione
Ambrosi. faciebatis. Ergo quis vos fascinauit vel impediuit non o-
bedire veritati, quæ vltro se ingerit. Exercitium illorū in
opera fidei bonum fuisse testatur, sed nequitia malorū im-
peditos

peditos ne cursum suum efficacia perseuerãte consumma- Ambrosi.
rent. Vnde vt nulli eorum credant hortatur, subdens, sed
vos Nemini illorum, deinceps Consenseritis, saltem eos
audiendo qui opera legis seruanda suadent, euangelicæ
veritati obedire non sinentes. Persuasio enim.q.d.ideóne
consenseritis, quia persuasio hæc qua volunt vos mittere
sub iugum legis, Non est ex eo.s.deo, Qui vocauit vos, ad
vitam, sed ex diabolo. Ideò etiam ne conseritis, quia Mo- August.
dicum fermentum. i. illi pauci & acidi qui ad illos venie-
bant vt ista suaderent. Vel Modicum fermentum. i. hæc
persuasio, vel Modicum fermen. id est, hæc circuncisio, &
pauca legis Corrumpit totam massam. i. congregationem
fidelium vel virtutũ. Sensus itaque iste est, ne putetis pau-
corum hominum insidias contemnẽdas. Vt enim scint il-
la res parua est, & penè dum cernitur non videtur, sed si
fomitem comprehenderit, & nutrimenta sui inuenerit, mœ
nia, vrbes latissimas, saltus, regionésque consumit: & sicut
fermentum res modica videtur & nihili, sed cum farina
consperfum totam massam suo vigore corruperit, in illius
vim transit omne quod mixtum est: ita & doctrina peruer-
sa ab vno incipiens, vix duos aut tres, primum in exordio
reperit auditores, sed paulatim vt cãcer serpit in corpore, &
iuxta vulgare prouerbiũ, Vnius pecudis scabies totum cõ-
maculat gregem. Igitur & scintilla cum apparuerit, extin
guenda: & fermentum à massa vicina semouendum, & sca-
biosum animal à caulis ouium remouendum. Hæc hortor
vos. Et ego confido in vobis, quod olim boni fuistis, nec
simpliciter dico in vobis sed addo In domino, deo.s. ope-
rante, confido, inquam, Quia nihil aliud sapietis, quàm do August.
cui. Ideò dicit se confidere de his, quia non sponte, sed cir
cunuenti errabant, & ideò ostensa modò vera via, facilè
credit eos reuerti. Qui autem.q.d. Confido in vobis, sed
ille Qui conturbat vos.q.d. purum fontem intellectus ve-
stri, vt.s. mutato ordine de spiritualibus sitis carnales, Por-
tabit iudicium. i. sustinebit damnationem. Quicunque est
ille, etiam si carne sit filius Abrahæ, pro nullo parcetur ei.
Occultè inquiunt Petrum lacerat, cui supra in faciem se Ambro.
restitisse scripsit, quod non recto pede incesserit ad euan- Hierony.
gelij veritatem: sed nec Paulus tam procaci maledicto de

ecclesiæ principe loqueretur, nec Petrus dignus erat vt portaret iudicium ecclesiæ conturbatæ. ex quo arbitrandum est de aliquo dici, qui vel cum Apostolis fuerat, vel de Iudæa venerat, vel ex Pharisæis crediderat, vel certè magnus sit apud Galatas æstimatus, vt portet iudicium ec-
Ambrosi⁹ clesiæ conturbatæ. Sicut enim qui errantem conuerti facit remunerandus est: ita & qui rectum incedentem iter flectit in deuium, damnationem consequitur. [Ego autem fratres si circuncisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam & abscindantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis: sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. Dico autem in Christo. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.] Ego autem, quasi dicat. *Ille portabit iudicium qui conturbat vos.* Ego autem non conturbo
August. vos ô Fratres, prædicando legalia, quia *Si circuncisionem prædico adhuc*, vt olim feci, & vt mihi imponitur. Intelligendum est enim quod imponebatur ei à pseudo istam seruitutem Galatis persuadere volentibus, quod alibi circuncisionem prædicaret, sed non eis facilè aperire sententiã suã vellet. Si, inquam, hoc ago, Quid adhuc *persecutiones*
Ambrosi. *patior?* quasi dicat nulla alia causa potior à Iudęis. Persecu-
Hierony. tiones enim creberrimas sustinuit à Iudæis, eo quod doceret credentes de Gentibus non debere circuncidi. Et si eam prædico, Ergo euacuatum est scandalum crucis, non irascuntur Iudæi de cruce, si assero circuncisionem iustificare. Scandalum erat Iudæis prædicatio crucis, quia sabbatum & circuncisionem euacuabat, si verò admitteret circuncisionem, non esse scandalum, & pacifici essent ei. Vtinam, quasi dicat ipsi vos cõturbant. Et vtinam abscindantur qui vos conturbant, hæc non tam furoris in aduersarios, quàm dilectionis in ecclesiam verba sunt. Non
Hierony. enim tam maledixit eis quàm orauit pro eis. Sub specie
Augusti. nanque maledictionis eleganti ambiguo vsus, bonum eis optat, cum ait, Vtinam abscindantur qui vos conturbant.

Non

Non tantum circuncidantur, Sed abſcindantur, vt ſint ſpadones propter regnum cœlorum, & deſinant carnalia ſeminare. Sunt enim quidam ſpadones propter regnum cœlorum. Vel ita, ipſi vos conturbant, ſed Vtinam qui vos conturbant abſcindantur, non carnaliter, ſed vim generã-di perdant, vt in vobis vel aliis nihil proficiant, non ſolum circunciſi ſed etiam abſciſſi, vt nullam omnino potentiam generandi habeant. & meritò hoc opto ne vos redigant in ſeruitutem legis. Vos enim fratres vocati eſtis, à deo, in libertatem, vt non timore ſed amore ſeruiatis, & qui prius peccatis obnoxij eratis, gratiam dei accipientes liberi ſitis. & cum hoc ſit, hoc Tantum, neceſſarium eſt, Ne detis libertatem in occaſionem carnis, id eſt, ne libertate abutamini, vt quia liberi eſtis & metus legis vobis non incumbit, ideò deſideria carnis ſequamini: quia tunc eritis ſerui. Et eſt ſenſus, Cauete ne audito nomine libertatis, impunè vobis peccandum eſſe arbitremini, Sed per charitatem ſpiritus, id eſt, quæ procedit de ſpiritu ſancto, Seruite inuicem, quia tunc liberi eritis. Nota quia non per affectum carnis charitas eſt habenda, ſed per ſpiritum, vt ſubiecti ſint inuicem. Omnis enim. q. d. Ideò charitas eſt habenda, quia Omnis lex impletur in vno ſermone, id eſt, in vno præcepto charitatis, quia qui illud præceptum ſeruat, nec mala agit, & quantum poteſt bona facit, in quo præcepto impletur? in iſto, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Hoc ſcriptum eſt in Leuitico. In quo rectè dicit impleri legem vniuerſam, cum tamen duo ſint præcepta charitatis in quibus tota lex pendet & prophetæ, quia dilectio dei in dilectione proximi continetur, & ideò in hoc præcepto perfectio ſalutis eſt, quia ſine proximo non diligitur deus. Qui enim nõ diligit proximum ſuum quem videt, deum quem non videt quomodo poteſt diligere? Item, Diligere proximum, id eſt, omnem hominem tanquam ſeipſum, quis poteſt niſi deum diligat, cuius præcepto & dono dilectioné proximi poſſit implere? Cum ergo vtrunque præceptum ita ſit, vt neutrum poſſit teneri ſine altero: vnum eorum commemorare ſufficit. Et nota quod ait, Sicut teipſum. Sicut nõ poteſt proximũ diligere,

Ambroſi.

Auguſt.

Ambroſi.

Auguſti.

qui non diligit se. Se autem non diligit qui diligit iniqui-
tatem. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam.
Nota etiam quod ait, Omnis lex. nam & illa quæ ad bo-
nos mores pertinent, & illa quæ in sacramentis sunt, cũ be-
nè à liberis intelliguntur, nec carnaliter obseruantur à ser-
uis, ad charitatem referantur necesse est. Quia si. q. d. in di-
lectione proximi lex impletur. Quia si inuicem mordetis,
id est, in aliquo detrahitis, Et comeditis. i. totum deuoratis
Ambro. omnia vituperando ex inuidia, Vel, Criminamini, crimi-
na vobis imponentes, Videte ne ab inuicem consumami-
ni, scissa Christianæ religionis per vanam gloriam vaná-
que victoriam vnitate. Occasione charitatis hoc vitiũ eo-
rum tetigit, quia dissensio inimica est dilectionis. hoc enim
maximè vitio contentionis & inuidiæ, perniciosa inter eos
iurgia nutriebantur, quibus consumitur societas & vita.
Dico autem. Postquam à lege factorum eos prohibuit in
qua sunt præcepta carnalia, nunc vt vitiis carnis se conti-
neant, præcipit, & ostendit quàm sufficiens est fides Chri-
sti sine lege, quia per eam vincunt carnem, & eius opera, &
sequuntur spiritum. q. d. ne detis libertatem in occasioné
carnis, sed per charitatem spiritus seruite. Hoc autem di-
co, posse esse vobis in Christo, id est, per fidem Christi, &
nunquam aliter. In qua fide Ambulate, id est, proficite be-
nè operando. & hoc Spiritu, id est, ratione vel potius spiri-
tu sancto. Non enim hoc potest spiritus hominis per se.
Et, tunc, desideria carnis. i. delectationes, quas caro sugge-
rit, non Perficietis. non ait, non feceritis, vel non habueri-
tis, quia ea non habere non poterant: Sed non perficietis,
id est, non opera eorum consensu voluntatis implebitis.
Augu. cõtra Iulia. [Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem
aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt
nõ quæcũque vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimi-
ni, nõ estis sub lege. Manifesta sunt autẽ opera carnis, quæ
sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolo-
rum seruitus, beneficia, inimicitiæ, contentiones, æmula-
tiones, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, e-
brietates, commessationes, & his similia, quæ prædico vo-
bis sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum dei nõ
consequentur.] Caro enim, vel autem, quasi dicat. Dico
non

non perficietis, sed hoc graue est, quia Caro concupiscit. Vel ita continua, ideò ita agite, quia grauis pugna est. Et hoc est quod ait, Caro enim concupiscit, quasi dicat. Semper noua in hoc existens, Aduersus spiritum, hoc in bonis manifestum est in quibus est spiritus dei. Spiritus autem, quasi dicat, sed non est diffidendum, quia Spiritus. i. ratio gratia dei adiuta concupiscit aduersus carnē. Videte quale bellum proposuit, qualem rixam, hoc intra teipsum sentitis. Nec enim nullum est vitium, cum caro cōcupiscit aduersus spiritum: cui vitio contraria virtus est, cum spiritus concupiscit aduersus carnem. Caro autem dicta est concupiscere, quia hoc secundum ipsam agit anima: sicut auris dicitur audire, & oculus videre, cum potius anima & per aurem audiat, & per oculum videat. Caro enim nihil nisi per animam concupiscit, sed concupiscere dicitur, cum anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur. Carnem igitur cōcupiscentem dicit carnalem delectationē, quā de carne & à carne spiritus habet, aduersus delectationē quā solus habet. Ipsius autem carnalis concupiscentiæ causa non est in anima sola, nec in carne sola. Ex vtróque enim fit, quia sine vtróque delectatio nulla sentitur. Hæc enim, quasi dicat. Hæc contra se concupiscunt, quia vsque adeò, Hæc sibi inuicem aduersantur, vt non quæcūque, bona vel mala, Vultis illa faciatis, id est, facere permittamini, & meliori in hac pugna concedendum est, id est, spiritui, quo volumus bona, & si omnia non perficiamus. Volumus enim vt nullæ sint concupiscentiæ, sed hoc non perficimus. Quia si spiritu, quasi dicat. Hæc duo pugnant. Quòd si spiritu sancto gubernatore rectore spiritus vestri, Ducimini, hoc dicit ne desides sint in pugna. si inquā hoc est, Non estis sub lege, quæ errantibus, & malè agentibus posita est: qui autem ducem habet spiritum sanctum, non errat. Attende quod ait, Si spiritu ducimini &c. Ex quo apparet eum spiritum sanctum, non habere, qui sub lege est non dispensatiuè, sed verè, vt tu intelligis. Magna mihi videtur quæstio quid sit esse ne sub lege, sic, quemadmodum Apostolus culpat: hoc damnabiliter dicit esse sub lege quos lex facit reos, non implentes legem, dum nescientes gratiam superba elatione de se præsumunt.

Augu. de verb. apo.
August. in ser. de cō.
Augu. sup Genesim.
Augu. de verb. apo,
Ambrosi. Hierony.
Augu. ad Hierony.

munt. Sub lege est qui timore supplicij quod lex minatur non amore iustitiæ, à malo opere cessat, reus voluntate nondũ liber nec alienus à voluntate peccandi: quia vellet si fieri posset non esse quod timeat, vt liberè faceret quod occultè desiderat. Et est sensus, Si spiritu du. hoc commodi iam habetis, Quod non estis sub lege, quæ timorem incutit, non amorem tribuit. & ideò hæc pars iam eligenda est, qua liberamur à lege. Manifesta sunt. Opera carnis incipit enumerare, vt intelligant se si ad operandum ista desideriis carnis non consenserint, tunc duci carne non spiritu, quasi dicat hæc sibi aduersantur. Opera autem carnis manifesta sunt, id est, per se apparent mala. Quæ sunt fornicatio, opus, scilicet luxuriæ, Immunditia, & si non opere impleatur: vel quæ est contra naturam Impudicitia, nó pudicè viuere. Luxuria, quælibet superfluitas, Idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, perseuerãtes. Contentiones, in verbis, Aemulationes, quando duo tendunt ad idem. Ira, scilicet, subita tempestas animi. Rixa, quando ex ira inuicem se percutiũt. Dissensiones, quãdo partes faciunt in ecclesia. Sectæ, quæ græcè dicuntur hæreses. Inuidiæ, de alienis bonis, Homicidia, ebrietates assiduæ, Commessationes superfluę, & his similia. Attende quod nõ hæc oĩa quæ enumerata sunt in operibus carnis quæ manifesta esse dixit, ad voluptatem carnis pertinent: sed vitia sunt animi, vt inimicitiæ, iræ. Credere etiam omnia mala accidere animæ ex carne, error est. Non enim omnia vitæ iniquæ vitia tribuenda sunt carni, ne ab his omnibus mundemus diabolum qui carnem non habet. Sed carnis nomine totum hominem signauit, qui viuendo secundum se, id est, secundum carnem in hæc cadit. Non enim habendo carnem, sed viuendo secundum se, id est, secundum hominem, factus est homo similis diabolo, quia & ille secundum se viuere voluit, quando in veritate non stetit. Vt autem ab his pœnæ comminatione deterreat, addit, Quæ nunc prædico vobis, ante iudicium dum licet pœnitere, Sicut prædixi, etiam ante hanc epistolam, Quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur, vel possidebunt: non ait qui hæc omnia fecerint, aut simul habuerint: sed Qui talia agunt, quia etiam singula regnum dei tollunt. Hæc autem

Augu. de nat. & gra.

Augu. ad ciuit. dei.

Augu. de ciuit. dei.

autem apostolica sententia falsa est, si tales post quantalibet tempora liberati, regnum dei possidebunt, sed quia falsa non est, profecto regnum dei non possidebunt. Et si in regno dei nunquàm erunt, æterno supplicio tenebũtur, quia nullus medius locus est vbi non sit in supplicio, qui illo non fuerit restitutus in regno. [Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & cõcupiscentiis. Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes: inuicem inuidentes.] Fructus autem, quasi dicat. Hæc quæ enumeraui sunt opera carnis, sed ista sunt opera spiritus, quæ sequuntur, quæ tamen non nominat opera sed fructus, quia propter se appetenda sunt. Et hoc est quod ait, Fructus autem spiritus, id est, spiritus sancti vel gratia rationis illuminatæ, Est charitas, quæ de terra ad cœlum euocat, Gaudium, scilicet puritas conscientiæ & elatio animi super his quæ digna sunt exultantis. De quo legitur, Non est impiis gaudere dicit dominus. Pax, quando se non inquietant. Patientia, aduersariorum. Longanimitas, expectationis. Bonitas, id est, dulcedo animi. Benignitas, id est, largitas rerum. Mansuetudo, quod non intractabilis, sed potius tractabilis est quis. Fides, de inuisibilibus certitudo. Modestia, quod modum in dictis vel in factis seruat. Continentia, quod etiam à licitis se abstinet. Castitas, quando rectè vtitur licito. Attende quod in enumeratione fructuum spiritus, caput virtutum præmisit, id est, charitatem. Quæ enim alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum nisi charitas, sine qua virtutes cæteræ non reputabuntur esse virtutes, & ex qua nascuntur vniuersa bona? Deinde sequuntur membra ex isto capite exorta & religata, scilicet gaudium & pax &c. quæ sine ea non possunt prodesse. Non enim benè gaudet, qui non diligit bonum vnde gaudet: non habet pacem veram cum aliquo, nisi eum diligat: non est longanimis perseueranter expectando, nisi ferueat diligendo: non est benignus, nisi diligat cui opitulatur: non

Hierony.

Hierony.

August. super Ioan.

est bonus, nisi diligendo: non est fidelis salubriter, nisi ea fide quæ per dilectionem operatur: non est mansuetus, cui dilectio non moderatur: non continet se quis ab eo vnde turpatur, nisi diligat vnde honestatur. Meritò igitur charitatem sic sæpè commendat quasi sola sit præcipiéda, quæ non potest haberi sine cæteris quibus homo efficitur bonus. Aduersus huiusmodi. q. d. Quid per singula dicam? Lex, quæ iustis non est posita, sed iniustis, non est Aduersus huiusmodi, sed contra mala. Qui autem. q. d. cōtra malos posita est lex. bonis autem imposita est crux, quod ita ait, Qui autem sunt Christi, quos necesse est sequi spiritu, Crucifixerūt, id est, macerauerunt, Carnem suam, pugnantes, Cum vitiis, operum. Et concupiscentiis, desideriorum. Congruit enim nostræ deuotioni, vt qui domini nostri crucifixi passionem celebramus, reprimendarū carnalium voluptatum crucem nobis faciamus. In hac quidē cruce semper in hac vita debet pendere Christianus, vt sit fixus clauis. i. præceptis iustitiæ, vt Christus in cruce clauis confixus fuit. Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Quod cōmuniter supradixit, ad istos quibus scribit retorquet, & se eis connumerat: per hoc ostendens se non dicere eis, quod ipse non velit seruare. q. d. illi qui sunt Christi ita agunt vt dixi, & nos qui sumus Christi, Ambulemus spiritu sancto duce & authore libertatis nostræ. Si. i. quia Spiritu viuimus. i. spiritu sancto ad hanc vitam gratiæ venimus. Quomodo autem spiritu ambulemus docet subdens, Non efficiamur cupidi inanis. i. sæcularis Gloriæ. Inanis gloria est, velle vincere vbi præmium non est: nos dico Inuicem prouocantes, alios ad contentionem, vel litem, & alia illicita, Et inuicem inuidentes, si non audemus prouocare. Hæc mala facit inanis gloria. Et sciendum quod cum per omne vitium antiqui hostis virus humano cordi infundatur, in zelo inuidiæ tota sua viscera serpens, concutit, & in hac imprimenda malitia quasi pestem mouet. Zelus iste modum non habet, permanens iugiter sine fine, cum alia scelera finiantur: quantoque ille cui inuidetur successu meliore profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardescit. Hinc est vultus minax, toruus aspect⁹, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dētibus.

August. in ser de quadrag.

Cyprian.

verba

Verba rabida, & effrenata conuitia, manus ad violentiam prompta, & si gladio interim vacua, odio tamen furiatæ mentis est armata.

CAPVT VI.

FRatres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, cōsiderans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat, se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero.]

Fratres, & si præoccupat⁹ fuerit, &c. Hacten⁹ toti ecclesię Galatij, imò & vniuersę ecclesiæ locutus est improbando legem, & commendando gratiam, modò ad prælatos loquitur specialiter docēs, quomodo tractent subditos, scilicet leniter, quia fratres sunt, etsi sint superiores. Ideò hos alloquitur, qui firmiores erant, ne inflatione bonæ vitæ eū qui peccato circunuentus est spernendum putent, & abiiciendū. quasi dicat, Nō hoc faciatis quod dixi, sed Et si aliquis præoccupatus fuerit, id est imprudēter lapsus, vt nequeat vitare. nec mirum, quia Est homo, scilicet infirmus, præoccupatus: dico non in multis, sed In aliquo delicto, quasi non vsu quotidiano peccans. si hoc, inquam, fuerit, Vos qui spiritales estis, non ideo despiciatis eum. Sed instruite huiusmodi, nō per singula peccata diffluentem, & si aliquando labatur, In spiritu lenitatis, id est rationabiliter & leniter, ne si aliter feceritis, non patiatur se argui, sed defendere se incipiat, ne turpis videatur. Ideò leniter instruite, quia fratres, estis, etsi superiores. Attende quod propriè dicatur delictum, & quid sit pręoccupatio, quia dicit pręoccupatus in aliquo delicto, vt his intellectis intelligas fratri præoccupato in delicto fore indulgendum. Delictum igitur fortasse est declinare à bono. Peccatum est facere malum, vel sicut in laudabili vita, aliud est declinare à malo, aliud facere bonū, quod admonemur dicente scriptura, Declina à malo, & fac bonum, ita in damnabili, aliud sit declinare à bono, aliud facere malum: & illud delictum, hoc peccatum sit. Peccatum ergo est perpetratio mali. Delictum desertio boni, quod & ipsum nomen osten

Ambrosi.

August.

Augu. in li. q̄st. Le.

ostendit. Quid enim aliud sonat delictũ, nisi derelictum? & quid derelinquit, qui delinquit, nisi bonum? Vel potest videri illud esse delictum, quod ignoranter fit: Peccatum quod à sciente committitur, indifferenter tamen plerunque ponuntur, vt & peccatum nomine delicti, & delictum nomine peccati appelletur. Præoccupatio autem est dum vel ad horam non videtur, quid agendum sit, qui vel viderint vincuntur, vt, scilicet malũ fiat, cum latet veritas, vel cum compellit infirmitas. Considerans. quasi dicat, Ita fac, vt dixi tu quisquis, Considerãs teipsum, quod & tu fragilis es, Ne & tu tenteris, id est, ne deo permittente in simile cadas. Nihil enim ad misericordiam, sic inclinat quàm proprij periculi cogitatio, ita eos nec deesse voluit fratrum correctioni, nec studere certamini. Idcóque ne sibi videatur quisq; instruere etiam cum proteruè exagitat, irridétque peccantem, aut superbè tanquam insanabilem detestatur, In spiritu, inquit, mãsuetudinis instruite illum Considerãs teipsum, ne & tu tenteris. Alter. quasi dicat, Dico leuiter instruite, & etiam Portate onera. Alter, portet Alterius, infirmitatis, Onera, id est, subuenite vobis inuicẽ orationibus, & aliis huiusmodi, quasi sit sarcina vestra. Et sic adimplebitis legem Christi, id est charitatem. ex charitate enim Christus peccata nostra tulit, qui etiam præcepit, vt nos inuicem diligamus. Nam, &c. quasi dicat, Ita facite, vt dixi. nam si quis aliter fecerit seipsum seducit. Et hoc est, quod dicit. Nam si quis existimat, id est, in mente sua superbè iudicat, Se esse aliquid, magnum comparatione peccantis, Cum tamen nihil sit, ex se, vel nihil sit comparatione spiritualis, qui totum dat gratiæ Ipse se seducit, id est, diuidit à veritate: non eum seducunt laudatores eius, sed ipse potius, quia cum ipse sibi sit prẹsentiòr quàm illi, mauult se in illis quẹrere quàm in seipso. ideo subdit, Opus autem. quasi dicat, Non ita putet aliquis, sed potius Vnusquisque probet, id est, diligenter inspiciat, Opus suum, non peccatum alterius: vt Pharisæus qui dicebat, Non sum sicut cæteri hominum, qui non re, sed fallaciter iustus erat. Probet opus suum, dico. Et sic, id est, si actus suos consideret, sciens si quid boni habet, se à deo accepisse: & si quid mali est, à se fore: Habe-

August.

August. in lib. contra menda.

Augusti.

Ambro.

Habebit gloriam in semetipso, id est gloriabitur in deo, quem habet in se portans oleum secum, Et non in altero, sic enim fiet, vt deus qui est in eo sit gloria eius, & nihil aliud. Vel in seipso, id est intus in cōscientia sua pura, Habebit gloriam, id est gloriabitur, & gaudebit. Et non in altero, id est in alterius laude, scilicet, cum alter eum laudat, Qui enim conscientiam boni operis habet, non debet de hoc apud alium gloriari & laudem suam foras fundere, sed in semetipso humiliter gloriari, Vel ita, Et sic, id est, actus suos consideret, sciens neminem debere gloriari, se mundum habere cor, In seipso habebit gloriam & non in altero, id est in sui, non in alterius consideratione gloriabitur. Nulli enim se anteponit, nec quenquam iudicat, vt verè sit iustus. Qui enim verè iustus est, alterum sibi præponit, quia plus sua mala scit, quàm alterius, quorum cognitio sibi gloria est. Gaudet enim, dum cognoscit morbum suum, quem sanare desiderat. [Vnusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo: hæc & metet. Quoniá qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.] Vnusquisq;.q.d. Dico quod vnusquisq; probet opus suum, quod & debet. nam de suo iudicabitur. Vnusquisque enim onus suum.i. peccatum, Portabit, in pœna. Quod hic dicitur, contrarium videtur præcedentibus, vbi ait, Alter alterius onus suū portabit, ꝙ non est, quia nomē oneris diuersis modis accipitur. Multa enim sunt verba quæ diuersis locis congruenter posita variè intelliguntur, sicut hîc: nisi enim oneris nomen sub diuersis significationibus acceperis, proculdubio putabis eundem sibi in loquēdo esse cōtrarium, & hoc tam vicinè positis verbis: qui cū pauloante diceret, Alterius onera portabit: hîc dicit. Vnusq. onus suū port. Sed alia sunt onera participādę infirmitatis, de quibus suprà egit: alia reddendæ deo rationis de actibus nostris, de quibus hîc agit. Illa cum fratribus sustentāda communicantur: Hæc propria ab vnoquoque portantur. Hæc onera, peccata sunt: Alia ergo sunt in quibus quisque propriū por-

August. super Ioan.
August.
Hierony.
Ambrosi.
Augu. de cons. euā.

portat,nec portat cum alio,nec proiicit in alterum: Alia
Augu. de verb.apo. quæ cum aliis,& pro aliis portantur. Item propter diuersos homines hæc dicit, Contra eos enim, qui putant hominem alienis inquinari peccatis, dicit, Vnusquisq; onus suum portabit. Alieno quidẽ peccato nullus inquinatur, nisi consentiendo,vel imitando fecerit suum. Item,cõtra negligentes,qui nullum curant corrigere,securi quod alienis non cõtaminentur peccatis,dicit, Inuicem onera portate. Onera infirmitatis inuicem portamus, dum lenitate iram alterius sustineamus, & dum ei qui læsit, si petit indulgemus, & huiusmodi. Vel per onus intelligitur bonũ opus. In scripturis enim onus, & in bonam, & in malam partem accipitur. Et est, Vnusquisque onus suũ portabit, id est offeret deo in die iudicij manipulos operum. Vnde
Hierony. de veniẽtes autem ve.cum ex.p.m. suos. Et accipitur,hoc de bonis tantum. Vel de bonis,& malis ita potest dici. Vnusquisque, bonus vel malus, Portabit onus suum, id est, mercedem operum suorum referet. Communicet autem. Superius spiritualibus prælatis dixit, qualiter debeant se habere erga subditos,hîc ad subditos loquitur, docẽs quomodo se debeant habere erga magistros,quasi dicat,prælati ita se habeãt,vt dixi. Is autem,qui catechizatur,id est instruitur,& si solo Verbo,non exemplo,Communicet ei in omnibus bonis,quæ ille dicit,non in malis si ea agit,vt lex sit tibi dux non homo, id est, qui verbum audiens est, communem se doctori exhibeat recipiendo, & opere implendo, quæ ille dixerit.& ne quis dicat,nõ debeo agere, nisi quod in illo video, subdit, Nolite errare, quia error
Ambrosi. est hoc dicere,& si indè vos excusatis apud homines,Deus, tamen,non irridetur, id est, non potest falli. Certum est enim deo imposturam fieri non posse,sed ab eo quisq; capit quod meretur. Et verè non fallitur, quia reddet singulis pro meritis. Quæ etiam seminauerit. Vel aliter potest dici,vt moneat subditos largiri temporalia prȩlatis à quibus accipiunt spiritualia. Discipulos igitur ad magistrorum refrigeria hortatur dicens, Is autem qui catechizatur,id est instruitur, Verbo comm. ei qui se catechizat in omnibus bonis suis,id est omnia bona sua faciat ei cõmunia. Vsitatũ enim præceptum est,vt prædicatori verbi dei

prȩ

præbeat neceſſaria ille cui prædicatur, quæ bona appellatione rectè ſignificauit: ſicut & dominus in euãgelio, cum diſcipulis loquens ait, Cũ mali ſitis noſtris bona data dare filiis veſtris. His potiſſimum conſulendum eſt, qui pro locorum & temporum, vel quarumlibet rerum oportunitatibus conſtrictius tibi iunguntur. Præuidens autem quoſdam obtendere paupertatem, & præceptum velle eludere, addit, Nolite errare, deus non irridetur. quaſi dicat, Nemo vanè ſe excuſet, quia deus non poteſt falli. Scit enim corda noſtra, non ignorat facultates. Excuſatio veriſimilis hominẽ poteſt placare, deum nõ poteſt fallere. Et verè nõ. Quę ẽm ſeminauerit homo, pręſentis vitę labore, Hęc & metet. i. horũ mercedem recipiet. Et verè, Quoniam qui ſeminat in carneſua vt de carne, id eſt, qui ſeminat carnalia vitia & fouet, & qui omnia quæ facit, & ſi qua bona videantur, ideo facit, vt carnaliter ei bene ſit. & qui de lege carnaliter ſentit, De carne & metet, cõuenientem meſſem ſcilicet, Corruptionem, nihil enim melius conuenit carni quàm corruptio. Qui autem ſeminat in ſpiritu, id eſt, qui ſpiritui dat aſſenſum ex fide cum charitate ſeruiẽdo iuſtitiæ, & legem ſpiritualiter intelligendo, De ſpiritu & metet, conuenientem meſſem, ſcilicet, Vitam æternam. Nota quòd homo conſtat ex ſpiritu & carne. Ideò ſeminat in ſpiritu, & carne. Porrò homo etiam Chriſtianus ad comparationem ſpiritus ſancti caro eſt. Illud etiam obſeruandum, quod cum dicit, qui ſeminat in carne, addit, Sua: cũ verò dicit In ſpiritu, nõ addit ſuo: quia ſemen carnale ex homine eſt, ſemen verò ſpirituale ex ſpiritu dei eſt. Meſſis vero hæc in fine promittitur. ideo quod in ſeminãdo perſeuerantia opus eſt. Vnde addit, [Bonum autem faciẽtes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus, non deficiẽtes. Ergo dum tempus habemus operemur bonum, ad omnes maxime autem ad domeſticos fidei. Videte qualibus literis ſcripſi vobis mea manu. Quicúnque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi: tantum, vt crucis Chriſti perſecutionem, non patiantur. Neque enim qui circunciduntur legem cuſtodiunt, ſed volũt vos circuncidi, vt in carne veſtra glorientur.] Bonum autem. quaſi dicat, Ita ſe habeant prælati erga ſubditos, &

Hierony.

Ambroſi.

Auguſt.

Hierony.

Ambroſi.

ſubditi erga prælatos, vt dixi, Vtrique autem, ſcilicet prælati, & ſubditi. Non deficiamus facientes bonum, quia nõ debet deficere operando, qui non deficiet in metendo. Si homo non impoſuerit finem operi, nec deus imponet remunerationi: quantum perſeuerauimus in operibus, tantum metemus in fructus: & quantum auiditas inquirentis, ſe dilatauerit, tantum ſe aperiet ad præmium manus retribuentis: quia ſic recipiet quiſque, quomodo facit: quia qui fortis erit ad ſeminandum, fortis erit ad merendum. Vnde ſubdit, Tempore enim ſuo, id eſt, conuenienti. Metemus non deficientes. Nota quòd ait ſuo tempore, nõ vtiq; deus ſtatim facit, quicquid ad ſalutẽ oratur: nec ideo denegat quia differt, ſed tempore ſuo, id eſt, congruo præſtat. Et quia metemus indeficientes, Ergo, dum habemus, in hac vita tempus ſeminandi, Operemur bonum. Tempus ſeminandi eſt præſens vita qua currimus, in hac licet nobis quod volumus ſeminare: cum vero tranſierit, operandi tempus auferetur. vnde operamini, dum dies eſt, veniet nox quãdo iam nullus poterit operari. Operemur bonum dico, Ad omnes, vt ſit perfecta dilectio. Maximè autem ad domeſticos fidei, id eſt, ad eos qui ſunt de familia noſtra per fidẽ, id eſt ad Chriſtianos. Omnibus enim pari dilectione vita æterna optanda eſt, & ſi non omnibus eadem poſſint exhiberi dilectionis officia, quæ fratribus maximè exhibenda, quia faciliores & propenſiores in bono circa fratres eſſe debemus, quia ſumus inuicem membra. Si enim in cunctos libertatis frena laxantur, maximè in domeſticos, id eſt, in Chriſtianos, qui habent eundem patrem, eiuſdémque magiſtri appellatione cenſentur. Omnibus igitur impendenda eſt miſericordia, in quo præponendi ſunt iuſti, qui ſunt ex fide. Quod autem omnibus etiam inimicis noſtris, qui ſcelerati ſunt, & perſequentibus eccleſiam benefaciendum ſit, teſtis eſt deus qui dicit, Benefacite his qui od. vos. Diligite inimicos veſtros. Vbi manifeſtè oſtendit viſcera miſericordiæ peccatoribus nõ eſſe claudenda, nec etiam ſi aduerſum nos hoſtilem animum gerant, quia & ipſi homines ſunt, & hoc, exemplo dei patris aſtruitur, qui ſole ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Sunt tamen qui

Hierony.

Auguſt. in pſal. 111.

qui æstimant eleemosynas tantū iustis esse prębendas, peccatoribus autem nihil dari oportere: ne cōtra deum conemur, si eis volumus subuenire, quos ipse vult punire. Adhibent etiã testimonia sanctæ scripturæ. Dicit enim scriptura, Da misericordiam, & ne suscipias peccatorē, & impiis, & peccatoribus redde vindictam. Benefac humili, & ne dederis impio, quia & altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictã. Hæc verba quomodo accipienda sint nō intelligētes, detestabili crudelitate induūtur. vnde nos oportet hęc charitati vestrę explanare, qualiter intelligēda sint. Illa ergo ob hoc dicta sunt, ne cuiq̃ peccatori, ideo benefacias quia peccator est: sed quia homo est, vt nō sis ad iudicandū remissus, nec ad subueniendum inhumanus. Ita vtrunq; præceptū tenebis, odias etiã in illo quod deus odit. i. quod malus est, & corripe & persequere, vt perimas quod homo fecit, & cōserua quod homo est. Peccatū quippe homo fecit, hominē verò deus. & nō suscipias peccatorē, vt velis saluum esse in eo quod malus est, sed quia homo: vt nulli homini claudatur misericordia, nulli peccatori relaxetur impunitas. Persequamur ergo in malis propriã iniquitatem, misereamur in eisdem cōmunem cōditionē. Videte &c. Postq̃ ad meliora opera hortatus est eos, redit ad illud vnde prius agebatur, ne. s. legales obseruantiæ teneantur: ne quis autem sub nomine eius fallat incautos cauet, finē epistolæ manus suæ adnotatione cōplens. Ab hoc enim loco, manu sua vsq; ad finē scripsit. q. d. vt firmius prædicta teneatis, Videte qualibus scripturis scripsi vobis mea manu, vt sciatis hanc epistolã à me missam, & per hoc magis obediatis. Quicunq; enim. quasi dicat, opus fuit vt scriberem, quia pseudo instant. & hoc est, Quicunque enim volunt placere, Iudæis infidelibus, In carne. i. in carnalibus obseruantiis, Hi cogunt vos circuncidi, improbitate non ratione ducunt. & id propter hoc Tantū, faciunt, Vt nō patiētur, ab infidelibus Iudęis, Persecutionem Christi. i. quæ pro cruce Christi infertur. Isti erant pseudo, qui sic Christum prædicabant, vt etiam legem seruandam docerent: crucem prædicabant, vt à fidelibus quæstum acciperent: legem, vt Iudæis placerent. Vel fortè hoc ideo dicit, Quia Romani. s. Caius Cæsar, & Octa-

August.
Hierony.
Ambrosi.
Hierony.

& Octauianus Augustus, leges promulgauerũt, vt Iudæi vbicunque essent, proprio ritu viuerent, & patriis cærimoniis deseruirent. Quicunque igitur circuncisus erat, licet in Christum crederet, quasi Iudæus habebatur in Gentibus: qui verò incircuncisus se non esse Iudæum præputio præferebat, persecutionibus tam Gẽtilium quàm Iudæorum fiebat obnoxius. Has igitur persecutiones hi, qui Galatas deprauauerant declinare cupientes, circuncisionem pro defensione discipulis persuadebant. Nam nec Iudæi persequi eos poterant nec Gentiles, quos videbãt, & proselitos circuncidere, & ipsos legalia obseruare. Neq; enim qui circunciduntur. Quasi dicat, Verè ideo tantũ faciũt, vt vitent persecutionem. nõ enim pro amore legis, hoc faciunt. Neque enim qui circunciduntur, legem custodiũt.

August. Illam dicit custoditionem legis, scilicet nõ occidere, non mœchari, & alia huiusmodi, ad bonos mores pertinentia: quæ nisi charitate, & spe æternorum bonorum, quæ per fidem accipiuntur, impleri non possunt, vt iam dictum est, Sed volunt vos circuncidi, vt in carne vestra, id est de carnali circuncisione in qua dolor est vobis, glorientur apud

Augusti. Ambrosi. Iudæos, eo quod tam multos proselitos faciant.

[Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet neque pręputium: sed noua creatura. Et quicunque hãc régulã secuti fuerint: pax super illos & misericordia, super Israel dei. De cætero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro fratres. Amen.] Mihi autem absit. Quasi dicat, Illi in carne gloriantur, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini

Augu. de verb. apo. nostri Iesu Christi. Ecce vbi mundi philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit: quod illi visum est stultitia, Apostolo factum est sapientia, & gloria. Noli ergo

Augu. in ser. de pas. Christi. erubescere de cruce Christi, recole frontem tuam, ne linguam expauescas alienam: de qua cruce, vt non erubesceremus, eam in ipsa fronte, id est, pudoris domicilio locauimus.

Augu. super Ioan. Ideo enim crux in fronte credẽtium, vbi sedes est verecũdiæ figitur, vt de nomine eius fides non erubescat, & ma-

& magis dei gloriam, quàm hominum diligat. Signũ veteris testamenti circuncisio in latenti carne, signum noui testamenti crux in libera fronte. Ibi enim occultatio, hîc reuelatio est: ibi sub velamine, hîc reuelata facie. Crucem autem, vt in ea gloriemur dominus suo gestans humero, pro virga regni nobis commendauit, quod est grande ludibrium impiis, grande mysterium piis. Hîc ergo opprobrium, & deformitatem Christi non erubescamus, sed veneremur. Deformitas enim Christi te format, nisi deformis ille esse voluisset, tu formam quam perdidisti, non recepisses. Pendebat enim in cruce deformis, sed deformitas illius pulchritudo nostra erat. In hac ergo deformitate gloriemur, cuius signum in fronte portamus. De hac deformitate non erubescamus, sed gaudeamus, cum Apostolo, qui dicit se gloriari in Christi cruce. Poterat dicere in sapiētia, in potestate, in maiestate: & verum diceret. Sed est magnum in sapientia dei, vel maiestate, vel potestate dei gloriari, sed in cruce. vnde impius insultat, irridétque philosophus. Et quasi quis diceret, Cur gloriaris in cruce? quid enim prodest? Ecce quid. Per quem, id est, Christum crucifixum, Mihi mundus crucifixus est, vt me non teneat. Et ego mũdo, vt eum non teneam. Quia nec ego in mundo aliquid cupio, nec ipse aliquid suum in me cognoscit: sicut dominus ait, Venit princeps mũdi huius, & in me non habet quicquam. Et est sensus, Per crucem Christi mundi concupiscentiæ, non habent in me dominium, nec mundus iam se mihi ingerit, & ego contra eum sum fortis. Et nota quia non sine causa vtrunque dixit. s. & sibi mundum crucifixum, & se mundo. Plerunq; enim contingit, vt homo mundum mente nõ teneat, sed tamen mũdus eum suis cupiditatibus, vel occupationibus astringit. & mortuus est homo mundo, & mundus eum quasi viuus concupiscit, dum alio intentum in suis actibus rapere contendit. Sed nec Paulus mundũ cupit, nec mũdus eum, vt in duobus mortuis neuter neutrũ videt. Quia ergo, nec Paulus mundi gloriam quærebat, nec à mundi gloria ipse quærebatur: ideo & se mũdo, & sibi mundum crucifixum esse gloriabatur. In Christo enim. q. d. Ideo solũ in Christo glorior, Quia in Christo Iesu neq; circuncisio aliquid August.

valet, & neq; præputium.q.d. æqualia sunt deo præputiũ, & circuncisio. Sed noua creatura, id est regeneratio, & noua vita. Nouam enim creaturam dicit nouã vitam per fidem Christi. Ego in cruce glorior, & quicunque fuerint secuti hanc regulam, id est rectitudinem gloriandi, Pax, id est tranquillitas mentis, Et misericordia, de peccatis, id est peccatorum remissio, erit à deo, Super illos, gentiles: Et etiam Super Israel, id est Iudæos, nõ vtique carnales, sed qui sunt Dei, id est spirituales. Duas enim partes hic significauit super quas manet pax & misericordia dei, scilicet, Gentilium fidelium, & Iudæorũ credentium. Et de cætero, id est amodo. Vel de cætero, ita vt sint duæ dictiones, id est de alio præter fidem, scilicet de legalibus, Nemo sit mihi molestus, vt iterum cogar scribere de eodem. Vnde dicit Amb. Non vult per turbulentas cõtentiones tædium sibi fieri, de re, quę tum satis erat exposita. Vel sicut in Græco legitur, De cætero nemo laborem mihi exhibeat, vel præstet, scilicet, vt rursus in vobis necessitatem habeam laborandi. Laborem enim præstat magistro, qui aliter sentit, quàm docuit. Dico, vt nemo sit molestus mihi, cui vtiq; nõ est facienda molestio. Ego enim porto in corpore meo, pro fidelibus Stigmata domini Iesu, id est, signa militiæ Christi quæ me comprobãt esse militem. s. passiones, tribulationes, &c. quòd non pseudo faciunt. q. d. quod vos nõ attenditis. Stigmata ergo appellauit, quasi notas pœnarum de persecutionibus, quas patiebatur. Stigma enim dicitur punctum, vel nota aliquo ferro facta. Et est sensus. Ideo non debet fieri mihi molestia, quia ego habeo alios conflictus, & certamina quæ in persecutionibus, quas potior mecum dimicant. Gratia. Ecce conclusio epistolæ, quasi suscriptio, qua & in nonnullis aliis epistolis vtitur. quasi dicat, vt prædicta teneatis, Gratia, non dissentio, non legis seruitus, non rixa, non iurgium, Sed gratia domini nostri Iesu Christi, ô fratres, sit Cum spiritu vestro, id est cum ratione vestra, vt veritatem semper intelligatis. Amen. Per hoc verbum Hebræum vera esse, quæ locutus est ostendit.

August. Ambrosi.

Augusti. Hierony.

Argumen-

Argumentum in Epiſtolam ad Epheſios.

EPheſij ſunt Aſiani. Hi accepto verbo veritatis perſtiterūt in fide. Hos collaudat Apoſtolus ſcribēs à Roma de carcere per Tychicum diaconem.

CAPVT I.

PAVLVS Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem dei omnibus ſanctis, qui ſunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Ieſu. gratia vobis; & pax à deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. Benedictus deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mūdi cōſtitutioné, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate.

PAulus apoſtolus. Hanc epiſtolá ſcribit Apoſtolus Epheſiis. Epheſij auté ſunt Aſiani: hi per Paulum nō fundati, ſed cōfirmati fuerāt in fide. Eos enim non fundauit Apoſt. in fide, ſed cōfirmauit multa pro eis paſſus à perfidis, qui poſt cōfirmationé firmiter ſteterant in fide, & in bonis operibus. His ſcribit Apoſt. à Roma de carcere per Tychicū confortatoriā epiſtolam, cū vlterius nō eſſet eos viſurus & ſciens eos eſſe bonos, nō arguit de culpa, ſed ne relabātur timendum erat. Qui enim ſtat cadere poteſt, & quia nullus à deo perfectus eſt, qui creſcere nō poſſit, eos ad vlteriorá hortatur: & ne recedant à fide pro ſuis tribulationibus. ſ. Apoſtoli, teneántq; ſuas ordinationes, & pręſertim ne perfectio erigat eos in tumoré. oſtendit de quo ſtatu ad qué dignū vocati ſunt, dicens, Omnia beneficia eis, vel apoſtolis ipſis, vel toti hūano generi per ſolá dei gratiá collata fore. Eſt igit intétio Apoſtoli in hac epiſt. Ephe. in bonis habitis cōfirmare, & ad vlteriora ꝓuocare, necnō & ad humilitaté actionéq; gratiarū informare.

Modus tractādi talis est. De more suo salutationē premit. Deinde gratias agit deo exponens prius beneficia humano generi prǽscita, post ipsis Apostolis specialiter indulta. Deinde Ephesis ipsis ostendēs, à quo, & ad quid vocati sint. Deinde Christi dignitatē, & prǽlationem ostendit, posteà ad patientiam, & charitatem eos inuitat: vnitatem fidei & ecclesiæ cōmendans, & dona gratiǽ connumerans. Tandē ad certamen exhortans contra principes tenebrarum, militiæ Christianæ armaturam describit. Prius ergo salutans, & se noto nomine significans, ait, Pau. Apostolus Christi Iesu, non meis meritis, sed Per voluntatem dei, ita & vos per eā habetis quicquid boni est vobis. Paulus, inquam, scribit, vel mandat, vel ego Paulus scribo, siue mando Omnibus qui sunt Ephesi sanctis, exercitio virtutum, Et fidelibus, fide recta Quæ est in Christo Iesu. Rectè illa duo posuit. Tunc enim prodest, ac creditur bona vita, si fides est in Christo Iesu: tunc verè sancti sunt, si fideles sunt in Christo. Vel distingue inter sanctos, & fideles, vt sanctos intelligas maiores & pfectiores, fideles minus perfectos. Scribit ergo Sanctis.i. perfectis. & nō solum eis, sed Etiam fidelibus, qui si nō sancti sunt, vel in fide sanita. & quod sancti sunt, & fideles, hoc est In Christo Iesu, id est opere Christi, nō meritis suis. Et in scribendo ante alia salutat dicēs, Gratia iustificationis, Et pax.i. tranquillitas mentis, & recōciliatio ad deum, sit vobis, A deo patre nostro, per quē omnia condita sunt, & restaurata, & domino Iesu Christo, sine quo nulla bona dātur vobis. Benedictus, prǽmissa salutatione incipit à gratiarum actione innuēs esse à deo: quia aliter benedicitur deus ab homine, aliter homo à deo: vnū quidem benedictionis verbum est, sed pro cōgruentia personǽ variè debet intelligi sicut & facere dicitur deus & homo, sed de⁹ nutu solo impossibiliter facit, homo verò conatu & labore: ita deus benedicitur ab homine, cū laudibus dignis extollitur, homo autē à deo, cū deus ei gratiǽ suæ dona impartit, nō meritis eius, sed misericordia sua. Ait ergo, Deus, sit, benedictus, corde, ore, opere, vel à me & à vobis, & à bonis: Deus dico, qui est Pater, generatione, Domini nostri Iesu Chri. pro quo, nobis benefacit. Qui benedixit nos. Post actioné gratiarum

Ambrosi.
Aimo.

tiarum enumerat, beneficia quæ à deo per Christum toti humano generi sunt data,& distinguit duas dei prędordinationes, & earũ effectus, quarũ altera est de præsenti ad iustitiam,altera de futuro ad coronam:nec dicuntur duę, quin vna dei sit prædestinatio quæ est ipse deus: sed quia de duobus est ipsa dei ęterna præordinatio.s.de præsenti in iustitia,& de gloria in futuro. Deus enim ante mundi constitutionem , cum nullus quicq̃ meruerat præordinauit , quod in tempore gratiæ aliquos à perditis separaret, & iustos & immaculatos faceret : præordinauit etiã quòd & illos iustos ad æternam beatitudinem perduceret. harũ præordinationum alterã hîc implet,id est,quia iustos facit:alterã in futuro implebit, quæ erit omnium perfectio, à qua consumatione omnium incipit, ostendens effectum eius.& vtẽs præterito pro futuro pro rei certitudine,cum ait,Qui,deus,benedixit,idest benedicet,Nos,nostris meritis maledictos.i.in futuro exaltabit, dando immortalitaté.Vnde subdit, In omni benedictione spirituali.i. exaltabit omnimoda exaltatione,& perfecta, quę tota erit spiritualis etiã in corporibus,quæ tunc habebũt naturam spiritus,quia erunt agilia & habilia cibo nõ egenti,q̃ spiritui naturalia sunt.Benedict.dico habita In cœlest.i.in cœlo. & hoc fiet,In Christ.i.operãte Christo.Sicut,posuit effectum secundæ prędordinationis.s. quæ erit de futuro, hîc ponit primam præordinationem,quę est de præsenti tangens effectum eius.q. d.benedicet nos in futuro,quod & si videtur ex meritis,ita tamẽ gratis erit,sicut & prima præordinatio gratuita est,quia merita quæ præcedunt futurã vitam ex gratia sunt,& dona dei sunt. Coronat eñ in nobis deus dona sua,nõ quæ ex nobis sint meritò. Et hoc est quod ait,Ita gratis hoc faciet,sicut gratis nos elegit,prædestinando. & hoc In ipso.i.per ipsum Christum. Elegit dico Ante mundi constitutioné.i. anteq̃ essemus. Ne quis ergo putet animas,cum deo fuisse ęternas, & tunc aliquid meruisse,iuxta errorem illorũ qui ante hæc visibilia dicũt fuisse quasdã animas sanctas,& ideo tũc fuisse electas:sed aperte ostendit hoc falsum esse dicens, Elegit nos ante cõstitutionem. Quomodo auté eligeret eos, qui nondũ erãt nisi prædestinando? Elegit ergo prædestinãs nos.& sicut

Ambrosi.

Augu.de pdest.san.

non elegit eo quod tunc sancti essemus, ita nec ideo qui sancti futuri essemus: sed potius elegit nos ad hoc, Vt, in tẽpore gratię Essemus sancti, per bona opa. Nõ ergo, qui futuri eramus elegit, sed vt essemus sancti. Ideò quippe tales futuri eramus, quia elegit ipse prædestinãs, vt tales per gratiam eius essemus. Sed Pelagianus veritati resultans ait, Prescìebat deus, qui essent futuri sancti, & immaculati per liberæ voluntatis arbitrium, & ideo eos in sua præscientia quales futuros esse præsciuit elegit, inquit, antequã essent prædestinans filios quos futuros sanctos præsciuit: nec fecit, nec se facturũ, sed ipsos facturos esse præuidit. Quem confutat Apostolus dicens, Vt essemus, sancti, virtutibus, Et immaculati, à malis, A crimine, & hoc In conspectu eius, nõ hominum. i. intus vbi ipse conspicit, nõ extra, vbi homines vident. Vel, In conspectu eius, id est, vt eum cõspiciamus, & hoc nõ fecit ipse meritis nostris, Sed in charitate sua. Amor enĩ dei hoc fecit. Vel ita dico, vt essemus sancti & immaculati, & hoc In charitate, id est per charitatem nostram, qua diligimus Deum. Potest enim diligi, vel de charitate dei qua diligit homines, vel de charitate ipsorum hominum, qua diligunt deum. [Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorũ, per Iesum Christum in ipsum: secundum propositũ voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporũ instaurare omnia in Christo, quę in cœlis, & quę in terra sunt in ipso.] Qui prędest. posita predestinatiõe quę ptinet ad iustitiã, & sanctitatẽ vitę præsentis, ponitur hîc alia prędestinatio pertinens ad vitã æternam, cuius effectum suprà notauit. quasi dicat. Elegit nos, vt hîc essemus sancti: ipse vtique Qui prædestinauit nos, id est gratia sola præelegit, id est voluntate gratuita, In adoptionem filiorum, id est ad bona quæ filij habituri sunt. Filij autem sunt credẽtes in eũ. & hoc est quod subdit, Per Iesum. q. d. quòd ipsi filij sunt, hoc non est per merita

Aimo.
Ambrosi.

rita,sed Per Iesum Christum. Prædestinauit nos dico vẽturos, In idipsum.i.eadem habituros,cum Christo.prædẽstinauit dico,nõ nostro placito,sed Secundũ propositum voluntatis suæ, id est,secũdum bonam voluntatem, longe anteq̃ impleretur in nobis prædestinatio,habitam,vel omnibus palam propositam,& ostensam. Prædestinauit nos dico,& sanctificauit.& hoc In laudem gloriæ gratiæ suæ, id est,vt laudemus gloriosam gratiam.quasi dicat, gloria gratiarum est æterna adoptatio, In qua gratia gratificauit nos.i.gratos nos sibi fecit. Hîc notatur effectus primę præordinationis,quæ pertinet ad iustitiã. Gratificauit dico,In dilecto filio suo,pro quo nos diligit. Diligẽs enim suum vnigenitum, etiam illis quos diligit , & quibus vult filius diuina dona largitur,In quo. Ecce hîc ostendit per quem facti sumus grati dicens, In quo, filio habemus redemptionem,vt possimus reuerti à captiuitate, qua seruiebamus diabolo venundati sub peccato:habemus,inquam, per sanguinẽ eius, qui nostræ redemptionis est precium. Et habemus remissionem peccatorum. In baptismo duplicem gratiam ostendit, quia & redemit, & peccata nostra, non imputauit.& hoc præstitit nobis, Secundum diuitias gratiæ eius,id est,secundum diuitem, & copiosam gratiã suam, quia omnia dimittit , & totum ius inimici destruit. Quæ superabundauit, Hactenus egit de his quæ toti humano generi collata sunt, modo agit de his, quæ singulariter apostolis dedit.quasi dicat,dico diuitias gratiæ, quæ gratia,cum omnibus abundasset fidelibus, In nobis, apostolis, Superabundauit, id est plusquã in aliis abundauit. vt verbi gratia in hoc,scilicet, in omni sapientia,id est, in omni de diuinis notitia. Et prudentia.i. prouidentia temporalium. In omni dico, ita Vt notum faceret nobis sacramentũ voluntatis suæ. Voluntatem suam secretã aliis, id est illud quod secreta voluntate facere volebat.& quid illud sit supponit.s. Instaurare omnia,& hoc non meritis nostris,sed Secundũ bonũ placitum eius.i. secundũ bonã volũtatẽ suã,vt bona fieret subueniret. Quod,bonũ placitũ,vel sacramẽtũ. Proposuit.i.lõge anteq̃ fieret posuit,vel omnib⁹ palã obtulit. Illud dico implendum,In eo,filio.s. nõ in alio.i. In Christo,& nõ in alio tẽpore implendũ,sed Augu. de p̃dest.san.

In dispensatione pleni.te.i.in plenitudine tēporis dispēsati à deo, id est in hoc tempore gratiæ, quo implere quæ cæteris temporibus promissa & figurata sunt, diuina prouidentia rationabiliter dispensauit. Si enim ignari penitus essent homines, non prędocti, non reciperēt Christū: & nisi prius de naturali, & doctrinali lege essent cōuicti, superbi paruipenderent Christi aduentum. Ne ergo quęratur, cur in hoc tempore potius, quàm in alio voluerit implere secretum suæ volūtatis, scilicet, Instaurare, id est ad primum statū reducere, Omnia, per peccatum destructa Et quæ in cœlis sunt, id est angelos, Et quę in terris sunt, id est homines: non, quòd pro angelis mortuus est Christus, sed ideo etiam pro angelis fit, quicquid hominū per eius mortem redimitur, & liberatur à malo, quia cum eis, quodammodo reditur in gratiā post inimicitias, quas inter homines & sanctos angelos peccata fecerunt: & ex ipsa hominum redemptione ruinæ illius angelicæ damnum reparatur: & vtique nouerunt angeli sancti docti de deo, cuius veritatis æterna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplemētum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. Instaurantur autem, quæ in cœlis sunt, cum id quod indè cecidit in angelis redditur ex hominibus. Instaurantur etiam quę in terris sunt, cum ipsi homines, qui prædestinati sunt in æternam veritatem, à corruptionis vetustate renouantur. Et est sensus, Voluit instaurare, id est, supplere, Quæ in cœlis sunt.i.numerum angelorum diminutum implere. Et quæ terris sunt, id est homines, qui per peccatum deprauati erāt renouare. Vel, Quæ in cœlis sunt, id est, animas sanctorum quæ iam in cœlis, & Quæ in ter.id est sanctos, qui adhuc ī terra sunt. & hoc In Christo, id est, per ipsum Christum. Christi enim aduentus salus est, & sanctis, qui iam cum Christo sunt, & illis qui adhuc futuri sunt. [In quo etiam nos fortè vocati sumus, prædestinati secundū propositū eius, qui operatur omnia secundum consilium volūtatis suæ, vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Christo. In quo & vos cum audissetis verbum veritatis euangeliū salutis vestrę, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostrę in redemptio-

August. in enchiri.

ptionem acquisitionis in laudem gloriæ ipsius.] In quo &c. Ne apostoli, in quibus superabundat gratia, viderentur meruisse aliis, ostendit eos ita gratis vocatos non meritis sicut fuerunt alij, dicens, In quo Christo.i.per quẽ Christum Etiam nos, apostoli vt vos alij Sumus vocati, per interiorem gratiam: & hoc non meritis, Sed sorte, id est, diuina electione. Sors enim dicitur dei gratia, qua salui facti sumus: quæ benè dicitur sors, quia hominis non est electio, sed voluntatis dei, qui nulla nostra merita inuenit, sed sorte voluntatis suæ nos ad salutem vocauit: quia voluit, non quia digni fuimus. Hæc est sors vnde illa tunica domini desuper texta quæ charitatem significat, sorte super eam missa prouenit: quia dei gratia, charitas inspiratur, non meritis vocati sumus. Nos dico Prius prædestinati.i.per gratiam præparati, & electi: & hoc non secundum merita, Sed secundum propositum eius, qui etiã in apostolis, Operatur omnia, etiam velle bonum. Ipse ergo vt credere incipiamus operatur. Non enim quia credimus sed vt credamus elegit nos & operatur omnia. & hoc secundũ Consilium voluntatis suæ.i. secundum voluntatem suam, quæ est ex ratione.q. d. quare nos magis elegit ad officiũ prædicationis & apostolatus nescimus, sed tamen consilio fecit non temere: & ad hoc vos elegit, Vt simus in laudem gloriæ eius.i.vt per nos alij laudent gloriam eius, vt exemplo nostro nemo iam glorietur in homine. Verũ est enim quod ait, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Laus autem gloriæ dei est, cum multi acquiruntur ad fidem: sicut gloria medici est cum multos curat. Simus, inquam, in laudem eius nos apostoli, Qui ante, omnes alios quibus Christus prędicauit, & qui per eum conuersi sunt, Sperauimus in Christo. & ideò tales esse debemus, per quos alij laudẽt. In quo &c. Expositis his quæ apostolis collata sunt, modò venit ad ea quæ dedit Ephesiis.q. d. sperauimus in Christo. In quo Christo. i. in cuius fide, Et vos, Ephesij estis, Cum audiuissetis.i. per hoc quod audiuistis: & postquàm audiuistis, non antè. Cum enim.& causam notat hîc & tẽpus. Cum audiuissetis dico verbum veritatis.s. Euangeliũ salutis vestræ, quod salutem annunciat, & ad salutem vocat. In quo Christo.i.in cuius operatione, Et vos, creden-

August.in psal.130.
August.

Augu. de pdest.san.

August.
Ambrosi.

tes,

Hierony. tes, Signati eſtis.i. diuiſi à grege diaboli. Vel, Signati eſtis, imagine dei reformata in vobis. Vnde, Signatum eſt ſuper nos lu.v.t.d. Et hoc Spiritu ſancto promiſſionis, id eſt, per ſpiritum ſanctum qui promiſſus erat, vel qui promiſit hęreditatem, & eſt arra eius. Vnde ſubdit, Qui eſt pignus hęreditatis noſtrę. Diffuſa eſt enim charitas in corda noſtra per ſpiritum ſanctum. Quid eſt enim ſi diffuſa eſt charitas? ecce iam ex quantulocunque pignore deambulat deus in nobis, & ſic pignus accepimus. Quidam tamen codices melius habent arram, eandem quippè rem interpretes dicere voluerunt. Inter eſt tamen aliquid in loquendi vſu inter arram & pignus. Pignus enim quando datur, ſoluto eo pro quo ponitur aufertur: Arra verò eſt cum de ipſo datur aliquid quod non eſt auferendū, ſed cõplendum. Si ergo charitatem modò deus tanquàm pignus dedit nobis per ſpiritum, qui datus eſt repromiſſa reddita, auferendum eſt à nobis pignus? Abſit, ſed hoc quod dedit implebit. ideò melius habetur arra quàm pignus. Dedit nobis ſpiritum, ad hoc vtique.ſ. In redemptionẽ acquiſitionis. i. ad hoc vt ſanguine eius redempti à iure inimici, & vltra non dominetur nobis inimicus. Acquiramus deum, vel acquiramur à deo. Ad hoc enim redemit vt habeat, nõ vt perdat nos. Et in laudem gloriæ ipſius. q.d. & ad hoc dedit nobis ſpiritum, vt laudetur ipſe deus. [Propterea & ego audiens fidem veſtram quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis, vt deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ det vobis ſpiritum ſapientęi & reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius] in nos qui credimus ſecundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto ſuſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſupra omnem eccleſiam quæ

Auguſt. in ſer. de viſione dei.

quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.] Propterea. Enumeratis beneficiis humano generi, vel apostolis, vel Ephesiis collatis, quid de beneficiis Ephesiis datis sentiat Apostolus subdit. s. quod gratias agit, & rogat superaddi ne illi superbiant, sed vltra tendant. q. d. cum audiuissetis euangelium credidistis, Propterea ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu, id est, qua in Christum creditis sine admixtione legis, Et dilectionem vestram, id est, opera charitatis ostensa, In omnes sanctos, non cesso agens pro vobis gratias deo, quasi dicat benè noui quales estis, & inde non vos sed deum laudo qui hoc fecit. Et enim qui fecit aguntur gratiæ: ideò ait, Non cesso pro vobis gratias agens, scilicet de habitis bonis: ego etiam Faciens memoriam vestri in orationibus meis, in quibus oro deum vlteriora vobis implorans. vnde congruè pro iam datis præmittitur gratiarum actio. Qui enim orandus est vt faciat, illi est gratiarum actio reddenda cum fecerit. hoc autem in orationibus meis peto, vt Deus domini nostri Iesu Christi & pater gloriæ, id est, Christi, Det &c. Distingue, deus pater, & deus Christi est & pater: sed deus Christi est secundum humanitatem, quia Christus est homo & natus ex fœmina. Vnde in psalmo dicit, De ventre matris meæ deus meus es tu. Ostendens patrem esse deum suum, quia homo factus est. homo enim de ventre matris natus, & secundum hominem de virgine natus est deus, vt non solum pater illi esset qui eum de seipso genuit, sed etiam eius deus esset quem de ventre matris hominem creauit. Qui ergo pater est filio ex vtero suo, de ventre matris deus eius est, non de suo. Vnde ipse dominus ait, Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, deum meum & deum vestrum. Hoc igitur dico, Vt deus Christi & pater det vobis, ea quę sequuntur, quasi dicat ad impetrandum illa non obtendo merita, sed quod deus & pater Christi est. hoc, inquam, precor, Vt det vobis, & si iam sapientes estis, Spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitione eius. i. spiritum sanctum qui det vobis sapientiam de cœlestibus plenius, quàm modò habeatis: ita vt non obscurè, sed clarè & sine velo eum agnoscatis. s.

Augu. ad Vitalem. Aimo. Augu. cõtra Maxi.

Det

Det.i. faciat, Illuminatos oculos cordis veſtri, id eſt, rationis, quæ eſt imago dei,in qua renouatis in agnitione Dei. In imagine ergo ſua cognoſcere authorem eius qui corporali ſenſu non attingitur. Ne ergo putetis corporeo ſenſu Deum attingi, ſed oculis mentis ipſum cognoſcite, & auribus mentis ipſum audite. In corpore enim diuerſa membra ſunt. Alibi audis, alibi vides:in corde autem tuo, vbi diuerſa membra non inueniuntur, ibi audis vbi vides. Ad hoc illuminet oculos, Vt ſciatis, plenius quàm modò, Quæ,id eſt,quanta ſit Spes vocationis eius, id eſt,res ſperata ad quam vocat credentes. Hoc dicit vt propenſiores ſint:quia cum plenè ſcierint quis fructus credentium,propenſiores fient circa excolendam religioné. Deinde quod nomine ſpei intellexerit,aperit ſubdens, Et, ſciatis, Quæ, ſint, Diuitiæ &c. Hæc eſt ſpes. Spes enim accipit rem ſperatam. Vel ita vt ſpes propria accipitur &c. Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius,id eſt,quantum valet ſpes vitæ ęternæ ad quam vocat: & ſciatis quæ ſit adimpletio eius ſpei: quod ita ait,& Quæ ſint, Diuitiæ gloriæ eius,hæreditatis, id eſt,glorioſæ hæreditatis.ſ. æternæ beatitudinis,quæ dicunt hæreditas,quia firmiter habebitur quæ erit In omnibus ſanctis,communiter. Et,ſciatis etiam Quæ ſit ſupereminens magnitudo gloriæ, futuræ. In nos apoſtolos, id eſt,quod nos apoſtoli præ aliis habebimus gloriam, nō vt ſtetis & habeatis,ſed tendatis ad illud maius quod habebimus. Quoddam enim incrementum glorię habebunt ſummi doctores vltra illud quod communiter omnes habebũt. Habebunt enim omnes eundem denarium, ſed differet ſtella à ſtella in claritate,& erunt diuerſæ mãſiones in domo patris: & inter alios clarius fulgentes, apoſtoli altius ſedebunt. Vnde in tabernaculo domini,ſuper menſam facta eſt corona in terra, ſimul alta digitis quatuor & operiens totam menſam,& ſuper eam altera corona aureola. Per coronam altam digitis quatuor quæ menſam operiebat, gloria vitæ æternæ ſignatur, qua omnes electi fruentur,quæ in quatuor libris euangelij digito dei,id eſt,ſpiritu ſancto ſcriptis annunciatur:& erat in terra ſimul pro diuerſitate meritorum. Corona aureola,ſuper illam,eſt perfectio remunerationis eorum qui in doctoribus excellũt.

Ambroſi.

Ideò

Ideò Apostolus ait, Quæ sit supereminens mag. gloriæ in nos. quæ magnitudo est Virtutis eius. i. in virtute dei dãda nobis. Qui credimus, de illa beatitudine, Secundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus est in Christo. i. secundum quod potenter operatus est in Christo, cuius membra sumus, & ideò eadem cum illo nos habituros credimus: operatus, inquam, in Christo, ita. s. Suscitans illum à mortuis, & constituens illum ad dexterã suã, id est, in æterna beatitudine. Non eos audiamus qui negant ad dexteram patris sedere filium, dicentes, Nunquid deus pater habet latus dexterum vel sinistrum, sicut corpora? Nec nos hoc de deo sentim⁹. Nulla enim forma corporis deus finitur & concluditur. Sed dextera dei est beatitudo æterna quæ sanctis datur, sicut sinistra eius dicitur miseria perpetua quæ impiis datur. Et est. Constituens illum ad dexteram suam. i. ostendens hominem Christum æternaliter beatum In cœlestibus. i. in cœlo. Exemplum autem gloriæ sanctorum consistit in resurrectione Saluatoris, vt in ea cognoscant fideles, quid eis promissum est. Simili enim modò extollentur supra cœlos cum Christo: sicut ipse dicit, Pater volo vt vbi ego fuero, & hi mecum sint. Quia & corpus eius, quod est ecclesia, in ipsa dextera, id est, in ipsa beatitudine erit. Quanuis enim corpus nostrum non ibi sit, tamen spes nostra iam ibi est. Ideò & dominus post resurrectionem iussit discipulis suis piscantibus vt in dexteram partem mitterent retia, qui etiam dixit agnos ad dexteram, hœdos ad sinistram se positurũ. Vel ita, Constituens. i. stabiliter statuens, Illum, hominẽ Christum, Ad dexteram suam. i. in sede iudiciaria, in potestate iudicandi. Quia enim omne iudicium pater. d. fi. ideò ad dexteram dei sedere dicitur quasi iudex. Vnde ait Iudęis, A modò videbitis filium hominis sedere ad dexteram dei &c. Et constituens illum in cœlestibus, Et supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, id est, supra dignitatem horum ordinum angelicorum, & non solum super hos quatuor, sed etiam super omne nomẽ quod notatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. i. super omne nominabile quod vel iam scitur vel in futuro scietur. Hoc dicit propter incarnationem filij dei, vt

Augu. de agone Christianorum.

Idem in eodem.

Ambro.

etiam homo factus super omnes cœlos esse dicatur, & super omnem creaturã, habẽs nomen dei per naturã nõ per adoptionẽ. Et ne videretur præesse omni creaturæ dignitate tãtum, & non potestate, subdit, Et omnia. q. d. non solum præest omnib⁹ dignitate, sed & sub ea sunt. Et. i. quia, omnia subiecit, deus pater sub pedibus eius, & subiecit ei plenè, vt per pedes plena subiectio notetur: quæ omnia meritò sunt ei subiecta, quia per eum facta sunt. Vel, Sub pedibus eius. i. sub humanitate eius, quæ significatur per pedes. Quia sicut pes est inferior pars corporis, ita in Christo inferior natura est humanitas, quam etiam angeli adorant, & ipsi homini Christo omnia subsunt. Et ipsum. Postquàm cõmemorauit dignitatẽ Christi, redit ad nos, ostendẽs dignitatẽ eius ad nos pertinere. q. d. Ita exaltauit deus Christũ, & hæc eius exaltatio ad nos pertinet, quia ipse talis est caput, & nos corp⁹ ei⁹. & hoc est quod ait. q. d. Hoc quod dixi de Christo ad nos ptinet. Et. i. quia, Ipsum, qui adeò altus est Dedit, de⁹, caput, in quo sunt omnes spirituales sensus ecclesiæ. [illegible] dona gratiæ. Illũ, inquam, dedit esse caput Supra omnem ecclesiam, quæ in cœlo, & quæ in terra est, dum cõfitentur hũc esse per quẽ facti sunt. Subiiciuntur. n. illi quasi capiti, ex quo trahũt originẽ. Ab ipso enim facti sunt secũdum deitatẽ, & ita secũdum deitatẽ caput est ecclesiæ, secundum quam dedit ei esse caput illum ante oĩa gignẽdo. Est etiã & propriè dicitur caput secũdũ humanitatẽ, scd̃m quam cõiungitur ei ecclesia. & natura & gratia. Nã in eo plenitudo gratiæ fuit, de cui⁹ plenitudine nos accepim⁹. Nullumq; maius donũ præstare deus posset hominib⁹, quàm vt verbũ per quod cõdidit oĩa, faceret illis caput, & illos ei tãquam mẽbra coaptaret: vt esset fili⁹ dei & fili⁹ hoĩs, vn⁹ de⁹ cũ patre, vn⁹ homo cũ hominibus. Quæ, ecclesia, est corp⁹ illi⁹. i. vnita ei gratia & natura. Et plenitudo ei⁹. i. implẽs eũ vt habeat mẽbra oĩa. Et verè est plenitudo eius quia ipse est, Qui adimpletur, per eos. Cũ enim regressi ad cõfessionem flectũt genu Christo adimpletur, quia recedẽtib⁹ euacuari videtur. Per eos adimpletur dico, tamẽ ens Oĩa in oĩbus, hîc vel in futuro, qa mẽbra nihil ei cõferũt, sed ipse oĩa mẽbris: q ideò dicitur esse oĩa in omnib⁹, quia oĩa ab ipso sunt in eis, cui⁹ virtute sũt quod sũt.

August. in psal. 85.

Caput

ET vos cõuiuificauit cũ essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquãdo ambulastis secũdum sæculum mundi huius, secũdum principem potestatis aeris huius: spiritus qui nunc operatur in filios diffidẽtiæ: in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ sicut cæteri.] Et vos: Hîc commemorat priora. s. quales fuerint ante fidem, & quid modò per gratiam facti sunt, vt in bonis quæ nunc habent humilientur. & certum sit quod si inimicis hęc data sunt, magis amicis dabũtur ea quę Apostol⁹ optat eis. s. quod Christus est caput omnis ecclesiæ. Et, nostrum, quia nos Conuiuificauit cum. i. quãuis, Essetis mortui delictis & peccatis, &c. Vel ita continua, vt à superiori sumas verbũ quod subintelligitur. q. d. nos qui credidimus habemus spem hæreditatis. Et vos. s. credidistis. Deus autem cõuiuificauit nos cum. i. quãuis Prius essetis mortui. Vel ita cõtinua, Deus suscitauit Iesum, Et vos. i. suscitabit. Cum. i. quãuis Essetis, olim ante fidem mortui. s. nec etiam sentiẽtes mala nostra. Mortui dico, Delictis. s. dimittendo quæ iubentur, Et peccatis vestris. s. agendo prohibita, In quibus, delictis & peccatis Aliquando. s. ante fidem, longo vsu, Ambulastis, de alio ad aliud declinantes. Ambulastis dico, Secundum sæculum, id est, conuersationem & speciem, Huius mundi, cuius species nos allicit. Et Secũdum principem spiritus, id est, spiritum. Ponitur enim singularis genitiuus pro plurali. Ille est Beelzebub qui est princeps malignorum spirituum. Vel intransitiuè secundum aliam literam, quæ est secundum Principem spirituum, principem dico, Potestatis aeris huius, id est, qui habet potestatem in hoc aere caliginoso, non cum hominibus in mundo, qui ad ista caliginosa de apparatu supernorum angelorum, cum angelis apostatis lapsus est, tanquam ad carcerem. Caliginosus enim aer infernus est dæmonum vsque ad iudicium. Vnde in canonica epistola dicitur, Carceribus caliginis inferni retrusus in iudicio seruaretur perimendus. Spiritum ergo erroris dicit principem aeris, quia in hoc aere dominatur. Hanc enim

Ambrosi.

Ambrosi.

Ambrosi. enim partem sibi vsurpauit ad exercendam dominationẽ; & quia ita vicini sunt nobis,& spiritus inuisibiles sunt,magis sunt timendi. Qui, principes, Nunc,etiam adhuc Operantur,quantum deus sinit In filiis diffidentiæ.i. in eis qui diffidunt de æternis,vel de quorum salute nos diffidimus,& ideò erepti ei sint grati ereptori Christo. Qui intrauit in domum fortis in suo dominatu genus humanum habentis, & prius ipsum alligauit.i. eius coercuit & cohibuit potestatem, potestatis suæ fortioribus vinculis: & sic eripuit vasa eius quæcunque prædestinauit eripere. Arbitrium eorum ab eius liberans potestate, vt illo non impediente credant in istum libera voluntate. Proinde hoc opus est gratiæ quam attulit secundus Adam, non naturæ quam corrupit primus Adam. Filios autem diffidentię regit princeps iste.i. diabolus ad arbitrium suum, quod nec ipsum habet liberum ad faciendum, sed in maximam maleuolentiam suis sceleribus obduratum. Vnde nemo sanæ fidei credit vel dicit hos apostatas angelos ad pristinam pietatem correcta aliquando voluntate conuerti. Quid autem operatur hîc princeps in filios diffidentię nisi opera sua mala?& in primis maximeque ipsam diffidentiam & infidelitatem qua sint inimici fidei,per quam scit eos posse mundari? In quam ergo obstinationem cum deus plerunque facere dicitur non instigando & inspirando,sed deserendo facit. vt illi. i. spiritus maligni operentur in filiis diffidentiæ, quod deus debitè iustéque permittit. In quibus,peccatis. Et nos omnes Iudæi.s. vt gentes Aliquando conuersati sumus,agentes vitam nostram In desideriis carnis nostræ. i. in malis concupiscentiis quæ ex carne sunt. & etiam Facientes,actu Voluntates carnis.i.ea in quibus caro delectatur, vt est luxuria, & huiusmodi. & voluntatem Cogitationum,vel,Mentium.i.ea in quibus caro non delectatur,sed anima cogitat,vt sunt hæreticæ prauitates, & alia huiusmodi. Et eramus,nos Iudæi,Sicut & cæteri,id est,gentiles. Filij irę.i.debitores ęternę pœnę.& hoc Natura.i.per patres. Adam.s.& Euam.i.per peccatum originale ab eis traductum. Cęcitas enim in primò homine per peccatum contigit,de quo omnes originem duximus,non solum mortis, sed etiam iniquitatis. Ideò Apostolus ait,

[Margin: Augu. ad vitalem. — Augu. in psal. 76. — Hier. sup Ioan. de cęco nato]

Eramus

Eramus natura filij iræ. i. filij vindictæ, filij pœnæ, filij gehennæ. quomodo natura? quia peccante primo homine vitium pro natura inoleuit. Tenebatur enim iusta damnatione genus humanum, & erant omnes filij iræ. de qua ira dominus dicit, Qui non credit in filium, non habet vitam, sed ira dei manet super eum. Non ait venit, sed manet. Cum hac quippè ira omnis homo nascitur. Ipsa est enim illa ira cum qua omnes nati sumus, cui nascendo hæsimus, ira de propagine iniquitatis, de macula peccati. Et nota quod ipsa verè ac propriè natura hominis dicitur, qualis sine vitio primitus condita est. translatitio autem verbo vtimur vt naturam dicamus etiam quali nascitur homo: secundum quam locutionem dicitur hîc, Eramus natura filii iræ, sicut & cæteri. ac si dicat, Cum hæc prędicta fuerint in nobis sicut in gentibus, non desperet gentilis quin par Iudæis fiat, quia nos sicut illi eramus filij iræ. In hac ira cum essent homines per originale peccatum, tanto grauius & perniciosius, quanto maiora vel plura insuper addiderant, necessarius erat mediator, id est, reconciliator qui hãc iram singularis sacrificij oblatione placaret. Vnde subdit, [Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit & consedere fecit in cœlestibus, in Christo Iesu, vt ostenderet in sæculis superueniẽtibus abũdãtes diuitias gratiæ suæ in bonitate, super nos in Christo Iesu. Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus.] Deus autem, quasi dicat, quanuis essetis mortui, deus tamen Conuiuificauit nos, Deus autem, & non alius. & hoc est, Deus autem qui diues est in misericordia, qui actualia & originala dimittit. ipse, inquam, nõ propter meritum, sed Propter nimiam charitatem suam, Qua dilexit nos. i. Iudæos & gentes. non modò postquam iusti fuimus, sed etiam Cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo. i. à simili Christi, quia sicut Christum à vetustate pœnæ, ita & nos à vetustate culpæ

Augu. in enchi.

August. in psal. 101.

August. mundauit. Vel secundum aliam literam, Conuiuificauit nos.s. Iudæos.& hoc in Christo.i.per gratiam Christi:& secũdum hoc ita cum superioribus iungit literã, ibi, Deus autem,quasi dicat. Nos aliquando malè conuersati sumus, sed Deus qui diues, &c. conuiuificauit nos, Iudæos, In Christo.i.per gratiam Christi.& sicut nos similiter & vos gentiles cõuiuificauit.& hoc est quod subdit, Cuius, Christi, Gratia,& vos gentiles Estis saluati, sicut nos Iudæi,& vtrósque Conresuscitauit.i.cum Christo iam suscitauit. Spe tanquam perfectum enuntiat quod futurum est, quia spe certa quod futurum est, iam tenemus: ideò iam velut perfectum esset, sic loquitur. Vnde etiã subdit, Et consedere fecit,vt iudices, nos & vos In cœlestibus, non inaniter sed fideliter iam computat factum quod futurum esse non dubitat. Certè enim in cœlestibus Christus iam sedet, nondum autem nos,sed spe certa tenemus. Fecit dico per hoc Quod sumus in Christo Iesu. i. in fide Christi, Vt, &c.q.d. Ita hæc in spe fecit, vt in re compleret in die iudicij:quod ita dicit Vt ostenderet, in re In sæculis superuenientibus.i. in die iudicij. Abundantes diuitias gratiæ suæ.i.abundantia dona gratiæ. In futuro enim sæculo apparebit donum dei in remuneratione credentium, quod oculos non vidit, nec auris audiuit. Et hæ sunt abundantes diuitiæ,non tantum quantum mens inuestigare nõ potest. Vel ita,vt de præsenti accipiatur,sic.q.d.ideò conuiuificauit nos prius mortuos Vt ostenderet in sæculis superuenientibus.i.posteris nostris, Abundãtes diuitias gratiæ suæ.i. abundantia dona gratiæ quæ hîc largitur. Deinde vtranque sententiam progredere simul.q.d. diuitias, dico,datas vobis hîc vel in futuro: non meritis nostris,sed In bonitate dei:diuitias dico, existẽtes Super nos.i.super intellectus nostros,quia plenè capere nequimus. Datas dico,In Christo Iesu.i.per Christum. Et benè dixi in bonitate. Gratia enim,præeunte.i.gratuita dei voluntate,Saluati estis per fidem, quia cooperatur fides bona dei volũtate. Et hoc.i.fides,Nõ est ex vobis.i.ex vi naturæ vestræ, Quia donum dei est,purè:Non, partim, Ex operibus, ita Vt nequis.i. nemo, Glorietur.i. extollatur de operibus. Non hoc ideò fecit quod opera bona, pia cogitatione fa-

Margin notes: August.cõtra Fau. — August. — Ambrosi. — August.

cta, frustrentur: cum deus reddat cuique secundum opera eius, sitque gloriari operanti bonũ: sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia. Bonum est igitur homini vt de viribus liberi arbitrij sui nõ præsumat, quia ille qui putauit sine eius adiutorio se posse custodire quod dedit, profectus in longinquam, & viuens prodigè cuncta consumpsit, & miseria attritus, & in se reuersus dixit, Surgam & ibo ad patrem meum. Quam cogitationem bonam non habet, nisi & ipsam illi in occulto pater misericordissimus inspirasset. ideò rectè ait, Et hoc non ex vobis, sed dei donum est: non ex operibus, ne fortè dicas promerui, & ideò accepi, Non putes te promerendo accepisse qui non promereris, nisi accepisses. Gratia præcessit meritum tuũ, non gratia ex merito, sed meritum ex gratia. nam si gratia ex merito emistis, non gratis accepistis. omnia merita præcedit gratia, vt dona dei cõsequantur merita mea. Et ne quis aliter intelligeret, propter arrogantes, & suam iustitiã cõstituere volentes, planius aperit subdens, Ipsius enim. q. d. nemo debet de se gloriari, quia nos creati in Christo Iesu. i. in fide Christi, & In operibus bonis simus factura ipsius. i. opus dei. Vel ita, Nos sumus creati factura. i. per facturam Ipsius. i. per operationem dei, In Christo Iesu. i. in fide Christi, & In operibus bonis. Vel ita, Nos sumus factura ipsius. Nos dico, Creati in Christo Iesu, id est, per Christum Iesum, In operibus bonis. Nõ vtique illa creatura qua homines facti sumus, sed ea de qua ille dicebat, qui iam vtique homo erat, Cor mundũ crea in me de⁹, &c. Hac creatione formamur & creamur, In operibus bonis, quæ de⁹ Pręparauit, antequàm ad ea surgere possetis. Pręparauit dico, vt in illis Ambulemus, proficiẽdo: non vt cõfisi gratiæ, deinde otiosi simus. In his verbis apertè monstrat Apostolus ipsam dei prędestinationẽ, eiusdẽque effectum. i. gratiam quæ apponitur. Ait enim, Creati sumus in Christo & in operib⁹, hoc est gratia. Quod autẽ sequitur, Quæ pręparauit, hoc est prędestinatio, quia prædestinatio est gratię pręparatio. Gratia verò est ipsa donatio, quæ est ipsius prędestinationis effectus, quę prędestinatio sine pręscientia non potest esse, potest autẽ esse sine prædestinatione pręsciẽtia. prædestinatione quippè deus ea præsciuit

August. in ser. de verb. apo.

August.

Aimo.

Augu. de gra & li.

Aimo.

Augu. de pdest. sa.

quæ fuerat ipse facturus, pręscire autē potens est etiam quę ipse non facit, sicut quęcunq; peccata: quia & si sint quędā ita peccata, vt sint etiā pœnæ peccatorum: Vnde dictū est, Tradidit eos deus in reprobum sensum: Non ibi peccatū dei est, sed iudicium. Prędestinatio igitur dei in bono est, eiusq; effectus bonus est. Ille itaq; operatur hominē bonū & custodit, qui incōmutabiliter bonus est, semperq; ab illo fieri & perfici debemus ei inhærentes. [Propter quod memores estote quod aliquando vos, qui gentes eratis in carne, qui dicebamini prępútium ab ea quæ dicitur circūcisio in carne manufacta, qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamētorum, promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mūdo. Nunc autē in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & mediū parietē macerię soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorū decretis euacuans, vt duos cōdat in semetipso, in vno nouo homine faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno tēpore duo per crucē interficiens inimicitias in semetipso: & veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem his qui propè, quoniam per ipsum habemus accessum, ambo in vno spiritu ad patrem.] Propter quod. Cótulerat supra iudęos & gentes, ostendēs quod vtriq; essent sub peccato, nūc ostēdit gētes fuisse indigniores, & improperia Iudæorum perpessas, vt modò ęquales Iudęis magis sint obnoxij gratię dei. q.d. prædicta bona habetis à deo: Propter quod. i. quia hæc habetis, & vt sciatis omnia esse à gratia dei. Memores estote, vt magis grati sitis Quòd vos, Ephesij Aliquādo. i. ante cōuersionem, Eratis gētes. i. quales gentes. s. veteres peccatores Degentes in carne. i. in carnalibus, Qui dicebamini prępútium. i. immunditia. & hoc Ab ea, circūcisione quę nō verè est, sed Dicitur circūcisio, quia facta est manu humana, non à deo In carne, non in spiritu. & memores estote Quòd vos, qui nunc tales estis, Eratis illo tēpore, malo. s. sine Christo. i. sine promissione

Ambrosi. Christi, quæ tunc fiebat Iudęis. Eratis Etiā alienati à cō-

Aimo. uersatione Israel: quibus gētibus. s. non coutebātur Iudęi. & si aliquādo legem & prophetas accepistis, Dicebamini, vel

vel eratis Hoſpites teſtamẽtorũ.i.aduẽtitij. Hoſpes quaſi hoſtij pes,eo quod cum ſuſcipiebatur in domo,ponebat dominus domus,& qui ſuſcipiebatur pedẽ ſuper hoſtiũ,& datis dextris,iurabat quod pacificus eius eſſet ingreſſus. Eratis Etiã nõ habẽtes ſpem promiſſionis,factę filiis Abrahæ, vt de ęterna hęreditate. Et ſine deo.i. ſine dei notitia eratis In hoc mũdo,tam malo. Nunc autẽ.ſ.in hoc tẽpore gratiæ vos qui Aliquãdo eratis longè,non loco ſed merito,& à deo,& ab Iſrael qualitate cõuerſationis, quãuis eſſetis lõgè,tamen Facti eſtis propè,deo.& non carnalibus ſed ſpiritualibus Iudęis.& hoc In Chriſto Ieſu.i.per Chriſtum. & non quoquo modò per Chriſtũ,ſed In ſanguine Chriſti.i.per ſanguinẽ eius. In quibuſdã codicibꝰ reperitur eſſe ſcriptum. Qui,Ibi. Vos qui gẽtes eratis,& ſecundũ hoc ſuſpẽſiuè legitur,vſq; ibi,Nunc autẽ.eodẽ tamẽ manẽte ſenſu,hoc modò, Memores eſtote quod vos qui ali.g.&c. Qui dicebamini qui eratis,&c. Nũc vos qui aliquãdo eratis lõgè,facti eſtis propè,non per vos,ſed In Chriſto Ieſu.i.per Chriſtũ,& per ipſum:non quoquo modò,ſed In ſanguine Chriſti.& rectè dico in Chriſto. Ipſe enim eſt pax noſtra, inter nos ipſos.ſ. Iudęos & gẽtes,& ad deũ qui & duos populos inter ſe pacificauit,& ideò reconciliauit. Vnde ſubdit, Qui fecit vtraq;.ſ.vtrũque populũ,vnũ in fide & moribus. Ipſe enim eſt,lapis angularis, in quo duo populi,tanquã parietes,de diuerſo angulo venientes ſibimet, quaſi in pacis oſculo copulantur, quos per hoc vniuit,quod ſequitur, Et.i.quia eſt Soluens mediũ parietẽ maceriæ.i.obſtaculũ quod erat inter illos duos populos,hinc ex lege,inde ex idololatria ſoluit, remouẽs legẽ à Iudęis,& idololatriã à gẽtibus: qui paries dicitur maceriæ,quia nõ erat ſtabilis neq; robuſtꝰ. Eſt enim maceria cõgeries lapidũ ſine cęmẽto,vt fit circa hortos. Paries verò maceriæ eſt qui facilè deſtrueretur veniẽte gratia,quę & legem amouit,& corda gẽtiũ ab idololatria conuertit. Medius autẽ erat vt neuter populus alteri concordaret. Stante autẽ hoc pariete erant inimicitiæ,ira,inuidiæq; inter eos,quæ abolita ſunt deſtructo pariete. Vnde ſubdit, Et per hoc eſt ſoluẽs Inimicitias in carne ſua,aſſumpta vel immolata, Legẽ, Hîc exponit parietẽ quãtũ ad partẽ Iudęorũ.q.d. Ipſe dico, Euacuãs legẽ

Aimo.
Aimo.
Aimo.
Auguſt. in li. retract.
Aimo.

mandatorum. i. euacuans legem veterem, quantum ad ea quæ mādabat. i. ad carnales obseruantias, non quantum ad
Aimo. veritatem quam præsignabat. Euacuans dico, Decretis. i. præceptis euāgelij quæ ex ratione sunt. ideò euacuauit vt Duos, populos prius diuisos per legem, Condat in semet. ipso. i. coniungat in fide eius. Ipse dico, Faciens pacē, de-
Ambrosi. structis inimicitiis. Faciens dico, In vno nouo homine. i. in se solo à quo non aliunde est nouitas. & item ideò euacuat Vt reconciliet ambos deo, positos In vno corpore,
Aimo. ecclesiæ. q. d. sublata inimicitia, & lege euacuata, facit pa-
Ambro. cem inter ipsos, & ambos recōciliat deo patri. Per hoc autē reconciliat deo, quod pro peccatis se obtulit, & per euāgelium illuminauit: quæ duo cōsequenter ostendit, subdens, Ipse dico, interficiens In semetipso inimicitiam, quæ erat inter deum & homines. i. peccata dimisit, In se verò non aliter interfecit inimicitiam, quàm Per crucem, id est, per
Ambrosi. mortem. Omnibus enim profecit mors saluatoris. Et veniens, id est, per assumptam humanitatem apparens Euangelizauit, & si non in sua persona, sed in apostolis Vobis, gentilibus, Pacem, ad Deum fieri per se. Vobis dico, Qui longè fuistis, à Deo: quia idololatræ & sine lege erāt. Nō enim regione à deo longè est quisque, sed affectu. Amas deum, propè es. Odisti deum, longè es. Et eandem pacem annunciauit His qui propè erant. i. Iudæis qui vnum deū colebāt, & legē à deo acceperāt. [Ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorū & domestici dei, superædificati super fundamētaū apostolorū & ꝓphetarū ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo oīs ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo & vos coædificamini in tabernaculum Dei in spiritu sancto.] Ergo iam non estis, &c. quasi dicat, annunciauit pacem, & etiam fecit. & quod fecerit, effectus indicat. Quoniam ambo habemus accessum, id est, facultatem accedēdi Ad patrem, & hoc In vno spiritu, id est, per eundem spiritum qui per Christū omnibus datur. & quia gentes accessum habent ad patrē: ergo ô vos gentiles Iam. i. à tempore fidei Non estis hospites, id est, indigniores in fide Iudæis. sicut olim recepti in lege, Et aduenæ, id est, extranei à deo. Sed estis ciues sanctorū, non carnalis Israel. i. eiusdem

eiusdē iuris & dignitatis in domo dei cum sanctis, Et domestici.i.familiares Dei quibus.s.arcana reuelat, quasi de Babylonia translati estis ad Hierusalem. Duas quippè ciuitates in toto mundo faciunt duo amores, Hierusalem facit amor dei, Babylona amor sæculi. Interroget ergo se quisq; quid amet, & inueniet vnde sit ciuis. Nos dico, Superædificati.i.innixi, & de bono in melius prouecti. Super fundamentum apostolorum & prophetarum.i.super Christum qui est fundamētum, præter quod nemo potest aliud ponere. Dicuntur tamen & apostoli & prophetæ fundamentum. Vnde ait propheta in Psalmo.lxxxvi. Fundamēta eius in montibus sanctis. Sed Christus est primùm & maximum fundamentum: qui sicut apertè dicitur sanctus sanctorum, sic figuratè fundamētum fundamentorum. Si ergo sacramenta cogites, Christus est sanctus sanctorum. si gregem subditum cogites, Christus est pastor pastorum. si fabricam cogites, Christus est fundamentum fundamētorum. Vel, Super fundamentum.i.doctrinam, apostolorum & prophetarum.i.super nouum testamentum. & verè, quia quod apostoli pręducauerunt, prophetæ futurum prędixerunt. Et ne apostoli vel prophetæ, in quibus fundata est ciuitas dei, tenerent se in se, subdit, Ipso summo angulari, existente Christo Iesu. In Christo enim totum innititur primo fundamento, in quo omnis ista compages incumbit, vt nusquàm cadat: quod fundamentum in summo est & non in imo, vt fabricator porea: ergo fundamentum & lapis angularis Christus est. & ab imo surgens summitatem tenet, qui dicitur lapis propter firmitatē, quia firmitatē sustinet. & summus, quia cōsummat. & angularis, quia duos parietes de diuerso veniētes, Iudęorū.s. & gentiū cōpaginat. Vnde subdit, In quo, Christo.i.per quē Christū. Omnis ædificatio, tam de Iudæis, quàm gētibus. Cōstructa, in fide, Crescit, per augmētum virtutum. Nemo enim tam perfectus est, qui non possit esse perfectior. Crescit dico, In tēplum.i. vsq; quò sit tēplum dei, Factū, remotione vitiorum, In domino.i.in operatione domini. in quo.i.per quem Christū. & vos Ephesij, vt alij. Coædificamini.i.ad similitudinem aliorum ædificamini, In tabernaculum dei, vt sitis habitaculum dei, & hoc in spiritu operante.

[Margin: August. in lib. sentē. — Aimo. — Ambross. — August.]

CAPVT III.

HVius rei gratia ego Paulus, vinctus Christi Iesu pro nobis gẽtibus, si tamen audistis dispẽsationem gratiæ dei, quæ data est mihi in vobis: quoniam secundũ reuelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut suprà scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiam meã in ministerio Christi, quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis in spiritu, esse gẽtes coheredes, & concorporales, & cõparticipes promissionis in Christo Iesu per euãgeliũ: cuius factus sum ego minister secũdum donũ gratiæ dei, quę data est mihi secũdum operationẽ virtutis eius. Mihi.n. omniũ sanctorũ minimo data est gratia hęc, in gẽtibus euãgelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quę sit dispẽsatio sacramẽti absconditi à sæculis in deo, quæ oĩa creauit: vt innotescat principatibus & potestatibus cœlestibus per ecclesiã multiformis sapiẽtia dei, secũdũ pręfinitionẽ seculorũ, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habem⁹ fiduciã & accessum in cõfidẽtia per fidẽ ei⁹.] Huius rei gratia. Ostẽso quod per Christũ facta est pax & recõciliatio, hîc ponit per quẽ ipsi sint coædificati, quia deus.s. reuelauit Paulo salutẽ ad gẽtes pertinere, & misit prædicare, & facit pati pro eis, vt magis sint deo grati. Ab vltimo autẽ incipit, dicẽs, Huius rei gratia.i. pro hac re mihi grata vt vos coædificemini, vel pro gratia dei implẽda in hac re, Ego Paulus, qui tãtus sum, sum modò Romæ. Vinctus Christi Iesu.i. pro Christo Iesu, & Pro vobis gentibus.s. quia gentibus prædicaui verbum salutis. Pro vobis dico, Si tamen audistis. i. intellexistis Dispensationem gratiæ dei.q.d. mihi in vobis.i. apostolatum dispensatum mihi à deo, qui scit quare me ad hoc officium elegit. Per hoc vult eos scire, quia dei iudicio à Christo missus est prædicare gentibus mysterium gratiæ dei. Vel, Si autem dispẽsationem gratiæ, quæ data est mihi in vobis.i. apostolatũ quem diuersis diuersa pensamus.q. d. patet me pro vobis vinctũ esse, si scitis me esse apostolum nostrum quod nemo ignorat, & cum pro apostolatu vinctus sim, tamen, id est, maximè pro vobis. Quoniam, quasi dicat, data est mihi dispensatio

Aimo.

ſatio in vos, quia mihi iutimatum eſt diuinum occultũ. & hoc eſt, Quoniam ſecundum reuelationem.i. non obſcurè,ſed apertè Notum factum eſt mihi,à deo,Sacramentũ, id eſt occultum dei,Sicut ſuprà ſcripſi in breu.i.in breuiuitate,vbi dixit ipſe eſt pax noſtra.ibi nanque myſteriorum ſibi reuelatorum ſummam permodico ſermone perſtrinxit,non tam totum, quod nouerat proferẽs, quàm oſtendẽs ex modico,quid taceret. Vnde ſubdit,Prout.q.d. & ſi breuiter ſcripſi,tamen aperte, Prout poteſtis, attentè Legentes intelligere. Quid,ſcilicet, Prudentiam meam.i. ſcientiã,In,agnoſcendo Myſterio Chri.i. in cognoſcẽdo hoc occulto,quo gentes ſaluãdę ſunt per Chriſtũ,Quod, myſteriũ.Nõ eſt agnitũ,aliis generationibus pręteritis.ſ. quibuſlibet Filiis hominum,id eſt rationabilium : ita plenè Sicuti nunc. Vel ita, Aliis generationibus,id eſt, aliis temporibus Nõ eſt agnitum filiis hominum,ita plenè Sicut.id eſt,quam plenè,Nunc,cum impleri videtur,Reuelatum eſt in ſpiritu.i.per ſpiritum, Sanctis apoſtolis eius, & prophetis , nouis qui interpretantur ſcripturas, qui explanant legem.Priores quidẽ prophetæ præſcierunt olim de gentibus,quod vocãdæ eſſent,& futuræ participes dono dei.Hoc enim ſignificauerunt in multis ſcripturæ locis:ſed hoc latuit eos,quod ſine lege per fidem Chriſti eſſet illis,ſcilicet ſine circũciſione,& ſabbatis,& neomeniis, & huiuſmodi.hoc eſt autem myſterium, quod reuelatum eſt.ſ. Gentes eſſe cohæredes,in futuro, in patria cœleſti, Et concorporales,modo in eccleſia,cum Iudæis, Et comparticipes promiſſionum eius,dei,quia ad eos pertinet, vt ad Iudæos promiſſio à deo facta Abrahæ,de hæreditate, & concorporatione.& hoc totum factum eſt In Chriſto, id eſt per Chriſtum.i.per incarnationem Chriſti,& Per euangelium.i.per meam prædicationem. Non enim prodeſt incarnatio,niſi prædicetur.Cuius,euãgelij,ego ſum factus miniſter:nõ enim eſt meũ,ſed dei.& ita mihi nullę gratiæ reddendæ,ſed deo.Factus ſum miniſter, dico,non meis meritis, Sed ſecundum donum gratiæ dei, quæ data eſt mihi ſecũdum opera vir.eius. Magna enim virtus eius eſt,qua fecit quod perſecutor,ſit Apoſtolus. hoc enim eſt vt quolibet miraculũ. Vel ita, hoc eſt occultum dei,ſciliet

Hierony.

Aimo.

Gen-

Gentes esse cohęredes,& concorporales,& comparticipes promissionis eius.s.dei patris: quod donum deus dedit in gentibus, In Christo.i.per Christum. & hoc Secundum operationem virtutis eius.i. per hoc quod potēter operatus est suscitando Christum à morte: quod cognitum est, Per euangelium.i.post meā prædicationem, Cuius factus sum,&c·quæ non mutantur. Per prędicationem asserit cognitum esse donum dei,quod deus dat gētibus iuxta operationem virtutis. Operatio virtutis eius est, quia suscitauit Iesum Christū à mortuis deuicta morte, in quo omnes salui facti sunt sine operationibus legis. Huius autem gratiæ magnitudinem,cum sua comparans paruitate repetit, Mihi,inquam, Omnium sanctorum minimo, humiliat se cum se minimū dicit, sciens humilitatem profectum habere. Non ergo de potestate minimum dicit,sed pro prioribus humilior est. Nam tantā gratiam sibi datam dicit, vt donum præteritis sæculis ignotum afferat sibi concessum manifestare gētibus. Mihi,inquā, Minimo data est hæc.i. tam magna, Gratia.s. In gen.i.inter gentes Euāgelizare inuestigabiles, vel, Inæstimabiles diuitias.i. multa dona Christi quæ prorsus intelligi, vel inuestigari nō possunt. Et illuminare, per prędicationem & miracula, quasi quadam declaratione Omnes credere volentes de hac re.s.vt intelligant, Quæ sit dispensatio sacramenti.i.q̄ mirabilis, & ex quanta dilectione sit facta adimpletio arcanæ redēptionis.hæc sunt diuitiæ inuestigabiles. Idem enim appellat sacramētum,quod suprà diuitias. Sed quare si inuestigabiles sunt illæ diuitię,quomodo Apostolus eas euangelizauit,nam inuestigabilis res est, quæ non potest cōprehendi. Ad quod dicitur, quia in sui natura inuestigabiles sunt:sed per gratiam & reuelationem sancti spiritus,inuestigabiles sunt fidelibus. Mysterii dico, Absconditi à sæculis.i.celati ab omnium sæculorum creaturis.& existentis In deo.i.in sola notitia dei. Qui omnia creauit, vt innotescat.q d.datum est mihi enāgelizare & illuminare.& videte quantum hoc est,quia per hoc aliquid accreuit angelis,qui multa secreta in his didicerunt. Et hoc est quod ait, Euāgelizare dico,ita Vt multiformis sapientia dei.de reparatione hominum Innotescat per ecclesiam, quæ do-

na

Ambrosi⁹ August Ambrosi. Aimo. Aimo.

ra dei recipit, id est per apostolos in ecclesia prædicantes. Principibus & potestatibus .i. diuersis ordinibus angelorum, qui sunt In cœlestibus .i. in cœlo, vbi & nos erimus. Aimo.
Dicit nanq; beatus Hieronymus angelicas dignitates supra memoratum mysterium, ad purum nō intellexisse, donec completa passio Christi, & apostolorū prædicatio per gentes dilatata. Vnde in Isaia, Angeli admirantes dixerunt, Quis est iste, qui venit de Edom? & in Psalmo, Quis est iste rex gloriæ? Non solum ergo patriarchis & prophetis, Sed principatibus & potestatibus in cœlestibus multiformis sapientia per ecclesiam, est reuelata. Quæ rectè dicta est multiformis, & in Greco multiuaria, scilicet nō solum varia, sed multa varietate distincta. Videam⁹ quomodo sit multiformis. Immensus est Christus, sed concipitur: vagit infans in presepio, sed ab angelis laudatur ī cœlo: Hærodes persequitur, sed magi adorant: ignorāt Pharisæi, sed stella demōstrat: baptizatur à seruo, sed vox tonantis patris auditur: timet pati, sed sponte ad passionem venit: vult transferri calicem, sed Petrum, qui calicem timebat, accusat. Quid hac veritate districtius? Multiformis ergo dicitur dei sapientia, quasi multiplex multas species & formas habens, quam principes & potestates per ecclesiam agnouerunt. Vel ita, Quę sit dispensatio sacramenti dei, hoc non mutatur. Sacramenti dico, Abscōditi à sæculis, nō in sæculis, sed In deo, qui omnia creauit. Habet enī deus in seipso abscon ditas quorundā factorū causas, quas rebus cōditis nō inseruit, eásq; implet: nō illo opere prouidentiæ quo natura substituit vt sint, sed eo quo illas administrat vbi voluerit, quas vt voluit condidit: ibi est & gratia per quam salui facti sunt peccatores. Nō enim per naturam vitio deprauatam, sed per dei gratiā restauratur. Propterea mysterium gratiæ absconditum dixit, non in mundo, in quo abscondite sunt rationales causæ omnium rerū: quæ naturaliter fiunt, sicut absconditus erat Leui in lumbis Abrahæ, quando decimatus est: sed in deo in quo abscōditę sunt causæ eorum, quæ per gratiā fiūt, siue corū quæ ad hæc significāda mirabiliter, nō naturaliter fiunt. Vt quod de osse viri dormiētis mulier facta est, & in locū costę nō costa, sed caro suppleta est. Nō habuit hoc prima

Hierony. Aimo. Hierony. Hierony. Augu. su. Genesim.

rerum

rerum cõditio, vt fœmina ex eo ſic fieret:ſed tantum hố
habuit, quia ſic fieri poſſet, ne contra cauſas quas volun.
te inſtituit, mutabili voluntate aliquid faceret. Ideóq, ab
ſconditum erat in deo, quod fieret. Sic cauſæ omniũ, qu
August. ad ipſius Chriſti aduentum prænunciandũ in rerum na
tura præter vſitatũ naturæ curſum, mirabiliter facta ſun
in deo, quæ adminiſtrãtibus angelis facta eſſe creduntur
Vnde ſubdit, Vt innoteſcat dico, abſconditi à ſæculis in
deo, ita tamen, Vt ſapientia dei innoteſcat, à ſæculis, ſcili.
cet, à principio ſæculorũ Principibus & poteſtatibus, quæ
ſunt In cœleſtibus. Non ſanè indiget deus nũtiis propter
inferiorem ſcientiam. ſ. vt hæc inferiora ab eis diſcat, qui
ſtabiliter & incommutabiliter nouit omnia. Habet autem
nuntios propter nos, & propter ipſos, quia eis bonum est
deo aſſiſtere, vt eũ de inferioribus conſulant, & iuſſis eius
obediant: non latuit eos myſterium regni cœlorum, quod
oportuno tempore reuelatum eſt pro ſalute noſtra, quo ex
hac peregrinatione liberati eorum cœtui coniungamur.
ſic ergo abſconditum fuit hoc à ſæculis in deo, vt tamen
Innoteſcat prĩncipatibus, & poteſtatibus in cœleſtibus, &
ſapiẽtia dei, quia ibi primitus eccleſia fuit: quo poſt reſur
rectionem, & iſta eccleſia congregãda eſt, vt ſimus equa-
les angelis dei. Illis ergo à ſæculis innotuit, quia omnis
creatura nõ ante ſæcula, ſed à ſæculis. Ab ipſa enim exor-
ta ſunt ſæcula, & ipſa à ſæculis, quia cum eis cœpit. Filius
verò ante ſæcula, per quẽ facta ſunt ſæcula. Vnde in per-
ſona Sapiẽtię, Ante ſæcula fundauit me. Additur. Per ec-
cleſiam multiformis, & eſt ordo verborum, Data eſt mihi,
gratia. ſ. Illuminare, omnes Per eccleſiam, id eſt in ecle-
ſia, de hac re, Quæ ſit diſpenſatio ſacramenti à ſæculis in
deo, quod omnia creauit. Abſcõditi dico, ita tamen Vt ſa-
pientia dei innoteſcat principibus, & poteſtatibus in cœle
ſtibus, quæ ſapientia eſt multiformis, nõ in ſui natura, ſed
Secundum prefinitionem ſæculorum. Quę enim in ſui na
tura ſimplex eſt ſecundum ea quæ aguntur in ſæculo, quę
deus prefiniuit. i. preordinauit, eſt multiformis, cũ varien
tur multiformiter. Et ne videãtur ſibi cõtradicere in præ
dictis ſententiis ſacræ paginæ doctores, ita poteſt deter-
minari quod dictũ eſt, vt illis, qui maioris dignitatis ſunt,
& pe

& per quorum mysterium illa nunciata sunt, cognita fuerint ex parte, vtpote familiaribus nũtiis: Illis vero qui minoris dignitatis sunt, incognita essent, Quam, præfinitionem Fecit deus, pater, id est præordinauit complendã In Christo, vel, Fecit. i. compleuit, In Christo, id est, domino nostro. i. per Christum. In quo, Christo, cum per eum pater impleuerit, Habemus fiduciam, contra tribulationes. Vel, Fiduciam, id est certitudinem futuræ hæreditatis, Et accessum, in re ipsa ad patrem. & hoc In cõfidentia, id est, merito cõfidentię habitæ Per fidem eius. [Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias glorię suę virtutem corroborari per spiritum eius, in interiori homine Christum habitare per fidẽ, in cordibus vestris in charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere, cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem, qui potens est omnia facere superabundãter quam petimus, aut intelligimus secundum virtutem, quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes sęculi sæculorum. Amẽ.] Propter quod, id est quia habetis accessum, & alia bona, quę suprà dicta sunt, Peto ne deficiatis, à fide & bona operatione, In tribulationibus meis, id est, propter tribulationes meas, quæ sunt Pro vobis, probãdis, Quæ est gloria vestra, si vos statis in eis, & non deficitis, Huius rei gratia. q. d. vos peto, vt nõ deficiatis, & ideo supplico deo patri, vt gratia cooperetũ vobis. & hoc est quod ait, Hui⁹ rei gratia. s. ne deficiatis à fide, Flecto genua mea &c. Attende quod dicẽs peto ne deficiatis, ostẽdit eos habere ꝓprię voluntatis arbitrium, sed ne illud sufficere putẽt, addit, Huius rei gr. fle. ge. mea. i. humilio sensum mentis meę. Vel exteriora corporis genua flecto, Ad patrem do. no. Iesu Chr. in Gręco habetur tãtũ Ad patrẽ. Quòd autem in latinis codicibus additum est, Domini nost. Iesu Chri. bene conuenit, quia orabat, vt merito eius obtineamus

Aimo. August. in ser. de ver. apo. Aimo. Aimo.

neamus, cui propriè & naturaliter est pater, nobis autē adoptiuè. Ex quo, deo patre Omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur.i. ex cuius dispositione sunt nobis patres,& in cœlis angeli nobis ꝓuidentes,& in terra prælati. Et nota quòd non ait, est Paternitas,sed Nominatur: quia nec homo,nec angelus verè est pater, vt deus qui est pater omniũ creatione,& fidelium recreatione,quos adoptauit in filios. Sicut enim deus,qui solus verè est,& solus verè bonus essentiæ, & bonitatis suæ nomen cæteris impartit: vt ipsa quoque esse,& bona dicantur, ita & ipse qui solus pater est omnium rerũ creatione, & fideliũ regeneratione,paternitatis nomen cæcis dedit. Vel nominatur, id est nominabilis est. Ab illo enim, qui est pater omniũ,

Aimo. & angeli in cœlo,& homines in terra acceperũt,vt patres aliorũ vocarētur, Et nota ꝙ ipse etiā Christus dei vnigenitus per naturā,adoptionis beneficio patrē se significat, dicēs, Fili dimittuntur tibi peccata tua. Et itē, Filioli mei adhuc mod.vo.sum. Similiter & spiritus sanctus per quem iusti adoptātur in filios. Homo autē dicitur pater, vel natura,vel authoritate exempli,vel ratione beneficij. Ad patrem igitur Christi flecto genua mea, Vt det vobis secundum diuitias glorię suæ.i.secũdum copiā maiestatis suæ, Virtutem.i.constantiam,id est det vobis, vt non deficiatis. Indè enim, id est ex virtute erit non deficere, scilicet, Det vobis Corroborari in interiori homine,id est det vobis virtutem , qua sitis roborati in interiori homine, qui ab hostibus non potest cōtingi. & hoc Per spiritum eius, id est per spiritum sanctum. & prius det Christũ per fidē habitare in cordibus vestris,quod ad hoc proficit vt securi de auxilio eius sitis, dum per fidem habitat in vobis,vt cum fidem habemus ipsum habere videamur. Fides enim

August.su per Ioan. in nobis,Christ⁹ est in nobis. Fides tua de Christo,Christus est in corde tuo. Nō sine causa cum dixerit,Det vobis virtutē,addit,& det,Christum habitare in vobis,Sunt enim aliquando fortes hęretici,in quibus Christus nō habitat. In charitate. Ordo verborum talis est, Oro etiam vt In charitate radicati, id est firmiter plantati,ad similitudinem arboris,quæ quanto plus terræ figitur, tāto plus trahit humorem & crescit, & vberius fructum reddit.

fun-

fundati, ad similitudinem domus, quia in eis spiritus sanctus habitat. Possitis comprehendere, id est, perfectè intelligere, Cum omnibus sanctis, id est, sicut omnes sancti. Hæc est communio diuinæ cœlestísque reipublicæ. hi nō sua quærunt, sed quæ Christi sunt, id est, non commoda priuata sectantur, sed in commune, vbi salus omnium est consultant, Quid possitis comprehendere? Quæ sit, id est quanta esse debet Latitudo, charitatis, quæ debet vsq; ad inimicos extendi, & cum hilaritate bene operari: quia qui tristis dat, perdit quod dat. Opus ergo est latitudine charitatis, ne pereat quicquid boni facis: sed quia abundante iniquitate refrigescit charitas, opus est longitudine. Vnde subdit, Et, quæ sit Longitudo, charitatis. Hæc est perseuerandi longanimitas, vbi quodammodo stando perseueratur. Vnde, Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Et, quæ sit Sublimitas, charitatis. Hæc est quæ sursum cor dirigit, vt deus in præmium expectetur. Nam si bene operaris etiam ad inimicos & hilariter tribuis, habes latitudinem: & si in his vsque in finem perseueras, habes longitudinem. Sed si omnia hæc non propter mercedem superiorem, vel supernam facis, altitudinem non habes: & illa iam nec latitudo erit, nec longitudo. Nam altitudinē habere, est cogitare deum, amare deum, & gratis amare ipsum adiutorem, ipsum conatorem: postremò ipsum præmium deputare, nō aliud ab ipso quàm ipsum expectare: si amas, gratis ama: si verè amas, ipse sit merces quem amas. Et, quid sit Profundum, charitatis, id est possitis intelligere occultum iudicium dei esse, quare isti dat, illi non. De profundo enim iudiciorum dei, quæ perscrutari contemplaríq; video, nequimus, procedit omne quod possumus. Quod possum video, vnde possum non video, nisi quia noui esse à deo: quare illi & non illi det, multū est à me: abyssus, & profundum est. Nunc ergo ipsa charitas in bonis operibus exercetur ad subueniēdum aliis, & vsque ad inimicos porrigitur: & hæc latitudo est. Nunc longaminitate aduersa tolerat: & in eo quod veraciter tenuit, perseuerat: & hęc lōgitudo est. Hoc autē totum propter adipiscēdā vitā ęternā, facit quę illi promittitur in excelso: & hæc altitudo est. Existit verò ex occulto ista charitas, & hoc est

Augu. de gra.not.

Augu. de verb.apo.

Augusti.

est profundũ. Profundũ enim est volũtas dei cui causæ nõ inuestigantur, cuius gratia sumus salui facti, non ex operibus iustitiæ quę fecimus nos, sed secundum eius misericordiam. Volũtariè quippe genuit nos verbo veritatis. & hæc volũtas est in abdito, cuius secreti profunditatẽ quodammodo Apostolus expascẽs clamat. O altitudo sapientię & scientiæ dei, hoc est profundum. Altitudo enim cõmune nomen est excelso, & profundo: sed cum in excelso dicitur sublimitatis eminentia commendatur: cum autem in profundo, difficultas inuestigationis, & cognitionis. Et sciendum, quia in his verbis figura, & mysterium crucis ostenditur. Qui enim, quia voluit mortuus est, quomodo voluit mortuus est. Non frustra igitur mortis tale genus elegit, in quo latitudinis huius, & lõgitudinis, & altitudinis, & profunditatis magister tibi existeret. Qui dixit, Tolle crucem tuã, & sequere me. Tollitur crux, cùm spiritu facta carnis mortificantur: quandiu autem eu[illegible]tur corpus peccati, quandiu exterior homo corrumpitur, vt interior remouet̃ de die in diẽ, tẽp⁹ est crucis. In cuius ergo potestate erat mori, vel nõ mori: & sic vel sic mori, nõ frustra crucem elegit, vbi te huic mũdo crucifigeret. Nã latitudo est in cruce transuersum lignũ, vbi figuntur manus, quod ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. Longitudo est in ea parte ligni, quæ ab ipso transuerso ad terram tendit, & ab ipso ligno vsq; ad terram cõspicua est: ibi corpus crucifigitur, & quodammodo stat, & ipsa statio perseuerantiam significat. Altitudo autem in illo ligno est, quod ab eodẽ transuerso sursum versus ad caput eminet per quod significatur superiorum expectatio. Profundum verò est in ea parte ligni, quæ non apparet, quæ fixa terrę occultatur, vnde illud surgit, quod profunditatem significat gratuitæ gratię, in qua multorum ingenia conteruntur, id vestigare conantia. Hæc ergo verba Apostoli: sic intelligere soleo, oro, vt possitis intelligere, quæ sit latitudo charitatis, longitudo, &c.i. quod sit mysterium crucis. Sacramẽto enim crucis, horum verborum intellectus coaptatur: vt sit sensus. Quę sit latitudo, in operibus charitatis, quæ extenditur vsque ad inimicos diligẽdos: sicut Christus fecit, qui orauit pro inimicis, quod osten-

Augu. ad Ianuariũ.

Augu. in ser. quodã

Augu. ad paulinum de vidẽdo deo.

ſtenſum in cruce ſua fuit,quę in latũ tenſa eſt à dextra in ſiniſtram,vbi manus fixæ per quas opera ſignãtur, quæ in hilaritate decet eſſe,& Quæ longitudo,charitatis.ſ. quod vſq; in finem durare debet. Vnde dicitur de Chriſto, Cũ dilexiſſet ſuos vſq; in finem dilexit illos,quod ſignificatũ eſt per longitudinem crucis, à ſurſum vſque deorſum. & Quæ ſublimitas,charitatis.i.quò tendat charitas.ſ. ad æternam beatitudinem,quæ notatur per partẽ crucis ſuperpoſitam,Et,quod Profundum,charitatis quod totum portat,vt pars crucis fixa in terra.ſ. in abſcondito, quod non videtur.i.miſericordia dei,quæ occulto dei iudicio prouenit,per quam charitas in nobis longa,lata eſt,ſ.& alta. Ex occulta enim dei volũtate vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ,alius ſic,alius autem ſic. Vel profundũ charitatis ſunt eccleſiaſtica ſacramenta quæ ſunt profunda,& inueſtigabilia,& ſunt fundamentum charitatis,ſine quibus non valet charitas. Intelligentes igitur per myſterium crucis mundo crucifigamur, extẽdentes manus in latitudine bonorum operum, & in longitudine vſq; in finẽ perſeuerantes,atq; habentes cor ſurſum, vbi Chriſtus eſt: totúmq; hoc non nobis,ſed illius miſericordię tribuentes, cuius profunda iudicia omnem ſcrutatorem fatigant. Scire.q.d. oro vt poſſitis Etiam ſcire, ex parte, vt imitemini Charitatẽ Chriſti,qua nos dilexit, quæ noſtram ſuperat. Supereminentem ſcientiæ humanæ.i.quæ ſupereminet,& excedit ſcientiam,quia plenè ſciri non poteſt,quãta charitate dilexerit. Vel ita,Scire charitatem Chriſti.i.quę habetur,cum ſcientia Chriſtus eſſe ſupereminẽs intelligitur, ſcilicet alij charitati. Charitas enim ſcientiæ.i.quæ habetur,cũ plena ſciẽtia Supereminet alij charitati, quia quãto melius intelligitur deus, tanto plus diligitur: ideo oro vos ſcire iſta, vt per has ſcientias Impleamini, bono,eundo In omnem plenitudinem dei,vt hîc virtutũ,poſteà beatitudinis habeatis plenitudinẽ. Hãc plenitudinẽ dei quidã in his verbis,ſic intellexerunt,vt putarãt nos hoc idem futuros quod deus eſt,dicẽtes,Si aliquid minus,q̃ deus habebimus,& minores erimus, quomodo implebimur in omnem plenitudinem dei? Sed quoniam implebimur, profectò erimus deo æquales. Deteſtandus eſt error iſte. Non

Augu. in eodem.

enim ſic implebuntur, vt ſint, & ipſi plenus deus, ſed vt perfecti ſint pleni deo. Vel ita, oro, Vt poſſitis cõprehendere quæ ſit latitudo, lõgitudo, & ſublimitas & ꝓfundum dei.i.immenſum, & inæſtimabilẽ cognoſcere deũ, omnia excedentẽ maieſtate virtutis ſuæ. Cũ autẽ hoc dicit ſignificat, quod ſicut in ſphæra tanta longitudo quanta latitudo, & tanta altitudo, quantũ & profundum: ita & in deo omnia æqualia ſunt immenſitate infinitatis, imò vnum & idem prorſus. Et eſt ſenſus, Quæ ſit latitudo, &c.i. & quæ ſit immenſitas dei omnia excedens & implens, non in eis clauſa, ſed omnia intra ſe habens, vt ſolus ineffabilis & infinitus habeatur. Scire, &c. poſt immenſitatem patris vult eos ſcire charitatẽ Chriſti eſſe ſuper ſcientiã hominum. & hoc, vt poſſitis etiã Scire charitatem Chriſti, eſſe Supereminentẽ ſcientiæ, humanę. Nemo.n.poteſt charitatis eius magnitudinẽ colligere.ſ.quod de⁹ factus eſt homo, quod iuſtus ꝓ impiis, dominus pro ſeruis, creator pro creatura morit &c.huiuſmodi: ideo volo vos ſcire iſta, Vt impleamini in oẽm ple.dei.i. vt confeſſione, & gratiarũ actione, ſicut patri: ita & filio honorẽ exhibeatis, vt ſit plena diuinitatis ꝓfeſſio in vobis, quia tunc nihil deeſt Chriſtiano, cũ patrem & filiũ, ſic cognoſcit: aliter nõ eſt integra *profeſſio* deitatis, quia fides, nec in ſolo patre integra *eſt*, nec in ſolo filio perfecta. Ei au.q.d.hoc oro vobis, ei autẽ ſit gloria, qui poteſt facere. & hoc eſt quod ait, Ei au. qui poteſt omnia fa.i.cõplere in vobis, Superabundanter, quam petimus, aut intell.i.pluſquã nos petere ſciamus, aut pręſumam⁹. Ideo dicit, Petimus, aut intelligimus, quia plus intelligimus quàm petamus poteſt hoc in nobis, dico, Secũdum virtutem quæ operatur in nob.i.ita poteſt hîc in vobis ſicut iã fecit in nobis apoſtolis, Ei, inquam, Ipſi.i.ſoli, nõ homini, qui nihil ex ſe poteſt, Sit gloria, ꝓ his quæ fecit In eccleſia, & in Chr. Ieſu.i. ꝓ his glorioſus appareat, non ſolũ in pręſenti, ſed etiã In omnes generationes ſęculi ſæculorũ. Vel ita lege literã, Ei autẽ qui poteſt omnia, iſta quæ peto Facere.i.cõplere. Potens eſt, dico, ſecũdum virtutẽ, quæ operatur in nobis, hoĩbus. Bona operatur, dico, Superabundãter quã petimus, aut intelligimus. Potẽs enim eſt deus, hæc facere ſecundũ virtutẽ quæ operatur, in qua

Margin notes: Ambroſi. (beside "perfecti ſint pleni deo"); Ambroſi. (beside "hoc, vt poſſitis"); Aimo. (beside "mam⁹. Ideo dicit")

in qua sunt quædã quę nemo peteret, vel intelligeret, vt. s. deus homo fieret, & ꝓ hominibus moreretur, & huiusmo di alia. Et, inquã, ipsi sit gloria in ecclesiis, & in Cristo Iesu, hoc nõ mutatur. Sit gloria, dico, In omnes generationes sæculi sæculorum. i. sæculi omnia cõtinentis. Amen.

CAPVT IIII.

OBsecro itaque vos ego vinctus in domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis. cũ omni humi litate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate. Solliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis, in vna spe vocationis vestræ. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.] Obsecro itaque. Hactenus ostendit omnia gratiæ dei tribuenda: hinc de moribus admonet, vsque ad finem. & prius cõ muniter omnes post per singulos ordines. q. d. quia deus potest omnia facere, vel vt ei sit à vobis gloria, Itaq; obsecro vos, ego Paulus vinctus, cui compatiẽdum est. Vinctus, dico, In domino, id est propter dominum, Vt ambuletis, de bono in melius proficiẽdo, Dignè vocatione, qua vocati estis. i. ita ambuletis, vt cõueniat meę prędicationi ambulatio vestra, ita. s. cum omni humilitate. i. interiori, & exteriori. Et cum mansuetudine, vt tractabiles sitis, & cum Patientia, aduersorum, Supportantes vos inuicem, si à fratre oritur molestia: vel alter alterius onera portate. & hoc non fictè, non pro terreno commodo, Sed in charitate. Ipsa est enim actio recti itineris, quæ oculos semper ad deum habet. Talis actio, nec frãgitur negotio, nec frigida est, nec turbulenta est: nec marcida, nec audax: nec fugax, nec præceps, nec iacens. Ita ergo ambulate, & sitis Solliciti. i. studiosi, cauti, attẽti, seruare, vt sacrosanctum. Vnitatem spiritus. i. vnitatem ecclesiasticam, quam facit spiritus sanctus, scilicet, vt vnum corpus sitis opere spiritus sancti. Vos, dico, degentes In vinculo pacis, id est pacem seruantes: quę dicitur vinculum, quia pax ista est nutrimentum spiritualis vnitatis. Hæc autem pax est, si bona nostra inuicem diligamus: si peccata quæ sine damno tritici, aut cum spe salutis corrigendorum eradicari non

Aimo. Augu. ad eudoxiũ.

possunt,vsq; ad messem vltimã toleram⁹: si etiã perfecti nis opera, quæ cũ fieri, & nõ fieri licet,ne infirmi scãdazẽtur, nõ facere dispensamus,& huiusmodi. Vnũ,quasi cat,debetis seruare vnitatem spiritus, ita vt sitis Vnũ corpus subueniendo proximo: Et vnus spiritus,cũ Deo idem volẽdo. Vel, Vnus spiritus,cum fratribus,cum quibus idem velle & idem nolle debetis. Vel ita,debetis seruare vnitatem spiritus , quia Vnum corpus esse debetis, multorum adunatione membrorum:potestis,quia vnus spiritus.s. habitat in vobis,quo vnum corpus efficimur. Vnum corpus enim efficimur propter societatem,quam facit spiritus sanctus,nõ sine patre & filio. Ecclesia vtique accepit hoc donum, vt in spiritu sancto fiat remissio peccatorum, quam remissionem, cum trinitas faciat,propriè tamen ad spiritũ sanctum intelligitur pertinere. Ipse est enim spiritus adoptionis filiorum,ipse patris & filij amor,& connexio. Ad ipsum ergo pertinet societas, qua efficimur vnum corpus vnici filij dei. Sicut enim vnum corpus hominis ex multis constat membris,& vegetat omnia membra vna anima,faciens in oculo vt videat,in aure vt audiat,& sic in cęteris: ita spiritus sanctus membra corporis Christi quod est ecclesia,continet & vegetat. Et sicut humani corporis mẽbrum precisum formam quidem qua cognoscitur,retinet, sed nequaquam spiritus sequitur,quo præter vnitatem viuat:sic quicunq; à prædictæ pacis vnitate diuisus est,sacramentum quidem tanquam formã retinet, sed spiritu præter vnitatem,non viuit. Frustra ergo foris de forma gloriatur,nisi intus spiritu vegetatur. Propter hanc societatẽ illi in quos primitus venit spiritus sanctus, linguis omniũ gentium sunt locuti,quia per linguas consocietas humani generis constat:& sic per linguas gẽtium figurabatur ista societas membrorum Christi futura in omnibus gẽtibus: vt quemadmodũ, tunc ille apparebat accepisse spiritũ sanctum,qui loquebatur linguis omnium gẽtium , ita tũc ille se cognoscat accepisse spiritum sanctũ,qui in vnitate ecclesiæ consistit,quæ linguis omniũ loquitur. Sicut voc.&c.q.d.ita debetis esse vnum corpus,Sicut vocati estis.addidit, scilicet, In vnam spem vocationis vestræ.i. ad vnam rem speratam,quę est effectus vocationis Vnus dominus.q.d. debet

Marginalia: Aimo. — Augu.de blas.s.s. — Augu.in ser de pẽtecoste. — Augu.de blas.s.s.

debetis seruare vnitatẽ, quia vobis vnus dominus nõ tres pro quorum diuersis voluntatibus vos oporteat discordare, Et vna fides, de deo recole quia fides dicitur, & id qđ creditur, & id quo creditur. Si ergo fides hîc accipitur ꝑ eo quod creditur, hîc est sensus, Vna est fides, id est idẽ iubemini credere, & eodem modo operari, quia vnũ & idem est, quod creditur à cunctis fidelibus: vnde fides catholica dicitur vniuersalis. Vel accipitur hîc fides, qua creditur. Aliud enim sunt ea quæ creduntur, aliud fides, qua creditur. Illa quippe in rebus sunt, quæ vel esse, vel fuisse, vel futura esse creduntur: hęc autem in animo credentis ei tantum conspicua cuius est, quanuis sit, & in aliis, nõ ipsa, sed similis. Vna est ergo fides, non numero sed genere, quia similis in omnibus: quemadmodum duorum idem volentium dicitur volũtas vna, & duorum simillimorum facies vna. Et vnum baptisma, id est æquale à quocunque detur, nec potest iterari. & vobis est Vnus deus. i. creator Omnium & pater, procurando & gubernando: & ideo nemo potest se alteri præferre, quia vnum habemus creatorẽ, & recreatorem. Qui deus, est Super omnes creaturas. i. præcedit omnes creaturas. q. d. cuius dignitas vos inuitat. Et per omnia, diffusus, quia vbiq; est: & ideo timendus, cum nusq̃ possit euitari. Et in omnibus nobis, per gratiam, qui vnitatẽ seruamus, Et nota nõ singulariter de aliqua persona, sed cõmuniter de omnibus. i. de trinitate hæc accipi, iuxta illã quæ præcessit expositionem. Vel potest hoc legi, ita vt fiat distinctio personarũ. Qui, &c. q. d. vnus est deus & pater, cum sint tãtum tres personę, pater, & filius, & spiritus sanctus. & hoc est, Qui. s. pater est Super omnes, quia nulli debet quod est, & omnes creaturas excellit, Et, filius est Per omnia, per quem reparatorem omnia opera nostra sunt, & per ipsum omnia facta, Et, spiritus sanctus est In omnibus nobis, fidelibus per gratiam, & in omnibus creaturis per essentiã. Vnde, Spiritus domini repleuit orbem terrarum. [Vnicuiq; autem nostrũ data est gratia secundum mensurã donationis Christi. Propter quod dicit, Ascendens in altum captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hoibus. Quod autẽ ascendit quid est, nisi quia & descẽdit primum in inferiores partes terrę? Qui descendit, ipse est

Augu. in lib. de tri.

Aimo.

& qui aſcēdit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia.] Vnicuiq; au. Monuit ſeruare vnitatē, qua omnes dicimus vnum corpus, & ne vnitas tollat ſubiectionē, ſubdit diuerſa eſſe dona in hominibus, quod nō eſt cōtrarium prædictæ vnitati. Quod eñ diuerſa dona ſunt in hominibus nō ſicut vnitati, ſed facit quaſi vnum corpus eſſe debemus. Vnic. au. noſt. diuerſa Data eſt gr. i. gratuitū donum, Secundū menſ. don. Chri. i. ſecundum, quod dator Chriſtus menſurat: alij hoc, alij illud. Chriſtus, cui ad menſurā non dedit deus, quia gratia plenus eſt, ad menſurā, dat hoībus. Menſura eſt diuiſio quædā diuinorū. Aliud enim habet ille, aliud iſte: & qđ habet iſte, nō habet ille. Propter quod. ſ. ad probandū ꝙ Chriſtus homo, dat diuerſa dona, Dicit ſpiritus ſanctus, in Pſal. Aſcen. q. d. Verè Chriſtus ſecundum hominē, dat dona. Nam propheta dicit, quod Chriſtus aſcēdens in altū loco, & dignitate, Captiuā du. capt. i. eos quos diabolus captiuauerat à paradiſo, & ꝓprios mūdi, & inferni fecerat: iterum captiuos fecit Chriſtus, dum ad cœlum reducuntur. Ipſos itaq; homines appellauit captiuitatem, quia captiui tenebantur ſub diabolo: ſicut militia cū dicitur, intelliguntur, qui militant. Eandem captiuitatē à Chriſto captiuā dicit, vt ſit captiuitas fœlix. Poſſunt enī homines ad bonū capi. Vnde Petro dictū eſt, Ex hoc iam eris homines capiens. Captiuati ergo dicuntur, quia capti: & capti, quia ſubiugati, ſub leue iugū miſſi, liberati à peccato, ſerui facti iuſtitiæ. Et dedit hominibus, rationalibus, Dona. i. ſpiritum ſanctū. Notiſſimum eſt dominum Ieſum, cū poſt reſurrectionem aſcendiſſet in cœlum, dediſſe ſpiritum ſanctū, quo impleti credētes loquebantur omnibus linguis. In Pſal. tamen ita legitur, Accepiſti dona in hominibus. Sic enim plures codices habēt, & maxime Græci, & ex Hebræo, ſic interpretatū habemus. Dona autem dixit Apoſt. ſicut ꝓpheta, nō donum. ſed cū propheta dixerit, accepiſti in hoībus: Pau. apoſtolica authoritate maluit dicere, Dedit hoībus, vt ex vtroq; verbo vno ꝓphetico, altero apoſtolico, quia in vtroq; eſt diuini ſermonis authoritas, ſenſus pleniſſimus redderet. Vtrunq; enim verū eſt, & quia dedit hoībus, & quia accepit in hominibus, dedit hoībus tanꝗ caput mēbris ſuis: accepit in homi-

Ambroſi.

Auguſt. in pſal. 77.

Auguſt. in lib. 15. de trini.

Auguſti.

hominibus idem ipſe vtiq; in mẽbris ſuis. Ipſe ergo Chriſtus,& dedit de cœlo,& accepit in terra. dedit, quia deus cum patre,ſecundũ,quod ait : accepit, quia ipſe in ſuis eſt in eccleſia,in qua accipit.hoc eſt in hoĩbus accipere. Nec moueat,quod ait dona,nõ donum,cui etiã cõcordat propheta,ꝓculdubio ſpiritus ſanctus donũ dei eſt:de quo dominus ait Samaritanę,Si ſcires donũ dei &c.Sed ideo pluraliter dona ambo dixerunt, quia per donũ quod eſt ſpiritusſan.multa dona quæ quibuſq; ſint propria,diuiduntur. Non enim ſinguli quiq; habẽt omnia, ſed hi illa, alij alia, quãuis ipſum donũ à quo vnicuiq; ꝓpria diuidẽtur,idem habet.i.ſpiritúſan. Vnde alibi. Omnia hæc,inquit,operatũ vnus,&idem ſpũs diui.ſin.prout vult,vt vna anima in omnibus mẽbris agit oĩa. Quod au. ꝓſequitur ſuperiorẽ ꝓbationẽ.ſ.quod Chriſtus ſecundũ hominẽ dat,quia propheta dicit,quod aſcendẽs dedit. Dixit ꝓpheta aſcendẽs,Sed quid eſt,hoc quod Aſcen.i.quod aſcendiſſe dicitur, Niſi quia & primũ deſcẽdit,reſpectu cuius dixit aſcendit. Deſcendit dico,In infe.part.ter.i.ad inferos,cuius probatio præmiſſa,quia duxit captiuitatem quã indè traxit. Ex ſententia enim tenebantur apud inferos,quæ ſententia ſaluatorem tenere nõ potuit,quia ſine peccato fuit. Et eſt ordo probationis talis,Propheta dicit quod aſcendens dedit,& aſcendere dixit reſpectu deſcenſionis , & ita innuit quod & deſcendẽs dedit. Et cõſtat,quod ſecundũ humanitatem Chriſtus deſcendit & aſcẽdit, ergo ſecũdum humanitatẽ dedit. Secundũ deitatẽ,qui vbique eſt, non aſcendit loco, nec deſcendit,ſed ſecundum animã ad inferos deſcendit: ſecundum corpus & animam ad cœlos aſcendit , & ita ſecundũ humanitatẽ dedit. Caue quomodo intelligas Chriſtum ſecundũ humanitatem dediſſe, ne ſit contrariũ prædictæ authoritati, vbi dicitur, quia ſecundum quod deus, dat. Ita ergo diſtingue, Dat Chriſtus ſecundũ humanitatẽ.i.homo ipſe Chriſtus dat:nõ tamen ex eo, quia homo, ſed quia deus Qui aſcendit.q.d. & quia ita innuunt verba ꝓphetæ:ergo ipſe qui deſcẽdit,eſt & qui aſcendit.i. idem eſt, qui deſcendit ad inferos, & qui aſcendit ſuper omnes cœlos. Vel ita ab illo loco. Quod autem.q. d. Chriſtus aſcendens,quod eſt ſecundũ humanitatem, dedit dona.ſed

[Margin: Aimo. Ambroſi. Aimo.]

Quid est quod, humanitas Ascendit.i.quomodo humanitas ascendere poterat? Nisi quia, & deitas, Primũ descẽdit in partes terræ, quæ sunt Inferiores, aere, vt humanæ naturæ vniretur. Descendit quidem diuinitas nõ localiter, sed per exinanitionẽ: & quia dixerat hũanitas ascendit, & deitas descendit, ne ideo viderentur duo: subdit, Qui descendit.i.deus: & qui ascẽdit Super omnes cœlos.i.homo, Ipse Christus est.i.vna & eadem persona est. Vnde dominus,

Aimo.osi. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui. d.d.&c. Ascendit, dico, Vt adimpleret omnia, quæ de se in lege, & prophetis erant prædicta. Vel implent omnia donis suis, & ita impleuit omnia. [Et ipse dedit, quosdã quidẽ apostolos, quosdam autem prophetas: alios verò euãgelistas, alios autem pastores, & doctores ad cõsummationem sanctorum in opus ministerij, in ędificationẽ corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei in virum perfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi, vt iam nõ simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circunuentionem erroris.] Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, scilicet, vicarios prædicationis suę, Quosdam prophetas, qui de futuris prophetarũt, vel potius scri-

Ambrosi. pturarum interpretes. In nouo enim testamento prophetæ dicuntur explanatores scripturarum, tamen fuerunt quidam primordio fidei futura prædicentes, sicut Agabus septémque filiæ Philippi. Alios verò euangelistas, vt

Aimo. fuerunt Marcus, & Lucas, & septem diaconi sub apostolis. Euãgelistæ enim diaconi sunt, quia & si nõ sint sacer-

Aimo. dotes, tamen euangelizare possunt. Alios autem pastores,

Aimo. & deteriores: vt episcopos, qui verbo etiã & exẽplo doce-

Augu.ad paulinam re debent. & ideo cõiunxit: quos tanq̃ vnum aliquid duobus nominibus complexus est, vt intelligerent pastores ad officium suum pertinere doctrinam. Pastor enim non est, nisi habeat doctrinam, qua pascat gregem. Ecce quomodo alij plus, alij minus dedit. Hominibus dat ad mensuram: ipse verò non ad mensuram accipit. Hos autem omnes dedit in opus ministerij, scilicet, vt quisque posset plenè facere opus ministrationis sibi creditæ. Si eñ vnus omnia non perfectè ageret singula, & hoc ministerium erat

erat necessarium ad cōsummationem Sanctorum.i. vt cō-summent qui iam sancti sunt.& in ædificationem Corporis Christi.i. vt ædificent eos in corpus Christi,qui adhuc alieni sunt. Donec omnes,&c.q.d.tam diu durabit ista prę latio & ordinatio,donec in die iudicij nos Omnes,qui sumus In vnitate fidei.i.in vna, & non discrepanti fide Et vnitate agnitionis filij dei.i.in vna &non differenti agnitione filij dei. Vel, In vnitate agnitionis filij dei.i. virtutibus quibus agnoscitur filius dei esse in nobis, vel quibus agnoscemus eum in futuro, Donec, inquam, nos Omnes occurramus, nobis inuicem de diuersis partibus mūdi, vel ipsi capiti Christo. q. d. desiderio currentes ad gaudium. Et donec idem fiat,durabit prælatio,non post: & ideò nō est grauiter ferenda. Nos dico, proficientes & crescentes In virum perfectum & in mensuram plenitudinis Christi, id est,vestram,crescentes, vt vnusquisque sit perfectus vir. Omnes autem dicit prouehendos in virum non sexu, sed perfectione virtutis. Hi enim paruuli sunt viribus corporis & animi. Et sit vnusquisque habens Aetatem,eandem, in qua ætate Christus plenitudinem annorum & corporis habuit, in qua de hoc mundo exiuit: quæ est mensura & meta ætatis, vltra quam nec accrescit naturaliter aliquid homini. Omnes enim in eadē ætate resurgent in qua Christus mortuus est, & resurrexit, cuiuscunque ætatis mortui fuerint. Et nomine viri comprehenduntur mulieres, cum ait, In virum perfectum. Et quia in eadem ætate omnes resurgent qua Christus mortuus est: ideò conuenienter non ait In mensuram, corporis staturæ, sed ætatis, quia vnusquisque recipiet suam mensuram corporis, vel quam habuit in iuuentute etiam si senex obiit, vel habuit, vel fuerat habiturus, si ante fuerat mortuus. Aetas verò erit illa ad quam peruenit ipse Christ⁹.i.iuuenis,vt circa.xxx.annos. Non est autem fas dicere quod in resurrectione accedat corpori magnitudo quam non habuit, nec maiora corpora redigenda sunt ad modum dominici corporis. Periret enim multum de illis corporibus cum nec periturus sit capillus: sicut dominus ait, Nec capillus de capite vestro peribit. Nihil enim detractum quolibet modò de corpore humano periturū est, ita enim modificabitur illa in vno-

Aimo.

Augu.de ciuit. dei.

August. in enchi.

quoque corpore materies, vt aliquid ex ea non pereat: & quod alicui defuerit, ille suppleat qui de nihilo fecit quod voluit: & si quid in parte aliqua enormiter abundauit, per totum spergetur. Indecorũ quippè ibi nihil erit, sed quicquid futurum erit, hoc decebit. Resurgent sanctorũ igitur corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate. neque illa terrena materies, quæ discedente anima fit cadauer, ita resurrectione reparabitur, vt ea quæ dilabũtur, quanuis ad corpus redeant vnde dilapsa sunt, ad easdem quoq; corporis partes vbi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin capillis & vnguibus immodata & indecens magnitudo redderetur. Vel ita potest intelligi, Virum perfectum appellat Christum cum omni corpore suo, quod non erit perfectũ quousque omnes electi compleantur. Completo autem numero electorum fiet, quod hîc dicitur, Donec occurramus, capiti Christo In virum perfectum. i. ita quod nos omnes. s. caput, & membra simus vnus perfectus vir cui nihil desit, & nihil plus addendum sit: ideò perfectus, quia tunc proficiemus In mensuram ætatis plenitudinis Christi. i. quia erit mensura & meta ætatis. meta, vt nihil prius addatur numero vel viribus: mensura, quia tunc erit plenius Christus omnes habẽs quomodo per singulos omnes scit, & omnes in eo erunt immortales, & beati cum eo, & tunc non erit necessaria prælatio. Sed vsque ad illud tempus hos prædictos ministros dedit: ad hoc vtique, Vt iam, sicut olim, Non simus paruuli, sensu: & Fluctuantes, id est, titubantes vestra debilitate, & non Circunferamur, alio vrgente Omni vento doctrinæ, id est, praua doctrina. Doctrina prauorum est quasi ventus & tempestas. Doctrinæ dico, factæ In nequitia hominum, pro qua creati sunt. Et factæ In astutia, id est, per homines malignos in se, & ad supplicum deceptionem astutos, quorum doctrina fit ad circũuentionem erroris, vt sub prætextu veritatis magis decipiat trahens ad errorem.] Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis facit, in ædificationem sui in charitate. Hoc igitur

Ambro.

tur dico & testificor in domino, vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectũ, alienati à vita dei per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorũ, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis sicut est veritas in Iesu. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris.] Veritatem autem, quasi dicat non tales simus, sed potius facientes actu, Veritatẽ, id est, bona secundum doctrinam. & hoc In charitate, id est, non fictè, vel ex timore. Crescamus, assertione fidei, per omnia, id est, in omni spirituali dono. & hoc In illo, id est, illo operante, Qui est caput nostrum, id est, nobis præuidens, Et Christus, id est, regere potens. Christus enim dicitur vnctus, & in veteri testamento reges vngebantur. Dico, in illo, & benè. Ex quo. i. per quem, Totũ corpus, id est, ecclesia, est Compactum, per fidem, Et connexum, vinculo charitatis. Vnde subdit, Per omnem iuncturam, quasi dicat compactum est & connexum. & hoc Per omnem iuncturam subministrationis, id est, per fidem & charitatem quæ coniungant & faciant sibi inuicem mẽbra ministrare. Subministrationis dico, exhibitæ, non solum voluntate, sed etiam Secundum operationem, factæ, In, id est, iuxta Mensuram vniuscuiusque membri, scilicet, quod vnumquodque membrum potest operari per gratiam sibi datam. Et verè, per Christum corpus est compactum & connexum: quia ipse Facit augmentum corporis, id est, augmentat illos qui iam sunt corpus. Ipse dico, tantum dominus In ædificationem sui, quia illos qui non sunt corpus, ædificat in suam ciuitatem vel societatem. & hoc totum facit In charitate, id est, ex dilectione. quo peracto erit mensura ætatis. Hoc. Hîc admonet Ephesios, vt caueant sibi à consuetudine antiquæ gentilitatis, quasi dicat, quia deus tot auxilia dedit ad custodiam vnitatis, & quia crescere potestis & ei occurretis, ergo Dico, non obsecro vt superius, sed dico, Et testificor in domino, id est, præcipio sub testimonio domini.

Hoc

Hoc.ſ. Vt iam.ſ. à tempore fidei, Non ambuletis.i.viuatis, Sicut gẽtes ambulant, quæ.ſ.ambulant In vnitate ſenſus ſui, quia tranſitoria amant: quæ ſenſualitas ſuggerit Habentes intellectum, naturalem Obſcuratũ à tenebris.i. non parum obſcurum. & ideò minus mirum eſt ſi in vnitate ambulant, quàm de vobis qui eſtis illuminati, & ſpiritum vitæ habetis. Omnis qui intelligit quadam luce interiore, illuſtratur. Eſt ergo quædam lux intus, quam nõ habent qui non intelligunt. Gentiles, dico, Alienati à fide dei.i. ſine ſpe immortalitatis. Vel à vita dei.i.& à deo qui eſt animæ vita, quia deus deſerit eos. Duæ quippè ſunt vitæ, vna corporis, altera animæ: & ſicut vita corporis eſt anima, ſic animæ vita eſt deus: & quomodo ſi anima deſerat, moritur corpus: ſic anima moritur ſi deſerat deus. Anima recedens à luce iuſtitiæ quanto magis quærit quid inueniat contra iuſtitiam, tanto plus repellitur à lumine veritatis, & in tenebroſa demergitur, Alienati dico, Per ignorantiam. i. quia ignorant vitam dei, quæ ignorantia eſt permanens In illis, propter cæcitatem vel duritiã cordis ipſorum, quia prædicationi oculos cordis clauſerunt, qui etiam pro ſua turpitudine deſperantes de futura vita. Vel, Indolorij, alia litera quæ ex græco trahitur.i.ex peccato nõ dolentes ſemetipſos tradiderunt per voluntatẽ ad malitiam liberam. Impudicitiæ.i. fornicationi. & deinde tradiderunt ſe In operationem immunditiæ omnis, vt nihil omnino quod immũdum ſit, prætermiſerunt. & hoc In auaritia.i.vehementi & inſatiabili deſiderio, quia nũquam luxuriando ſatiantur, quorum voluptas termino caret, vt etiam vltra conceſſos nuptiarum fines turpitudinem operentur. Vel ſicut alij dicunt, Et auaritiæ, vel, In auaritia, & accipitur per ſe de alio vitio: vt ſit ſenſus, Tradiderunt ſemetipſos, in operationem Omnis immunditiæ, & tradiderunt ſe Auaritiæ. Vel ita, Ipſi dico degentes In auaritia. Vos autem.q.d. gentes ita ambulant, Vos autem non didiciſtis Chriſtum ita eſſe, imitandum: ſed Tamen illũ audiſtis.i. eius prædicationem intellexiſtis, vel eum interius loquentem audiſtis. Et in illo docti eſtis.i. ſi illum ita audiſtis quod in illo veritatem edocti eſtis vel ſitis, ſicut veritas eſt in Ieſu. Hoc ideò dicit, quia ſunt quidam in eccleſia

[Margin notes: Auguſt. in pſal. 61. — Auguſt. in lib. ſenté. — Ambro. — Ambroſi.]

clesia qui sub nomine Chirsti non sequũtur veritatẽ Christi quam docuit. s. Hanc deponere. i. vt deponatis Vos, &c. Vel secundum aliam literã.q.d. hæc est veritas quam docuit vt deponatis vos.& ideò Deponite vos,non secundum substantiam corporis vel animæ, sed Secundum pristinam cõuersationem.s. deponite Veterem hominem qui corrumpitur,& si delectetur. Corrumpitur,dico,Secundũ desideria, non solum secundum opera.& ideò deponite etiam desideria quæ sunt Erroris.i.ab errore veniunt, vel ad errorem ducunt. Nonnulli putant quod vetus homo corpus sit,& nouus anima. sed corpus, exterior homo est: anima,interior:& interiori agitur hęc nouitas & vetustas. Cum ergo dicit, Deponite vos,&c. Non hoc iubet vt corpus deponatur, sed vt vita in melius commutetur. Homo itaque si vitia pristina sequitur, vetus dicitur: si ante in nouitate vitæ ambulat alienus à sæculi errore, nouus dicitur; eo igitur qui corrumpitur, veterescit. Idęò ait, deponite Veterem hominem.i. vetustatem, quia hoc interior fit vetus & corrumpitur. Vnde addit, quia & si delectetur, tamẽ corrumpitur secundum interiorem.per Desideria erroris, hæc est vetustas. Hanc igitur vetustatem quatenus vobis datur deponite. [Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundum deũ creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem vnusquisq; cũ proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occîdat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo.] Renouamini autem, quotidie Spiritu mentis vestræ.i. per spiritum sanctũ qui ducit ad rationem. Vel, Per spiritum.i. Mente vestra.i. in mente spirituali. Vel, Per spiritum mentis vestræ.i. spiritu qui est mẽs, vel ratio, vel intelligentia, vel si quo alio vocabulo commodius appellatur. Imago dei est qua præest homo cæteris animalibus, quæ creata in agnitione dei, postquam peccato desipuit in eadem renouatur, vt incipiat illa imago ab illo reformari, à quo formata est. Non enim reformare seipsam potest, sicut potuit deformare: quæ in ipsa agnitione dei creata est antequam delicto veterascet, sed post lapsum peccati in eadem reformatur. Satis ergo ostenditur

Ambrosi.

Ambrosi.

Aimo.

Augu. sup Genesim.

Augu. de ciuit. dei.

ostenditur vbi homo sit creatus ad imaginem dei.s. nō in corporis liniamentis, sed forma quadam intelligibili mē-
Augu. trinit. detis illuminatæ. Cum ergo dicit, Spiritu mentis vestrę, non ibi duas res intelligi voluit, quasi aliud sit mens, aliud spiritus mentis, sed qui mens spiritus est. Simile dictum est in expoliatione corporis carnis.i. carnis quæ corpus est. Et
Aimo. induite, opere Nouum hominem.i. assumite similitudinē noui hominis. i. Christi. de quo alibi, Induimini Iesum
Ambrosi. Christum. Quo verè induitur quicunque mentis informatione ei conformatur. Christo enim induitur qui per fidē in Christo renascitur, vitæ æmulus quam tradidit Christ⁹, Qui, nouus homo.s. Christus, Est creatus secundum deū, id est non humana natura, sed dei potentia. Conceptus e-
Aimo. nim in vtero virginali opere spiritus sancti de semine mulieris, sine semine viri, hoc nouum fuit. Vnde Hieremias, Nouum faciet dominus super terram, mulier circundabit virum gremio vteri sui. Creatus est, dico, In iustitia.s. in
Aimo. communi operatione, Et sanctitate, perfecta, Veritatis, vt hypocrisis: sed quia iustus est, communiter omnibus bona præstanda. Et verè sanctus vt sit etiam ipsa sanctitas, sicut iustitia & veritas. Vel ita, Qui secundum deum.q.d. Renouamini spiritu, qui spiritus, Creatus est secundum deū, id est, ad imaginem dei. In iustitia.s. Et veritatis, sed peccando iustitiam & sanctitatem veritatis amisit. Propter quod, hæc imago deformis & decolor facta est, sed formā recipit cum formatur & renouatur. Propter quod, exequitur per partes veteris & noui hominis. Propter quod, quia scilicet vetus homo deponendus & nouus induendus, vos
Augu st. Deponentes mendacium, quod est pars vetustatis, Loquimini veritatem, quæ est pars nouitatis, Vnusquisque cum proximo suo.i. cum quouis homine, etiam cum gentili vel Iudæo: quia omnis homo proximus conditione primę natiuitatis, vel spe conuersionis. omnis homo antequàm sit Christianus, debet putari proximus. Si enim nosti qualis sit futurus apud deum, fortè qui modò Iudæus est, vel paganus, vel hæreticus, per misericordiam dei ita conuertetur ad deum, vt inter sanctos recumbat. Quoniam sumus, &c.q. d. decet loqui veritatem, Quoniam sumus membra, alter alterius Inuicem, subseruiendo. Deinde multas vete-

ris

ris hominis à quibus dehortatur, & econtrario multas noui ad quas hortatur, partes euumerat, dicens, Irascimini & nolite peccare, quasi dicat inuitus tolero quod vitari non potest. s. de ira ne veniatis ad actum peccandi. Si ergo surgit motus animi qui iam propter pœnam peccati non est in potestate nostra, saltem ei non cõsentiat ratio. Permittit quidẽ Apostolus irasci, quod est humana tentatio, sed prohibet iram ad effectum deducere. Vel ita, Irascimini, contra peccantes, quod est naturalis motus animi qui solet ad profectum pertinere delinquentium: ideò irascendum esse dicit, ostendens hanc iram esse bonam, sed monet ne modum excedendo peccent, subdens, Nolite peccare, asperius arguendo & onerando peccantem. Vnde Salomon, Noli nimis iustus esse, quia est qui perit in iustitia sua. Tẽperãda est ergo iustitia vt imitemur deum qui suffert iniquos, vt aliqui ex eis corrigantur. & Sol non occîdat super iracundiam vestram. i. ipsa ira non duret ad occasum solis. Intelligitur quidem simpliciter & secundum tempus, quia si ex ipsa infirmitate, quam portamus, subrepit ira Christiano, non debet diu teneri & fieri pridiana: eiicienda est de corde antequàm occîdat lux ista inuisibilis. Vult ergo Apostolus vt ira nõ duret, quia si durat, datur occasio diabolo. Iratus enim malè cogitat, & sic diabolus se inserit vt mala peragat. Vnde subdit, Nolite loc: Vel ita melius, Sol. i. splendor rationis: vel, Christus, Non occîdat super iracundiam vestram. i. non per iram, quasi per montem interpositum obscuretur vobis. Noster sol iustitiæ & veritatis Christus est, cuius veritate anima illustratur cum in homine habitat per fidem. ideò ait, Sol nõ occîdat super iracundiam vestram. i. cauete ne Christus, qui est sol iustitiæ, per iracundiam mentem vestram deserat, qui cum ira nunquam habitat. & si quis etiam vos irritat, quod est tentatio diaboli, Nolite locum dare diabolo, perseuerãdo in ira. Vel ita, vt & de bona ira intelligatur. Irascimini, vobismetipsis de præteritis peccatis quod est pœnitentiæ, Et nolite peccare. i. vlterius peccare desinite, quasi dicat volo vos irasci vt non peccetis. vt autem non peccetis, quibus habetis irasci, nisi vobis? Quid est enim homo pœnitens, nisi homo sibi vt accipiat veniam, de seipso exigit

Aimo.

Ambrosi.

August.

exigit

exigit pœnam?& est sensus, Irascimini & nolite peccare indignamini vobisipsis tanta vehementia vt peccare desistatis, quia super hanc iram non occîdit sol iustitiæ, sed potius illi irradiat. Vnde subdit, Sol non occîdat super iracundiam vestram. i. sol non occîdet super iracundiam vestram. & Nolite locum, etiam intrandi ad vos, Dare diabolo, per malam cupiditatem, vel timorē. Duæ enim sunt portę per quas diabolus intrat. s. cupiditas, & timor. Si cupis aliquid terrenum, hac intrat diabolus: Si times aliquid terrenum, & hac intrat. eisdem in cōtrario versis, deus intrat. Si enim cupis regnum cœlorum, & times ignem gehennæ, aperis valuas Christo, & intrat Christus. Illi ergo sunt claudendæ, isti aperiendæ. [Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum *dei, in* quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in *Christo donauit* vobis.] Qui furabatur, quod item pars *est veteris* hominis, Iam non furetur. i. non aliquo dolo *quid* auferat. Magis autem laboret, vnusquisque, Operando, non solum per seruos, sed etiam Manibus suis. Operando dico, non praua opera lucri, sed Quod bonum est vt habeat, nō tantum vnde iuuet, sed etiam Vnde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus non procedat de ore vestro, & si fuerit corde conceptus. In dei nanque seruo omnia bona debent videri, nec ex aliqua parte puritas eius debet maculari. Sed si quis, q. d. malus sermo non debet procedere de ore, sed nec etiam sermo bonus inutiliter dicendus est. & hoc est quod ait, Sed si quis, sermo, Bonus est, valens Ad ædificationem fidei, ita optimè & circunscriptè procedat Vt det gratiam. i. vt sit gratus audientibus. Et nolite cōtristare, per inobediētiā, Spiritū sanctū dei. i. prędicatorem veritatis, quod est spiritum sanctum contristare quantum ad vos. Nam spiritus sancti substantia qua est quicquid

August. in psal. 161.

quicquid ipſe eſt, non poteſt contriſtari cum ipſa æterna & incommutabilis beatitudo: ſed quodam locutionis tropo vſus eſt Apoſtolus, quo ea quæ non accidunt deo tanquam illi accidant, loquimur, figurantes eum facere vt nobis accidant. Non ergo tenendum eſt aliquid tale accidere ſpiritui ſancto, qui in ſe immutabilis eſt: ſed in ſanctis habitat, vt eos impleat charitate, qua facit eos gaudere de profectibus aliorum, & contriſtari de lapſibus vel peccatis eorum, de quorum fide & pietate gaudebant: quæ triſtitia laudabilis, quia venit ex charitate, quam infundit ſpiritus ſanctus. & ideò dicitur contriſtari, quia hoc facit in ſuis, cuius dono tam boni ſunt vt eos mœſtificent mali: & hi maximè quos bonos fuiſſe vel nouerunt, vel crediderunt. Hoc locutionis modo dicitur deus ſcire, quando nos ſcire facit, & quieſcere ab operibus, quæ valde fecerat bona, quia nos facit requieſcere cum bona fecerimus. Vel ita, Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum dei. i. à vobis per mala opera fugare. Cum benè agimus gaudet in nobis ſpiritus ſanctus, datus nobis, videns monita ſua proficere vtilitatibus noſtris. Gaudet ergo. i. habitator manet in nobis, ſi de eo proficimus. Aliter triſtatur. i. deſerit nos. Non enim ſic triſtatur vt patiatur, cum impaſſibilis ſit: ſed triſtari dicitur, quia à nobis recedit. Sicut contriſtatur homo cum de propria domo expellitur quam ſibi ædificauit, ita ſpiritus ſanctus contriſtari dicitur cum de homine quem ſibi mundauit in baptiſmo, per praua opera eiicitur. In quo, quaſi dicat. Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum, quod nõ debetis, quia ipſe eſt In quo. q. cuius gratia vos, Eſtis ſignati, quaſi dicat cera in ſigillo eius imagine vobis relicta, id eſt, forma nouitatis impreſſa vobis. Vel, Eſtis ſignati, id eſt, diſcreti à malis. & hoc In die redemptionis, id eſt, baptiſmi. Omnis, etiam, Amaritudo, in dictis vel in factis mordacibus. Et ita. i. ſubitus furor. Et indignatio, quæ eſt ſi minor ſublimatur: hæc de ira venit. Et clamor. i. contẽtio, quæ venit de indignatione, & eſt vox quaſi inſani. Et blaſphemia, quæ fit in deum vel in ſanctos. Blaſphemia eſt perquam de deo falſa dicũtur. Hæc, in quam, omnia Tollantur à vobis, quia perniciem poſſunt præſtare, niſi amoueantur. hæc etiam ſi fiant accidentibus cauſis, tamen tem-

Aimo. Ambro. Augu. in lib. contra mendaciũ

peranda ſunt. Et quia illis preſſis poterat malum in corde retineri addit, Tollantur cum omni malitia cordis. Eſtote. Item partem noui hominis hîc oſtendit.q.d. Illa tollãtur à vobis, Eſtote inuicem benigni. i. largi de facultatibus veſtris. Et miſericordes, affectu & compaſſione mentis. etſi non eſt quod detur. Et donantes inuicem, in vos commiſſa.ſ.ſi alter in alterum peccet cõdonante: alioquin deus repetit remiſſa. Si enim in his contemptus fuerit, ſine dubio reuocabit ſententiam, per quam miſericordiam dederat. ſicut in euangelio de nequam ſeruo legitur, qui in conſeruum ſuum impius deprehenſus eſt.

CAPVT V.

ESote ergo imitatores dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiã deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas quæ ad rem non pertinet: ſed magis gratiarũ actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira dei in filios diffidentiæ.] Eſtote ergo, donantes inuicem dico, Sicut & deus in Chriſto.i.per Chriſtũ, Donauit, nobis: & quia donauit, Eſtote igitur imitatores dei, inuicẽ vobis donando. & tunc eritis Sicut filij chariſſimi. & non ſolum condonate, ſed etiam Ambulate, operum exhibitione, In dilectione, ponẽtes animas pro fratribus ſi opus eſt. & hoc ita ſyncerè, Sicut Chriſt⁹ dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem deo, dum iniuriatus eſt ſputis, colaphis, & huiuſmodi. Et hoſtiã, dum occîſus eſt in cruce. Et illa hoſtia non figuraliter ſicut legalia ſacrificia, ſed verè eſt Deo in odorem ſuauitatis. verbo legis alludit, quia hîc eſt de quo dicebatur in lege. Non enim propter ſe illæ hoſtiæ dicebantur offerri in odorem ſuauitatis, ſed quia illum ſignificabant, qui verè offertur in odorem ſuauitatis: quia pro iuſtitia eſt occîſus quam exequebatur, & vſque ad mortem cõſeruauit. Sed ſi mors Chriſti Deo fuit odor ſuauis, ergo

Ambroſi.

ergo mortem eius libenter accepit: non ergo peccauerunt qui illum crucifixerunt. Sed non est ita, quia iniustè iustũ occîderunt, qui in patris & sua voluntate occîsus oblatus est: sicut & Iudas quid habet nisi peccatũ in tradẽdo Christũ? nisi tamẽ se traderet Christus, nec eũ traderet Iudas. Tradidit Iudas Christũ, tradidit se Christus: sed ille agebat negociũ suę vẽditiõis, iste nostrę redẽptionis. Ideò ille impiè deliquit, hîc misericorditer egit. Fornicatio aũt, quę est cũ liberis à viro, Et oĩs immũditia. s. incõtinẽtia ptinẽs ad libidinẽ quocunq; modo fiat, Aut auaritia. i. immoderata cupiditas habẽdi. Nec nominetur in vobis. i. nec etiã suspicio sit de vobis pbabilis, Sicut decet sanctos, aut turpitudo, vt in osculis & in amplexibus. Aut stultiloquiũ, vt plana verba. Aut scurrilitas, quæ à stultis curialitas dicitur. i. iocularitas quę solet risum mouere, Quę ad rem. i. ad vtilitatem, Nõ pertinet, quãuis magno labore agatur. Sed magis, nominetur in vobis, Actio gratiarũ. Nec debẽt illa nominari. Hoc. n. scitote, mẽtis ratiõe, & etiã Intelligẽtes, quod scripturę inde dicũtur, quòd Oĩs fornicator, aut immũdus, aut auarus nõ habet hęreditatẽ in regno Christi & dei. i. in regno cœlorũ quod est patris & filij. Sed attende ꝙ dicẽs, Auarus, Adiũxit, Quod est idolorũ seruit⁹, ęquãs auaritiã idololatrię: quia illũ auarũ significat, cui⁹ de⁹ nũm⁹. Vel ideò auaritia ęquata est idololatrię, quia sicut idololatra Dei honorificẽtiã vsurpat & sibi vẽdicat: ita auarus res dei quas, vult seruari indigẽtib⁹, vsurpat sibi & recõdit. Vel auarus hîc accipitur adulter qui sibi res alienas vsurpat. i. alienam vxorem. Nemo, quasi dicat. Dico quod tales non habebunt regnum dei, & contra hoc quod doceo. Nemo vos seducat, promittens impunitatem ex misericordia dei. Vel prædicans naturalia. Seducat dico Inanibus verbis, omnes eorũ rationes sunt inania verba. Propter hoc, vel propter hæc, scilicet fornicationem & alia prędicta vitia, Venit ira dei in filios diff. i. diaboli de quibus diffidimus. Vel qui diffiditur de vita æterna. [Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate. Probãtes quod sit beneplacitum deo. Et nolite communicare

Augus. su per Ioan.

Aimo.

Ambros.

operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestãtur. Omne enim quod manifestatur lumen est. Propter quod dicit, Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimẽtes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas dei. Nolite ergo effici participes, id est, similes eorum. s. imitando opera illorum, quia si fueritis socij in opere, eritis & in pœna. Nec debetis esse. Eratis enim aliquando tenebræ. i. per ignorãtiam peccantes. Et filij diaboli, principis tenebrarum: & ideò non mirum, si tunc in nobis hæc mala erant. Nũc autem estis lux. i. ex discretione benè operantes Et iustificati, per fidem, & baptismũ. Et filij dei, per adoptionem, qui est lux vera. & hoc, In domino, in vobis. Tenebræ quidem fuistis in vobis, lux autem estis in domino, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ideò non addidit in domino, cum ait fuistis tenebræ, sed cum ait, Nunc autem lux, & quia lux estis in domino, Ideò ambulate, bono operum gressu Vt filij lucis. i. viuite vt filii dei, scilicet sanctè & immaculatè. Hîc enim fructus lucis est. i. hæc sunt opera lucis. s. viuere, In omni bonitate, vt boni in vobis sitis. Et iustitia, vt proximis quod iustum est faciatis. Et veritate, vt vera loquamini. Vel bonitatem per partes exponit. Iustitia enim & veritas sunt partes bonitatis. Et est sensus, in omni bonitate, Et, per idem, Iustitia & veritate. s. iustè viuatis & vera loquamini. Probantes, quasi dicat. Ambulate dico Prius probantes, & ratione discernentes. Quod vel quid sit beneplacitum deo, quasi dicat. Omnia opera vestra ita sint circunspecta vt beneplaceant deo. Nolite, quasi dicat, vt filij lucis ambulate, Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, scilicet malorum hominum. i. à malis corde semper disiungamini. Ad tempus cauete, copulamini corpore, tolerate palea in tritura, tolerate in area: quod enim toleretis in horreo non habebitis. veniet ventilator qui diuidet bonos à malis: eritque corporalis separatio, quam debet spiritualis præce-

Augũ. de verb. apo.

præcedere. ideò ait, Nolite cõ.o.inf.i.malis vt cum bonis ſit pars malorum, Magis autem red.i. non ſitis negligentes in corrigendis veſtris, ad curam.ſ. veſtram, quoquomodo pertinentibus : tamen leni animo, vt ait alibi Apoſtolus, Hoc agite vt foris terribiliter perſonet interpretatio, & intus lenitatis teneatur dilectio. Attende quod duo coniungit, vt, ſcilicet non cõmunicent conſentiendo, & redarguant. His enim duobus modis non te maculat malus, ſcilicet ſi non conſenſeris & redarguis. vtrunque cõplexus Apoſtolus dicens, Non cõmi.i. nolite conſentire, laudare, & approbare. & quia parum eſt non conſentire, addit, Magis autem redarguite, id eſt, reprehendite, corripite, coercete. Et eſt ſenſus, Non ſitis conſentientes malis approbando, neque negligentes non arguendo, neque ſuperbientes inſultanter arrogando. Quę autem vel enim, quaſi dicat. Dico non communicate, neque debetis, Autem, id eſt, quia turpe eſt non ſolũ facere, ſed etiam dicere. Quæ ab eis fiunt in occulto, loco, id eſt, non palàm ſed occultè, & in hoc apparet quod turpia ſunt. Vel, In occulto, id eſt, in cogitatione. Omnia autem vel enim, quaſi dicat, Turpe eſt dicere quæ faciunt, ſed tamen redarguenda ſunt, quia ſic manifeſtantur ſæpè per confeſſionem. & hoc eſt, Omnia autem quæ arguuntur à lumine, id eſt, à bonis & ſanctis hominibus qui ſunt filij lucis, ſæpè Manifeſtantur, per confeſſionem & pœnitentiam, & ideò redarguendum eſt. Omne enim, malum quod ſic manifeſtatur, id eſt, per confeſſionem & pœnitentiam, Lumen eſt, id eſt, in lumen vertitur, quia bonum eſt vt peccatum per confeſſionem & pœniténtiam manifeſtetur. Vel, Lumen eſt, id eſt, non eſt ambiguum, nec poteſt excuſari quod palàm dictũ eſt. Vel ita, Omnia enim, quaſi dicat. Ideò arguite, Omnia enim quæ arguuntur à ſanctis, id eſt, illi mali cum arguuntur à ſanctis, Manifeſtantur, ſibiipſis qui mali ſunt. Tunc enim videntur ſibi & aliis peccatores cum obiurgantur, & ideò arguendi ſunt, quia ſic incipiunt eſſe lumẽ. Vnde ſubdit, Omne autem vel enim, quod manifeſtatur. i. malus cum ſibi innoteſcat eſſe malus, Lumẽ eſt. i. per pœnitentiam incipit conuerti ad bonum. Propter quod, ſcilicet, quia ſit lumen, dicit ſpiritus ſanctus per me, O tu, Qui

Augu. de verb. euã.

Ambroſi.

Aimo.

Ambroſi.

Aimo. August.

dormis.i.qui torpes in peccato iacendo,& nescis te esse in peccatis oblitus dei, Surge, per confessionem, Et exurge, per satisfactionem. A mortuis.i.à futura damnatione. Et illuminabit tibi, hîc per fidem & spem,& in futuro per speciem, Christus, qui est sol iustitiæ. & quia prodest redarguere, Videte itaque fratres quomodo.i. quodam moderamine, Cautè ambuletis, viuendo & redarguendo. Non quasi insipientes.i. indiscreti:sed Vt sapientes.s. omnibus prouidentes.vos dico Redimentes tempus.i.præparantes vobis opportunitatem seruiendi deo & vacandi diuinis, quod necesse est, quia Dies mali.i. hodie sunt mali homines.

Augu. in ser. de ver. euangelij.

Dies mali dicuntur pro duabus rebus. s. pro malitia & miseria hominum. Cæterum dies isti quantum pertinet ad spatia horarum ordinati sunt. Ducunt enim vices, agũt tempora. Oritur enim sol & occidit, transeunt tempora, cui molesta sunt tempora si homines sibi non sunt molestiæ. Dies ergo dicuntur mali, vt dixi, propter malitiam hominum,& miseriam:sed miseria hominis communis est, nõ debet malitia esse communis. Ex quo enim lapsus Adam de paradiso expulsus, nunquam dies nisi mali:quod ostẽdit puer qui nascitur, quia à ploratu incipit, nec ridere potest: statim natus plorat, propheta. s. suæ calamitatis. lachrymæ enim testes sunt miseriæ:nondum loquitur,& iam prophetizat. Quid?in labore se futurum, vel timere etiam si iustus fuerit, in mediis certè tribulationibus positus semper timebit. Redimamus ergo tempus. Quid est tempus redimere? Redimit ille tempus qui perdit. i. dat de suo vt vacet deo non litibus, quasi det nummum pro vitio. Das enim nummum & emis panem vel vinum, vel aliquid aliud:das & accipis, aliquid amittis,& aliquid acquiris. Sicut ergo perdis nummos vt emas tibi aliquid:sic perdas de tuo, vt emas tibi quietem, hoc est tempus redimere. Vnde dominus ait, Si quis vult iudicio tecum contendere, & tunicam tollere, dimitte ei & pallium, vt habeas quietũ cor ne perdas tempus vacandi deo tuo, à quo vult te auocare damno & litibus. Vel ita, Sitis redimentes tempus, id est, quod minus fecisti in vno tempore, restituite in alio, dimidiantes dies quos impij non dimidiant. Alij enim dimidiant, alij implent dies, alij nec incipiunt.i.alij moriuntur in

in Aegypto, alij in terra sancta, Nec mirum si minus fecisti., Quoniam dies mali sunt. i. In hac vita multa occurrũt impedimenta, nec possunt agi pro libito. Propterea. s. quia mali sunt dies, Nolite fieri imprudentes. i. inconsiderantes, sed potius estote, Intelligentes quæ sit voluntas dei, id est, quod deo placeat, quærite cui placet, vt omnia prouidè & cum modestia agantur, nihil perturbatè & cum strepitu. Et vos qui huic prudentiæ operam datis, [Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritalibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri. Subiecti inuicem in timore Christi. Mulieres viris suis subditæ sint sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea vt illam sanctificaret, mũdans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit.] Nolite inebriari vino, nihil enim est quo minus conueniat alios arguendi quàm inebriari vino, In quo est luxuria, id est, ex quo procedit malus motus, vnde tollitur authoritas arguendi. Sobrij enim possunt habere fidutiam arguendi, quia bona conuersatio terrorem incutit delinquenti: ideò temperandum est à vino in quo est luxuria, & ebrietas cauenda, Quia venter æstuans vino citò despumat in libidinem. Sed impleamini spiritu sancto, id est, donis spiritus sancti. Loquentes, quasi dicat, hoc modo poteritis impleri spiritu sancto, si vos estis loquentes, Vobismetipsis, id est, si vos intelligitis, & si vos intus instruitis de his quæ dicitis, In psalmis, qui ad bonam operationem commonent, Et hymnis, quæ de dei laudibus dicunt. Et canticis spiritualibus, quæ de æterno gaudio sunt. & ideò spiritualiter intelligenda sunt, quia spi-

Ambrosi⁹

Hierony.

ritualia ſunt quæ docent, & implenda ſunt opere. Vnde ſubdit, Cantãtes, quaſi dicat debetis loqui vobis.i.inſtruere vos de his. & poſt locutionem horum, eſtote ipſo actu Cantantes.i. deum laudantes, & de æternis exultantes, ſicut hymnus & canticum docent. Et pſallentes, bono opere, vt Pſalmus docet. & hoc, In cordibus veſtris.i. ſpontanea voluntate. Et hoc totum facite, Domino.i. ad honorẽ domini. Et eſtote gratias, ſemper, Agentes pro omnibus, donis, vel pro omnibus.ſ. proſperis & aduerſis Deo & patri.i. deo, quia de⁹ creãdo, & quia pater eſt Chriſti naturæ, nobis adoptionis gratia: & hoc, exultando in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Per quem nos adoptauit.i. filius eius proprius, per quem cognouimus eum. Et eſtote ſubiecti inuicem, non ſolum auditores prælatis: ſed etiã prælati ſubditis, in charitate eis ſeruiendo, & humiliter curam gerendo. nam & ſi dignitas maior, adminiſtratoria tamen eſt. Vnde Apoſtolus, Omnium me ſeruum feci. Eſt ergo maiorum ſalua tamen dignitate ſeruire, ſicut minorum eſt obedire. Hęc autem tam minorum quàm maiorum, Ordinata ſubiectio debet eſſe, In, caſto Timore Chriſti, qui humilitatem mandauit. Mulieres, Hucuſque communiter de omnibus egit, nunc ſingulis ordinibus ſuadet.q.d. Hucuſque communiter monui, & præter communia ſpecialiter dico, Vt mulieres viris ſuis ſint ſubditæ, ſicut domino.i. ea ſimplicitate qua domino ſubiectæ ſunt: ſicut Sara ſubdita erat viro, quæ dominum vocabat Abraham. Et benè vtiq; debẽt eſſe ſubiectæ, Quoniam vir caput mulieris.i. rector & actor, à quo mulier ſumpſit initium: ſicut Chriſtus caput eccleſiæ, qui eſt rector & author eccleſiæ, quod plus eſt. Ipſe, Chriſtus etiam, Eſt ſaluator corporis eius Chriſti.i. eccleſiæ, quod non eſt vir mulieris. Sed vt.q.d. Chriſtus eſt ſaluator eccleſiæ, quod non vir eſt mulieris: Sed tamen, Vt eccleſia ſubiecta eſt Chriſto: ita & mulieres, ſubiectæ ſint, Viris ſuis in omnibus, quæ non ſunt contra deum: Vos autem Viri diligite vxores veſtras, quarum caput eſtis, Sicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, cuius caput eſt: & adeò dilexit, quod Tradidit ſemetipſum pro ea, ita & vos pro vxoribus veſtris facite ſi ſit opus. tradidit dico Vt ſanctificaret illam, iuſtitia bonæ vitæ, Prius mundans eam,

Ambroſi. (margin, beside "donis")
Ambroſi. (margin, beside "mini noſtri")
Aimo. (margin, beside "eius proprius")
Ambroſi. (margin, beside "militatem")

eam,à peccatis.& hoc, Lauacro aquæ,sanctificatę In ver
bo vitæ.i.quo datur vita:quo accedéte ad elementum,fit Aimō.
sacramentum:quo sanctificatus homo accipit vitam ęter-
nam.quod vtiq; fecit Christus, vt ipse per hoc Exhiberet
sibi,in futuro,Ecclesiam gloriosam.i.in animo,& corpo-
re rutilantem gemina stola decoram.ecclesiam dico Non
habentem,vel nunc,vel tunc, Maculā.i.aliquod crimina-
le peccatum. Neq; rugam,id est, paccatum mortale intus
latens sicut & dolus. Duplicitas enim ruga dicitur. & est Ambrosi.
sensus,Non habens maculam neque rugam.i.mundam,&
simplicem. Vel,Non habens maculam neque rugam,quia
per actionem bonam munda est à macula,& per spem ten
sa ad superiora. Proinde vestis eius in monte tanq̃ nix de-
albata,effulsit quę significabat ecclesiā omni macula pec-
cati mundatam,quæ per Christi in ligno crucis extensio-
nem extensa est à ruga,& desiderio ad cœlestia. Aut,non
habentem, Aliquid huiusmodi.i.peccatū aliquod pro quo
sit damnabilis.Sed,vt.q.d. Dico exhiberet sibi ecclesiam,
non habentem maculam neque rugam. Sed potius talem,
Vt sit sancta,hîc per bona opera, Et immaculata.i.absti-
nentia mali. Vel de futuro, vt tunc sit sancta per gloriam
fruetur. Et immaculata, per corruptionis remotioné. Si-
cut ergo Christus fudit sanguinem,vt lauaret maculá ec-
clesiæ,& extendit se in cruce,vt tolleret rugam,& sic vi-
ri,si opus est debent mori pro saluandis vxoribus, & ver-
bo vitæ eas instruere,vt exhibeant eas deo. Item, Ita etiā
debent viri diligere vxores suas, vt corpora sua.i. seipsos,
quia ambo vna caro sunt , & mulier portio corporis viri
est. Bene dixi , vt diligant vxores sicut sua corpora, quia
Qui diligit vxorē suam,diligit seipsum, quia vxor corpus
viri est , & vir caput vxoris. [Nemo enim vnq̃ carnem
suam odio habuit, sed nutrit & fouet eā sicut & Christus
ecclesiā , quia membra sumus corporis eius de carne eius
& de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem,&
matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in car
ne vna. Sacramentum,hoc magnum est. Ego autem dico,
in Christo,& in ecclesia. Verūtamen, & vos singuli vnus
quisque vxorem suā, sicut seipsum diligat: vxor autem ti-
meat virum suum.] Nemo enim.q.d. Verè debet dilige-
re vxo

BIBLIOT

re vxorem suã, quia caro sua est. Nemo enim vnq̃ carnem suam odio habuit, quia & si sanctus macerat carnem non eam odit, sed peccatum, quod in ea est. Qui ergo mauult esse sine corpore, non corpus, sed corruptiones eius, & pō dus odit. Non itaque nullum corpus, sed incorruptum, & celeberrimum corpus vult habere. Qui ergo continentia, quadam, & laboribus persequitur corpus suum, nō id agit vt non habeat, sed subiugatum, & paratum ad opera necessaria. Nemo odit carnem suam dico, sed nutrit eam cibo, & potu, Et fouet, indumentis: ita & vxorem suam, nō debet vir odio habere, sed fouere, quia caro est, & de corpore suo facta. Sicut. q. d. Ita diligat, & nutriat vir vxorẽ suã, Sicut & Christus nutrit, & diligit ecclesiam, vt carnem suam. Et est sensus, Ita debet vir facere de vxore, quæ caro eius est, quia sic Christus nutrit ecclesiam, vt carnem suam cibo corporis sui: & fouet eam spiritualibus indumentis præceptorum, virtutum, bonorum operum. & bene Christus diligit, & nutrit ecclesiam, vt carnem suam, quia corpus eius est, Et huius corporis sumus membra omnes, fideles, & alij De carne eius, id est infirmi, qui indigent sustẽtari fortibus, vt caro sustentatur ossibus, & alij. De ossibus eius, id est perfecti, & fortes. In cuius rei figura Adam, qui erat forma futuri, cũ de costa suam factam mulierẽ vidisset, in Genesi dixit, Hoc os de ossibus meis, &c. d. c. m. Sicut enim Eua ab Adã facta traxit ab eo carnem & ossa, ita nos à Christo instituti, alij sumus, vt ossa, scilicet robusti, alij, vt caro. s. infirmi. & ideo ait, Ex carne eius. i. infirmi sumus à simili infirmitatis eius, quã habuit in homine. Propter hoc, ostendendum. s. quantum Christus dilexit ecclesiam, est scriptum in Genesi, Relinquet Christus homo patrem, formam serui accipiendo. Non eñ ideo hęc dicit, quia Christus deseruerit, & recesserit à patre: sed quia nō in ea forma apparuit hominibus in qua æqualis est patri. Et matrem suam. i. synagogã, de qua secundum carnem natus est. Et adhærebit vxori. i. sociabit se ecclesiæ. Et duo. s. Christus, & ecclesia Erunt in carne vna. i. in voluntate. Et vna vtiq; caro sunt Christus, & ecclesia, quia qui deus erat apud patrẽ, à quo & facti sumus, factus est per carnem particeps nostri, vt illius capitis corpus

Margin notes: Augu. de doc. chri. — Ambrosi. — Aimo. — Augusti. — August. super Ioan. — Augu. cōtra Fau. — August. in psal. 138.

pus essemus.& vtiq; si caput est,habet corpus:corpus eius est sancta ecclesia,quæ cōiunx eius est, cui dicit Apostolus, Vos autem estis corpus Chtisti, & membra. Totus itaq; Christus est est caput,& corpus tāquam integer vir, quia & fœmina de viro facta est, & ad virum pertinet:ita Christus,vt essemus vnū, cum illo caput nostrum esse voluit accipiēdo carnem ex nobis,in qua moreretur pro nobis. Dormit Adam, vt fiat Eua, moritur Christus, vt fiat ecclesia,dormiēdo Adam,fit Eua,de latere:mortuo Christo lancea percutitur latus,vt profluant sacramēta,quibus formetur ecclesia. Reliquit ergo Christus patrem, quia non eadem dignitate apparuit hominibus,in qua est apud patrem. Et sciendum, quia hæc primi hominis fuisse scriptura Genesis testatur. Christus verò in euāgelio dei verba declarat esse dicens,Num legistis,quia qui fecit ab initio mas.& fœm.f. e.& dixit,propter hoc relinquet homo, &c. Vt scias per extasim soporis,qui præcessit in Adam,in qua angelicè interfuit,ingressus in sanctuariū dei,vt intelligeret in nouissima, hoc eum diuinitus tanquam prophetam dicere potuisse. Et, vt ostenderet, quid in his verbis quæreremus,vt non coniecturis nostris aliquid ausi dicere videamur,subdit & exponit,Sacramentū hoc magnum est. Et ne aliquis putaret in viro esse, & vxore secundum vtriusq; naturalis sexus copulationem, corporalémq; mixturam,addit,Ego dico,In Christo & ecclesia.Secūdum hoc ergo in Christo,& ecclesia accipitur, quod dictū est, non iā duo,sed vna caro sunt:& quomodo sponsus & spōsa dicuntur,sic caput & corpus. Siue ergo dicam caput & corpus,siue sponsus & sponsa,vnum intelligite. Fit enim ex duobus,quasi vna quædā persona.s. ex capite & corpore,ex sponso & sponsa:quam vnitatem mirā, & excellentem cōmendat Esaias, in quo Christus loquens ait, Sicut sponso alligauit mihi mitrā, & sicut sponsam ornauit me ornamento. Huius spiritualis vnitatis sacramentū fuit illud,quod in Genesi de vnione coniugij,ad literā dicitur. Vnde & quod hîc ad literam dicitur,ad literam potest accipi,sic.q.d.quia diligit vir vxorem suam, Propter hoc.i. propter hanc dilectionem, Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. Ita ad literam sæpe fit,

Augu. de ver.euāg. August.super Ioan. Augu. cōtra Mani. Augu.sup Genesim.

August.

August.in psal.30.

Aimo.

Aimo.

Et

Et erunt duo in carne vna.i. carnali commercio.f. quan do fimul mifcentur carnali cõiunctione. Hoc Moyfes a. literam de vnione coniugij dixit,quod eft fignum magni rei,fcilicet fignum coniunctionis Chrifti,& ecclefiæ. vn de fubdit, Sacramentum hoc magnum eft, ego dico in Chrifto,& in ecclefia,id eft coniugalis copula fignum fpi ritualis vnitatis Chrifti,& ecclefiæ. Veruntamẽ.q.d. Etsi hoc non folum ad literam dicitur,fed eft fignum alterius rei, Veruntamen,& vos finguli.f.vnufquifque Vir,fecun dum literam, Diligat vxorem fuam,ficut feipfum,fequens moralitatem hiftoriç. Vxor autem,non folum diligat,fed etiam Timeat virum,id eft fubdita,fit viro.

CAPVT ... VI.

Filij obedite parentibus veftris in domino:hoc enim iu ftum eft. Honora patrem tuum,& matrem tuam, quod eft mandatum primum in promiffione,vt bene fit tibi, & fis longæuus fuper terram. Et vos patres nolite ad ira cundiam prouocare filios veftros, fed educate illos in di fciplina,& correptiõe domini.] Serui obedite dominis car nalibus,cum timore & tremore, in fimplicitate cordis ve ftri ficut Chrifto, nõ ad oculũ feruiẽtes, quafi hominibus placẽtes,fed vt ferui Chrifti faciẽtes voluntatẽ dei ex ani mo,cũ bona voluntate,feruiẽtes ficut domino, & non ho minibus: fcientes quoniã vnufquifq; quodcũq; fuerit bo num,hoc recipiet à domino,fiue feruus, fiue liber. Et vos domini eadem facite illis,remittentes minas:fcientes quia & illorum vefter dominus eft in cœlis, & perfonarum ac ceptio,non eft apud deum. De cætero fratres confortami ni domino,& in potentia virtutis eius. Induite vos arma turam dei, vt poffitis ftare aduerfus infidias diaboli:quo niam nõ eft nobis colluctatio aduerfus carnem & fangui nem,fed aduerfus principes,& poteftates aduerfus mundi rectores tenebrarum harum,contra fpiritualia nequitię in cœleftibus. Propterea accipite armaturã dei, vt poffitis re fiftere in die malo, & in omnibus perfecti ftare. State er go fuccincti lumbos veftros in veritate,& induti loricam iuftitiæ,& calciati pedes in præparationem euangelii pa cis.] Vos autem filij obedite,tanquã fubiecti Parẽtibus veftris,carnalibus.& hoc, In domino, id eft fecundum fi dem

dem domini & iustitiam, & debetis hoc facere. Hoc enim iustum est, quia præceptum legis est in qua dominus hoc præcipit dicens, Honora patrem tuum, & matrem tuam. Honorare patrem, est ei reuerentiam exhibere, & necessaria subministrare. Quod mandatum est primum, inter mãdata quæ ad hominem pertinentia scripta sunt in secunda tabula. Ad duo nanque præcepta charitatis, scilicet dilectionis dei & proximi pertinet decalogus. Ad primum præceptum, scilicet dilectionis dei tres cordæ pertinent, id est, tria mandata, quia deus trinitas est. Ad alterum verò præceptum. s. proximi, septẽ cordę. i. septẽ mandata, & illa tria mandata ad deum pertinentia in prima, & alia septẽ ad proximum, in secunda scripta erant: inter quę hoc merito primũ est, quia sicut deus principaliter principiũ est hominis, sic pater secundariò cuius mãdati additur ꝓmissio, quod non est in aliis. Vnde subdit, & hoc mãdatũ est In promissione, hac. s. vt in pręsenti. Bene sit tibi in carnalibus, & spiritualibus. Et sis longæuus, in vita terræna fundatus, Super terram, viuentium. Et vos patres nolite prouocare filios ad iracundiam, quia sic legem non custodient. In ira enim nemo agnoscit, quid sit vtile. Sed educate illos, dum pueri sunt, ne legem cõtemnant. Vt disciplina, verborum, & correctione verberum, vt proficiãt in rebus domini. Vos, autem, Serui obedite dominis, non solum spiritualibus & bonis, Sed etiam carnalibus. Seruitus cœpit ex peccato. prima enim seruitutis causa peccatũ est, vt homo homini vinculis cõditionis subderetur: quod non fuit, nisi deo iudicante, apud quem non est iniquitas: & nouit diuersas pœnas meritis distribuere delinquentiũ. Obedite, inquam, Cum timore, id est, cũ reuerentia, quod faciunt filij: Et tremore, quod seruorum. & hoc, In simplicitate cordis vestri, vt sicut ostẽditis extra, sic sit in voluntate vestra, vt si non potestis à domino liberi fieri, liberè seruiatis. liberam enim quodãmodo facit seruitutem, qui seruit, nõ timore subdolo, sed fideli dilectione: donec trãseat inisiuitas, & omnis euacuetur potestas. Ita simpliciter obedite, Sicut obedire debetis Christo, quia ipse hoc pręcipit ad cõseruationem humilitatis. obedite dico, Nõ seruientes ad oculum. s. dũ videmini, Quasi hominibus placentes,

Augu. de decẽ cor.

Augu de ciuit. dei

centes, ficut illi faciunt,qui quærunt hominibus placer Sed vt feruus Chrifti. Cum enim Christo iubente ferui nō tantum.f.homini feruis, fed Chrifto. Facientes volu tatem dei ex animo,ita.f.vos dico, Cum bona voluntat feruientes dominis veſtris,ficut Domino.i.ita vt in eo p tetis vos feruire deo,& non hominibus. Tantum vos dic Scientes quod vnufquifque,quodcūq; bonum fecerit, ho percipiet à domino, fiue liber fit, fiue feruus. non enim mi nus recipiet feruus,q̃ liber. Et vos domini facite illis, fe uis veftris, Eadem.i.fimilia in bona voluntate: Remitten tes illis, fi quando peccant, non folum verbera, fed etiam Minas, fcientes, Quod dominus illorum, & vefter eft in cœlis: & quia Perfonarum acceptio, non eft apud deum. dominus enim iuftus iudex caufas difcernit,nō perfonas: ideò in qua menfura, quis menfurauerit, remetietur illi. De cætero, Poft fpecialia præcepta,quibus admonuit fin gulos ordines in communi ad monet omnes.q.d. Hucuf que iuui vos in verbo, & opere:& iā De cætero, id eft de inceps in futuro, in reliquo tempore O fratres, in fide,&

Ambro. dilectione, Confortamini,cōtra bellum diaboli,In domi no,id eft, in auxilio domini, Et in potentia virtutis eius, quia ipfe, dat potentem virtutem pugnare volentibus: & vtique ita debetis confortari. Induite vos armaturam dei,

Aimo. id eft virtutes, Vt poffitis ftare, firmi. Aduerfus infidias diaboli, quia ex occulto molitur mala. Et neceffe eft, vt ftetis, Quoniam eft nobis colluctatio, quafi vicinū eft bel lum,& de prope. Et non eft aduerfus carnē & fanguinem tantum,id eft,non contra hoftes, qui vifibiles funt & fra giles,vel contra vitia tantum quæ funt ex carne,& fangui ne: Sed aduerfus principes,id eft dæmones,qui principan tur aliis. Et poteftates,id eft contra eos,qui etiā fuper hos poffunt,qui aliis præfunt. Certum eft enim,quia exitia fa mulis dei à diabolo irrogantur, fiue per fe, fiue per mini ftros.cuius altitudo grādis eft. Dico quod colluctatio eſt vobis aduerfus dæmones,qui itaque timēdi funt,quia mū danos regunt. Vnde exponendo,quod dixerat, fubdit,fci

Auguft.in pfal.76. licet, Aduerfus rectores mundi,id eft aduerfus diabolum, & angelos eius,quos rectores mundi dicit, quia ipfi regū dilectores mundi. Non enim regunt mundum,qui cōſt

ex cœlo & terra, sed mundum peccatores dicit. de quo alibi, Et mundus eum, non cognouit, Talem mundum illi regunt, contra quos habemus perpetuas inimicitias, quia & qui patiuntur homines importunos, illi faciunt: instigant enim & inflamant homines, & tanquã vasa sua mouent, & velut organa tangunt: contra eos habemus occultam luctam, ad quá nos armat Apostolus. Et ne putarentur hũc mundum visibilem regere, subdit, quid mundi nomine intellexit. s. Tenebrarum rectores. i. peccatorum, Harum. s. tam malarum. i. rectores eorum, quos præcipitant in tenebrosa opera. q. d. non dominãtur dæmones mundo, qui cõstat ex cœlo & terra, sed peccatoribus. & adhuc specialius determinat. s. Contra spiritualia nequitiæ. i. cõtra spirituales & nequã hostes. quare timendi sunt hostes, cõtra quos bellũ habemus, quia spirituales & inuisibiles: & quia nequam, & non pro parua re pugnant nobiscum, Sed in cœlestib. i. pro cœlestibus. s. pro cœlesti hęreditate tollenda. vel cœlestia dicit virtutes in quibus pugnam patimur dæmonum. Et est, lucta est nobis Cõtra nequam spiritus, quorum certamen patimur, In cœlestibus, id est in uirtutibus. vel cœlestia dicit, hunc caliginosum aerem. Et est sensus, Est nobis colluctatio cõtra spiritus nequam, id est, contra dæmones nequam, qui spiritus nequam Sunt in cœlestibus, id est, in hoc inferiori aere. Vnde dicitur, Aues Augu*st.*
cœli. Aduersus tales nobis est lucta, qui sũt rectores, quia Ambrosi.
quomodo eos, qui sunt lux Christus gubernat & regit, sic Augu. de
eos qui tenebræ sunt ad omne malum diabolus præcipitat verb. apo,
& instigat. Hoc ergo nos hortatur Apostolus, vt non cõtra hominem malum, immo pro illo: sed contra diabolum, qui cum illo operatur: & in illo, oremus: & quicquid possumus faciamus, vt diabolus expellatur, & angeli eius, & homines liberentur. Ipsi enim dæmones, quasi equites pugnant in suis equis, hominibus, scilicet, Equites ergo occidamus, & equos possideamus, ergo bellum gerimus aduersus rectores tenebrarum. i. infidelium. hoc, vnũ pręliũ est. August. in
Alterum autem cuiq; in seipso est, & hoc graue bellum, & psal. 163.
molestius: in quo quisquis victor extiterit, illos quos videt Aimo.
inimicos. i. principes mundi cõtinuò superabit: & si illos vicerimus, qui sunt principes malitiæ, & quorum instinctu

vitia

vitia carnis cōtra nos sæuiunt, tunc facilè superare poterimus omnes ministros illorum. Superato enim principe exercitus facile fugatur. sicut ex libro Iudith ostenditur vbi narratur, quod Oloferne principe militiæ interépto multitudo exercituum in fugam versa, & à Iudæis facile superata. Vt autem vincere valeamus, spiritualis armatura assumenda est, Propterea, &c. q. d. quia tales hostes habemus, & de tanta re, Propterea accipite contra eos armaturam dei. i. qua deus suos armat, & ideò accipite. Vt possitis resistere, malis & spititualibus nequitiis. In die malo i. in hac vita, vbi est tentatio. Aliter enim, non possetis resistere, nisi habita armatura virtutum, Et vt perfecti virtutibus, possitis stare In omnibus, s. prosperis & aduersis. & quia armatura dei necessaria est, State, ergo viriliter, quotiēs prouocamini. Succincti lumbos vestros. i. carnales cōcupiscentias, cingulo castitatis, succingentes, vel frenantes, & hoc non in simulatione, Sed in veritate, vt verè propter Christum luxuriam refrenetis, quæ in lumbis maximè viget. Vel, In charitate, hoc facite. i. per charitatē. Et estote induti lorica iustitiæ. i. iustitia, sit vobis lorica cuique secūdum ius faciendo, ne pateat locus hosti. Et estote calciati pedes. i. affectiones vestræ sint munitæ virtutib⁹, ne a vitiis pungantur. & hoc, In præparatione euangelij, vt sitis ita præparati ad prædicādum euangeliū, vel ad cōplendum præcepta euāgelij. Euāgelii dico, Pacis. s. quod nunciat pacem inter deum, & homines. Calciamenta hæc virtutum debent habere prædicatores, ne ille qui prædicat pede mentis terram tangat. i. pro terrenis faciat. Hac significatione Marcus dicit, sandalis, vel soleis calciari, vt neq; pes sit tectus, neque nudus ad terram. i. nec occultetur euangelium, nec terrenis innitatur. [In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladiū spiritus, quod est verbum dei, per omnem orationem, & obsecrationem orātes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena ista: ita vt in ipso audeam prout

August. cō sensu euā.

prout oportet me loqui. Vt autem & vos sciatis, quæ circa me sunt, quid agā omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister in domino, quē misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis, quæ circa nos sunt, & cō soletur corda vestra. Pax fratribus, & charitas cum fide à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratia cū omnibus, qui diligunt dominum nostrum Iesum Christū in incorruptione. Amen.] Vos dico, In omnibus, præliis, Sumentes scu. fidei. i. fidē in rerū, quas non videmus, quæ excipit inimicorum tela, & repellit tanq̄ scutū. Fides enim scutum est, sub qua vel quo iustitia, quæ interiora transfigi non sinit, tuta est, sicut sub munimine omniū virtutum quod protenditur ante omnia arma, quod prius impugnat diabolus. Vnde, Prima petit campum dubia sub sorte duelli, pugnaturo fides. Hanc igitur sumite, vt scutū, In quo possitis extinguere omnia tela. i: assultus Nequissimi, diaboli. Tela, dico, Ignea, quia de vitio in vitium incēdunt. Et assumite galeam salutis, spe supernæ salutis gaudētes. Galea enim est salus æterna, cuius memoria & species mē tem obuoluit, ne deficiat, & talibus armis splendidissimis, id est spiritualibus, & insuperabilibus armati, hosti nō ceditis. Ad ipsum enim hostem feriendum, & fugandum assumite etiam Gladium spiritus. i. quē dat spiritus sanctus. Quod verbum dei est. Est enim verbū dei gladius bis acutus, docens de temporalibus & de æternis: illorum cōsolationem in veteri, istorum in nouo testamento promittēs. Quod enim tēporaliter nobis promissum est, ad vnā partem gladij: quod verò in sempiternum, ad alterā partem gladij pertinet. Nā & ideo duo testamenta dicuntur, quia vetus terrena promittit, nouum ęterna. De hoc gladio dominus ait, Non veni mittere pacem, sed gladium. Iste gladius verè acutus est, quia eum, quem fecit à mundo diuidit. Et quia armatura, hæc nō est nisi à gratia, subdit, Per omnem, &c. q. d. State in bello, & in eo sitis orātes, Per omnem orationem, & obsecrationē. i. per omnia quæ oranda sunt, sine adiuratione, & per omnia quæ cū adiuratione petenda sunt. orantes dico, nō horariè, sed omni tempore, & non verbotenus. Sed in spiritu. i. in mente. In spiritu orat, qui munda conscientia, & integra fide orat. In carne

August. in psal. 118.

Ambrosi.

enim orat, qui polluta mente precatur, iterum precatur non casu, nō subreptione, sed de proposito. Et in ipso spiritu sitis Vigilātes. i. solliciti, & non remissè: Sed in omni instantia, vt. s. omnibus virtutibus instent, & sitis vigilantes In obsecratione facta, pro omnibus sanctis, & pro mei scilicet, Vt detur mihi sermo, à deo, quem tribulatio, non obtundat. detur, inquam, In apertione oris mei. i. verbi mei. i. vt apertè valeam reserare mysterium euāgelij. i. secreta incarnationis, & passionis, ne pressura tribulationū ipsa formidine acumen doctrinæ obtundat. ita, Vt cū fiducia. s. liberè absque impedimēto possim Notum facere, illud mysteriū euangelij, pro quo, mysterio euāgelij, Fungor legatione, nunc Romę etiam In catena, positus: quia non pro catenis cesso à legatione. Dico possim, cum fiducia notū facere euāgelium, & cum fiducia, vt in ipso euangelio prædicando, Audeā loqui, inter mala omnia. Prout oportet me loqui. Et ne auditis tribulationibus mouerentur, dicit Tychicum omnia eis notificare, subdens, Vt autem & vos sciatis ea quæ circa me sunt. Hoc, quia multæ ei erāt tribulationes, quæ quasi eum circūdabant: vel ideò dicit Circa, quia interiora, non tangebāt: Vt, inquam, illa sciatis, & Quid agam. i. q̃ constans sim inter illa omnia. Omnia nota vobis, faciet Tychicus Frater meus in fide charissimus, vt libenter, & bene audiant verba Tychici, hunc commendat. Vnde etiam subdit, Et est fidelis minister in domino. i. in his quæ sunt domini, & ideò audite eum, quē misi ad vos, In hoc ipsum. i. propter hoc ipsum, vt cognoscatis per eum, Quæ circa nos sunt, & cōsoletur corda vestra. Et vt prædicta sicut docui fiant, Pax sit fratribus, & charitas cum fide. Pacem optat eis, quę est ianua dilectionis, quia per pacem manebūt in charitate, quæ est in fide. & hoc, A deo patre nostro, & domino Iesu Christo, & gratia sit, Vobis, cum omnibus, id est, & omnibus, Qui diligunt dominum nostrum, id est Christum. Diligunt dico, In incorruptione, id est in in integritate fidei, ad similitudinem sponsæ, quæ non admittit corruptorē. Vel, Gratia sit vobis in incor. id est in vita æterna, Cum, id est, & omnibus. Qui diligunt dominum nostrum, id est Christum.

Argu-

Argumentum in Epiſtolam ad Philippenſes.

PHilippenſes ſunt Macedones. Hi accepto verbo veritatis perſtiterunt in fide: nec receperunt falſos apoſtolos. Hos collaudat Apoſtolus, ſcribēs eis à Roma de carcere per Epaphroditum.

CAPVT I.

PAVLVS & Timothæus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſūt Philippis, cū epiſcopis, & diaconibus. Gratia vobis, & pax à deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. Gratias ago deo meo, in omni memoria veſtri ſemper in cūctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens ſuper cōmunicatione veſtra in euangelio Chriſti à prima die vſque nunc, confidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu.

P Aulus & Timothæus. Hanc epiſtolam ſcribit Apoſtolus Philippenſibus. Philippēſes autem ſunt Macedones, qui accepto verbo prædicationis ab Apoſtolo firmi in fide fuerunt, nec pſeudoapoſtolos receperunt. Vnde eos laudat Apoſtolus. Hi Paulo per Epaphroditum aliquam ſubſtantiam Romam miſerant, quem cum hac remiſit epiſtola: in qua cū præſens non poteſt, munit eos contra duplex bellum, ſcilicet tribulatorum, & pſeudoprædicatorū, vt omnia aduerſa pro Chriſto ſuſtineant, & cum humilitate, ſicut & Chriſtus fecit: & legalia à pſeudoapoſtolis nunquam recipiant. Is nec ſe Apoſtolum nominat, quia nunq̃ de eo minus, vel cōtra eum ſenſerant, Ideò ergo dignitatē ſupprimit, quia de eo rectè ſentiebāt. Et eſt intētio Apoſtoli, in hac epiſtola cohortari Philippenſes ad patientiā

Ambroſi.

Ambroſi.

contra tribulationes,& ad constantiá contra pseudoprædicatores. Modus talis. More solito salutationem præmittit. Deinde gratias agit deo proeis, implorans eis maiora bona, vt virtutibus crescentes ad perfectioné perueniant. Deinde ad patiétiam tribulationum monet exemplo suo & Christi, & posteà vt sibi caueant à versutiis pseudoapostolorum, tandem moralem admonitioné interserit,& prope finem de gratia, quam sibi Romã per Epaphroditũ miserát gaudere se dicit. Præmittens ergo salutationem ait, Paulus,& Timothæus. Timothæum apponit, quia hunc erat ad eos missurus, per hoc eũ quodammodo cómendans,

Ambrosi. vt eadem quæ scribit ab eo bene accipiát. Serui Iesu Christi. Nomen dignitatis tacet, quod est Apostolus, quia non

Ambro. erat opus authoritate, cum de illo recta sentirent. Condi-

Augu. super Ioan. tionem fatetur, quia casto timore Christo subditi verè liberi sunt. Sicut enim duo sunt timores, qui faciunt duo genera timentium: sic duæ seruitutes, quæ faciunt duo genera seruorũ. Est enim timor, quem perfecta charitas foras mittit. Est etiá seruitus simul, cũ eo foras mittéda. & alius timor castus permanens in sæculũ sæculi: cui adiuncta est alia seruitus, qua miro & ineffabili modo, sed tamé vero: sic serui sumus, vt liberi simus serui. s. timore casto, ad qué pertinet seruitus intrans in gaudium domini sui, nó serui, timoré foras mittendo, ad quem pertinet seruitus, nó manens in æternũ in domo. Seruos igitur dixit, vt & ipsi quibus scribit pro domino ferant dura. Christi, vt cótra pseudo. stent. Scribit hanc epistolã Omnibus sanctis. i. in baptismate sanctificatis. Qui sunt Philippis, quæ est ciuitas Græciæ, quã ædificauit Philippus pater Alexandri adoptiuus, vocás eam Philippis à nomine suo. Sáctis dico, In Christo Iesu. i. operante Chrristo Iesu. vel fundatis, In Chri. i. in fide Christi. s. qui credũt etiam hominem esse. Scribũt sanctis dico, Cum. i. & Episcopis & diaconibus. Episcopos etiã presbyteros dicit. Non enim plures epi. in vna ciuitate essent: neque presbyteros intermitteret, vt ad diaconos descéderet: & significat per episcopos,& diacones, maiores: per sanctos, minores. Et est sensus. Scribunt Sanctis,& epis,& diac. i. minorib9 & maioribus, quia præmittit minores, ad humilitatem inuitat: & quia hos subnectit,

ctit,ostendit nō esse aliquem à deo perfectum,qui nō indigeat,hac admonitione. Vel Pau.scribit & Timothæus, Omnibus sanctis,qui sunt Philippis.scribit dico,Cum episcopis & diaconibus,quia eorum bonū pariter optabāt, & in scribendo præmittitur salutatio,in hunc modū. Gratia.s.remissio peccatorum Sit vobis & pax.s.tranquillitas mentis,& reconciliatio ad deū. A deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratia &c. Primū agit gratias deo,cuius nutu omnia bona omnibus accidūt.q d. Agite quę agitis,quia talia sunt. Vnde, Gratias ago deo omnium meo, priuato beneficio.i.indè laudo deum,qui mihi facit,quod in vobis volo. ago dico, In omni memoria vestri.i.quotiens memor vestri fio.quod vtique sum,In omnibus orationibus meis,habitis Semper,congruis temporibus.gratias dico,Pro omnibus vobis.s.prælatis & subditis.& hoc cum gaudio,nō tristis de culpa vera.ego dico,Faciēs deprecationem.i.deprecans,vt stetis.gaudio dico habito Super.i.de communione vestra,quę est In euangelio Christi.i.quia vos communicastis in fide, & operibus euangelij.Vel vestra communia fecistis in euangelio exaltando, & hoc à Primo die,cōuersionis vestræ,Vsq; nunc,& ideo amodo magis standum est,Cōfidens.q.d.deprecor, vt stetis:& Sum confidens.i. confido Hoc ipsum fieri à vobis quod precor,& non aliud,videte ne frustra. Confido dico,non in vobis,sed in deo.Quia deus,operans, Cœpit in vobis opus bonū:cooperās,Perficiet. Cooperādo enim.i. cum deus in nobis perficit,quod operādo incipit:quia ipse,vt velimus operatur incipiens , qui volētibus cooperatur perficiens. Vt ergo velimus,operatur:cum indè volumus,& sic volumus vt faciamus, nobis cooperatur:tamen sine illo,vel operante,vt velimus,vel cooperante cum volumus,ad bona pietatis opera nihil valemus. Perficiet dico, Vsque in diem Christi Iesu, idest vsque ad finem,quo deus videbitur. Vel, Perficiet in nobis, per successionem. Vsq; in diem Iesu Christi,id vsque ad communem iudicij diem. {Sicut est mihi iustū hoc sentire, pro omnibus vobis,eo ꝙ habeā vos in corde,& in vinculis meis, & defensione,& cōfirmatione euangelij,socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est deus,quomodo cupiam

omnes vos esse in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas uestra magis, ac magis abundet in omni scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis synceres, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitię per Iesum Christum in gloriã, & laudem dei.] Sicut &c.q.d. Ita gratias ago & deprecor, & confido de vobis. Sicut est mihi iustũ hoc sentire, pro oĩbus vobis.i. sicut iustum est, me ita velle de vobis. Aliud enĩ non debui sentire, de tam bonis. & exponit causam, eo Quod habeã vos, non in solis labiis, sed in corde.i. in intimo affectu charitatis, qua desidero Vos oẽs, etiã minores. in futuro esse socios.i. vt in futuro sitis socij. Gaudij mei.i. remuneratiõis vitę ęternę. Et hoc desidero, dũ laboro, In vinculis meis, & in defensione euangelij, contra impugnatores. Et confirmatione, infirmorum in doctrina Euangelij. Et est sensus, Memor vestri sim, & bonũ vobis desidero, siue sim vinctus. sciens quoque vos esse vinctos: siue sim defendens euangelium, quod & vos facitis: siue confirmem infirmos in euãgelio. Testis enim mihi est deus, &c. Ideò pro omnibus precor, quia cupio vos omnes esse, In visceribus Christi, scilicet, vt à Christo diligamini, quasi eius viscera. & indè testis est mihi deus. Et hoc est, quod ait, Testis enim mihi est deus, quomodo, id est quanto affectu, Cupiam vos omnes esse in visceribus Christi. id est intimo Christi amore, vt ab eo perfectè diligamini. Vel eo affectu diligatis deum, & proximum quo Christus, qui animam suam, pro fratribus posuit. Vel refertur ad illud quod suprà dixit, cum dixit se desiderare illos esse socios gaudij sui, & determinat hîc quomodo desiderat, scilicet nõ humana cupiditate, nõ carnis affectu, sed Christi amore. Et hoc est quod ait, Testis enĩ mihi ęst deus, quomodo volo vos omnes esse par. gaudij æterni. Cupiam, dico, non carnali affectu, Sed in visceribus Christi, id est, in amore Christi, dicit se desiderare amore Christi, non humano, vt eos participes habeat in domino, Et hoc etiam oro, vt Charitas vestra magis, ac magis abundet, id est crescat. & hoc in scientia, & in omni sensu, scilicet, vt sciant in quibus deum, & proximum diligere debeant, & cum scierint habeant sensum, & memoriam, aduersationem in omnibus rebus: ita, vt

Abun-

Abundet, id eſt in tantum creſcat charitas veſtra in ſcientia, Vt probetis, id eſt, vt probare & diſcernere ſciatis, nō ſolum, quæ ſunt bona, & quæ mala, ſed etiam inter bona quæ ſunt Potiora, vt poſt probationem & diſcretioné, Sitis ſynceres, in vobis, id eſt ſine operibus corruptionis: & quantum ad proximum, Sine offenſa: & hoc perſeuerāter, Vſque in diem Chriſti, id eſt vſq; ad finem vitæ. & quia non ſufficit abſtinere à malò niſi fiat, quod bonū eſt, addit, Repleti. quaſi dicat, Nō ſolum ſitis ſine malis, ſed etiá ſitis Repleti, fructu iuſtitiæ. i. bonis operibus, quæ ſunt fructus, quæ eſt habitus animi. Repleti dico, non viribus veſtris, Sed per Ieſum Chriſtum. Vos dico, per hoc tranſituri In gloriam, & laudem dei, id eſt gloriam æternam, vnde laudetis deum. Vel ita, Repleti. quaſi dicat, Oro, vt abundet charitas veſtra, & ſynceritas, vt per hæc ſitis repleti, hîc & in futuro, Fructu. i. mercede iuſtitiæ. & hoc Per Ieſum Chriſtum: & adeò ſitis repleti vt ſitis in gloriā & laudem dei, id eſt, vt ſitis gloria, & laus dei, vt pro vobis, ſcilicet dicatur, Mirabilis deus in ſanctis ſuis.

[Scire autē volo vos fratres, quia quæ circa me ſunt, magis ad profectum venerunt euangelij: ita vt vincula mea manifeſta fierent in Chriſto, in omni prætorio, & in cæteris omnibus, vt plures è fratribus, in domino confidentes in vinculis meis, abundantius auderent, ſine timore verbū Dei loqui. Quidam quidem & propter inuidiam, & contentionem, quidam autem, & propter bonam voluntatem, Chriſtum prædicant. Quidam ex charitate, ſcientes quoniam in defenſione euāgelij poſitus ſum. Quidam autem ex contentione Chriſtum annunciant, non ſyncerè: exiſtimātes preſſuram, ſe ſuſcitare vinculis meis. Quid enim? Dum omnimodo, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annūcietur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.]

Scire au. Hactenus cōmuniter locutus eſt oſtendens ſuā, erga illos charitatem, indè ſpecialiter ea, quæ tolerātiam ſuadent. Et quia ſuperius dixit, ſe cupere hos fore participes gaudij ſui, ideò quod profecerit ſuperædificatio eius inſinuat eis, quaſi charis, & gratias agēs, precatur hoc eis, cōfidēs. Vos autē ô fratres volo ſcire, quia dixi vos ſocios gaudij mei: hoc. ſ. quia Ea quæ circa me ſunt. i. exterior Ambroſi. Ambroſi.

vndique me circundans abundantia passionum. Vel ideo ait circa me, quia nõ ad interiora pertingũt, Magis venerunt ad profectum euangelij, q̃ ad detrimentũ, vt mali intenderunt ad profectũ. Venerunt dico, Ita vt vincula mea fierent manifesta in Christo.i. vtilitas vinculorum appareret in Christo, qui ꝓpter vincula plus annũciatur. Vel, Vincula mea fierent in Christo.i. manifestum fieret, quòd vincula ipsa mihi essent, In Christo.i. pro Christo, id est, quod propter eum vinctus essem, non pro aliquo crimine:

Aimo.

Hierony. quia nanque patienter quælibet mala sustineo, patet non esse scelus falsitatis, quod in me iusta vindicta percellat: sed quandam veritatem, quam sustinẽdi fortitudo magnificat. Manifesta fierent dico, In omni prætorio, quo maiores conueniunt: Et in cæteris omnibus, locis. Cum enim Apostolus Romæ vinctus retrusus esset in carcere in domo imperatoris, & doceret euangelium, & infirmos curaret, multáq; miracula patraret, & multi per eum crederẽt, in tãtum, vt domum persecutoris ecclesiã faceret redemptoris: & tunc manifestum est, In præterio, & in omnibus locis.i. imperatori & omnibus cõsulibus, & principibus, & minoribus, propter Christum talia sustinere. Ita pro euangelio ea sustineo, Vt plures è fratribus, nõ in se, sed In domino, cõfidentes vinculis meis.i. in cõsideratione vinculorum meorum, Abundantius, q̃ ante auderent, cõtra pugnãtes Loqui verbum dei sine timore. q.d. meo exemplo audent confidenter prædicare, ita dicentes, si vinctus loquitur, cur non potius nos? Canstantia enim eius multos

Ambrosi. animauit, vt nõ timerẽt euangelizare. Alij autem, Quidã, diuersi à priorib⁹, quia mali sunt à prædicẽt, Quidẽ Christum, & hoc faciunt, Propter inuidiam, & cõtentionem.i. quia inuident mei apostolatus gloriæ, & cõtendunt habere. Quidam autẽ, ab his diuersi, quia cum boni sint prædicant Christũ, & hoc Propter bonam volũtatem.s. vt alios saluent.i. pro dilectione dei & proximi, & Exemplo, meæ bonæ voluntatis. Quidã, non diuersi ab his, quia & hi boni sunt Prædicant Christum. & hoc Ex charitate priuata, ad Apostolum, vt vicẽ eius vincti supplerent Sciẽtes, quoniã positus sum, in vinculis in defensione.i. pro defensione Euangelij. Vel positus.i. firmus, & stabilis Sum indefen-

fensione euãgelij. Quidam autem, ab his diuersi, quia mali annunciant Christum ex contentione, id est, ex priuato odio: quia aliquando mecum contenderunt & confutati sunt. & ne viderentur correcti, addit Non syncerè, id est, non puro animo, Sed existimantes suscitare pressuram vinculis meis. i. existimãtes hoc vt siquis de prædicatione eos accuset, in me authorem eius vindicẽt. Astutia ergo simulationis isti Christum annunciabant, vt possent seditiones excitare Apostolo quasi authori, qui multos aggregauerat suo collegio. Ecce quatuor species doctorum distinxit, duas bonorum, & duas malorum, qui omnes annunciant Christum, sed non eodem animo. Mali autem non simplici nec veraci animo Christum annunciabant, boni verò puro animo & fide syncera: omnes tamen euangelio proficiebant. vnde malos tolerandos dicit, subdens, Quid enim. q. d. Non solum ego & alij veri doctores laboramus ad profectum euangelij, sed etiam mali. Qui non bono animo prædicant sunt ad profectum, & ideò tolerandi. Quid enim refert qua intentione prædicent, dum omnimodo, Siue per occasionem, terrenam, Siue per veritatem, id est, vero animo vt boni faciunt. Christus. i. veritas Christi non falsitas, Annuncietur. Veritatem quippè annunciabant quidam etiam si non veritate. i. non verò animo. Terrenis enim cupiditatibus consulentes regem cœlorum annunciabant, habentes in lingua veritatem, sed non in pectore castitatem, qui sunt vtiles eis quos instruit dominus. Vnde ait, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere. Ex occasione enim euangelizant quærentes ab hominibus sua commoda, vel pecuniarum, vel honoris, vel laudis humanę, quomodolibet volentes accipere munera, tam salutem eius quærentes cui annunciatur commodum suum. Qui verò audit salutem, si in illum crediderit quem illi annunciant, qui annunciat habebit detrimentum, cui annunciatur habebit lucrum: quia annunciat euangeliũ. s. rectam fidem, sed non rectè: & ideò non est rectus: quod annunciatur rectum est, sed qui annunciat non est rectus. Quare? quia aliud quærit in ecclesia quàm deum: si deum quæreret, esset castus. Quisquis à deo præter deum aliquid quærit, non castè deum quærit. Tres inuenimus personas,

Ambrosi.

Augusti.

August. in psal. 90.

Augu. de verb. euã.

ſi verba euangelij diligenter inueſtigamus, paſtoris, mercenarij, furis. Paſtor veritate, veritatem annunciat. Mercenarius verò occaſione veritatem annunciat, aliud quærés, & tamen ille Chriſtum annunciat. Et ille fur & latro, veritatem negat & tollit. Diligendus eſt ergo paſtor, tolerádus eſt mercenarius, cauendus latro. Ideò Apoſtolus non prohibet mercenarios, ſed permittit, quia & ipſi vtiles ad aliqua. Et in hoc gaudeo, nunc quod Chriſtus annunciatur per occaſionem, non ſolum per veritatem, id eſt, de hoc nunc gaudeo quod veritas Chriſti prædicatur, quæcunque ſit prædicantium intentio. Et non ſolum nunc, ſed Et poſt gaudebo. ſ. in futuro. Vel ita, Supra dixit tribulationes ſuas eſſe ad profectum euangelij, hîc dicit ſibi eſſe ad gaudium. q. d. non ſolum aliis eſt profectus de malis, ſed & mihi eſt gaudiũ. Et hoc eſt quod ait, Et in hoc gaudeo. ſ. quod tribulationes ſuſtineo pro Chriſto, Sed & gaudeo. ideò de malis meis gaudeo, vel pro profectu euangelij, quia inde mihi ſalus. & hoc eſt quod ait, [Scio enim quia hoc mihi proueniet ad ſalutem, per veſtram orationem & ſubminiſtrationem ſpiritus Ieſu Chriſti: ſecũdum expectationem & ſpem meã, quia in nullo confundar: ſed in omni fiducia ſicut ſemper & nũc magnificabitur *Chriſtus* in corpore meo: ſiue per vitam, ſiue per mortem. Mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Quia ſi viuere in carne, hîc mihi fructus operis eſt, & quid eligã ignoro, coartor autem, è duobus deſiderium habẽs diſſolui, & eſſe cum Chriſto multo magis melius: permanere autem in carne, neceſſarium propter vos. Et hoc cõfidens ſcio, quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum veſtrum & gaudium fidei, vt gratulatio veſtra abundet in Chriſto Ieſu in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tantum dignè euangelio Chriſti conuerſamini, vt ſiue cum venero & videro vos: ſiue abſens audiam de vobis, quia ſtatis in vno ſpiritu vnanimes, collaborantes fidei euangelij: & in nullo terreamini ab aduerſariis quæ eſt illa cauſa perditionis, vobis autem ſalutis. Et hoc à deo. Quia vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolum vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes quale & vidiſtis in me, & nunc audiſtis de me.]

Scio

Scio .n. quia hoc .s. pati pro Christo, vel euangelij ex mea predicatione profectus, Veniet mihi, in futuro in salutem æternam, quod illi putant ad mortem. Proueniet dico non solum Meo merito, sed etiam Per vestram orationem, id est, adiuuante me vestra oratione, & per Subministrationẽ spiritus Iesu Christi, id est, per spiritum sanctum qui sua me quasi ruiturum columna fulcit, id est, auxilium præbẽte & subministrante mihi spiritu sancto. Proueniet mihi dico, In sal. quæ salus erit, Secundum expectationem & spem meam. i. erit tanta quantam salutem expecto, & in præsenti spero. Et hoc firmiter spero, quia In nullo, statu, scilicet prosperis & aduersis Confundar, vt aliquo modo cedam à prædicatione. In nullo dicit se confundi, quia & spes promissionis magna est, & res vera & honesta. Non confundar dico Sed in omni fiducia, quæ sicut semper, à tempore conuersionis fuit, Ita & nunc est, dum in vinculis laboro, Christus, id est, fama & gloria Christi, Magnificabitur, apud gentes. Et in corpore meo, quod fragilius est. Magnificabitur dico, Siue per vitam, qua mihi concessa eum prædicabo. Siue per mortem, qua perseuerandi in eo, & pro eo moriendi famam dabo. Et est sensus, Magnificabo Christum si vixero, docendo: si moriar, exemplum relinquendo. Mihi enim. q. d. rectè per vitam magnificabo, quia Christus est mihi viuere, quia causa eius viuo, vt eum magnificem non ob aliud, per mortem meam magnificabitur: & rectè, Quia mori est mihi lucrũ, quia Christus mortis meæ præmium est. Vel, Ipsum mori, est mihi Lucrum, quia per mortem ab his miseriis liberatur, & ad beatitudinem transit, & per mortem multos lucratur deo. Quòd si. q. d. Christus est mihi viuere vt eum magnificẽ, Quòd si viuere hîc mihi fructus operis. i. tam dignus fructus de meo opere. s. magnificare Christum, quod opus facio dum mihi datur Viuere in carne: si, inquam, hoc est, Ecce ignoro. i. nescio quod eligam nedum appetam, scilicet mori an viuere. q. d. nisi hîc fructus esset, non est dubium quin mori eligerem, nisi Christum haberem præmium, & ideò ne dubitetis Philippenses mori pro Christo. Vel ita, Mihi viuere. q. d. meritò magnifico Christum, siue vita, siue morte, quia Christus est mihi viuere. i. est Ambrosi. Aimo. Ambrosi.

mihi

mihi vita hîc & in futuro: hîc per fidem & ſpem, in futur. per ſpeciem: pro hac vita mortale corpus tradit, vt recipi: ipſum immortale inæternum. Vnde ſubdit, Mori pr. Chriſto eſt mihi lucrum. Quòd ſi. q. d. Chriſtus eſt mihi vita hîc & in futuro, quod vtiq; eſt per bona opera. Quòd id eſt, ſed Si viuere, id eſt, benè operari In carne, quod mirum videtur, cum in carne non habitet niſi peccatum. Eſt mihi fruct⁹ operis. i. mihi tam fructuoſum opus, per quod, ſcilicet Chriſtus ſit mihi vita hîc & in futuro. Ecce igno. quid eligam, mori. ſ. an viuere. Coarctor enim vel auté. q. non ſolum ignoro quid eligam de duobus, ſed etiam Coarctor de duobus, Vel ita iunge. Ideò ignoro, quia Coarctor de duobus. i. ex deſiderio diſſoluendi & neceſſitate viuendi. Non enim ita diſtinguendum vt dicatur, Coarctor, & poſteà ſequatur, è duobus deſiderium habés. ſ. diſſoluendi, & in carne manendi, quia ex ipſo ſermonis textu diiudicatur: quoniam ſequitur diſſolui, & eſſe cum Chriſto multo melius eſt. Apparet enim eum eius quod optimum eſt dicere ſe habere concupiſcentiam, vt cum è duobus cópellatur, alterius tantum hoc habeat concupiſcentiam, alterius neceſſitatem. Sic ergo diſtinguendum eſt. Coarctor vel compellor è duobus. Deinde ſequitur, *ego dico*, Deſiderium habens, vel concupiſcentiam *diſſoluendi*, ab his miſeriis, quibus quaſi compedibus vinctus ſum, & cum Chriſto eſſe præſentialiter. Et quaſi quis quæreret quare huius rei potius habeat concupiſcentiam? ſubdit, Quia multo melius eſt, quantum ad me. & quaſi iterum diceretur, cur ergo è duobus compelleris? ſubdit, quia eſt manendi neceſſitas, dicens, Permanere autem in carne neceſſarium eſt propter vos, non propter me. q. d. illud eſt mihi melius, hoc neceſſarium vobis. ideò illud cupio, hoc non recuſo. Sunt quidam homines imperfecti, qui cum patientia moriuntur: & ſunt quidam perfecti, qui cum patientia viuũt. Qui adhuc deſiderat vitam iſtam cum illi venerit dies mortis, patienter tolerat mortem: luctatur aduerſum ſe vt ſequatur voluntatem dei, & hoc potius agit animo quod elegit deus, non quod elegit voluntas humana, & ex deſiderio vitæ præſentis fit lucta cum morte, & adhibet patiétiam & fortitudinem vt æquo animo moriatur, iſte patienter

Augu. de doc. chri.

Auguſt. ſuper Ioan.

ter moritur. Qui verò desiderat sicut Apostolus dissolui & esse cum Christo, non patienter moritur sed patienter viuit, delectabiliter moritur. Vide Apostolum patienter viuentem.i.cum patientia: hîc non amare vitam, sed tolerare. Vnde ait, Cupio dissolui, & esse cum Christo multo melius est. Tædium enim illi erat manere in carne, & ex duobus patiebatur angorem. Alterum optimum ducebat, vnde passioni appropinquans vehementius, glorificabatur, dicens, Bonum certamen certaui, de reliquo reposita est mihi corona &c. Vel ita potest distingui, Quid eligam ignoro. Coarctor enim desiderium habens è duobus, id est, dissoluendi & in carne manendi, & hoc est habens desiderium &c.i. quia Desiderium & e[illegible] cum Christo multo melius est, sed manere in carne necessarium est propter vos. Et, ego Confidens in hoc.s. quia necessarium est me manere propter vos. Scio quod manebo &c. Ecce sciens melius esse & esse cum Christo, sed necessarium esse vt maneret in carne propter instructionem credentium, & profectum fidelium, non quod sibi tutius est elegit, sed quod multis expedit: ostendens quantum affectum habeat circa eos, hoc secutus quod proficeret per charitatem quam antè posuit omnibus. Vel ita, Et, ego, Scio non dubiè, sed Confidens, in misericordia dei, hoc.s. quia Manebo.i. non parum quidem sed diu Permanebo omnibus, vobis minoribus & maioribus. s. Ad profectum vestrum vt crescatis, per bona, & Ad gaudium fidei, vt.s. de fide vestra gaudeamus, vel vt vos de fide gaudeatis in ea proficientes, quæ non est nisi vbi munda est conscientia. & ita gaudeatis vt proficiatis, vt Gratulatio vestra abundet in Christo Iesu. qui benefecit vobis, qui me vobis incolumen reddidit, & liberatum à vinculis.i. vt abundanter agatis gratias Christo cum gaudio. In me.i. pro me liberato & seruato vobis, scilicet. Per meum aduentum, iterum futurum, Ad vos, cōfirmandos, & veniam vtique ad vos si tantum modò dignè conuersamini euangelio Christi. i. disciplina dominica, quia secundum meritum vestrum dabitur mihi vita ad opus vestrum. & ita dignè, Vt siue cum venero & videro vos, siue cum absens fuero audiam de vobis, hoc.s. Quòd statis, in fide & deuotione contra aduersarios, & hoc in

August. in psal. 93.

Ambros.

Aimo.

vno

vno ſpiritu ſancto,cui non hæret contrarius ſpiritus.& ſicut ipſe vnus ita & vos vnanimes eſſe debetis . Vnde ſubdit, Vos dico Vnanimes,voluntate, Et collaborantes,actu Fidei euangelij.i. totis viribus laborantes ad implenda ea quæ fides Chriſti exigit. Omnis enim pugna vnanimiter aggreſſa victoriam parit. Et poſt hæc, in nullo terreamini ab aduerſariis qui vos terrent per aſpera quæ eſt illis cauſa perditionis æternæ: vobis autem Cauſa ſalutis æternæ. & hoc etiam quod patimini non à vobis eſt, ſed A deo, quia pro merito Chriſti, qui patri obediuit hæc inter alias gratias data eſt vobis. Vnde ſubdit, quia Donatum eſt vobis quaſi præmium, pro Chriſto quem diligitis. Quid? hoc.ſ. non ſolũ, Vt in eum credatis,ſed pro illo patiamini. Vnde maior gloria erit. Vtrũq; ergo ad dei gratiam pertinet, & fides credentium & tolerantia patientium,quia vtrunque dixit eſſe donatum. Vos dico Habentes idem certamẽ,cõtra hoſtes quale & vidiſtis in me dũ apud vos præſens fui, quando verberatus ſum nudus pro muliere Phitoniſſa, ſ.de qua ſpiritum malignum excluſi quæ magnum quæſtum præbebat, vel ſtabat dominis ſuis. Quale nunc audiſtis de me, dum abſens ſum vobis.q. non hortor vos ad id quod ipſe horream,ſed quod in me impleo.

Augu. de gra.& lit. ar.

CAPVT II.

SI qua ergo conſolatio in Chriſto,ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus,ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudium meum,vt idem ſapiatis,eandem charitatem habentes,vnanimes,idipſum ſentientes. Nihil per contentionem neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes,non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes ſed ea quæ aliorum. Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu , Qui cum in forma dei eſſet , non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus , & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.] Si qua ergo. A prædictis infert, quaſi dicat . Et quia pati eſt donum dei , & quia patior & quia

quia vtile eſt, vt ſupradictũ eſt. ergo qui iã me feciſtis gaudere de communione veſtra in euangelio Chriſti, implete gaudium meum addita ſuſtinentia tribulationis & cæteris quæ ſequuntur, & hoc eſt quod ait, Si qua ergo conſolatio, eſt in vobis, In Chriſto .i. ſi vultis habere conſolationem in rebus Chriſti, id eſt, remiſſione peccatorum, & in aliis donis. vel ſi conſolari me vultis ſi quod ſolatium Charitatis, id eſt, ſi vultis vt charitas eccleſiarũ quæ orant & bona agunt pro fratribus ſit vobis ſolatium & confortatio in aduerſitatibus veſtris: & Siqua ſocietas ſpiritus ſancti eſt vobis, id eſt, ſi vultis habere vnionem quam facit ſpiritus ſanctus: in omnibus fidelibus, propter hanc ſocietatem illi in quos venit primitus ſpiritus ſanctus linguis omniũ gentium loquebantur: & Siqua viſcera miſerationis, ſunt in vobis, id eſt, ſi pius affectus eſt in vobis de quo procedat miſeratio, Implete gaudium meum. Gauiſus quidem de fide veſtra, & implete gaudium vt conſtanter patiamini. Vel ſecundum aliam literam, Siqua ergo exhortatio eſt in Chriſto, id eſt, ſi vera exhortatio ſpei in Chriſto apud vos qua nos inuicem conſolamur: & Si quod ſolatium charitatis, communis eſt vobis: & Siqua ſocietas ſpiritus ſancti eſt vobis per quam iungimur in vno nouo corpore: & Siqua ſunt viſcera miſerationis, id eſt, affectus pietatis erga me, id eſt, ſi in animo veſtro ſum, ſicut vos in meo: Implete gaudium. Tunc illa vera ſunt ſi hoc fit: hæc quæ ſuprà numerauit, tunc vera probando ſignificant, ſi iſta quæ ſubter mandat fuerint ſeruata: in quibus non videntur probati, ſi non ſit quod ſubdit, ſcilicet non impleant gaudium, & cætera ſeruent. Implete gaudium dico, ita vt non modò patiamini, ſed Vt idem ſapiatis, non diuerſa in fide. Habentes eandem charitatem, ad omnes, Vnanimes, vnius voluntatis Idipſum ſentientes, vt mala cuiuſque ſint omnium, Nihil per contentionem, agentes, vt alius alij contendant præponi. Nota quoſdam contentioſos fuiſſe inter eos. Vel nihil per cõt. vt bona dicant, non contẽtioſis verbis loquantur: vt nihil agentes, Per inanem gloriã, id eſt, propter famam ſæculi quæ inanis eſt. Sic eos conſtringit, vt ſi hæc non cuſtodiant, nec in prædictis probati videantur: quia in illis nolent ſe improbatos videri, iſta

Augu. de blaſ. ſp. ſ. Am oſi.

quoque

quoque feruent vt perfecti fint. Sine dubio enim aliqui rant inter eos diffentientes, inquieti, inanis gloriæ cau contendentes, pacem ecclefiæ rumpentes. Sed in humil tate, fitis degentes, vt de vobis humilia fentiatis. Et fint a bitrantes.i. in cordibus fuis diiudicantes alios, Sibi, effe Superiores.i. digniores apud deum. & hoc, Inuicem, al ter.f. alterum reputet digniorem. Non ita hoc debemus æftimare vt nos æftimare fingamus, fed verè exiftimemus poffe aliquid effe occultum in alio, quo nobis fuperior fit, & fi bonum noftrum, quo illo videmur fuperiores effe, nó fit occultum. Non quæ fua. Hîc docet quomodo vitent contentionem, & inanem gloriam, & quomodo arbitren-tur alios fuperiores. f. fi confiderauerint non fua bona, Sed aliorum.q.d.vt hæc prædicta faciant, Non fint con-fiderantes, finguli quæ fua funt bona vel mala, Sed quæ a-liorum funt. Illa enim prædicta poffunt illi facere qui nó fua tantum attendunt, fed quæ aliorum funt, vt Chriftus qui pro aliis tanta tulit, neque vlla res officiofum iftud obfequium facit libenter impendi, nifi cum cogitamus quanta pro nobis tulerit dominus. Vnde admonens fub-dit. Hoc enim fentite in vobis.q.d. Ad patientiam & hu-militatem vos inuito, & vt quæratis quæ aliorum funt, non veftra: & vt hoc feruetis, exemplum Chrifti affumite. Hoc enim fentite in vobis. i. debetis fentire in vobis Quod & In Chrifto Iefu, fuit, vt ficut Chriftus non attendit quæ fua funt, fed veftra, in eo quod carnem affumpfit, & fine peccato cum effet, peccata noftra fufcepit: ita & nos ad eius imitationem inuicem onera noftra portemus. Qui cũ in &c. Hîc oftendit in quo Chriftum imitari debemus.f. in humilitate: fed antequàm humilitatem Chrifti often-dat, præmittit alta de Chrifto, vt hi in quibus locus eft abiectionis non dedignentur humiliari, cum Chriftus a-deò altus tantum fit humiliatus. cuius altitudinem often-dit dicens, Qui Chriftus cum, non dico accepiffet, fed Ef-fet in forma dei patris.i.in plena effentia & æqualitate pa-tris. Arbitratus eft.i. certiffimè fciuit, Se effe æqualem deo patri, Non faciens Rapinam.i.non vfurpando quod non fuum effet vt diabolus fecit, & primus homo. Sed Chriftus non vfurpauit æqualitetem dei, quia verè erat æqualis per naturam,

Augu. de 83. quæft.

Idem in eodem.

Augu. fu-per Ioan.

naturam. In ea erat æqualitate, in qua natus erat. Erat enim Christus æqualis patri, natus, non factus. Ideò non erat illi rapina, quia natura erat illi æqualis à quo genitus est. Vel, Non est arbitratus esse se æqualem deo, secundum humanitatem, scilicet quod esset facere Rapinā, id est, nō suum præsumere. Sed semetipsum. Ostensa altitudine subdit de humilitate. q. d. æqualis erat deo patri, Sed, quanuis esset in forma patris, manens vtique quod erat Exinaniuit semetipsum: quomodo? non substantiam euacuans, non formam deitatis mutans, Sed formam serui accipiens, nō formam dei amittens. Forma serui accessit, non forma dei discessit. Exinaniuisse se ergo ab inuisibilitatis suæ magnitudine se visibilem demonstrasse, per formam serui susceptam, quasi enim dignitate se exuit, dum formam serui sibi vniuit forma dei. Et ne putares formam serui in eo. s. Christo fieri immortalem addit. Factus est, secundum formam serui, qui erat infectus secundum formam dei. Fact⁹, inquam, In similitudinem ho. i. mortalis & passibilis vt alij homines. Per hoc ergo quod homo factus est, & in similitudinē hominū, se exinaniuit, ipse est Christus, & factor & factus. Vide factorem, Omnia per ipsum facta sunt. Vide factum, in similitudinē hominū factus. Videmus ergo Christum Iesum, & deum & hominem, & factorem rerū, & factum in rebus: & creatorem hominis, & creatum hominem. Deus Christus æqualis est patri, tantus est quātus ille, talis est qualis ille: hoc est quod ille, non hic est qui ille: quia ille pater, hic filius: sed hoc est quod ille, quia ille deus & ille: ille omnipotens & ille, ille immutabilis & ille. Ideò nō rapina erat ęqualis deo, quia natura erat natus & semper natus: sicut est nat⁹ & semp nat⁹ & sicut semp nat⁹, ita semp æqualis. Nō itaq; inæqualē genuit, vel æqualitatē iā nato addidit, sed gignēdo eā dedit, quia æqualē nō imparem genuit. Non igitur immeritò scriptura vtrunque dicit. s. & æqualem patri filiū, & patrem maiorem filio: illud propter formā dei, hoc propter formā serui: propter quam non tantum patre sed etiā seipso & spiritu sancto minor factus est, & etiā minoratus est paulominus ab ang. ergo & homo factus est & permanēs deus. Homo enim assumptus est à deo, non in homine consumptus est deus. ideò valde

August. in psal. 130.

August. super Ioan.

Augu. in ser. quo.

Augu. de verb. euā.

Augu. de trinita.

Bb rationabi-

August. in enchirid.

rationabiliter, & patre minor est homo Christus, & patri æqualis est idē ipse deus Christ⁹. Christus enim dei filius & deus est & homo: deus ab ęterno, homo in sęculo: deus, quia dei verbū: homo, quia in vnitate personę: accessit verbo, anima rationalis & caro. Cū enim esset vnicus dei fili⁹ nō gratia sed natura, vt esset etiā plenus gratia fact⁹ est & hominis filius, vnus dei filius, idēq; hominis filius: nō duo filij dei, deus & homo, sed vnus dei filius: deus sine initio, homo à certo initio. Sicut enim nō augetur numerus personarū cū caro accedit animę, vt sit vn⁹ homo: sic nō augetur numerus personarū cū homo accedit verbo vt sit vnus Christ⁹. Legitur itaq; de⁹ homo, vt intelligam⁹ hui⁹ psonę singularitatē, nō vt suspicemur in carnē mutatā diuinitatē.

Augu. de trinit.

Nō enim in illa susceptione alterū eorū in alterū cōuersum & mutatū est: nec diuinitas quippè in creaturā mutata est, vt desisteret esse diuinitas, nec creatura in diuinitatē mutata est, vt desisteret esse creatura. Et habitu. q. d. Factus est in similitudinē hominum, & etiā suo Habitu. i. sua cōuersatione, Inuētus est, alicui volēti experiri, Vt, alius Homo, quia comedit, bibit, sedit, &c. Vel ita, Habitus in ea re dicitur, quæ vt habeatur accedit vel accidit. Verūtamen hoc interest, quia quædā eorū quæ accidūt vt habitum faciāt non mutantur, sed ipsa mutant in se integra & incōcussa manētia, sicut sapiētia accidēs homini, non ipsa mutatur, sed hominē mutat, quem de stulto sapiētem facit. Quædā verò sic accidūt vt mutēt, & mutētur, vt cibus qui amittens suā speciem in corpus vertitur, & exilitatē atque languorē in robur atq; valētiam cōmutat. Tertiū genus est cum ea quæ accidūt nec mutāt ea quib⁹ accidūt, nec ab eis ipsa mutātur, sicut anulus in digito positus, quod genus rarissimè inuenitur. Quartum genus cum ea quæ accidūt mutantur non à sua natura sed quodammodo formantur, & aliā speciem & formā accipiūt, vt est vestis quæ deiecta atque deposita non habet eam formam quam sumit induta. Induta enim mēbris accipit formam quam non habet exuta. Quod genus cōgruit huic operationi. Deus enim filius semetipsum exinaniuit non formā suam mutās, sed formā serui accipiēs: neq; cōuersus aut trāsmutatus in hominem, amissa incōmutabili stabilitate, & in similitudinē hominū factus

fact⁹ est ipse susceptor verũ hominẽ suscipiẽdo. Hîc enim similitudo veritatem exprimit, Et habitu inuentus vt homo.i.habẽdo hominem: inuentus est vt homo eis quib⁹ in hoĩe apparuit. Quod dicit vt homo, tale est, quale & illud quasi vnigeniti à patre. Veritatẽ enim exprimit. Habitus autẽ iste non est ex primo genere. Non enim manens in se natura hominis, naturam dei mutauit, nec ex secũdo. Non enim mutauit homo deum, & mutatus est ab illo, nec ex tertio. Non enim sic assumptus est homo, vt nec ipse mutaret deum, nec ab ipso mutaretur: sed potius ex quarto. Sic enim assumptus est, vt cõmutaretur ineffabiliter & excellentius atque coniunctius, quàm vestis cum ab homine induitur. Nomine ergo habitus satis significauit qualiter dixit In similitudinem hominum factus, quia non transmigratione in hominẽ: sed habitu factus est, cum indutus est hominem, quem sibi vniens quodammodo atque cõformãs immortalitati æternitatiq; consociaret. Non ergo oportet intelligi verbũ mutatũ esse susceptione hominis, sicut nec mẽbra veste induta mutãtur, quãuis susceptio illa ineffabiliter susceptũ suscipiẽti copularet. Habitus ergo est susceptio hominis, quasi vestis quæ nõ mutat, quod vestitur ad cõmẽdationẽ maioris humilitatis. & ait, Et Humiliauit semetipsum, tam altũ, Factus obediẽs, patri, nõ solũ sustinendo cõuitia & approbria. sed etiã Vsq; ad mortẽ. Quãta humilitas? humiliauit se Christus vsq; ad incarnationẽ, vsque ad mortalitatis humanæ participationẽ, vsq; ad diaboli tẽtationem, vsq; ad populi irrisionem, vsque ad sputa, & vincula, & alapas, flagella, vsq; ad mortẽ. Et si parũ est hoc, aliquid de genere mortis addẽdũ est. Mortẽ autẽ, nõ quãlibet, Sed crucis, quę ignominiosior est. Ecce habem⁹ humilitatis exẽplũ, superbię medicamẽtũ. Quid ergo intumescis homo? O pellis morticina. quid tenderis? O sanies fœtida, quid inflaris? Princeps tu⁹ humilis, & tu superb⁹? Caput est humile, & membrũ superbum? Absit. Propter quod. Ostẽdit humilitatem Christi quæ maximè in passione apparuit, nunc incipit de claritate eius secundum hominẽ quæ ab eius resurrectione sumpsit exordium. Vt enim Christus resurrectione clarificaretur, prius humiliatus est passione: humilitas, claritatis est meritum: claritas, humilitatis est

Aimo. | Augusti. | August. in eodem. | August. in ser. quodã | August.

præmium.ſed hoc totum factum eſt in forma ſerui. In forma enim dei ſemper fuit,& erit claritas. Quid ergo inquantum humilitas mereatur,oſtendit hîc vt magis hanc appeteremus calcata iactantia. [Propter quod & deus exaltauit illum,& donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtiũ,terreſtrium,& infernorum, & omnis lingua confiteatur,quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris.] Propter quod.ſ. quia tam humiliter Chriſtus paſſus eſt moriendo, Et deus,pater Exaltauit illum,donando immortalitatem, impaſſibilitatem. Exaltauit ergo ſecũdum humanam naturam quæ glorioſior facta eſt in reſurrectione,in quo & natura diuina poteſt dici exaltata ſecundum oſtenſionem, quia cœpit ſciri quod erat:ſicut in aſſumptione infirmitatis dicitur exinanita, quia non apparuit quod erat. Et donauit, per gratiam Illi, homini Chriſto Nomen quod eſt ſuper omne nomen, id eſt, honorificentiam.ſ quod vocatur deus. hoc & ante reſurrectionem habuit:ſed poſt reſurrectionem quod erat, in euidenti poſitum eſt vt ſcirent homines & dæmones : & tunc res dicitur fieri quando innoteſcit.quod ergo à conceptione acceperat,dicitur ei donatum poſt reſurrectionem propter manifeſtationem. *Sed* quæritur,cui donauerit,vtrum homini,an deo. *Homini* donauit nomen quod eſt ſuper omne nomen,non deo:neque enim cum in forma dei eſſet,non excelſus erat: aut non ei genua flectebant,cœleſtia,terrena,& inferna. Sed cum dicitur, Propter quod illum exaltauit ſatis apparet, Propter quid exaltauerit, id eſt, propter obedientiam vſque ad mortem crucis. In qua ergo forma Chriſtus crucifixus eſt,ipſa exaltata eſt: ipſi donatum eſt nomen quod eſt ſuper omne nomen,vt cum ipſa forma ſerui,nominetur vnigenitus dei filius. Hoc ergo illi datum eſt vt homini ſecundum quem factus eſt filius obediens vſque ad mortẽ, quod iam habebat idem ipſe dei filius, deus de deo natus æqualis patri. Nunquid enim antequàm reſurgeret, imò etiam antequàm homo fieret, non erat altus dei filius,dei verbum,deus apud deum. Donauit ergo ſecundum hominem Chriſto,ſecundum carnem mortuo, reſurgenti,aſcẽdenti? Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,cœleſtium, terreſtrium,

Ambro. Auguſti. Queſt.au. cõtra Maximinum. Auguſt.

terreſtrium, & infernorum, id eſt, vt imperio eius ſubiici fateantur Angeli, & homines, & dæmones. Sedet enim Chriſtus ad dexteram patris poſt reſurrectionem & aſcẽſionem. Factum eſt hoc iam, nec videmus, ſed credimus, & legimus. Vnde & eo ipſo quo erat filius Dauid Chriſtus, factus eſt dominus Dauid. Illud enim quod natum eſt ex Dauid, ita honoratum eſt vt eſſet dominus Dauid: ergo in carne quam accepit in qua mortuus eſt, in qua & aſcendit, & ſedet ad dexteram patris: in eadem ipſa ſic honorata, ſic clarificata, & in cœleſtem habitum mutata: & filius eſt Dauid, & dominus Dauid, qui eſt dominus cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Vel ita quibuſdam videtur, homini datum eſt nomen quod eſt ſuper omne nomen, quod nullo genere, nulla ratione conuenit. Hoc eſt enim donum patris, ſcilicet eſſe filium: & nomen eius ſuper omne nomen, hoc eſt eſſe deum, quod non per ſolam appellationem, ſed per naturam eſt ſuper omne nomen: hoc nomen non eſt datum homini. Si enim ſecundum quod homo erat hoc accepit, tunc ipſe dei filius deus ſibi dedit hoc nomen. Quare ergo pater dicitur dediſſe quod diuinitas filij poterat homini præſtare? Sed fortè dicetur quia à deo patre ſunt omnia, ideò ipſe dicitur dediſſe. Si ergo à patre omnia, quare non dicatur cuncta filio ſuo per generationem dediſſe, cum ſibi æqualem genuit? Item donatum illi ſignificat qui ſe exinaniuit, qui formam ſerui accepit. Sed nunquid poterat ſe exinaniſſe homo res infirma? Nũquid in forma dei erat ante incarnationem? Quod ſi non erat, non accepit formam ſerui, nec ſe exinaniuit: quia qui erat in forma dei, ſe exinaniuit formam ſerui accipiens: ergo homini non eſt donatum nomen dei, ſed ei qui æqualis eſt patri qui ſe exinaniuit, cuius ſunt omnia à patre. Illi donauit, deus pater, Nomen quod eſt ſuper omne nomen. id eſt eſſe deum per naturam, quando ab eo plenus deus natus eſt. Quomodò ergo dicit Apoſtolus Propter quod exaltauit & donauit illi nomen, quia poſt crucem manifeſtatur quid à patre cum generaretur accepit. Cum autem à creatura cœpit ſciri illius maieſtas, illius diuinitas poſt crucẽ, paſſionem, & reſurrectionem reuelata eſt hominibus. Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtiũ, terreſtriũ,

Ambro.

Auguſt.

&infernorũ. Hîc aperit cui datum sit nomen dei. Cui omnis creatura flectit genua.i. deo. Sed fortè dicitur quod homo adoptione deus esset, & sic Christus ex parte verus deus, & ex parte adoptiuus erit. Adoptiuo autem deo non flectit genua creatura, sed deo vero causa creaturæ. Constat autem Christum verum deum esse, cui flectitur genu non adoptiuum. Tandem in fine, Omnis lingua, bonorum & malorum confiteatur sponte vel inuintò, Quia dominus noster Iesus Christus in gloria dei patris, id est,

August. æqualis patri, quod hîc quidam negant. Quomodo potest fieri vt homo sit in gloria dei patris, etiam si adoptiuus deus sit, homo in gloria dei patris non potest esse? Nam hoc ei competit qui natus est de deo: quia in gloria dei patris esse, est nihil differre ab eo, vt vna gloria sit patris & filij per naturam, per communem substantiam & virtutē. Caue qualiter intelligas virorum illustrium, Ambrosij & Augustini verba præmissa, ne sibi contra ire putētur. Scito ergo quia est donatio naturalis, & est donatio gratuita. Naturali donatione dedit pater nomen quod est super omne nomen deo filio non homini. i. Christo, secundum quod deus, non secundum quod homo: nec fuit aliud dare quàm sibi æqualem generare. Gratuita verò donatione dedit homini Christo, non deo: quia Christus non inquantum deus, sed inquantum homo per gratiam accepit nomen dei, nec per gratiam adoptionis, sed per gratiam vnionis, vt non sit adoptiuus deus, sed verus deus cui flectitur omne genu. [Itaque charissimi mei sicut semper obedistis, non in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea cum metu & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis, & velle & proficere pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filij dei sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes ad gloriam meã in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui. Sed & si æmulor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Idipsum autẽ & vos gaudete, & cõgratulamini mihi.]

Itaque,

Itaque,&c.quasi dicat,quia Christus humilis,ita per obedientiam exaltatus est. Itaque fratres mei, in fide & dilectione, Sicut semper obedistis,domino & mihi, ita nunc obedite, Non in præsentia mea tantum, seruientes, Sed multo magis nunc in absentia mea, quia minus subuenio vobis,& Operamini, id est, operibus mereamini, & Præparate vestram salutem,id est,vitam ęternam.& hoc Cum metuamini:& tremore corporis.i. magno & manifesto timore,nō præsumptione. Vel cum metu.i.cum humilitate nō superbè,quia qui timet semper humilis est ne cadat: Et tremore,manifesto. Deus enim.q.d. ideò timēdū est, quia nō vos sed deus operatur.& hoc, Deus.n.est qui operatur in vobis,& velle bonū, & perficere bonum quod vultis. & hoc Pro bona voluntate sua,non pro meritis nostris. Nos ergo volumus, sed deus operatur in nobis & velle:nos operamur,sed de⁹ in nobis operat̄ & operari:hoc nos expedit & credere & dicere, quia piū est & verū, vt sit humilis cōfessio, & totū detur deo. Per propriū enim arbitriū nisi dei gratia adiuuetur,nec ipsa bona volūtas in homine esse potest. Omnia autē, Adiungit hîc patiētiā humilitati.q.d. non solū cum metu operamini,sed etiā Omnia facite sine murmuratione.i.non negligēter & indeuotè. Et sine hæsitationibus, vt non hæsitetis pati pro Christo,sed prompti sitis:ita omnia facite Vt sitis sine querela,quantum ad proximum,vt.s.proximus de vobis non possit conqueri:& quantum ad vos, sitis Simplices, non duplices vt qui duobus dominis seruire volunt. Contra quod dictum est,Nō potestis deo seruire & mammonæ. Simplices, dico, sicut Filij dei. Sicut deus simplex est,ita & filij eius puro ac simplici animo debent incedere:& etiam quantum ad exteros estote Sine reprehensione, vt non sit in vobis quod pateat reprehensioni. & hoc ideò hortor,quia estis In medio prauæ nationis, per opera, & Peruersæ, per diuersas sectas.i. malorum, qui rectum ordinem deprauant & peruertunt: qui dicuntur natio,quia non sunt renati ex aqua & spiritu sancto. Inter quas lucetis.i. lucere debetis doctrina & vita.i. ad hoc estis constituti vt luceatis, & ideò decet vos esse sine reprehensione. Lucetis,dico,Sicut luminaria,fixa in cœlo lucent In mundo, sic & vos sol mundi estis quos

Aimo.

Augu. de bono.pse.

Augu.ad Iulianū.

Aimo.

illuminat lux vera. & hoc ideò quia estis Continentes verbum vitę.i.quia estis vasa euangelij, sicut illa dicuntur cōtinere rationem vitæ animalis. Luminaribus benè sanctos comparat. Sicut enim stellas cœli non extinguit nox, sic mentes fidelium adhærentes cœlo sacræ scripturæ nō obscurat mundana iniquitas. Et sicut illa quicquid agatur in terra etiam si qui mentiantur de ipsis, suos tamen in cœlo cursus non obliquant nec tardant: ita sancti quorum conuersatio in cœlis est, propter mala mundi quæ despiciunt: vel falsa quæ confingantur in ipsos, lucem verbi & vitæ exemplum nullo modo interpolāt. Ita facite vt dixi, quod vtique erit Ad gloriam meam, nedum vestram futuram In die Christi.i.quando videbitur Christus. Et verè gloriam habeo, Quia non in vanum.i. sine fructu, Cucurri, in facilè conuersis: Neque in vanum laboraui, in difficilè cōuersis. & non solum tunc habebo gloriam, Sed etiam modò gaudebo intus, in mente, quia certa me manet merces. Et congratulor. i. gratias ago Vobis omnibus, etiam Si immolor super sacrificium & obsequium fidei vestræ.q.d. iam obtuli deo fidem & opera vestra, sed etiam si ipse pro vobis offeror, Gaudeo, ita & vos, si pro me immolamini gaudete. & hoc est quod subdit, Propter idipsum *autem* & vos gaudete & congratulamini.i.gratias agite *Mihi*, sicut ego vobis si immolor pro vobis. [Spero autem in domino Iesu, Timotheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo sim cognitis quę circa vos sunt, Neminem enim habeo tam vnanimem qui syncera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite, quoniam sicut patri filius mecum seruiuit in euengelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro quæ circa me sunt. Confido autem in domino, quoniam & ipse veniam ad vos citò. Necessariū autem existimaui Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum: vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ mittere ad vos, quoniam quidem omnes vos desiderabat, & mœstus erat, propterea quod audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est vsque ad mortē, sed deus misertus est eius. Non solum autem eius, verumetiam & mei,

Augu ex lib. sentē. prosperi.

ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinantius ergo misi illum, vt viso illo iterũ gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaq; illum, cum omni gaudio in domino, & eiusmodi cũ honore habetote, quoniã propter opus Christi vsque ad mortem accessit, tradens animam suam, vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.] Spero autem. q. d. non solum literis, hoc moneo, sed etiam spero in domino Iesu, id est per misericordiã domini Iesu Timothæum me, mittere ad vos. & hoc Citò, adeò necessarium est, vt veniat, & adeò attentus est erga vos. Mittere, dico, Vt & ego bono animo sim, his cognitis, quę circa vos sunt: sicut vos eritis bono animo cognitis his quæ circa me sunt, ideò illũ, & nõ alium volo mittere. Etenim, id est, quia Neminem habeo, nũc, Tam vnanimem, id est, qui ita concordet meæ voluntati, in hoc negotio, Qui, ita, Syncera affectione pro vobis sollicitus sit. hoc enim tempore multi cum Apostolo mercenarij erant, filij vero, vel pastores nulli, nisi Timothæus. Et verè, Omnes enĩ quærunt, in vobis Quæ sua sunt, non quæ sunt Iesu Christi. Ambrosi.
Negligentes enim erant de disciplina, & cõuersatione fratrum. Non enim deuoto animo prædicabant, sed propter propria lucra. Hi sunt mercenarij, qui sunt tolerandi, quia eadem habent in ore quæ & pastores, qui vtique sunt diligendi. Fures vero, & latrones, qui occidunt, sunt cauendi. Experimentum autẽ. q. d. hunc mittam ad vos, vos autem cognoscite in vita, & doctrina. Experimentum eius. i. ipsum quẽ nos experti sumus, & bonum cognouimus. Quoniam, ipse obediens mihi, Sicut filius patri mecum seruiuit, deo In euangelio, in quo potui experiri eum. Et quia expertus sum, Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro, quem exitum sint habitura, quæ circa me sunt. Confido autem in domino, quoniam & ipse citò veniã ad Aimo.
vos. Hæc manifesta sunt, aperta perstringamus, vt in obscuris immoremur. Interim autẽ existimaui necessarium, fore Mittere ad vos Epaphroditum fratrem meum, in fide, Et cooperatorem, in prædicatione, Et commilitonem, in aduersis. Vestrũ autem apostolum, id est doctorem, Et ministrum necessitatis meæ, qui mihi necessaria ministrauit, & ideò mittere volui. Sunt etiam aliæ causæ, scilicet,

Quoniã quidem desiderabat vos omnes videre,& mœstus erat,non de se, sed de vobis pro eo dolentibus. & hoc est, quod subdit, Propterea quod audieratis eum infirmatum, id est verberatum ministratione, vnde dolebatis. Nã,&c. quasi quis diceret, cur mœstus erat, quia audierant illũ infirmatum.s.cum possent decipi. Respon. Quia non solum fama, sed etiam in ipsa re infirmatus est:& ita cõfirmaretur auditus eorũ magis, ac magis, & dolor augeretur, nisi citò ad eos veniret.& hoc est quod subdit, Nam & infirmatus est, non vtique ex verberatioue, sed ex ægritudine. & hoc Vsq; ad mortem.i.ad mortis periculum. Sed deus misertus est eius, sanãdo eum, Non solum autem eius, verumetiam & mei, vel Nostri, quibus eum seruauit. In hoc

Ambrosi. misertus est mei, Ne haberem tristitiam, de morte, Super tristitiam, de infirmitate, quæ nocebat vobis. Et quia deus misertus est eius,& nostri, Ergo festinantius, quàm esset propositum, Misi illum, ad vos, vt viso illo iterum gaudeatis, pro cuius absentia tristari vos noui: Et ego sine tristitia sim, quã habebam de vobis tristibus.& quia misi eum, Itaque excipite illum cum gratia, vt per bona opera ostẽdatis vos gaudere de eo, Gaudeo, dico, quod sit In domino.i.quod sit spirituale, Et, quia eiusmodi est, Cum omni honore habetote. Absoluta sunt hæc, nec egent interpretatione. Et debetis, Quoniam propter opus Christi, id est vt faceret op⁹ quod Christus docuit,& fecit, qui venit ministrare,& non ministrari. Accessit vsq; ad mortem, id est periculo mortis: non coactus, sed ex voluntaria deliberatione. Tradẽs animam.i.vitam suam, Vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum officiũ: rem quippe dedistis, sed qui mihi ferret de vobis, non erat.

CAPVT III.

De cætero fratres mei gaudete in domino, eadẽ vos scribere mihi, quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruimus deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, quanquam & ego habeam confidentiam in carne, Si quis alius videtur cõfidere in carne, ego magis circuncisus octaua die ex genere Israel, de tribu

bu Beniamin. Hebræus ex Hebræis, secundum legē Pharisæus, secundum ęmulationem persequens ecclesiam dei: secundum iustitiam, quę in lege est conuersatus, sine querela.] De cætero. Hucusque contra tribulationes maximè exhortatus est eos: de cætero contra pseudoapostolos monet ne legalia ab eis recipiant, sed fidem Christi solam sufficere credant. Et incipit hîc agere de synceritate fidei, quasi de tolerantia & quibusdam aliis. Hucusq; monui De cætero, idest deinceps, O fratres mei, in fide, dico, Gaudete in domino. i. gaudium omnis boni habeatis, In domino, non in carnalibus obseruantiis. Hoc quidē præsens dixi vobis, sed Eadem scribere vobis, quæ præsens dixi. s. vt in domino tātum gaudeatis, Mihi absenti, quidem non est pigrum, vobis autem necessarium est, contra instantes pseudo. ideo dicit necessarium scribere, quæ præsens dixerat, quia scriptura diutius manet, quàm prolatio. Videte, & vt in domino gaudeatis, Videte, id est cognoscite illos esse canes, non ratione, sed consuetudine contra insolitam veritatem latrantes. Hæc est enim canum natura, vt cum quibus habent consuetudinē, siue boni, siue mali sint, non ad eos latrent: insolitorum autem personis visis etiam innocentibus irritentur, Bene ergo comparat canibus, quia sicut canes magis sequuntur consuetudinem, quàm rationem, ita pseudoapostoli consuetudinē legis tenent, & cōtra veritatē irrationabiliter latrant, & mordēt, Et Videte. i. cognoscite illos esse Malos operarios. Mali operarij sunt, qui zizania errorum superserunt generoso semini euangelij, quibus frumenta enecant. Videte. i. cognoscite illos esse, nō dico circuncisionē, sed Cōcisionē, cōcisi sunt, quia à Christo cæsi sunt: & alios cædūt. i. separāt. Nos enim. q. d. bene hos nomino cōcisionē, & non circuncisionē, Nos enim, fideles tantum Sumus, verè circuncisio. Credentes enim circuncidunt cor suū, vt amputata erroris nebula aspiciāt, & cognoscant deū creaturæ. Nos, inquam, Qui. s. ea seruitute, quæ Græcè Latria dicitur, Seruimus deo, & hoc non in carne, sed Spiritu. i. ratione ab omnibus expedita, quia spiritus regit, caro domatur. Carne enim seruit deo, qui de rebus carnalibus sperat placere deo. Cum verò caro ipsa ad bona opera spiritui subditur, spiritu

Augu. de gra. n. t.

August.

ſpiritui ſeruimus deo,qui carnẽ domamus, vt ſpiritus obtemperet deo. Spiritus enim regit caro regitur: nec ſpiritus bene regit,ſi nõ regatur. In nonnullis codicibus inuenimus ſcriptum, Ita qui ſpiritui deo ſeruimus. Per hoc notat ſpiritum ſanctum eſſe cui latria exhibetur, ſcilicet ſeruitus ſoli creatori exhibẽda. Alia eſt ſeruitus,qua per charitatem iubemur ſeruire inuicem,quę Græcè dicitur Dulia. In pluribus etiã codicibus Latinis,in Græcis verò omnibus,vel pœnè omnibus,reperitur ita ſcriptum, Qui ſpiritui dei ſeruimus. Attende etiam,cum nõ dixerit,nos habemus circuncifionem,ſed Nos ſumus circuncifio, ſic accipi: hoc voluit ſignificare Apoſtol°, Nos ſumus iuſtitia. Circuncifio enim iuſtitia eſt. Magis autem commendat, quod dicit,dicendo, Nos eſſe circuncifionem,id eſt iuſtitiam, quam dicendo nos eſſe circunciſos, id eſt iuſtos: ſic tamen, vt cum iuſtitiã dicit eſſe, iuſtos eſſe intelligamus. Et gloriamur in Chriſto Ieſu, maximè,quia noſtra gloria tantum Chriſtus eſt. Et non ſumus habentes fiduciam.i. ſpem ſalutis, In carne, id eſt in carnali circuncifione, vel in Genere, Reſpexit quoſdam in carne fidentes,ipſi erant qui de circuncifione carnis, & aliis carnalibus obſeruantiis, necnon etiam de genere gloriabãtur. Et ne videatur Apoſtolus,nõ poſſe fidere in carne,& contemnere, quod non habet,ſubdit,Quanquam,ego habeã.i. habere poſſim Cõfidentiã in carne,ſi qua eſſet. & verè poſſim,quia plus aliis. & hoc eſt quod ſubdit, Si quis alius,à me qui vos decipit, Videtur confidere in carne, quaſi indè iuſtus ſit, Ego magis videor,debere confidere,quã illi pſeudo. quia Ego ſum circunciſus octaua die,à natiuitate mea.q.d.nõ maior circunciſus ſum, ſed habeo circuncifionem octaua die,vt lex Moyſi præcipit hominem ſ. octaua die circuncidi cultello petrino. Innuens quod poſt tempus.vij.dierum in octauo.i. in æterno die à Chriſto petra perfectè circuncidemur ab omni corruptione pœnæ & culpæ: & ſum Ex genere Iſrael.i.non proſelitus,non aduena ad populum dei,ſed à parentibus natus Iudæis: & ſum non de minori tribu,ſed De tribu Beniamin, quæ non fuit de cõcubinis,quæ tribus adhæſit,non recedens à templo quando facta eſt ſeparatio in ſeruo Salomonis. Tunc enim tribus

Augu. de trinitate.
auguſt. in ſer. quodã
Aimo.
auguſt. in eodem.

bus Iuda quę erat regia,& tribus Beniamin,& tribus Leui,quæ erat ſacerdotalis remanſerunt ſimul,non recedentes à Hieruſalem,& à templo : & ego natus Ex Hebræis, parentibus,ſum Hebræus. q.d. non deuiaui à gente mea. Nota quòd Hebræi dicuntur,pro Abrahæi mutata litera ab Abraham,vnde origo trahitur,non ab Eber. Hoc autẽ Auguſtinus retractat ita,dicens, Quod dixi ex Abraham cœpiſſe gẽtem eorum:eſt quidem & hoc credibile,vt Hebræi velut Abrahæi dicti eſſe videãtur. Sed ex illo verius intelligantur appellati,qui vocabatur Eber,tanquam Hebræi. Et ſum Secundum legem,in qua egregius fui. Phariſæus,id eſt,non contemptibili plebi admixtus,ſed nobilitate ab aliis ſegregatus atq; primarius. Primarij eñ quidam,& quaſi ad nobilitatem iudaicam ſegregati erãt,non contemptibili plebi mixti,qui dicebantur Phariſæi. Nam dicitur hoc verbum,quaſi ſegregationẽ interpretari : qui ſicut latinè egregi⁹ dicitur,quaſi à grege ſeparatus. & fui Secundum æmulationem,id eſt dilectionem legis, Perſequens eccleſiam dei. Quicquid enim erat, quod legi meæ aduerſarium videretur impatiẽter ferebã,acriter inſequebar. Hæc apud Iudęos erat nobilitas,ſed apud Chriſtum, quæritur humilitas. Ideò ibi iſte Saulus dicebatur à Saule cuius erat procera ſtatura:hîc autem Paulus,id eſt modicus dicitur.& ſecundum Iuſtitiam,non veram,ſed Quę in lege eſt,quæ manus comprimit,non animum:quę timore, non amore ſeruire facit conuerſatus ſum ſine querela, id eſt ſine clamore de me facto. Nota quòd dicit,ſe ſecundum iuſtitiam legis cõuerſatum:idem tamen alibi ait, In quibus, & nos ambulauimus aliquando in deſideriis carnis,facientes volũtatem carnis,& eramus natura filij iræ. Talis iuſtus erat ſecundum legem. malum erat talem iuſtitiam ſectari:quia quod in eo fuit ſine querela,hoc de illo magnam faciebat querelam. [Sed quæ mihi fuerunt lucra,hæc arbitratus propter Chriſtum detrimenta. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſciẽtiam Ieſu Chriſti domini mei, propter quem omnia detrimentum feci,& arbitror,vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam,vt & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illã quæ ex fide eſt Chriſti

Augſt.

Auguſt.

Ieſu,

Iesu, quæ ex deo est iustitia in fide ad cognoscendum illum,& virtutem resurrectionis eius, & societatem passionis illius,configuratus morti eius,si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis, non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim.] Sed quæ mihi, &cæt. Hæc omnia prædicta habui. Sed quæ mihi fuerunt, ante Christum,Lucra,vt signa veritatis. Hæc sum arbitratus,si post veritatem sequerer, Esse detriméta, scilicet quicquid boni est deterentia. & hoc Propter Christum.s.ne aduentum Christi ostéderem,vel nondū factum esse,vel superfluum. Inania enim erant,hæc omnia & impedimenta, ne accederetur ad gratiā. Veruntamen, quasi dicat,non solum propter Christum habendum,ita arbitratus sum,Veruntamen, id est sed etiam si ipsum, non possem assequi. Aestimo omnia detrimentum esse,propter hoc solum,scilicet, Propter scientiam domini nostri Iesu Christi,id est quam de Christo habemus, Eminentem,cæteris scientiis, vel quæ eminet in eo plusquá in aliis. Vel ad eundem sensum potest,hæc litera iungi,cum priori versu.quasi dicat, hæc omnia prædicta legis habeo. Veruntamen,id est,sed tamen non partim, sed Omnia existimo esse detrimenta. & hoc Propter eminentem scientiam.i. Christi domini, hoc non mutatur. Propter quem,Christum,honorádum, id est propter Iesu Christi dilectionem & honorem, Nó solum æstimo ea detrimenta, sed Etiam feci docendo, & spiritualiter viuendo,vt aliis appareret Omnia,esse Detrimentum,& quod plus est Arbitror, illa legalia non tátum esse detrimenta bonorum,sed etiam Vt stercora, quia inquinant iam obseruantem.& hoc ideò,vt in futuro Christum lucrifacerem,id est Christum habeam præmium. & hîc inueniar,rationabiliter attendenti membrum In illo, capite, id est, sim membrum illius ei charitate copulatus: quod aliter nequit fieri, nisi illa existimem, vt stercora. Quomodo autem potest in illo esse,vt membrum,subdit, Inueniar, dico, Non habens meam iustitiam, quæ ex lege est. Illa est iustitia,qua quis pœnas timet,non amat iustitiam. Quisquis enim timuerit, & suis viribus legem implere putauerit,& fecerit quod iubet lex non amando iustitiam,sed timendo pœnam: fit quidem secundum iusti-

Ambrosi.

tiā quæ ex lege eſt iuſtus. de qua iuſtitia alibi dicitur, Suā volentes iuſtitiam conſtituere, iuſtitiæ dei, id eſt gratiæ, non ſunt ſubiecti. Sed ſi ex lege iuſtitia eſt, quomodo eſt tua? Nunquid tu tibi impoſuiſti legem? Deus legem dedit & impoſuit, Deus te legi ſuæ obtemperare præcepit: ſed & tua eſt, quia de lege preſumis tua volũtate, te legem poſſe implere, exiſtimans, quia illa legalia manibus operaris. Non habens meam, dico, Sed illam, iuſtitiam Quæ eſt ex fide Chriſti, quæ impetrat à deo, quæ tollit timorem, & dat amorem, quàm deus ſolus operatur in nobis. Melius eſt enim iuſtum eſſe, quàm hominem eſſe. Si ergo hominem te fecit deus, & iuſtum te facit, quod melius eſt: non tu te, ſed ſine te fecit te: non enim adhibuiſti aliquem ſenſum, vt te faceret. Qui ergo fecit te ſine te, non te iuſtificat ſine te: fecit te neſcientem, volentem iuſtificat: & cum iuſtitia vera ſit ex fide, quid ergo opus eſt lege? Omnino tollenda eſt ſecundum verbum legalium figurarum. Quæ iuſtitia ex fide eſt ex deo, non eſt ex nobis: & ſi fides noſtra ſit, & iuſtitia, hæc ſcilicet ens in fide. Sicut enĩ ex fide nata eſt, ita exiſtere non habet, niſi in fide. Deinde ſubdit commendationẽ fidei per multa, quæ facit. Facit enim, & in alia vita cognoſcere deum perfectè, qui hîc fide creditur: & habere reſurrectionem, quæ noſtra reſurrectio eſt virtus, & efficacia reſurrectionis Chriſti: & in hac vita habere ſocietatem Chriſti in patiendo: niſi enim per fidem nemo tanta pateretur. & Configurationẽ mortis eius, vt, ſcilicet moriatur pro Chriſto, ſi opus fuerit, ſicut ipſe pro nobis. & hoc eſt quod ait, Fide, dico, valente ad cognoſcendum illum, perfectè, in futuro. Hoc videtur dicere de fide, non habente tempus operandi, quę tantum ad hoc valet, Et valente ad virtutem reſurrectionis eius, id eſt ad veram reſurrectionis efficientiam, quæ eſt virtus & effectus reſurrectionis Chriſti. & in hac vita Valet ad ſocietatem paſſionum eius, id eſt ad hoc, vt ſocij ſimus Chriſti in patiendo. Quæ, ſocietas Eſt ex charitate, hoc dicit de fide habente tempus operandi. Inueniar, dico, in illo: ego dico Configuratus morti eius, vt, ſcilicet moriar pro illo ſi opus ſit, imitator mortis eius, & paſſionis. Vel ita, In fide, ad cognoſcẽdum. quaſi dicat, qui in lege putat ſe iu-

Aimo. August. Aimo.

se iustificari, nō agnoscit Christū: sed ego volo iustifica-
ri in iustitia, quę ex fide est, quæ ex deo est, quę est in fide.
Ad quid? Ad cognoscendum illum, id est, vt ego agnoscam
illum, scilicet cur natus, cur passus. Et ad cognoscendum
Virtutem resurrectionis eius. i. vt agnoscam, quæ est vir-
tus resurrectionis suæ. s. iustificatio credentium. Ex illius
enim resurrectione iustificamur, tanquā enim à petra cir-
cuncidamur. Resurrexit enim, Christus, Propter iustifica-
tionem nostram, id est vt iustos nos faciat. Et agnoscam
Socios passionis eius. i. fructum, qui venit ex societate pas-
sionum eius. Illam ergo bene noscit, qui per eam ad cœli
gaudia peruenire credit. Ego, dico, Configuratus morti
eius, hoc non mutatur. Si quomodo. q. d. quæro iustificari
ex fide, & configurari morti eius Christi. Ego, dico, ten-
tans Si quomodo. hoc ideo dicit, quia difficile est. Occur-
ram deo, retribuēs ei, quod mihi retribuit, scilicet calicem
passionis. Vnde propheta, Quid retribuā domino pro om-
nibus, &c. Ego, dico, pro hoc Venturus ad resurrectionē,
veram & gloriosam. Vel tentans, Si quomodo, &c, In aera
Christo in iudicio, quod tantum sanctorum est prius ve-
niens Ad resurrectionem veram, Quæ est, non inter mor-
Aimo. tuos, sed longè Ex mortuis. Qui autem licet omnes resur-
gant in die iudicij, soli tamen iusti gloriosè mutabitur, &
occurrant domino in aera deportati ab angelis. Impij ve-
ro manebunt in terra, quousque percipiant terribilem sen-
tentiam iudicis. Et ne videatur superfluū Apostolum tot
pati, cum fidem & alia bona habeat, subdit, Nō quod. q. d.
meritò iam pro illa gloria tantum laboro, quia non dico,
Quod iam acceperim, aliquid gloriæ: quia si aliquid glo-
riæ accepi, nihil est ad comparationē futuræ, Aut si quid
iam, accepi de cognitione Christi: non dico, quod in illa
Iam perfectus sim. & si ita est de me, quid de aliis? Hoc di-
cit de se, ne illi quos in hac epistola laudat, & in quorū fi-
de, & deuotiōe se gaudere testatur, vt homines inflatione
extollātur: sed laborent addere, vt ipse facit, qui tātus est.
Si enim ipse, qui tāta præditus est dignitate adhuc deesse
sibi ad perfectionem confitetur, quanto magis hi elaborā-
dum esse sibi intelligere debent, vt iustificationum meri-
ta, & perfectionis me tā adipiscātur. Nemo ergo fidelium
etsi

etsi perfecerit, dicat, sufficit mihi. Qui enim hoc dixit, hæsit in via ante finem, quem currens intuebatur Apostolus, & de sua imperfectione cōfitebatur, aliud in se intuēs, aliud alibi quærens. Per fidem enim ambulat, non per speciem. Vel ita. q. d. ideo tēto, Si quomodo occurram ad resurrectionem, quia non est verum, quod acceperim iam, virtutem resurrectionis, aut quòd iam Perfectus sim, in cognitione dei. [Sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo & comprehēsus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens: ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum ad destinatum persequor ad brauium supernæ vocationis dei in Christo Iesu.]

Augu. ex lib. sentē. prosperi.

Sequor autem. quasi d. non accepi, nec perfectus sum, sed Sequor, non passibus corporis, sed mentis affectibus, & vitæ moribus, vt possim esse perfectus iustitiæ possessor, qui recto itinere de die in diem spirituali renouatione proficiens iam perfectus, sum factus eiusdem iustitiæ viator: perfectus enim erat viator, sed nondū ipsius itineris perfectione peruentor. Ideò ait, Sequor, proficiendo, tentās Si quomodo comprehendam, id est si aliquo modo potero perfectè cognoscere Christum, qui est summa beatitudo. Ecce quanta est fides, quę tam grande petit. Comprehendam, dico, in eo modo cognitionis In quo deprehensus sum à Christo Iesu, vt s. videam eum, sicut est, sicut ipse me videt sicut sum. Vel ita, Comprehendam, dico, non merito meo, sed in eo In quo comprehensus sum, à domino, id est per misericordiam dei per quam à pręsentia dei requisitus inuentus sum. Vel ita. q. d. comprehendam, dico, in eo modo videndi, In quo, etiam nunc Comprehensus sum à domino Iesu, vt. s. videam eum in ea claritate in qua mihi apparuit in via, quādo me comprehēdit. Fratres, &c. Illud quod dixerat, euidentius aperit: & quid illud sit, quod nondum comprehendit, sed sequitur, vt cōprehendat, determinat: & quasi mirantibus illis, quid dicat cum ait, non accepi, nondum perfectus sum, ait, Fratres. q. d. rectè dico, sequor, vt comprehendam, quia Ego, qui melius noui, quàm vos, vel alij, Non arbitror me comprehendisse, quicquid alij putent de me. Ego nō arbitror

Ambrosi.

de me comprehendisse, vnum, scilicet, Multa quidem habeo, Vnum autem nondum habeo, hoc vnum. Vna etiam dicitur in Psalmo, Vnam petii à domino. & quasi diceretur, Quid ergo agis apostolè? nondum apprehendisti? nódum perfectus es? Quid ergo agis? Quid mihi imitandum proponis? inquit, Quæ quidem retro sunt. Vel ita, Non arbitror me comprehendisse. Hîc distingue, non comprehé di. Vnum autem, de me vobis assero, quod Ego obliuiscés ea quidem quæ retro sunt, ad ea vero quæ priora sunt me extendês, & persequor, & cætera. Vel ita, ab illo loco Fratres. q. d. non comprehendi. Et verè, quia ô Fratres, nec arbitror me cõprehendisse, sed persequor: non vtique tria vel duo, Sed vnum, summum bonum quod vere est vnum, in quo sunt omnia bona. Hoc est illud vnum de quo Philippus ait, Domine ostéde nobis patrem, & sufficit nobis. Persequor, dico, qualiter? hoc modo: obliuiscens quidem, id est dans obliuioni, Quæ retro sunt, id est terrena quæ reliqui, Ad ea vero, quę sunt priora, id est ad cœlestia, quę terrenis priora sunt, Extendês me, tota intentione, & desiderio nondum habitæ rei Extendebat enim se ad cœlestia secundum intentionem, nó secundum peruentionem non secundum apprehensionem. sic & nos nó relabamur vnde iam trãsiliuimus, nec remaneamus in illis in quę iam venimus, curramus, intendamus. In via enim sumus, non respiciamus retro: sed in anteriora extendamus intentione, & desiderio. Vita enim Christiani boni, secúdum desiderium est. Quod autem desideras, nondum vides: sed desiderando capax efficiaris, vt cum venerit quod desideras, implearis. Sicut enim si velles implere aliquem sinum, & nosti quam magnum est quod dabitur, extendens sinum, vel sacci, vel vtris, vel alicuius rei, & extendendo facis capaciorem: sic deus differendo rem, extendit desiderium: desiderando, extendit animum: extendendo, facit capacem. Desideremus ergo, quia implédi sumus. Hæc est vita nostra, vt desiderando exerceamur: tantum autem nos exercet desiderium sanctum, quãtum desideria nostra amputabimus ab amore sæculi. Ideò dicit, Obliuiscés quę retro sunt. i. cuncta temporalia, & Extendens meipsum ad ea quæ sunt priora, appetés æterna. Extentio enim illa est appe

Margin notes: August. (beside "beo, Vnum autem…"); August. (beside "siderio nondum habitæ rei"); August. in lib. conf. (beside "ne, & desiderio. Vita enim…"); Augu. in Psal. 80. (beside "retro sunt. i. cuncta temporalia…")

appetitio terrenorũ. Vel ita, Obliuiscẽs, quæ retrò sunt.i. Ambrosi.
merita iam pręterita priora.s. acta, non quia mala sint, sed quia parua ad meritum collocandũ: sed ad potiora extẽsus est, vt semper proficiat in melius. Vnde subdit, Ad ea verò, quæ sunt priora meipsum extendens.i. priora mala. Ad ea verò, quæ sunt priora meipsum ext.i. ad promissa August.
bona. Præterita enim mala post tergũ oportet ponere, vt in ea quæ nobis promittuntur intendamus. Ergo nec ex pręterita vita, nec ex pręsenti delectari debemus: reuocãdus est animus à recordandis, cum quadam delectatione præteritis malis, & cum quadam concupiscentia fruendi, ne redeaamus corde in Aegyptum. Vitam igitur præteritam malam obliuiscere, si te delectauit aliquando vanitas, non modo te delectet. Persequor, dico, eoúsque donec veniam Ad destinatum præmium.s. Ad brauiũ.i. ad præmium, quod est mihi destinatum & promissum à deo, vel ad quod proposui me currere. Brauium, dico, Supernæ vocationis dei, in Christo Iesu.i. ęternæ vitæ, ad quam in supernis dandam vocat me deus per filium suũ Iesum Christum, & ideò digna est res, & certa. [Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc vobis deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, vt idẽ sapiamus, & in eadem permaneamus regula.] Quicunque ergo. quasi dicat, & quia ego ita curro, & ita de me sentio, scilicet, quod adhuc perfectus sum: ergo & vos Philippenses hoc sentire, sed se eis enumerat, dicens, Quicunq; ergo sumus perfecti, cursores, vel viatores, comparatione aliorum, Hoc sentiamus. quasi dicat, nõ loquor Augu.in
imperfectis, quibus nõ valeo loqui sapientiam, qui adhuc psal.130.
lactè potantur, non solido cibo pascuntur: sed illis dico, qui iam dicuntur esse perfecti: qui manducant solidum cibum, quia intelligunt æqualitatem verbi, cum patre: sed non sic vident adhuc, quomodo videndum est facie ad faciem. Certa enim fides vtcunque inchoat cognitionem. Cognitio enim perfecta, non perficitur, nisi post hanc vi- Augu. de
tam, cum videbimus facie ad faciem. Hoc ergo sapiamus, trinit.
vt nouerimus tutiorem esse affectum vera quęrendi, quam incognita, pro cognitis præsumendi. Sic ergo quæramus tanquam inuenturi, & sic inueniamus tanquam quæsituri.

De credendis, nulla infidedilitate dubitemus: de intelligendis, nulla temeritate affirmemus In illis authoritas tenenda est, in his veritas exquirenda. Et sciẽdum, quod iustitia qua iustus ea fide viuit, nunc vera iustitia est. Quæ licet, non immeritò in aliquibus iustis, pro huius vitæ capacitate perfecta dicatur, tamẽ est parua ad illã magnam quam ceperit æqualitas angelorum. quam qui nondum habebat, & propter illam quæ iam inerat, perfectum: & propter istam quæ adhuc deerat imperfectum se esse dicebat: minor ista iustitia facit meritum, maior illa, pręmiũ. Ideò qui istam nõ sequitur, illã non assequitur. Vnde ait, Quicunque perfecti sumus i. perfecti currimus. Hoc sentite, quod nondũ perfecti sumus, vt illic perficiamur, quo perfectè adhuc currimus: vt cum venerit quod perfectum est, destruatur quod ex parte est. i. iam non ex parte sit, sed ex toto: quia fidei & spei res ipsa quę videatur succedet. Charitas verò, quæ in his tribus maior est, non auferetur, sed augebitur, & implebitur. In qua plenitudine, illud præceptum charitatis implebitur, Diliges dominum deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. Nam cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentiæ, nõ omnino ex tota anima diligitur deus. Caro autẽ, non dicitur cõcupiscere, nisi quia carnaliter anima cõcupiscit. Tunc verò erit intus sine omni peccato, quia nulla lex erit in membris repugnans legi mentis. Tunc prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliget deum, quod est summum pręceptũ. Cur ergo, nũc præcipitur homini ista perfectio, quamuis eam in hac vita nemo habeat? Non enim rectè curritur, si quo currendum est nesciatur. Quemodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur? Et si quid. q. d. ita sentite sicut dixi: & si hoc feceritis, hoc vobis dabit deus. Quòd si quid modo aliter sapitis, quàm sapiendum sit, in futuro, quia modo per speculum videtis. & hoc Reuelabit vobis deus, quia clarè faciet cognoscere, & se, & alia omnia, quę obscurè modo videtis. Vel ita: quasi dicat, ita sentite, vt dixi. Et si quid aliter sapitis, id est imperfectè de deo, & aliis. Et hoc, quod modo aliter sapitis, & de deo, & de omnibus, id est etiam hanc imperfectã cognitionem, Vobis deus, per spiritum sanctum reuelauit. Vel ita. q. d. ita sentite,

August. in lib. sentẽ. prosperi.

Augu. de perfecta iustitia hominis.

tite,vt dixi, Et si quid aliter sapitis, quàm sapiendum sit, vt paruuli sensu,id est si perfectam cognitionem,de Christo vos habere putatis,si surrepit vobis,quod aliquid magni sitis : & hoc idem malè vos sapere,per misericordiam suam. Vobis reuelabit deus,similiter & de aliis erroribus. Probata vita vos liberabit, non statim æternum brauium dabit. Hoc,inquam,faciet,si humiliter sapietis, & si vobis senseritis. Qui enim in pace catholica manet Et si quid aliter sapitis, quàm oportet deus humili reuelabit. Si auté illud superbus defendit,& pertinaciter astruit contra pacem ecclesiæ, deus abiicit:quia superbis resistit deus, humilibus, dat gratiam. Veruntamen,modò.quasi dicat,imperfecti sumus,aliter sapimus modò: Sed tamē necesse est Vt,omnes de illo Idem sapiamus,credēdo Ad quod peruenimus,fide & scientia,& etiam opere compleamus. Vnde subdit, Vt in eadem regula, id est rectitudine viuendi Permaneamus, & sic reuelabit deus, quod aliter sapimus. Vel ita,ab illo loco, Et si quid. quasi dicat, ita sentite, vt dixi. Et si quid aliter sapitis,id est si quid melius ad cultū dei excogitaueritis,& hoc donū dei esse sciatis:quia Hæc reuelabit deus vobis : sed ne qua præsumptio indè orietur,subdit, Verūtamen.quasi dicat,& si aliter sapitis, Veruntamen,teneamus Id ad quod peruenimus, vt, scilicet, idem sapiamus : & in eadem regula fidei, & doctrinæ, & vitæ Permaneamus, hoc est, non extra regulam disciplinæ sapere,sed quod commune sit & modestum in euangelica veritate:& in his,scilicet fide,& regula viuendi.

August.in psal.130.

Ambrosi*

[Imitatores mei estoté fratres,& obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis: nunc autem,& flens dico inimicos crucis Christi , quorum finis interitus, quorum deus venter est,& gloria in confusione ipsorum,qui terrena sapiunt. Nostra autem cōuersatio in cœlis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum,qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori charitatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, quæ etiam possit subiicere sibi omnia.]

Estote imitatores, ô Fratres, in fide & dilectione: vt sicut ego credo,operor & doceo:ita & vos faciatis, & si me præ-

Aimo.

præsentem non habetis, Obseruate, id est diligēter inspicite, & imitamini eos, Qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram, id est imaginem vitæ nostræ. s. qui ita credunt, viuunt, docent. Sicut ego, id est mihi similes imitamini. Vult illos esse sollicitos, ne prauorum hominum subtilitate capiantur. Et notent, quemcunque qualiter cōuersetur & doceat, vt his iungantur in quibus sensus magistri sui agnouerunt. Multi enim, &c. quasi dicat, dico, vt eos obseruetis, qui ita ambulant. Multi enim sunt, qui aliter Ambulant, non sentientes nobiscum de legis abolitione: sed legem, cum euangelio tenendam esse prædicantes. Quos sæpe, dum præsens eram apud vos, Dicebam inimicos crucis Christi. Nunc autem idem dico, & flens, tum pro illorum perditione, tum pro simplicium subuersione. Illos inimicos crucis esse dicit, quia qui carnales obseruātias inducunt, crucem superfluam asserunt, Quorum finis, est æternus Interitus, id est in fine eorum, erit eis æterna pœna, Quorum deus est ipse venter eorum. Quicquid faciunt, pro ventre faciunt, quasi ipsum ventrem colētes. Hoc enī ab homine colitur, quod cæteris plus diligitur. Vnde quia deus maior est in omnib⁹ rebus, & melior, plus omnibus diligendus est, vt colatur. Illi autem ventrem deum faciunt, qui ita laborāt de edendis, quasi in esca eis sit salus: vel venter deus sit. Et gloria, alia litera est, In pudendis ipsorū, id est ipsi gloriantur in pudendis circuncisis. Qui tales sapiunt. Hoc est enim terrena sapere, scilicet in talibus gloriari. Qui autem spiritualia sapit, in fide, & spe, & charitate gloriatur. Vel ita, Quorum deus vēter est, id est escas quæ ventri sunt, deum faciunt, dum eas iustificare homines dicunt. & Gloria eorum est in cōfusione ipsorum, id est in talibus, vnde confundi, & erubescere possunt, dum per animalia se iustificari credunt. Vel, Gloria eorum, temporalis est In confusione ipsorū, id est perducet eos ad confusionem æternam, Qui terrena sapiūt, quia in terrenis, nil nisi, quod vident intelligunt legalia, non spiritualiter, sed terrene intelligentes. Nostra autem conuersatio, quasi dicat, illi ita prauè ambulant: sed Nostra conuersatio, & si adhuc simus in terra, Est in cœlis, vbi est spes vera, id est viuendo, & intelligēdo similes angelis:

Ambro. (margin, beside "dunt, viuunt, docent")
Augu. in lib. sentē. prosperi. Ambrosi. (margin, beside "Hoc enī ab homine colitur")
Aimo. (margin, beside "ducet eos ad confusionem")
Ambrosi. (margin, beside "stra conuersatio")

gelis: propter quod præter commoda, quæ iam habemus, deum expectamus. & hoc est quod subdit, Vnde etiam dominum nostrum Iesum Christum saluatorem, animarum iam, & quandoque corporum Expectamus, venturum. Qui cum venerit, Reformabit. quasi dicat, hoc de eo Expectamus, quod sicut iam reformauit animas, ita reformabit corpus Humilitatis.i. deiectionis Nostræ, quod per mortem in puluerē, & vermes humiliamur. Reformabit, dico, ita quod erit Configuratum corpori claritati eius.i. assimilabitur corpori ipsius in claritate, quam habuit in transfiguratione, vel in resurrectione. Quod vtiq; facere potest, Secundū operationem.i. potentiam operādi, Qua possit, non solum corpus reformare, sed etiam Subiicere sibi omnia.i. hoc potest facere secundum potentiam operandi, qua sibi subiecit omnia. & quia reformabit corpus nostrum. Aimo.

CAPVT IIII.

ITaq; fratres mei charissimi, & desiderātissimi, gaudiū meū, & corona mea, sic state in domino charissimi. Euchodiam rogo & Synticen deprecor, idipsum sapere in domino. Etiam rogo, & te Germane cōpar, adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in euangelio, cū Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorū nomina sunt in libro vitæ. Gaudete in domino semper, iterū dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus enim prope est. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud deū. Et pax dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligētias vestras ī Christo Iesu.] Itaq; fratres mei chariss. & desideratissimi.i. quos videre multum desidero. Vel, Desideratis.i. qui me valde videre desideratis: qui estis Gaudiū meū.s. de quorum fide, & opere gaudeo. Et corona mea, in futuro.i. per quos etiam in præsenti lætificor, & in futuro coronabor. Discipulus enim in agone victoribus, dignus erit corona magistri. Sic state in domino, sicut me & mihi similes stare scitis: vel sicut estis modo, & tunc eritis Charissimi. Euchodiam, &c. q.d. omnes moneo, sed specialiter Euchodiam rogo, & Synticem deprecor, quia plus de ea timeo. Ambros.

Sapere idipſum,quod dico,non aliud:quia illud quod dico, Eſt in domino.i.ſecundum dominum. Has etiam mulieres ſpecialiter rogat,quia hæ religioſæ prædicatores ſuſcipere ſolebant. & ô Germane, proprium nomen qui es Compar.i,id eſt coadiutor meus in euangelio prędicãdo, Etiam te rogo adiuua, confortando illas præmemoratas mulieres,ne deficiant.Quæ in euãgelio mecum laborauerunt,mihi miniſtrando neceſſaria.& etiam Cum Clemente,& cæteris coadiutoribus meis, laborauerunt miniſtrando etiam eis neceſſaria.Quorum nomina.i.merita,& præmia, qui veritatem tenent, Sunt ſcripta in libro vitæ.i. in prædeſtinatione dei:quia ſi diſcreti ſunt meritis, diuerſas manſiones habebunt in æterna domo,pro diuerſitate meritorũ. Vnde in domo patris mei manſiones multæ ſunt. Liber vitæ eſt prædeſtinatio dei, in quo omnes ſaluandi

Aimo.

præſcripti ſunt. Et eſt ſenſus,Nolite ô Philippẽſes grauiter ferre,quod omnes vos in epiſtola ſingulatim, non nominaui.quia etſi in ea non eſtis ſcripti, in libro tamen vitæ cõtinemini. Gaudete in domino ſemper. Lætatus in fide,& in operibus eorum Apoſtolus, vt alacriores ſint, optat eos in hoc ſtudio ꝓficientes,gaudere in domino ſemper.& ideo iterat,vt ſe in eis vera affectione gaudere oſtẽdat.q.d.nomina eorum ſunt in libro vitæ.& vt idem eſſe vobis certiſſimè credatur, Gaudete, non ad horam: ſed Semper:non in ſæculo,ſed In domino,id eſt omne, vnde gaudendum eſt, ſtatuite in domino,nõ extra.Sicut enim homo, non poteſt duobus dominis ſeruire, ſic nemo poteſt in ſæculo gaudere & in domino. Amicus enim huius mũdi,inimicus dei reputabitur. Multum inter ſe,hæc duo genera differunt gaudiorum:ſuntque omnino contraria, nec ſimul in eodem eſſe poſſunt. Vincat ergo gaudium in domino, donec finiatur gaudium in ſęculo. Illud ſemper augeatur,hoc ſemper minuatur,donec finiatur. Quid eſt ſæculi gaudium?breuiter dico, Sæculi lætitia eſt impunita nequitia, ſcilicet luxuriari, in ſpectaculis nugari, ebrioſitate ingurgitari,turpitudine fœtere,nihil mali pati. Ecce gaudiũ ſæculi,nec caſtigari fame, vel belli timore, vel morbo, vel aliqua aduerſitate:ſed omnia in rerum abundantia, in pace carnis, in ſecuritate mentis malæ agere.

August.
Augu. de verb. euã.

Ecce

Ecce gaudium sæculi. Magnæ ergo misericordiæ est, nequitiam impunitam non relinquere, ne gaudium sit in seculo: & ne cogatur in extremo gehennæ damnare, modò flagello dignatur castigare: bonam est nobis vt subueniat castigando. Ergo Gaudete in domino, non in sæculo. i. in veritate, non in iniquitate: in spe æternitatis, non in flore vanitatis. & hoc adeò nobis est necessarium, quod Iterum dico, gaudete in domino, non vt quædam alia semel. Ideò hoc facite, quia hæc est Modestia, & rectus modus vt in domino sit omne gaudium. & hæc Modestia, sit Vestra, & per vos sit Nota omnibus hominibus, vt per vos alij discant hoc. Vel ita, Gaudete, dico, & Vestra mode- Ambrosi.
stia, morum. i. rationabilis conuersatio sit omnibus hominibus, scilicet fidelibus & infidelibus: fidelibus, vt imitentur: infidelibus, ne possint reprehendere & aliqui conuertantur. Exemplo eorum vult alios acquiri. Cum enim lucebunt opera illorum, non deerunt qui imitentur bonum illorũ: & debetis facere quod monui, quia Dominus propè est, id est, paratus dare quicquid opus est in spiritualibus vel temporalibus. & Ideò nihil, id est, de nulla re Solliciti sitis, id est, timidi, id est, seposita mundi sollicitudine, promissa dei præ oculis habete. Sed in omni oratione & obsecratione, id est, in prece quæ communiter fit pro quibuslibet hominibus, & de quibuslibet rebus, vel simpliciter, vel cum adiuratione. Petitiones vestræ, de rebus necessariis quas vultis impetrare: facite Cum gratiarum actione. Qui enim vult aliquid impetrare, gratus debet esse de præteritis. Et ille, inquam, petitiones Innotescant apud deum. i. ita sint vehementes, non tepidæ, vt ad deum perueniant. i. compleantur. Distingue. Oratio & obsecratio communiter fiunt ab aliquibus pro se vel aliis, & de quibuslibet rebus. Petitio est de rebus nominatis necessariis. Vel ita, Petitiones vestræ innotescant, vobis esse Apud deum, per tolerantiam, non apud homines per iactantiam.
Non enim sic est accipiendum tanquam deo innotescant Augu ad
esse apud deum. Hæc notitia fit assiduitate orationis & probã in
vigiliæ, Vel, Innotescant, angelis qui sunt Apud deum, li. de orã-
vt quodammodo eas offerant deo, & de his consulatur, & do.
quod deo iubente implendum esse cognouerint, hoc no-

bis

bis vel euidenter, vel latenter reportent. Vnde & angelus loquens hominibus, ait, Cum oraretis, orationem vestram obtuli deo. Ad omnia quippè scienda sufficit deo sua perfectio. habet tamen nuntios. i. angelos, non qui ei quod nescit annuncient: non enim sunt vlla quæ nesciat, sed bonum eorum est de operibus suis eius consulere voluntatẽ. & hoc est quod dicũtur nonnulla nuntiare: non vt ipse ab eis discat, sed vt ab illo hîc per verbum eius sine corporali sono nuntient, etiam quod voluerint ab eo missi ad quos voluerit: totum ab illo per illud verbum eius audientes, id est, in eius veritate inuenientes quid sibi faciendum, quid, quibus, & quando nuntiandum sit. Non ergo dicitur angelus orationes istas nostras offerre deo, quasi deus tunc nouerit quid velimus, vel quo indigeamus, qui omnia antequàm fiant, sicut & postquam facta sunt nouit. Sed quia necesse habet rationabilis creatura obtemperans deo, temporales causas ad æternam veritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat: in quo & contestatur quod non sibi ipsa sit bonum quo beata fiat, sed incommutabile, cuius participatione etiam sapiens efficitur. Et pax dei, quasi dicat, vos moneo vt petatis & dominum, sine quo humanus labor inutilis est, oratio vt præstet effectum. & hoc est quod ait, Et pax dei quæ exuperat omnem sensum, id est, intellectum, & vtique nostrum, non eorum qui semper vident faciem patris, id est, angelorum. Vel si nec ipsos excepisse intelligitur angelos, ita dictum esse accepimus: quia pacem dei qua ipse deus pacatus est, sicut eam deus nouit, nec nos sic eam possumus nosse, nec vlli angeli: superat enim omnem intellectum præter suum. Et est sensus, Pax dei quæ exuperat omnem sensum, id est, deus qui est summa pax, quæ nec cogitari potest, & ideò extra eum nullo opus est. Custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu, id est, voluntates & intellectus vestros, ita vt extra ipsum nihil intelligatis vel appetatis. Nota quod premisit de assiduitate & vigilantia orationis. & post subdit de custodia pacis, quia adhibita assiduitate orationis, tunc demum pax custodit corda in Christo. hoc ideò dicit, qui cum deo habent pacem, non timent mentem aduersam. [De cætero fratres, quæcũque sunt

August. in eodem.

Augu. de gra. n. t.

August. in enchirid.

sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcũque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ: si qua virtus, si qua laus disciplinæ hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. Hæc agite, & deus pacis erit vobiscum. Gauisus sum autem in domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abũdare. Vbique & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abũdare, & penuriã pati. Omnia possum, in eo qui me cõfortat. Verũtamen benè fecistis, cõmunicantes tribulationi meæ.] De cætero. Hactenus contra persecutores, & pseudo prædicatores monuit. In conclusione quæ ad perfectionem sunt exponit. q. d. hucusq; monui ad tolerãtiam & ad cautelam. De cætero autẽ ô fratres, moneo vos ad hoc. Cogitate. i. in memoria versate, hæc, quæ ad perfectionem pertinent. s. Quæcunq; sunt vera, quęcunq; pudica. i. quæcunq; ad verã sunt fidem, tum quia in eis est veritas, tum quia per ea pudicitia cum deo seruatur. Quæcũq;, sunt Iusta, ad proximũ: Quæcunq;, sunt Sancta, in propria vita: & vt min⁹ dicatur Quæcunq;, sunt Amabilia. i. digna amari, vt modestus incessus, humilis sermo, & huiusmodi. & Quæcunq;, sunt Bonæ famæ, quia ita decet illos sanctos esse, & iustos: & vt de eis non habeatur mala opinio, sed bona, vt prosint aliis. Nobis enim nostra vita necessaria est, aliis fama nostra. Proinde quisquis à criminibus flagitiorum vitam suam custodit, sibi benè facit. Quisquis autẽ etiã famã in alios, misericors est. Quę bonæ famæ sunt, dico, Siqua tamen virtus est in eis, vel siqua laus disciplinæ Christianę. Non enim curãda est bona fama de virib⁹, vel de sciẽtia mũdi, vel de aliis sæcularibus. Vel ita distingue, vt hoc, Siqua laus, referatur ad famã. & hoc, Siqua virtus, referatur ad alia pdicta, hoc modo, Cogitate quæcũq; sunt vera, &c. siqua virt⁹ est in eis. Et cogitate quęcũq; bonę famę, siqua laus disciplinę, est in eis: hoc, ĩquã, cogitate Quę, oĩa Didicistis, me vos docẽte: & accepistis, vt digna teneri. Itẽ hęc ideò cogitãda sũt, quia Et audistis, ab aliis. & audistis p vos Esse in me, hoc igitur agite, nõ solũ cogitate, sed

Augu. ad Iulianũ.

actu

actu implete. Deus dator pacis erit vobiscum.i. adiuuau vos hæc facere. Gauisus autem, hîc commemorat quod si-
Ambro. bi sæpè necessaria miserunt. Vnde alacritatem suam propé- siorem factam ostendit, quia in quo negligentes facti fuerant adhibita solertia iterauerunt, vt memores facti apostoli sui fructus ei mitterent in horreo cœlesti condẽdos, quasi dicat, Ad futura vos hortor. De præteritis autẽ Gauisus sum vehemẽter, & hoc in domino, nõ in dono. i. propter donum. Vnde, Quoniam tandem post.s. post multa tempora. Aliquando.s. in aliquo tempore, quia non omni potuerant. Refloruistis.i. iterum sicut olim floruistis ministrando mihi necessaria: quæ ministratio dicitur flos, qui in fructus æternæ vitæ euenit. Vel, Repullulastis, à simili arborum, quia sterilitate aruerant, & quia marcuerant. Refloruistis, dico, ita vt ostenderetis vos Sẽtire, misericordiæ compassionẽ. quod pungebat me: Sicut & olim sentiebatis. Sentire, dico, Pro me.i. ad meam humilitatem, quia mihi prodest nostra compassio. Hæc commemorare valet ad incitationẽ. ne autẽ viderentur aliqua mala causa intermisisse, addit, Occupati autẽ.q.d. modò refloruistis, sed Antè eratis occupati, id est, impediti aliquib⁹ aduersis. Quod autem gauisus sum, Non quasi dico propter penuriam.i. quasi pro rebus meam penuriam consolantibus.s. vt de penuria tristis, de ipsius gaudeam supplemento. Ostendit quod non sui causa in hoc opere eorum gaudet, sed propter profectum eorum. Nam de huiusmodi nec tristari soler, nec gaudere. Vnde subdit, Ego enim didici.i. in consuetudine habui, Sufficiens esse semper.i. contentus his In quibus sum, quia scio humiliari, quia inde non frango: Et abundare, quia inde non erigor. Et institutus sum, à deo non per me, qualiter debeam me habere. Vbiq;.i. in omni loco coram principibus, vel quibuslibet. Et in omnibus, id est, in omni genere rerum.i. institutus Sum satiatus, ita vt non noceat satietas. Et esurire, ita ne deficiam. Et penuriã pati, quia nec de penuria contristor, nec de abundãtia exulto: sciens quia abundantia frequenter extollit, & penuria tolerata diuitias cœlestes acquirit. Omnia, &c.q.d. nõ solum scio ista, sed etiam possum exequi eo confortãte qui me docuit. & hoc est quod ait, Omnia possum facere in eo, id

id est,per eius auxiliū,Qui me confortat.i. in Christo qui mihi possibilitatem tribuit. Veruntamen.q.d. pro rebus datis non gaudeo quibus carere possem. Veruntamen benè fecistis,quantum ad vos,quicquid iustum est facitis. & Communicantes, vestra bona Tribulationi meæ. Inde gaudet,inde pascitur, quia illi benè fecerunt:non quia ei⁹ angustia relaxata est. [Scitis autem & vos Philippenses quòd in principio euangelij quando profectus sum à Macedonia,nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti,nisi vos soli:quia & Thessalonicam semel & bis in vsum mihi misistis. Non quià quæro datum,sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. Habeo autem omnia, & abundo. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito,quæ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem deo. Deus autem meus impleat omne desideriū vestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro, gloria in sæcula sæculorum amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti,maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen.] Scitis autem, vos mihi communicauistis, sed alij non. & hoc est quod ait,Scitis autem & vos Philippenses quòd in principio euangelij quando profectus sum in Macedoniam nulla mihi ecclesia communicauit temporalia,nisi vos soli. Hæc memorat,vt talibus operibus quasi laude dignis magis studeant. Non communicauit,dico, In ratione dati & accepti,vt.s.rationabiliter consideraret,quod deberent dare carnalia qui accipiebant spiritualia. Nisi vos soli, dico, qui non solum quando vobis prædicaui mihi communicauistis:Sed etiam Thessalonicam mihi semel & bis misistis necessaria in vsum,præter quem nihil quærendum est. Nō quia.q. d.dico vos benè fecisse, non vt ego implear,sed vt vos inanes non sitis. & hoc est quod ait, non ideò dico hoc, Quia quæro datum.i. vt explear datis rebus, Sed requiro fructum. i. bonam & rectam voluntatem bonæ operationi adiunctam. Non enim tam gaudet subuentū esse suæ necessitati,quàm illorū gratulatur fœcūditati. Discerne inter datum & fructum: datum est, res ipsa quæ datur, vt

August.in lib.conf.

Ambrosi.

Augu. de pastorib⁹.

August.in lib.conf.

vt nũmus,potus,cibus, & huiusmodi. Fructus auté,opem bona,& recta volũtas datoris. Vnde dominus in euãgelio non ait simpliciter,Qui recipit iustũ vel prophetã:sed addit,in nomine iusti vel prophetæ:suscipere prophetam vel iustũ,datũ est in nomine iusti,vel prophetę:hoc facere,fructus est. Heliam pauisse leguntur coruus & vidua: sed per coruũ qui nõ in nomine iusti,dato pascebatur:per viduam fructu,quę sciebat quod hominẽ dei pasceret,& ꝓpter hoc pasceret. Nõ igitur quęro datũ,sed fructũ donationis,abũdãtẽ in ratione vestra:vt.s.ꝓ opere misericordię,ratio vestra habeat gratiã spiritus sancti. Abũdãte,verò dicit,quia hoc est bonũ,vnde bona ꝓueniũt. Vel ita,Requiro fructũ abũdãtẽ in ratione vestra.i.vt fruct⁹ iustitię vestrę abũdãs sit,cũ rationẽ deo reddetis de factis vestris. Habeo autem q.d.nõ q̃ro datũ,sed Tamẽ habeo oĩa,q̃ misistis. Et abũdo, nõ in vno vt alio egeã,sed Replet⁹ sũ acceptis ab Epaphrodito,munerib⁹, Quę misistis mihi in odorẽ suauitatis, quia ista q̃ misistis placẽt deo,vt odor suauissim⁹. Cõparatur.n. orationi,q̃ est incẽsum dei. Vnde dicit̃, Date eleemosynã, & ipsa orabit pro vobis ad dñm. Misistis illa,dico.s. Hostiã acceptã,placẽtem deo:quia hęc est hostia,qua datur vobis vincere hostes,quam accepit deus placidè. Deus autẽ.q.d. vos me repleuistis: De⁹ autẽ meus impleat omne desideriũ vestrũ.q.d.vt mihi fecistis,ita sit vobis. Impleat,dico,Secũdũ diuitias suas.i.sc̃dm quod diues est:& pl⁹ potest dare, quam quis mereatur. Impleat,dico, nõ in terrenis, sed In gloria,æterna & hoc In Christo Iesu,per quẽ omnia. Vel ita, Impleat.dico,Quod est in gloria, quæ est In Christo Iesu. i. in gloria Christi . Gloria enim Christi est implere desideria suorũ. Deo autẽ.q.d.deus impleat. Inde autẽ ei gratiæ agãtur. & hoc est quod ait, Deo autẽ & patri nostro, sit Gloria, vsque In sæcula sæculorum, Amen. Salutate omnem sanctum. Sanctum, dico, In Christo Iesu.q.d. quod sanctum est à Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres: Salutant omnes sancti,maximè autem qui de domo Cæsaris sunt. Omnes significat propensiorem affectum habere. circa illos. Gratia domini nostri Iesu Christi, sit Cum spiritu vestro,id est,cum ratione vestra, vt sana sit semper,& in spiritualibus abundet, Amen.

Ambrosi.

Argumentum in Epistolam ad Colossenses.

Colossenses, & hi sicut Laodiscenses sunt Asiani, & ipsi præuenti erant à pseudoapostolis. Nec ad hos accessit ipse apostolus, sed & hos per epistolam corrigit. Audierant enim verbum ab Archippo, qui & ministerium in eos accepit. Ergo Apostolus iam ligatus scribit eis ab Epheso per Tychicū diaconē, & Onesimum acolythū.

CAPUT I.

PAULUS apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Timothæus frater, his qui sunt Colossis, sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu: Gratia vobis & pax à deo patre nostro. Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes propter spē quæ reposita est vobis in cœlis, quam audistis in verbo veritatis euangelij quod peruenit ad vos sicut & in vniuerso mū do est: & fructificat & crescit, sicut in vobis ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu. Qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu.

PAulus apostol⁹. Hanc epistolam scribit apostolus Colossensibus. Colossenses autem sunt Asiani, quib⁹ non ipse apostolus prædicauit, sed ei⁹ discipuli Archipp⁹, & Epaphras. Archippus verò in eos ministerium acceperat: Epaphras autem ab eis oriundus ab apostolo instructus, doctrinam Archippi confirmauerat: Archippo ergo prædicante, & prędicationem eius Epaphra confirmante, gratiam Christi didicerant. Superuenerūt autem pseudoapostoli qui eos euertere nitebātur, carnales obseruantias

tias prædicâtes,& philosophicis disputationibus simplicitatem eorũ irretire conâtes. His igitur superuenientib. & carnales obseruantias prædicantibus,in dubium illis venerat,quibus potius credendum esset. Vnde Paulus,cuius authoritas celebris erat, quasi medius iudicat quæ potius sint tenenda,scribés eis ab Epheso. Describit autem Christum & eius beneficia, ostendens quomodo sufficiens est ad omnia. Carnalia verò prorsus improbat, vt deinceps syncerè fidem Christi teneant. Instruit etiam illos moraliter, confirmans quicquid illi.s. Archippus & Epaphras, docuerant. Et est intentio eius in hac epistola confirmare Colossenses in eadem fide & doctrina, quam à discipulis eius acceperant, & non in aliquo præter Christum spem ponendam esse docere. Modus tractandi talis est, Solito more salutationem præmittit:qua præmissa,de bonis eorũ gratias agit:& fidem & dilectionem eorum commendans, orat vt perficiantur in Christo, cuius beneficia & primati secundum vtranque naturam commendat. Deinde sui ministerij dignitatem commemorans,monet ne per philosophiam vel legis cærimonias seducti,à Christo recedant. Tandem & omes simul & separatim secundum ætates,& sexus & conditiones moraliter instruit. In fine,Archippũ commonet,sollicitum fore suscepti ministerij. *Præmittens* autem salutationem,ait, Paulus, Cognito omn*ibus* nomine, Apostolus Iesu Christi: nota omnibus *dignitate*. Rectè hîc apostolum se nominat, quia etiam his apostolus erat.quibus per discipulos suos prædicauerat. Ecce authoritas dicendorum. Apostolus,dico,non per iram,sed Per voluntatem dei,quod non pseudo.sunt. Et Timotheus frater,qui est vir magnæ authoritatis.hæc scripsit, His fratribus qui sunt Colossis, & sanctis,& fidelibus.i.& maiorib' & minoribus.& quod ipsi sunt sancti & fideles,hoc est, In Christo Iesu. i. per gratiam Christi, non vi legis. Et in scribendo prius salutat, hoc modo, Gratia sit vobis.i. remissio peccatorum, Et pax,mentis & reconciliatio ad deũ, A deo patre nostro. Gratias,&c. Ostẽdit bona esse quę receperunt dum gratias pro eis agit,dicens, Gratias agimus deo patri:quia enim deus & pater est,& potest,& vult. Patri dico, Domini nostri Iesu Christi, per quẽ nobis omnia bona

bona præstantur. Nos, dico, etiam Semper orantes pro vobis, vt crescatis in melius. Audientes. Ecce hîc ostendit vnde gratias agit. Et est ordo, Gratias agimus Audientes fidem vestram, esse In Christo Iesu, qua creditis Christū deum & hominem esse: Et, audientes Dilectionem quam habetis, non vtique otiosam, sed operis exhibitione prouenientes ex ea ostensam: In omnes sanctos, & hoc non pro humana laude, vel pro terreno emolumento: sed Propter spem, id est, rem speratam, Quę, tamen modò non apparet, sed Reposita est vobis, ab æterno reddenda In cœlis. Et quasi quæreretur, quomodo ergo tam latens speratur? subdit, Quam, vt certam haberetis, In verbo audistis, quod vtique tenendum est: quia est verbum Veritatis euāgelij, id est, & plenè verum, & bonum nuncium. Ne ergo alibi illam spem quæratis, quam prius intellexistis: Quod, euangelium: non vos primi habuistis, sed per alios Peruenit ad vos, nec soli habetis. Vnde subdit, Sicut, &c. q. d. peruenit ad vos, dico, ita purè & verè Sicut, per me & alios venit in vniuersum mundū. Et, adhuc est manens In vniuerso mūdo. q. d. non est vobis minus factum, quàm aliis ecclesiis. Et, cum sit in mundo euangelium, Fructificat ibi. i. est homines fructificare facit per bona opera. Et crescit. i. excrescere facit augmento scientiæ, & numero fidelium. & non id facit per hoc quod alij plus habeant, quàm vos: sed ita hoc facit Sicut est in vobis. & ideò nil debetis superaddere. Est in vobis, dico, Ex ea die, qua primum per Archippū Audistis, credendo: & Cognouistis, discernendo. q. d. non superuenientes. s. pseudo. audistis & cognouistis: sed per primos. s. per Archippum & Epaphram. Quid audistis. s. Gratiam dei in veritate, id est, quod totum sit verè ex deo. Sicut, &c. q. d. ita à prima die audistis veritatem ab Archippo, Sicut, posteà Didicistis, veritatem esse ab Epaphra. prædicationem Archippi cōfirmante: vt in ore duorum vel trium, &c. Epaphra, dico, Charissimo conseruo nostro, quia nobiscum prædicator est. Qui est fidelis minister Christi Iesu, id est, à Christo electus, vel qui dona Christi ministrat, vel Christo offert bonorum operum vestrorum sacrificia. & hoc non pro rebus vestris, sed Pro vobis, id est, pro salute vestra: quia salutem vestram desi-

derãs, cœpit adiuuare Archippum. Qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram, habitam ad deum & ad proximũ, fundatam esse In spiritu, non in carne, quia pro spiritualibus non pro carnalibus diligitis. [Ideò & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapiẽtia & intellectu spiritali, vt ambuletis dignè deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia dei, in omni virtute confortati secũdum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate cum gaudio gratias agentes deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.]

Ideò & nos. Supra dixit se orare pro illis. Ecce hîc ostendit quid orat. q. d. quia tales estis, Ideò & nos ex qua die audiuimus, hoc de vobis Non cessamus pro vobis orantes & postulantes, quasi pro meritis quæ pro vobis exhibemus, Vt impleamini in agnitione voluntatis eius. i. plenè cognoscatis quid deus velit, & quid non, & hoc per partes exequitur. s. impleamini In omni sapiẽtia, rerum quæ sunt actiuę vitę, Et intellectu spirituali. i. cognitione spiritualium rerum quæ sunt contemplatiuę vitæ. Et magnum est vtique plenè scire quid deus velit in omnibus rebus actiuę vel contemplatiuę vitæ. Impleamini, dico, ita Vt, posteà Ambuletis benè operãdo. i. agatis opera bona, Dignè deo, idest, ita vt deceat deum. s. vt faciatis prout diuini honoris dignitas exigit. Vel, Dignè deo. i. ita vt sitis digni eo præmio, ita. s. ambuletis Per omnia, negotia actiuę vitę & contemplatiuę. Placentes, deo, & In omni bono opere fructificantes, in maius: & per hanc vitæ puritatem Crescentes in scientia dei. i. in cognitione deitatis. Incrementum operum eorum cum scientia fieri vult vt non ignorent fidei suæ spem, i. rem speratam quam crederent. Tunc enim firmi & stabiles erunt, si aduertant quæ pro fide promissa sunt. In omni, &c. Oramus vt ita impleamini & promoueamini, & post hanc promotionem oramus ne relabamini. Vos, dico, Confortati, à deo In omni virtute, id est, in castitate, & cæteris. Confortati, dico, Secundum potentiam claritatis eius, id est, ab eo qui vos illuminare potuit. Vel ita, Confortati, dico, Secundum potentiam claritatis eius,

(Margin: Ambrosi.)

eius, id est, secundum quod ille benè potest vos confortare qui est claritas patris, id est, filius. vel secundum quod vobis claram cognitionem dedit. Vos, dico, manentes In omni patientia, contra aduersa habita, Et in longanimitate, diutini laboris. & hoc Non ex tristitia, vel ex necessitate, sed Cum gaudio gratias, &c. Hactenus dixit vnde gratias egit, & quid orat eis. Hîc iam incipit ostendere quod lex non prodest, sed nocet: & Christus sufficit ad omnia bona: quod possunt scire ex eo, quia ipse & alij apostoli qui in legalibus fuerant, eis dimissis ad Christum cõfugerant, quasi dicat pro vobis oramus. Vos, dico, Gratias agentes deo & patri, qui solus potest recreare, quia deus: & vult, quia pater. qui etiam vos, gentiles, sicut nos Iudęos Fecit dignos in partem sortis sanctorum, id est, in participationem hæreditatis, quæ sorte datur sanctis, id est, diuina voluntate. Volũtas enim dei in humano genere sors est. apud quem non est iniquitas, sed omnia facit per iustitiam, & si occultam: per quam hæreditas ęterna datur, quibus vult. Vnde & ipsa hæreditas sors dicitur, quæ non meritis sed electione diuina datur sanctis, scilicet patriarchis & prophetis, & ideò per gratiam non per legem quęrenda est. Per gratiam enim dignatus est aduocare & inducere gentes in promissionem Iudæorum. Dico, quod nos fecit dignos: & hoc non in lege, sed In lumine, id est, per eum qui est lumen de lumine, cuius gratia illuminantur: quod lex non potuit præstare. Vel, Dignos nos fecit, ponendo nos In lumine, in clara cognitione, à qua deuians cadit in tenebras. [Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum; Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis, & in terra visibilia & inuisibilia. Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso cõstant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ: qui est principium primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari

Augu. in Psal. 30.

Ambro.

omnia in ipsum,pacificans per sanguinem crucis eius,siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt.] Qui eripuit nos &c. q.d. Qui ita dignos nos fecit, quod in baptismo,Eripuit nos,similiter & vos, De potestate tenebrarum, id est, ignorantiæ peccatorum, dæmonum qui verè dominabantur nobis. Diabolus enim & angeli eius captiuauerãt prædestinatos ad dei gloriam,à redemptore autem nostro foras missi qui dominari infidelibus solebant intrinsecus, fideles oppugnant extrinsecus,sed non expugnant. Et trãstulit,nos de mundo,In regnum filij,id est, vt essemus regnum filij. De quo ipse dicit, Regnum meum non est de hoc mundo. Non ait non est hîc,sed non est hinc,quia peregrinatur quidem in mundo: sed est in mundo. Regno enim suo dicit, de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo. Erant de mundo quando ad mundi principẽ pertinebant. Vel ita, Eripuit nos de potestate tenebrarum.i. de inferno in quo tenebamur à diabolo, tam ex proprio quàm ex delicto Adę. Et transtulit,nos,In regnũ.s.quãdo attollens nos de imo tartari, induxit in cœlum cum vero filio suo. Iam enim credentes qui fixa mente deuoti sunt exeuntes de sæculo, duce dextræ patris angelo,inducũtur in cœlum. Filij dico,Dilectionis suæ,quos.s,diligit. *Ita & nos per eum diliget: sine eo odiosi erimus*. Attende diligenter quòd dicit,Filij charitatis suæ. Si charitas qua pater diligit filium,& patrem diligit filius,ineffabiliter communionem demõstrat amborũ, quid conuenientius,quàm vt ille propriè dicatur charitas, qui spiritus est communis ambob⁹? Alioquin si in illa trinitate solus spiritus est charitas,profectò & filius non solius patris,sed etiam spiritus sancti filius inuenitur. Non enim dixit filij sui,quod si diceret verissimè diceret:sed ait, Filij charitatis suæ. Filius ergo est etiam spiritus sancti,si non est in illa trinitate charitas dei, nisi spiritus sanctus: quod cum sit absurdissimũ, restat vt nõ solũ ibi sit charitas spiritus sanct⁹, sed propter illa de quib⁹ satis disserui,propriè sic vocetur. Quod verò dictũ est,Filij cha.suæ,nihil aliud intelligatur q̃ filij sui dilecti q̃ filij substãtiæ suę. Charitas enim patris eius natura atque substantia est, vt sæpè diximus, & ideò filius charitatis eius, nullus est alius quàm qui de substantia eius est genitus

August.in psal.5.

August.super Ioan.

August.in 15.de ciu.dei.

genitus. In quo habemus &c.q.d. transtulit nos in regnũ filij per quem & redemit nos. & hoc est quod ait, In quo, filio, nos Iudæi, Habemus redemptionem. Aliter non iremus in cœlum. Redemptio est destructa potestate diaboli, facultas libertatis, quæ vobis est data fuso illius sanguine qui nullum habuit peccatum. Vt quia diabolus illos meritò tenebat, quos peccati reos conditione mortis obstrinxit, hos per eum meritò dimitteret, quem nullius peccati reum immeritò pœna mortis affecit. Hac iustitia victus, & hoc vinculo vinctus est fortis, & ideò non est opus aliis hostiis: quia per eum, Habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Cotidie si peccamus, & non est opus aliis. & benè hæc per eum fuit, quia ipse est, Qui est imago, dei patris. i. plenè similis patri, & de patre. Imago ergo patris est, quia de ipso est, & nihil distat ab ipso. Non ita homo est imago dei. Homo enim est imago domini imitãdo, sed non qualis imago est filius. Aliter enim est imago dei in filio, aliter in homine: sicut aliter est imago regis in nũmo, aliter in filio. Nos sumus nũmus, in quibus imago dei est: Christus est filius, qui hoc est quod patet. Nulla imago dei coli debet, nisi illa quæ hoc est quod ille: nec illa pro illo, sed cum illo. Imago dei, dico, Inuisibilis. i. incõprehensibilis, nec cœpit cum creatura, immò ipse Primogenitus omnis creaturæ. i. ipse solus, & ante omnem creaturã est genitus. Alia sunt creatura ante quę omnia ipse est genitus. Hîc ostenditur coæternus patri. Et verè genitus est ante omnem creaturam, quia In ipso. i. per ipsum, Vniuersa condita sunt. Ecce hîc ostenditur coomnipotens patri, & ita in nullo filius minor est patre. Vniuersa dico, quæ sunt In cœlis & in terra visibilia, vt sol & luna. Et inuisibilia, vt angeli & animæ. Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, etiam hæc altissima, per eũ facta sunt. Omnia, prorsus, Per eum creata sunt, quia etiã elementa. vnde omnia. Et in ipso sunt. i. ipso authore viuunt. Vel, Omnia per ipsum creata sunt, & ita per ipsum, quod antè erãt vita in ipso. Vel ita, Per ipsum omnia creata sunt, & omnia In ipso sunt. i. eum non excedunt, quia immensus est, & ideò extra substantiam eius esse non possunt. Et ipse, non modò æternitate, & potentia, sed etiam

Augu. de trinit.

Augu. de decē cor.

Augu. ad Ianuariũ.

dignitate, Est ante omnes, nullus est ei æqualis, etiam secũdum quod homo est. Et sicut omnia creauit: ita Et ipso constant omnia. Qui omnibus secundum diuinitatem infusus omnia sustinet & regit. Et cum talis sit ipse secundũ etiam hominis naturam, Est caput corporis, sui: s. ecclesiæ quæ vnita est Christo gratia & natura vt capiti. Dum igitur dicitur caput corporis. i. ecclesiæ, quia ita se habet ad ecclesiam, sicut caput ad corpus. Prouidet enim ecclesiæ, & regit eam, & in ipso sunt omnes spirituales sensus ecclesiæ, vti in capite omnes sensus corporis. Sicut enim anima totum corpus nostrum animat & viuificat, sed in capite omnibus sensibus sentit, ideóque capiti cuncta subiecta sunt ad oprandum: illud autem supra locatum est ad consulẽdum, quia ipsius animę quæ consulit corpori, quodãmodo personam gerit caput: ibi enim omnis sensus apparet: Sic in vniuerso populo omnium sanctorum, tanquam vni corpori, caput est homo Christus, quos omnes ab Abel vsque ad vltimũ iustum sapiẽtia dei illuminat, quę plenius fuit in Christo. Aliter enim cæteri sapientes sunt, aliter homo Christus, qui ipsius sapientiæ per quam fiunt sapiẽtes quicunque homines, non solum beneficium habet, sed etiam personam gerit, veritate ipsius & gratia plenus: & ideò omniũ qui de plenitudine eius accipiunt, caput est. Ex quo apparet, quod sapientia dei. i. verbum non sic assumpsit illum hominem vt cæteros, sed multo excellentius, multóq; sublimius, quomodo ipsum solum assumi oportuit, in quo sapientia hominibus appareret, sicut eam visibiliter decebat ostendi. De cæteris enim sapientibus rectè dicit, quod habeant in se verbum dei per quod facta sunt omnia: sed de nullo eorum rectè dici potest, Verbum caro factũ est. Homo ergo excellentius assumptus, quasi personam sapiẽtiæ dei gerit, vt caput, in quo omnes sensus, personã animę quæ totũ corp⁹ viuificat. Sed cũ ecclesia ab Abel cœperit, quomodo homo Christus caput est eorũ qui tũc fuerunt? Benè, quia ipse Qui est principiũ ecclesię, secũdũ diuinitatẽ. i. fundator ecclesiæ, quia omnes iustos qui ab Abel vsq; ad vltimũ iustũ generãtur virtute diuinitatis & misericordię suę dono illuminauit. Secũdum humanitatẽ etiã potest dici principiũ ecclesię. Quia super fidem humanitatis eius fundata

Augu de agone Christianorum.

fundata est. Et benè. Ipse est caput & principiũ.i. rector & fundator, quia ipse est Primogenitus ex mortuis. Primus mortuorũ ad immortalitatẽ resurgẽs. Sicut enim natus est ante omnia de deo, vt omnia crearet: sic iterum de virgine natus homo primus resurrexit, vt quæ creauerat restauraret, vt semper sit primus & princeps. Vnde subdit, Vt, per hoc Sit ipse in omnibus, tam prioribus, quàm sequentibus, Tenens primatum.i. dominiũ, quia potest alios suscitare. Et benè primatum habet, nõ solum quia primogenitus est, sed etiam quia Complacuit, trinitati, Omnem plenitudinẽ inhabitare, & per eum reconciliari omnia.i. placuit trinitati, quod in ipso omnis plenitudo scientiæ & virtutũ non modò esset, sed habitaret. Et recõciliaret omnia.i. Iudęos & Gentes. Attẽde quòd plenitudo rectè dicitur in ipso esse & manere, quia omnia potest per se vt nihil exceptũ sit, quod per eum non possit præstari. Vnde ait, Sicut pater vitã habet in se, sic dedit & filio vitã habere in semetipso. Sicut enim suscitat mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. & sic ostenditur perfectus deus esse. Omnia, dico, tendentia In, ipsum, qui est lumen verum & ęternum, id est, æterna veritas. Vel, Reconciliari in ipso, oblato deo placuit per ipsum reconciliari, omnia. Et ipse est, Pacificans, id est, pacificauit non gratis, non per aliam hostiam, sed Per sanguinem crucis eius, id est, per mortem crucis eius, quæ est turpior mors. Pacificauit dico, Siue quæ in cœlis, siue in terris sunt, id est, cœlestia & terrestria, quia patet homini introitus in cœlum. Vel, Quæ in cœlis sunt, id est, sanctos, qui iam sunt in cœlo, & Quæ in terris, id est, sanctos, qui adhuc in ista vita sunt. [Et vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso, si tamen permanetis in fide fundamenti & stabiles & immobiles à spe euangelij quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura quæ sub cœlo est, cuius factus sum ego Paulus minister, qui nũc gaudeo in possessionib⁹ pro vobis, & adimpleo ea quę desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Cuius factus sum ego minister secun-

Ambrosi.

dum diſpenſationem dei, quæ data eſt mihi in vobis, vt impleam verbum dei: myſterium quod abſconditum fuit à ſæculis & generationibus, nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis eius, quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in gentibus, quod eſt Chriſtus in vobis ſpes gloriæ, quem nos annunciauimus corripientes omnem hominem, & docentes in omni ſapientia vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu: in quo laboro certando ſecundum operationem eius, quam operatur in me in virtute.] Et vos cum, &c. q. d. Et vt ſpecialiter loquar, Et vos, ô Coloſſenſes, pacificauit & reconciliauit deo, Cum. i. quanuis eſſetis, Aliquando alienati à deo. i. nihil cum deo habentes, Et inimici, contradicendo. & hoc Senſu, quia putabatis benè agere. Vel ſecundum aliam literam poteſt legi, quod idem valet. Cum eſſetis aliquando & inimici ſenſus. i. conſilij eius, quia non receperunt quæ per Moyſen mandauit deus deuotis idolis ſuis. Vos, dico, degentes actu In operibus malis. Nunc autem, quaſi dicat. Aliquando tales eratis: Nunc autem, & in hoc tempore gratiæ non in alio, reconciliauit vos remiſſione peccatorum, In corpore carnis eius. i. fragilitatis eius, id eſt, in corpore ſuo paſſibili & mortali. & hoc, Per mortem eius. Reconciliauit dico, Exibere vos, ad hoc. i. vt tandem exhibeat. i. repræſentet vos Sanctos, virtutibus. Et immaculatos, à peccatis. Et. vſque adeò quod Irreprehenſibiles, quia tunc nihil mali erat in eis. Irreprehenſibiles dico, Coram ipſo, qui omnia videt. Vel repræſentet, Coram ipſo, quia tunc ei præſentes eritis, videntes eum ſicut eſt facie ad faciem, de quo diffidendum non eſt. Si enim mortalis & mortuus poteſt reconciliare, iam immortalis poteſt omnia facere. Si tamen &c. Hîc monet quod in fide Chriſti & ſpe perſeuerent. Ideò enim tot & tanta dixerat de Chriſto, vt ponant ſpem in eo ſolo, in quo omnia bona ſunt, nó alicui elementorum, vel angelorum ſe ſubiiciendos putét. Hîc enim ſolus colendus, & ad hunc non eſt æſtimandus quiſquam. q. d. Exhibeat vos dico, Tamen, hac conditione, Si permanetis in fide fundati. i. firmi, non fluctuantes. Et ſtabiles, vt per vos non recedatis, Et immobiles, alio impellente à ſpe Euãgelij. i. ſi eſtis ſtabiles in ſpe præmij,
&

& ab ea ea immobiles,quæ promittitur in euãgelio.Si hęc
fecerint,exhibebunt eos deo.Aliter enim non prodeſt eis
Chriſtus.Quod euangeliũ tenere debetis, quia Audiſtis, Ambroſi.
id eſt intellexiſtis.& prius eſt reuerti. Melius eſt viam ve
ritatis,nõ agnoſcere,quàm poſt agnitam retroire.Quod,
euangelium Prædicatum eſt,& manet,In vniuerſa creatu
ra,quę ſub cœlo eſt,id eſt in vniuerſis hominibus,qui ſunt
noua creatura,quotquot vbicunque ſunt. Vel ita,Prædi- Ambroſi.
ca.in vniuerſa creatura noua, hoc non mutatur. Quæ,ta
men noua creatura modo Eſt ſub cœlo,adhuc peregrina,
ſed tandem peruenire ad gloriam. Cuius euangelij prædi
candi,Ego Paulus factus ſum miniſter,& ita poteſtis ſci-
re, quod verum eſt. Qui nunc, Epheſi poſitus in carcere
pro euangelio,Gaudeo in paſſionibus, quia nõ credentes
proficiunt.Quas ſuſtineo,Pro vobis,confirmandis in ve-
ritate euangelij. Et adimpleo ea paſſionum Chriſti, quæ
ſunt.Suas paſſiones dicit eſſe Chriſti:quia noſtræ paſſio-
nes,qui ſumus Chriſti membra,Chriſti ſunt. Quaſi enim Auguſt.in
vnus homo vna perſona eſt caput,cum corpore,id eſt ſal- pſal.61.
uator,cum ſaluandis.Si ergo in membris Chriſti es,quic-
quid pateris ab eis, qui non ſunt in membris Chriſti, de-
erat paſſionibus Chriſti.Ideò additur,quia deerat,menſu
ram implens,non ſuperfundens.Tantum pateris,quantũ
ex paſſionibus tuis inferendũ erat vniuerſę paſſioni Chri
ſti : qui paſſus eſt in capite noſtro , & patitur in membris
ſuis.Ad communem,hanc quaſi rempublicã noſtram quiſ
quis pro modulo ſuo exoluit,quod debet,& pro poſſeſſeſ-
ſione virium noſtrarum,quaſi canonem paſſionum inferi
mus paratoria plenaria noſtra paſſionum non erit,niſi cũ
ſæculum finitũ erit. Vel, Ea paſſ.Chriſti, id eſt quæ Chri
ſtus ſuſtinuit, vel quæ me ſuſtinere præcepit. quæ adhuc,
Deſunt adimpleo , id eſt paratus ſum pati. & hoc non in
meis , Sed in carne mea. Vel, deſunt non in carne ipſius
Chriſti,Sed ĩ carne mea.Et hæc patior,Pro corpore eius,
multiplicando,quod Eſt eccleſia.quaſi dicat, non de alio
corpore dico,niſi de illo quod eſt eccleſia, Cuius,corpo-
ris, Ego factus ſum miniſter, vt ei miniſtrem ſpiritualia.
Miniſter dico,Secundum diſpẽſationem dei,quæ data eſt
mihi in vobis , id eſt ad hoc factus ſum miniſter, vt ei de-
mum

mum dispensem actu per gratiam apostolatus mihi crediti à deo in vobis. Vel ita, Cuius, euāgelij, Ego factus sum minister, secundum dispensationem dei, id est secundum gratiam apostolatus mihi à deo dispensati. Quæ data est mihi in vobis. Tantū est enim, quod à meis discipulis prędicatum est vobis, quantum si à meipso. Ministrum euangelij inter gentes, à deo per Christum factum se esse dicit. Ad quid autem? ostendit. s. Vt mysterium, à deo susceptum per idoneum seruitium, Impleatur, quod ignotum, cum à sæculis fuit. s. mysterium natiuitatis ex deo, & natiuitatis ex Maria, & saluationis Gentium & totius operis Christi. Vnde subdit, Vt imple. q. d. Data est mihi dispensatio ad hoc, Vt imple. & impletum ostēdam, Verbum. i. dispositionem, vel ordinationem Dei. i. quod deus præordinauit de vobis Gentibus, vos. s. per Christi incarnationem saluari. Hoc dicit, ne videatur salus non esse promissa Gentibus. Quod verbum est Mysterium. i. occultum. Quia si erat notum, in principio erat verbum, nusquā erat lectum, verbum caro factum est, &c. quæ ad sacramētum incarnationis pertinent. Vnde, Abscondisti, hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Quosdam enim Platonicorum libros ex Gręca lingua in Latinam versos vidi, & ibi legi, non quidē his verbis, sed hæc quidem omnino multis, & multiplicibus suaderi rationibus, quod in principio erat verbum, & verbum erat apud deū: sed quod verbum caro factum est, nō legi. Indagaui quippe in libris variè dictum, quod filius sit in forma patris: sed quod exinaniuit se, non habetur in illis. Rectè ergo illum verbum dicitur mysterium. i. occultum. Quod absconditum fuit à sæculis. i. à principio sæculorum: & absconditum fuit, Generationibus, omnibus, non cuidā parti tantum, nisi cui per spiritum sanctum reuelauit. Nunc autem. i. in tēpore gratiæ, Manifestatum est, nō omnibus, Sed sanctis eius, humilitate paruulis. Nec his omnibus plenè innotuit, sed his tantum, Quibus voluit deus, ex sola gratia, Notas facere diuitias gloriæ sacramēti huius. i. copiosam gloriam, tam digni sacramēti, in quo sunt multa. s. fides, remissio, iustitia, dona spiritus sancti, futura beatitudo: & ideo dicit diuitias, sacramenti dico, existentis, In Gētibus: quod, sacra

August. in lib. conf.

men-

mentũ, Est Christus in vobis, Gentibus.i.illud sacramentum est Christi incarnatio per quã saluantur Gentes. Ita est in vobis, vt Sit spes gloriæ.i.vt per eum speretis gloriã sine lege. Quem.i.qualem Christum, Nos, Apostoli Annunciamus, quod sine lege saluat Gentes. Nos dico, Corripientes.i.arguentes, non solum vos, Sed omnem hominem, qui deuiat à veritate, quam nouit. Et docentes omnẽ hominem.s.eos qui ignorant veritatem. Vel contradicentes corripimus & cõuincimus, & obedientes docemus. docentes dico, In omni sapientia, nõ sumus cæci, vt pseudo. sed docemus, In omni sapientia. Vera sapientia est in disciplina dominica.s.cum Christ⁹ agnoscitur: quod Apostolus magna cũ diligentia agere testatur, vt erudiens hominem in hac sapientia, cõsummatum exhibeat eum deo. Vnde subdit, Vt exhibeamus.i. offeramus deo in sacrificium, Omnem hominem, tam Iudæum quàm Gentilem. Perfectum, non in lege. Sed in Christo Iesu, id est intellectum mysterij Christi. In quo.i.in qua re, scilicet, vt omnis sit perfectus in Christo. Et laboro certando, contra rebelles. Secundum operationem eius, quam operatur, In me virtute miraculorum.i.certo contra perfidos adiuuãtibus me signis virtutum, per quæ vita infidelitatis comprimitur, vt qui verbis contradicunt, vt virtuti cedãt. quasi dicat, Labori meo adiungit deus miracula ad confirmationem.

CAPVT II.

VOlo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui sunt Laodicæ, & quicũq; nõ viderunt faciem meam in carne, vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitione mysterij dei patris & Christi IESV, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.] Volo enim. quasi dicat, Ideo hoc refero de me vobis, quia Volo vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, vt ea intellecta quæratis in Christo perfecti fieri. & rectè ait, Pro vobis. Non enim minus pro his quos non vidit sollicitus erat, quàm pro his quibus præsens prædicauit: nec minori affectu diligebat quos non viderat, quàm cæteros apud quos erat.

Et

Et non solum pro vobis,sed etiam pro his,Qui sunt Laodicæ,quia & hi à pseudoapostolis præuenti erant.& ꝓ his adiacentibus vobis. Quicunque non viderunt faciẽ meam in carne,& si scientiam audierunt. Et ad hoc intendo,vt ipsi vobiscum consolentur corda sua : ipsi dico, Instructi in charitate,quam deus ad nos habuit, qui pro nobis filiũ tradidit.hoc si quis attendit,potest se in hac miseria consolari, quia perpẽdit calcata superbia,per humilitatem,ad patriam posse reuerti. Vitiorum nanque omnium, superbia causa est. Ad hanc conuincendam atque auferendam talis medicina cœlitus venit: ad elatum hominem per superbiam Deus humilis descendit,per misericordiam,gratiam claram manifestámque commendãs in ipso homine. Quem tanta præ participibus suis charitate suscepit. Neque enim ipse,ita verbo dei coniunctus,vt ipsa cõiunctione vnus filius dei , & idem ipse vnus filius hominis fieret, præcedentibus suæ volũtatis meritis fecit. Vnum enim illum esse oportebat:essent autem plures,si hoc fieri posset, non per dei propriũ donum, sed per hominis liberum arbitrium. Hoc ergo præcipue ad humilitatem,nobis commendatur . Et instructi in agnitione dei . instructi dico, per hoc tentando, In omnes diuitias plenitudinis,& intellectus, id est in omnes copias intellectus plenitudinis, vt perfectè de diuinis,& humanis intellectum habeant,vt de anima,& de supernis spiritibus. Aliter enim ad cognitionem dei nemo ascendit. Ideò ait, Diuitias,vt de omnibus intellectum plenè habeant. Dico, Instructi, in agnitione dei,non dico quantum ad opera, sed in agnitione mysterij dei, vt sciatis,scilicet quod est secretum, & à paucis cognitum,de essentia dei. Dei, dico, Patris Christi Iesu, vt sciatis, scilicet quod alia persona est pater à filio, quanuis vnum,& idem sit in substantia,cum illo. Ad quam cognitionem,si tenditis,ad Christũ tantum recurrite, quia ipse est, In quo sunt omes thesauri,id est omnes copiæ, Sapientiæ,de diuinis. Et scientię,de humanis. Sed absconditi,& ideò ne miremini,si in Christo estis,& eas nondum inuenistis,quia non omnibus patent,nisi his qui petunt,& pulsant. Vel aliis,non mutatis,ita potest legi illud. Consolentur corda sua,dico, Instructi in charitate , & in omnibus diuitiis.

Augu. de spũ & lit.

diuitiis. Alia litera. Pleni. intellėct⁹. Ad quid? Ad cognoscendum Christi, quia est in Christo. Alia litera. i. verbũ caro factum, per quod humiliatum superbi redimũtur: & cum lego verbum caro factum est, in verbo intelligo verũ dei filium, in carne agnosco verũ hominis filium, & vtrunque simul deum, & hominem vnam personam ineffabilis gratiæ largitate coniunctum: & ideo verbum caro factũ, quod est Christus Iesus, habet thesauros sapiẽtię, & scientiæ. Vnde subdit, In quo sunt omnes thesauri sapientię, & scientiæ absconditi. Hæc duo inter se ita distant, vt sapientia de diuinis, scientia de humanis accipiatur. Vtrunq; in Christo agnosco. Et sapientiam in eo, quod verbum est apud deum, & scientiá in eo, quod nobiscum homo est. Omnia enim, quæ pro nobis verbum caro factum temporaliter fecit, & pertulit, ad sciẽtiam pertinent. Quod autem verbum est sine tempore & loco, patri coæternum, & vbique totum, ad sapientiam refertur. Scientia ergo nostra Christus est: sapientia nostra, idem Christus est. Vnde, Plenum gratiæ & veritatis. Aliter totum secundum aliam literam, quæ est, Vt consolationem accipiant corda eorũ, cum fuerint instructi in charitate in omnes diuitias plenitudinis intellectus, ad agnitionẽ mysterij dei in Christo Iesu. In quo, &c. Vult Apostolus animos eorũ fouere in charitate, & vt prompti fierẽt per epistolam agnitionem recipere sacramenti dei, in Christo aduertẽtes has esse sapientiæ & scientię diuitias, si agnoscatur Christus, in deitatis suæ plenitudine adorandus. Et est ordo, Ad hoc tẽdo, Vt corda ipsorum con. ac. quod erit, cum fuerint Instructi in charitate, dei & proximi: & cum fuerint instructi, Ad cognitionem m. d. in Christo, id est in agnitionẽ Christi, in quo est omne mysterium. Omne enim mysterium sacramenti dei in Christo est, vt qui eum cognoscit, omnium notitiam etiam habere videatur. Vnde addit, Ipsi dico per hoc tendentes. In omnes diuitias plenitudinis intellectus. Diuitiæ enim sapientię & sciẽtiæ sunt, si Christus agnoscatur, quia omnium potentiarum virtus in eo est. Ex eo enim habent omnes, quare & caput omnium dicitur, vt per ipsum omnes subsistere videantur. Vnde rectè subditur, In quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ, & scientiæ

Augu. de trinit.

Augu. de homine assumpto.

tiæ

tiæ absconditi. Omnis enim ratio scientiæ totius creaturæ supernæ, vel terrenæ in eo est, qui est caput, & author omnium cælestium & terrestrium: vt qui hunc nouit, nihil vltrà quærat, nec sapientiam, nec virtutem, quia agnouit eum in quo perfecta virtus est, perfectáq; sapientia. Quicquid alibi quæritur, hîc perfectè inuenitur. Nam quid sapientius Salomone? quid prudétius Daniele? Quibus ideò præ cæteris deus sapientiam dedit, vt in Daniele, & Salomone ostenderet infidelibus, se authorem esse sapiétiæ totius. Quod infideles non putant, quia non legunt in euangeliis & prophetis astrologiam, geometriam, & alia huiusmodi. Quæ ideo despecta sunt à nostris, quia nihil ad salutem pertinent, sed magis mittũt in errorẽ, & à deo auocant, vt dum his studẽt disputationum ratiocinationibus curam animæ suæ, non agant. Qui verò Christum nouit, thesaurum sapiétię & scientiæ inuenit, quia id nouit quod vtile est. [Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. Nam & si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum gaudens, & videns ordinem vestrũ, & firmamentum eius, quæ in Christo est fidei vestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrũ, in ipso ambulate, radicati & superædificati in ipso, & confirmati in fide sicut & didicistis, abundantes in illo gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & & inanem fallaciam secũdum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.] Hoc auté, &c. Commédata sui mysterij dignitate, monet eos ne malorũ colloquiis, & astutia iniquitatis sensus corũ recederet à Christo. q. d. volo vt sitis instructi: hoc aũt dico, vt nõ solũ tẽdatis ad ea quę nondũ habetis: Sed vt nemo, quantũcunq; sapiés vos decipiat, In sublimitate, vt videtur: quæ subtilitas, vel sublimitas non est nisi Sermonũ, id est, nisi in verbis. Quia sapiẽtes mundi arte quadá, minutiis disputationum irretire gestiũt animas simplicium, vt traditione mundanarum rerum abstrahãt eos à spe, quę est in Christo. Nam & si. q. d. Ne decipiat, dico, & rectè: video enĩ spiritu, quod apud vos geritur. Et hoc est quod ait, Nam & si, à vobis, Corpore absens sum, sed tamen, Vobiscum in spiritu. Sicut & spiritus Helisæi fuit, cum Iezi in via

Ambrosi.

in via euntis ad Naamen Syrum,vt acciperet sub nomine quæ ipse,nõ mandauerat:quanto magis Apostolus ea quę dixit poterat videre in spiritu? Maior enim gratia fuit in Apostolis,quàm in prophetis. Ideò ait, Spiritu vobiscum sum. Sanctis enim datum est in spiritu videre remota. Ergo sibi caueant illi quorum actus magistrum,non latent. Vobiscũ sum,dico,Gaudens & videns.i.quia video, Ordinem vestrum.i.quomodo vnusquisq; vestrum secũdum ordinem suum viuit. Et,Videns firmamentum.i.stabilitatem Eius fidei vestrę quæ in Christo,est,non in lege. Per hoc promptiores eos facit circa euangelium,quia gaudere se dicit in dispositione conuersationis illorum & fidei stabilitate,vt scientes vnde placeatur deo, in eo fierẽt firmiores. Et quandoquidẽ bene statis, Sicut ergo,fidei fundamẽto, Accepistis,bona enim fuit acceptio. Accepistis, inquam,Iesum Christum dominũ nostrum,ita, Ambulate.i.proficite nõ extra eum , Sed in ipso. Ambulate, dico, vos minores. Radicati,in actiua vita, vt arborum ad fructificãdum. Et,vos maiores,qui in contemplatione estis, Super,alios, Aedificati. & hoc, In ipso.i.in templo dei. vnde,scilicet aliis loquatur. & ambulate In actione gratiarũ confirmati in fide,ambulate,dico, Sicut & didicistis.i.sicut accepistis,non aliter,& didicistis cognitione, & habetis materiam gratiã. Vos dico, Abundantes,donis in illo, qui solus dat incremẽtum:& in hac ambulatione, Videte ne quis vos decipiat per philosophiam,terrenam,per quã solent seduci,qui cupiunt prudentes iudicari in mũdo. & eandem significationem subdens, Per inanem fallaciam. Terrena enim philosophia argutiis, & subtilitate minutiarum componitur, & decipit, dum verisimilibus causis & commentitiis rebus,nil tam verum æstimatur,quàm cõspicitur,& intelligitur in elementis.quæ terrena philosophia. Secundum traditionem hominum,agentium. Secundum elementa mundi,& non secundum Christum,in aliqua parte,id est non est à deo ordinata,sed ab hominibus tradita. Tradiderunt enim philosophi quos homines vocat, deum non posse fieri creaturam, hominem non posse nasci de virgine,vel mortuum reuiuere:considerantes elementa.i.has creaturas visibiles, in quibus ex cõmixtione

Ambro.

Augu. in ser. quodã

seminis

ſeminis animalia generantur,& quod moritur, nō iterum viuit. Ideò monet traditionem iſtam cauere velut inanem & fallacem. Philoſophiam dicit, non à deo ordinatā, ſed ab imbecillitate ratiocinationis humanæ, quæ potentiam dei intra conſcientiam ſuam coarctat, non aliter credens facere,vel poſſe quàm carnalis ratio ſuadet, quæ omnino cauenda eſt,quia mundi cultrix eſt non dei, & à Chriſto retrahit, in quo perfectio diuinitatis eſt, quia omnia habet quæ pater. Vel dum ait,Secundum elementa,illos tāgit, qui quaſi prudentius exponunt idola dicentes. Iuno eſt aer. Neptunus eſt mare. Ideò cum diceret, Secundum philoſophiam,& inanem fallaciam,addit,Secundum elementa mundi,quaſi admonens non qualeſcunque adoratores ſimulacrorū , ſed quaſi doctiores interpretatores ſignorum,cauendos eſſe. Vel fallaciā appellat,quod de lege dicunt pſeudo prædicatores:& illa dicitur inanis,quia in hac falſitate nulla eſt vtilitas,quod ſolet eſſe aliquando in falſis. Philoſophiā dicit ea quibus hoc probare volūt, quod aſſerunt. Et eſt ſenſus, Videte ne quis vos decipiat, trahendo ad legis obſeruātias,Per prophetiam,id eſt per rationes conquiſitas ad probandum , vel improbandum, quod de lege dicitur. Et per inanem fallaciam,ſcilicet per illud quod probatur. Ne quis decipiat dico,agens,Secundum traditiones hominum,id eſt legalia. poſt exhibitam enim veritatem:lex non eſt traditio dei,ſed hominum : & agens Secundum elementa mundi.i. ſecundum literalem ſenſum,qui & de mundanis eſt. Et non ſecundum Chriſtum. [Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter,& eſtis in illo repleti,qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis. In quo,& circūciſi eſtis circunciſione,non manufacta in expoliatione corporis carnis,ſed in circunciſione Chriſti cōſepulti ei in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis dei,qui ſuſcitauit illū à mortuis. Et vos cum mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ conuiuificauit, cum illo donās vobis omnia delicta, delens, quod aduerſus nos erat chirographum decreti,quod erat contrarium nobis.] Quia in ipſo,Chriſto. Inhabitat plenitudo diuinitatis omnis.i. omnino inhabitādi,vt etiā perſonaliter ſit ei vnitus,quod

non est in aliqua creatura. Deus quidẽ vbiq; præsens est, & vbique totus præsens, nec tamen vbique habitãs, sed in templo suo tantũ, & capitur habitans ab amplius ab aliis minus, sed de solo capite nostro dicitur. Quia in ipso inhabitat plenitudo diuinitatis. & hoc, Corporaliter, non hoc ideo dicit, quia corporeus sit deus, sed verbo translato vsus est, quia in templo manufacto olim nõ corporaliter, sed vmbratiliter habitauit, id est, præfigurantibus signis. Omnes enim illæ obseruãtiæ vmbræ fuerunt futurorum. Non ergo quia diuinitas corpus sit, sed propter vmbrarũ comparationem legalium, dixit. Corporaliter, id est completiuè, quia in illo implentur omnia, vt quodammodo sit corpus & impletio: vmbrarum legis, id est significationũ illarum ipse sit veritas. Sicut ergo ipsæ figuræ translatiuè non propriè dictæ sunt vmbræ: Ita cum ait plenitudinem diuinitatis in Christo habitare corporaliter, trãslato verbo vsus est. Qui ergo dicit carnales obseruantias necessarias dicit Christum nõ esse corpus vmbrarum, nec deum ad omnia sufficientem. Vel certè dicit ideò dicit, Corporaliter, quia in Christi corpore quod sumpsit de virgine tanquam in templo habitat deus. Quid ergo interest inter caput & membra cætera, quæ etiã templum eius sunt? quia in capite nostro habitat omnis plenitudo diuinitatis, ita quod omni gratia plenus est, sed non ita habitat in sanctis, sicut & in nostro corpore inest sensus singulis mẽbris, sed non quantum in capite. Ibi enim auditus, visus est, & olfactus, & gustus, & tactus. in cæteris autem solus est tactus. Ita in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis, quia ille est caput, in quo sunt omnes sensus. in sanctis verò quasi solus tactus est, quibus datus spiritus ad mẽsuram. Præterea est aliud quo intersit planè inter illud caput, & cuiuslibet membri excellentiam, quia singulari quadã susceptione hominis factus est homo ille vna persona, cum verbo. De nullo enim sanctorum dici potuit, vel potest, vel poterit, verbũ caro factum est. Nullus sanctorum qualibet præsentia gratiæ, vnigeniti nomen accepit. Vt quod est ipsum verbum ante sæcula, hoc simul cum assumpto homine diceretur, & est summa omnis intelligentiæ talis. In ipso inhabitat om̃is plenitudo diuinitatis cor-

Augu ad Dardanũ.

Augu. sup Genesim.

Augu. ad Dardanũ.

poraliter.i.veraciter & solide. Et estis.q.d. In eo habitat diuinitatis plenitudo. Et in illo, qui ita plen⁹ est. Vos estis repleti, donis spiritus sancti, quod nō sunt elemēta. In credentibus enim spiritus san. habitat, quod elementis cōcedi nō potuit, quia indignū erat inuisibilem & in corporeū habitare in substantia visibili & inuisibili. Audiant ergo & veniant cultores eorū elementorū, & credant in Christum vt fiant maiores, quos nunc colunt. Ideò ait, In illo repleti estis, qui creditis in Christo omnē plenitudinem habitare: quod negantes contra Christum sunt. Qui, Christus est caput, non modo hominum, sed etiam Principatus & potestates, angelicæ. Et vos ergo replere potest, qui supernos ciues replet, In quo. Monuit ne per prophetiam à Christo recedant, nunc monet ne à pseudoapostolis seducti cærimonias legis recipiant.q.d. estis repleti in illo, In quo, non solum donis repleti estis, sed etiam Estis circuncisi.i.purificati ab errore & mundo. Circuncisi, dico, Circuncisione non manufacta, id est opere humano: vos dico manentes, In expoliatione corporis carnis.i. expoliati à corpore secundum, quod erat carnis.i. carni subiectum, carnis seruiens desideriis: sed modo secundum ꝙ spiritus, spiritale, spiritui seruiendo.i. in spiritu estis seruientes nō in carne, à terrenis ad cœlestia, ab humanis ad diuina, ab errore ad diuinitatem conuersi. Vel ita, Estis circuncisi, circuncisione non manufacta, sicut fiebat legalis circuncisio.s.non facta, In expoliatione cutis. Alia litera, Carnis, quia ibi. scilicet, in carnali circuncisione nihil fit nisi quod cutis aufertur. In eodem sensu potest legi litera nostra sic, non manufacta, In expoliatione corporis carnis, id est corporis quod est caro. Non igitur duas res intelligi voluit, quasi aliud sit caro, aliud corpus carnis: sed quia corpus multarum rerum nomen est, quarū nulla caro est, quia nō omne corpus caro est. Non, inquam, tali circuncisione circūcisi estis, Sed in circunc. Iesu Chri.i.circuncisione spiritali, vbi omnia vitia amputata sunt, quia solus Christus facit. Consepulti. Item, Hoc in Christo consecuti estis, quia estis consepulti. In baptismo, id est ad similitudinem sepulturæ eius, baptizati scilicet, vt iam non videantur quod fuerunt, scilicet veteres peccatores, sed noui

Augu.de

ui iusti: sicut Christus in sepulchro positus nō videbatur. In quo, Christo, Et resurrexistis, in nouitate vitæ ambulādo.& hoc per nō per aliud, fidem operationis dei.i.quē deus operatur in eis. Vel, Per fidem operationis dei.i.per fidem dei, de quo credunt quod exemplo Christi, suscitabit illos. Vnde subdit, Qui suscitauit illum, id est Christum. A mortuis, hoc pręmittit ad probandum quod resurgent illi etiam immortales. Vnde subdit, Et, per hoc, Vos etiam Gentiles iam certitudine spei, Conuiuificauit, id est secundum corpus & animam viuificauit. Cum illo Christo, id est ad similitudinem eius. Cōuiuificauit dico, Cum id est, quamuis prius. Essetis mortui in delictis, non sentientes mala vestra. Delicta dicit, quod reliquerūt legem naturæ. Et, mortui, In præputio carnis vestræ, id est in originali peccato, quod significat præputium, Vel præputium vocat delicta carnalia, & ponit præputium pro eo quod significat, id est delicta carnalia à quibus expoliandi sumus. Mortuos viuificauit dico, Condonans vobis, gratis, Omnia delicta, & originalia & superaddita, quod signum est quod & pœnam tollet. Et non solū vobis Gētibus donauit delicta, sed etiam nobis Iudæis præuaricationem, quæ fuit ex lege, dimisit. & hoc est, ipse dico, Delēs chirographum decreti, scilicet legis, id est memoriam transgressionis, quæ erat ex decreto, id est ex lege, Quod, chirographū. Erat aduersum nos, & conscientia enim vestra, & diabolus ad accusandū nos erat memor transgressionis illius. & ita hęc memoria erat aduersum nos, scilicet nocens nobis, & nos crucians. Sed hoc in baptismo abluto & deleto, nec conscientia nostra timet, nec diabolus quod obiiciat habet. & non solum chirographum decreti erat aduersum vos, sed etiam ipsum decretum, id est vetus lex. Vnde subdit, Quod erat. quasi dicat, chirographū decreti, dico Quod, etiam decretum, id est lex. Erat contrarium, nobis, cum non adiuuaret, sed amplius reos faceret. August.

[Et ipsum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in seipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorū, quæ sunt vmbra futurorū, corp⁹ autē Christi.] Hierony.

Et ipſum,chirographum vel decretum, Tulit de medio, omnium,i. de communi,vt nullus credentium, vel chirographum timeret vel vltra legem obſeruaret. Tulit dico, Affigens illud,decretum,Cruci, vt iam ceſſet cum omnia ſacrificia legis carnalia in oblatione veri agni ſunt adimpleta.Quis ergo illud reſtituit?q.d. nullus debet illud reſtituere,& ſicut nos à lege & à legis præuaricatione liberauit : ſic & patres antiquos ab inferno liberauit, ne quis putet eos per legem ſaluatos. Et hoc eſt quod ſubdit,& ipſe Expoliās principatus,infernales. Et poteſtates,auferando Abrahā,Iſaac,& cæteros iuſtos,Traduxit,ſuos,id eſt, longe ab hoc regno ad cœlos duxit:ipſe dico,prius Confidenter.i.cum magna fiducia, cum ſpe victoriæ, vt deus homo ſine peccato, Triūphans.i.expugnans Illos,in cruce,ſcilicet infernales principes,quod non eſt in abſcondito,ſed Palàm. Si quis enim perfectionem eccleſię reſpicit, apertè videtur antiquus hoſtis victus. Triumphans dico, In ſemetipſo,oblato,non alio ſacrificio. Morte ſua quippe vno veriſſimo ſacrificio pro nobis oblato,quicquid culparum,vnde nos principatus & poteſtates ad luenda ſupplicia iure detinebant,extinxit. Vnde ergo accepit diabolus exterius poteſtatem dominicæ carnis occidendę,indè interior qua nos tenebat poteſtas eius occiſa eſt. Vel ita, ab illo loco. Delens,&c.q.d.vobis Gentibus condonauit omnia delicta. Ipſe dico,Delens, etiā Chirographum decreti,quod erat aduerſus nos.Decretū dei fuit,quod Adæ præcepit,ſcilicet de ligno ſcientiæ boni,& mali ne comedas. Huius decreti violati chirographum,id eſt memoriā, deleuit deus quando peccatum primi parentis per ſanguinem abluit,& illa memoria erat cōtraria nobis, ſed ipſam tulit de medio Affigens cruci. Vel chirographū dicit peccatum Adæ,quod quaſi cautionē contra nos tenebat diabolus. Decretum eſt ſententia omnibus hominibus aduerſa,qua.ſ.dictum eſt, Morte moriemini,ſed illud chirographum dominus tulit.& hoc eſt, Condonauit nobis omnia delicta. Ipſe dico, Delēs chir.quod erat cōtra nob.i.peccatum Adę,cuius rei eramus. Chirographū dico, Decreti quod erat contrariū nob.i.de quo data eſt ſententia cunctis hominibus contraria. Et ipſum,chirographum, Tulit de

Augu. de trinit.

de medio affigens illud cruci,non solum alia. Nisi hoc & alia tolleret,nō liberaremur à morte.vel inferno. Dū innocens occiditur, peccatum crucifigitur.i. mortificatur. Crux enim nō saluatoris mors est, sed peccati. Innocens enim dum occiditur,reos illos facit à quib9 occiditur:sed peccatum humani generis occidit, per quod & principatus & potestates expoliat. Vnde subdit, Et expolians principatus & potestates animabus quas tenebāt captiuas,quibus eos expoliauit illarum abluendo peccata. & expoliās inquam, Traduxit,principatus & pot.i.ab ecclesia exterminauit,ne fidelib9 nocere possent,vt ante. Ipse dico.post crucis triumphum,Confidenter & palam.s.cum angelicis legionibus ad inferna descendens. Et triumphans.i.vincēs. Illos.s.princeps inferni. In semetipso.i.pręsentia suæ maiestatis. Vel secundum literam. Exuens se.car.princ.& po.exemplauit fiducialiter triumphans eos in semetipso. Nomine carnis hoc loco mortalitas intelligitur,iuxta illud,Caro & sanguis nō possidebunt regnū dei. Per hanc mortalitatē nobis inuidæ potestates dominabantur. Hac igitur mortalitate Christus in resurrectione se exuēs,diabolicas potestates quę per hanc mortalitem dominabantur dicitur exēplasse, quia in seipso capite nostro præbuit exemplum,quod in toto corpore eius.i.ecclesia ex diaboli potestate liberanda,in vltima resurrectione complectitur. In ipso quoq; vincuntur inimicæ nobis inuisibiles potestates, vbi vincuntur inuisibiles cupiditates. Fuso enim sanguine sine culpa, omnium culparum chirographa deleta sunt,quibus debitores, qui in eum credunt à diabolo anteà tenebātur. Vnde qui pro multis effundetur. Et quia hæc omnia in Christo nobis donata sunt, Ergo deinceps, Nemo vos iudicet.i.damnabiles faciat In cibo aut in potu,sumpto vel nō sumpto ritu Iudæorū, Aut in parte diei festi,non celebrata,cum lex præcipiat celebrari,id est,nemo vos damnet,de hoc quod nullam partē diei festi obseruetis. Verbi gratia, scilicet, Aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ Omnia sunt, Vmbra futurorum,id est aliqua signa à re pendentia, quæ in figura futurorum tunc fiebant,& erat peccatum non obseruare quæ præcipiebātur, & vnum solum non obseruatum, tunc damnabat. Nunc

Augu cōtra Faust.

Augu. de agone Christianorum.

Augu. baptis.par.

Augu.cō-tra Faust. autem non est peccatum, quia tunc erant præcepta, nunc testimonia. Illud enim erat tempus significandi: hoc, manifestandi. Ergo ipsa scriptura, quæ tunc fuit exactrix operum significantium, nunc testis est rerū significatarum: & quæ tunc obseruabatur ad prænunciationem, nunc recitatur ad confirmationem. ergo non mãducare azymum per statutos. vij. dies, tempore illo peccatum fuit: tempore autem isto, non est peccatum: sic & de cæteris. Tunc enim fuerunt ista præcepta, nunc autem testimonia & confirmatio veritatis. Hæc omnia fuerunt vmbra. Corpus autem. i. veritas huius vmbræ, Est Christi, id est ad Christū pertinet, quia per eum impleta. Vel ista omnia sunt Corpus Christi. i. significãt corpus Christi, vel quod sumpsit de virgine, vel quod est ecclesia. Et quia sunt vmbra, [Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum crescit in augmentum dei, Si ergo mortui estis, cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis? Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neq; contrectaueritis: quæ sunt omnia in interitu ipso vsu secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, nō in honore aliquo ad saturitatem carnis.] Nemo vos seducat volens. i. amans suadere vobis ea, Quæ non vidit, id est quæ nō intellexit, scilicet legis cærimonias, quarum rationem ignorat. Seducat dico, In humilitate & religione, angelorum: quia videntur quasi nuncij dei per speciem & humilitatem religionis. Et hæc sunt quibus possunt homines facilè seduci. & ille qui hoc facit, est Ambulans frustra, quia quicquid agit perdit, quia sine Christo rectore est. ipse dico, Inflatus. i. superbus sensu non rationis, sed Carnis suæ, id est sensualitatis, quia nō intelligit aliud, quàm sensualitas capit. Vnde erubescendum esset, non tumendum. Et, est, Non tenens Christum veritate & gratia plenum omnium scripturarum, Caput, cōtra quod dicunt qui legem prędicant, ex quo, capite. i. de cuius plenitudine accipiendo,

Totum

Totum corpus.i.ecclesia. Per nexus, charitatis. Et,per, Coniunctiones fidei.spei,& operum,in quibus fideles cõ iuncti sunt,& similes, Subministratum,est. Et cõstructũ. Distingue,& redde singula singulis. Cõstructum,in vnũ, Per coniunctiones.s. quia idem credunt,& eadem operãtur. Et subministratum, in subseruiendo. Per nexus.i.per charitatem sine qua membra non cohærent, nec inuicem seruiunt,nec viuunt.& sicut Crescit,virtutibus & mẽbris. & hoc,In augmentum dei.i.quantum deus prouidit. Vel, In augmentum dei,dicit, quia quasi augetur deus, hominibus ab errore redeuntibus, sicut minuebatur deserentibus. Qui enim per errorem deseruerant deum,qui minuebant copias diuitiarũ eius negando se esse eius. Cum verò redeunt,incremẽtum faciunt deo, quia ex perditis acquiruntur. Si ergo,vel autem. Hactenus monuit stãtes ne seducerentur à pseudo. nunc aggreditur illos, qui aliqua de lege seruabant, sub increpationis forma dehortans eos à lege. q.d. vos stantes videte ne seducamini, sed vos alij qui legalia recepistis,dicite,quare legẽ seruatis?& hoc est quod ait,Si antè mortui estis,nõ misera à Christo, sed felici morte, Ab elementis mundi.i.separati à lege, quæ est institutio puerorum qui mundana petunt. Mortui dico, per hoc quod estis Cũ Christo,quid adhuc.s. veritate nota & recepta. Tanq̃ viuentes in mũdo,id est vt Iudæi,qui mundo viuunt,& non deo, Decernitis, seruanda legalia. decernitis dico,dicentes alij aliis, Ista ne tetigeritis,&c. Vel ita, Si ergo. Elementa dicit creaturas huius mundi. q.d. quia Christus omnia delicta deleuit, Ergo, per hoc quod vos Estis,cũ Christo.i.quia fidẽ Christi accepistis, Mortui estis.i.ex toto separati à peccato. & Ab elementis mundi.i.ab omni superstitione & abstinentia creaturarum mundi. Vel ita potest accipi, Cũ Christo,id est sicut Christus: vt sit sensus, Si,inquit, Mortui estis,à peccato,& Ab elemẽtis cum Christo,id est sicut Christus, Quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis,à quibusdam superstitiosè abstinendũ? quia si prius,dum eratis ignari hoc faciebatis,cur veritate propalata idem facitis? Decernitis dico, dicentes ista, Ne tetigeritis, vt cadauer, vel locum in quo sederit mulier menstruata. Neque gustaueritis, vt Ambrosi.

Ambrosi. porcum, vel pisces nõ habentes squamas. Neq; cõtrectaueritis, quodam studio, & delectatione. q.d. non debetis hoc decernere. Quę omnia sunt, ducẽtia In interitum. i. ducũt in mortem, In ipso vsu. i. si quis vtatur eis Iudaicè, vt ab his abstineat, illis vtatur, credẽs indè iustificari. Ista dico iam existentia, Secundum præcepta & doctrinas hominum, non dei. Postq̃ enim veritas venit, iam non præcipit de⁹ hæc seruari, sed Pharisæi, & authoritate hæc præcipiunt. & rationibus docent. Non ergo ideo dicũtur esse in interitum, quod verum sit ea esse mala, secundum quod à deo præcepta sunt: sed ideo vsus illorum & cultura interimit, quia sunt præcepta & doctrinæ hominũ non dei, exhibita veritate. Quę sunt quid habentia rationem. i. speciem, Sapientiæ, quia prætendũt superstitionem, & humilitatem. Vnde subdit, In superstitione. q.d. per hoc habent speciem sapientię, quia sunt in superstitione, id est in religione quæ supra modum est. Et, quia sunt In humilitate, quia humiles se ostendunt, qui illa obseruãt. Et, quia sunt, Non ad parcẽdum corpori, quia dicunt se non parcere corpori. & sunt Non in honore aliquo, quia dicũt se non curare de honore humano. & quia non sunt, Ad saturitatem carnis, quia multa sibi subtrahunt, alios gulosos dicunt. Vel ita, Quæ sunt quidem habentia sapientiæ rationem. Hæc legalia habent rationem sapientiæ, non in veritate, sed In superstitione, id est in falsitate quæ est superabundans vbi nulla vtilitas est, scilicet per mundanam sapientiam. & sunt, In humilitate, non illa quæ virtus est, sed sicut ex Græco intelligitur, quia mens sentit humilia, id est vilia & terrena, id est in dilectione animæ sunt. Et, sunt, Non ad parcendum corpori, quia & in illis obseruationibus multus labor est, qui est inanis. & non sunt In aliquo honore, dei scilicet, cuius consilium irritum dicitur: nec sanctorum, quorum fides destruitur. & non sunt Ad saturitatem carnis, quia multa eis subtrahuntur. Vel ita, Quæ sunt quidem habentia ra. sapientiæ, id est putant se habere rationem sapientiæ, qui illa tradunt. ideo quia illa traditione sunt In superstitione, id est, in simulata religione, quia traditioni humanæ nomen religionis applicant, vt religio appelletur, cum sit sacrilegium: quia quod

Hierony.

quod contra authorem eſt, ſacrilega mente inuentum eſt. Simulata ergo ibi eſt religio vt videantur vera quæ falſa ſunt.& illa traditio vel religio Eſt in humilitate,quia mẽtes in terra humiliat,ne erigantur ad ſuperna. Et,eſt Non ad parcendum corpori, id eſt, obeſt corpori, cuius caput eſt Chriſtus,id eſt,eccleſiæ. & Non eſt in honore aliquo, illis,quia truncati ſunt à capite Chriſto,toto ſe dantes mũdo,& explentes ſenſum carnis. vnde ſubdit, & eſt Ad ſaturitatem carnis. Sagina enim carnalis ſenſus eſt, traditio humana, quæ hoc dicit ſufficere quod carnis tradit prudentia.

CAPVT III.

IGitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite,non quæ ſuper terrã. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo: cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra,tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Mortificate ergo membra veſtra quæ ſunt ſuper terram,fornicationem,immunditiam,libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus.] Igitur &c.q.d. quia mortui eſtis ab elementis, & quia hæc non valent. Igitur ſi,iam Conſurrexiſtis.i.aĩo & corpore reſurrexiſtis:animo,in re:corpore,in ſpe:& hoc, Cum Chriſto.i.à ſimili Chriſti. Quærite,& cogitate, non carnalia: quæ ſignantur per carnales obſeruãtias Sed quæ ſurſum ſunt, non loco ſed merito ex- Augu.de cellentiæ ſuæ, ne in huius mundi parte figamus animum, quæst.83. quo vniuerſo nos exuere debemus.ideò dicit,Quęrite quę ſurſum ſunt.ſ.ſpiritualia, quæ ſunt, vel gloria æterna, vel quæ ad eam ducunt. quæ ſurſum ſunt dico, Vbi Chriſtus eſt ſedens in dextera dei.i.regnans in æqualitate patris,& ita, in ſumma eſt excellentia, & per hoc certum eſt, quod per eum ad excelſa peruenire poteſtis. Quærite dico,quæ ſurſum ſunt: inuenta autem iocunda habete. Et hoc eſt quod ſubdit, Sapite, intelligentia & charitate quæ ſurſum ſunt,Non quæ ſuper terram ſunt.i.non quæ fundantur in terra,quia ab his mortui eſtis. Vnde ſubdit,Mortui enim, quaſi dicat ideò quæ ſurſum ſunt quærite non quæ ſuper terram, quia Mortui eſtis, mundanis & caducis. Et vita

vestra, modò, Abscondita est, omnibus hîc peregrinantibus. sed maximè carnalibus, atque terrenis, & ideò quęrenda est. Abscondita est dico, Cum Christo, qui est vita vestra: quæ vita est In deo, patre, cum quo Christus idem est. Cum autem Christus, qui est Vita nostra apparuerit, id est, reuelabitur vobis, vt eundem cum patre deum videatis Tunc & vos, vobis & aliis. Apparebitis, entes, Cũ ipso in gloria. Attende in his verbis Apostoli explicari illa duo quæ in euangelio dominus ait. Tempus amatorũ mũdi, dicẽs, semper esse paratũ, tempus verò suũ & suorũ nõdum esse paratum. Tempus enim gloriæ nostræ nondum venit, quia nondum venit æstas. i. Christi aduentus, vbi discernantur arbores fructuosæ à sterilibus: sed gloria amatorum mundi semper est parata. Ideò Apostolus ait, Vita vestra abscondita est, hoc est tempus vestrum nondũ aduenit, sed tempus terrena amãtium semper est paratũ. Et addit, Cum autem Christus apparuerit. Ac si diceret, hoc est tempus vestrum. Cum ergo nobis insultant amatores sæculi, dicamus, quod Christus dixit, quia propter nos & ipse dignatus est hoc dicere, Tẽpus vestrum semper est paratũ, tẽpus meum nondũ aduenit. Mortificate. Post rationes de plenitudine Christi ostẽsas, generalis exhortatio ad omnes de moribus subditur, vbi monet ne ad priorem cõsuetudinem redeant. q. d. apparebitis cum Christo in gloria. vt hoc sit, Ergo mortificate mẽbra vestra. i. partes veteris hominis. s. peccata. Omnia peccata simul sunt quasi vnũ corpus: singula, sunt mẽbra. Vel, Mẽbra. i. membrorum concupiscentias. Quæ sunt super terram, id est, terrenis & carnalibus dominantur. s. Fornicationem &c. Describit delicta, quæ membra appellat, vt post acceptam veritatis rationem bonæ vitæ operam darent. Multum enim obest scire rationem veri, & non eam factis exequi. Qui enim scit voluntatem domini sui, & non facit, vapulabit multis. Fornicatio est omnis concubitus præter legitimum connubium. Immunditiam, quæ est contra naturam. Libidinem, scilicet ardorem, per quaslibet turpitudines discurrentem. Concupiscẽtiam malam, de aliena vxore, vel de alia re. Et auaritiam, quæ si non corpus, tamen animam contaminat. Quæ est idolorum seruitus. i. tam fugienda

Ambrosi.

Augu. super Ioan.

Ambrosi.

gienda, ſicut idololatria, cui ſimile & par vitium eſt, quia rebus etiam pro deo ſeruit. Sub vno autem nomine duo peſſima & impia vitia prohibet, idololatriam & auaritiã. & recte idololatriæ comparat auaritiam, quæ non eſt diſpar malitia, quia radix eſt omnium malorum, & pœnè vno explentur opere: quia ſicut idololatria vni deo nititur auferre gloriam, nec ſolus nomen deitatis habeat: ita auarus in dei res ſe extendit, vt ſolus vſurpet quæ deus omnibus fecit. Vtraque igitur deo inimica ſunt, quia negant deo quæ eius ſunt. [Propter quæ venit ira dei ſuper filios incredulitatis in quibus ambulaſtis aliquando cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum qui renouatur iu agnitionem dei ſecundum imaginem eius qui creauit eum, vbi non eſt Gentilis & Iudæus, circũciſio & præputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus. Induite vos ergo ſicut electi dei ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatẽ, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicẽ, & donantes vobiſmetipſis ſi quis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatem habete quod eſt vinculum perfectionis, & pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore, & grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter: in omni ſapientia docentes & commonentes voſmetipſos in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus in gratia cantantes in cordibus veſtris deo. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agentes deo & patri per ipſum.] Propterea quæ. ſ. prædicta mala. Venit ira dei in filios diffidentiæ. i. incredulitatis. Quid ergo erit de eis quos ignorantia non excuſat. q. d. grauius punientur. In quibus, vitiis. Et vos aliquando, vt alij Ambulaſtis, & ideo turpius eſt, ſi modo reditis ad eadem. Ambulaſtis dico, Cum viueretis, id eſt, cum vitam eſſe putaretis In illis. Hæc memorat vt ſe euaſiſſe gaudeãt, & de cætero ſibi caueant. Vnde ſubdit, Nũc autem. q. d. olim ambulaſtis in illis. Nunc autẽ, cũ Chri-

Ambro.

Ambroſi.

ſtum recepiſtis. Et vos, vt omnes alij fideles, deponite non ſolum ſupradicta grandia vitia, ſed etiam Omnia, alia: Iram, quæ eſt ſubitus animi motus. Poſt maiora, prohibet minora, ne videantur hæc non eſſe periculoſa: addit Indignatiōem, de alio ſublimato: Malitiam, effectum iræ ſcilicet indignationis. Malitia enim eſt qua quis molitur damnum alicui: Blaſpemiam, in fratrem vel deū: Turpem ſermonem vel turpiloquium, deponite De ore veſtro, & ſi in corde ſit conceptus. Quid per ſingula? Nolite mentiri inuicem .ſ. alij aliis. Sunt qui non habent conſuetudinem ebrietatis, qui tamen aliquando inebriantur: ſicut ſunt qui non habent conſuetudinem mentiendi, & tamen aliquando mentiuntur, ſic & in aliis fit. Prohibet ergo aliquando mentiri, & præcipuè mentiri aſſiduè. Dico nolite mentiri:

Augu. cōtra Fauſt.

vos dico, Expoliātes vos veterem hominem .i. habitū peccatorum. Cum actibus ſuis, vt nec actus peccati interdum aſſit. Homo enim vetus nihil eſt aliud quàm vita vetus, quæ eſt in peccato, in quo ſecundum Adam viuitur. Et induentes, habitu virtutum qui non caret actibus Nouum hominem, id eſt, rationalem mentem. Qui, nouus Homo renouatur in agnitiōe dei, magis & magis creſcit, & acquirit cognitionē dei. & illa fit renouatio. Secūdū imaginē .i.

Augu. ſup Geneſim.

in imagine Illi⁹ .i. in ratione quæ eſt imago dei. Qui creauit eum .ſ. nouum hominem in agnitionem ſui. Satis oſtēdit vbi homo ſit creatus ad imaginem dei, quia non corporeis lineamentis, ſed forma quadam *intelligibilis* mentis. Sicut enim poſt lapſum peccati homo in agnitionem dei renouatur ſecundum imaginem eius qui creauit eum: ita in ipſa agnitione creatus eſt, antequam delicto veteraſceret. vnde rurſus in eadem agnitione renouatur. Vnde ſupra, Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Si ergo ſpiritu mentis renouamur, & ipſe eſt nouus homo qui renouatur in agnitione dei, nulli dubium eſt, non ſecundum corpus, nec ſecundum quamlibet partem animi, ſed ſecundum rationalem mentem, vbi eſt agnitio dei, hominem eſſe imaginem dei, vel factum ad imaginem dei. Iſta autem renouatio reformatioq; mentis dicitur fieri, vel ſecundū deū, vel imaginem dei: ſed ideò dicitur ſecundum deum, ſicut in epiſtola ad Epheſios legitur, ne ſecundum aliam creaturam putetur fieri, ſecundum imaginem dei, ideò, vt in ea

re intelligatur fieri. Hæc renouatio vbi eſt imago dei.i.in mente non quod ſit alia imago ſecũdum quam ſit alia quæ renouatur, ſed ipſa, ſicut dicimus aliquem fidelem qui de corpore abſcedit,mortuum eſſe ſecundum corpus non ſecundum ſpiritum, quia corpore vel in corpore mortuus eſt,non anima vel in anima, Sic aliquis dicitur pulcher vel fortis ſecundum corpus, non ſecundum animam. Et nota quòd alia eſt imago iſta quæ renouatur in agnitionẽ dei, alia eſt imago illa, ad quam factum eſt primus homo non mulier. Vnde ſuprà ad Corinthios, Vir eſt imago dei & gloria, mulier autem gloria viri. Illa imago.ſ. eſt, vt quomodo ex vno deo omnia,ita ex vno homine omnes homines eſſent. Hæc autem imago quam de agnitione dei dicit creari, & in fœmina eſt ſicut in viro. Vel ita, Secundum imaginem.q.d.dico vt expolietis veterem hominem,& induatis nouum.& hoc quod dico,eſt Secundum imaginem eius qui creauit eum. ſ. nouum hominem. i. ſecundum rationem quæ eſt imago dei.q. d. aliud non moneo vos niſi quod ratio veſtra ſuadet. Hæc eſt imago ad quam deus creauit hominem.ſ. vt rationalis eſſet, & in cœleſtia ſemper diligeret. Vbi.ſ.in quo nouo homine. Non eſt mas & fœmina, id eſt, diſcretio maſculi & fœminæ. Secundum corpus enim ſunt maſculi,& fœminæ, ſed ſecundum ſpiritum mentis,non,in quo renouamur, ſecundum imaginem creatoris,& in eo, Non eſt Gentilis & Iudæus,id eſt,exceptio vel acceptio Gentilis vel Iudæi. Nullus enim vt indignus excipitur, nec aliquibus officit vel proficit apud deum,quod de his vel illis nati ſunt. Neque ibi eſt Circũciſio & præputium,id eſt, non aliqui ibi ſunt digniores eo quod ipſi hæc habeant, vel eo minus digni quia non habẽt,& ibi non eſt Barbarus & Scytha,ſeruus & liber.i.nõ propter iſta aliquis ibi dignior eſt, vel minus dignus Et eſt ſenſus, In nouo homine nulla exterior diuerſitas alicui præiudicat,ſcilicet nec ſexuum,nec nationum,nec obſeruationum,nec linguarum,nec conditionum,Sed Chriſtus,eſt Omnia,id eſt,omnes partes noui hominis,ſunt opera Chriſti. Et,ipſe Chriſtus eſt In omnibus, fidelibus, qui per eum noui ſunt. Induite ergo.q.d. Et quia Chriſtus eſt omnia & in omnibus. Vos ergo,ô Coloſſenſes qui eſtis

Ambroſi.

Sicut,

Sicut.i.verè; Electi dei, ſcilicet quos deus ab æterno elegit. Et ſancti, ſacramentorum participatione, Et dilecti deo, id eſt, quia iam ſancti eſtis, & quia dilexit deus vos: Induite viſcera miſericordiæ.i.affectum pietatis erga omnes. Deinde ſubditur executio miſericordiæ cum additur, Benignitatem, animi ad benefaciendum parati: Et humilitatem, vt ſitis humiles corde & habitu, & Modeſtiam, vt in omnibus modum ſeruetis: & Patientia, in aduerſis tolerandis. Supportantes inuicem, vt alter alterius onera portet. Et donantes vobiſmetipſis, ſi aduerſus aliquem habet querelam.i.ſi alter alterum offendit, non ſolum non iudicet, ſed & donet. Sicut & dominus donauit vobis, ita integrè & purè. Et vos, condonate aliis. In cuius rei ſacramento lauit Chriſtus pedes diſcipulorum, & dixit, Exemplum dedi vobis, vt & vos ſimiliter faciatis. Inuicem itaque nobis delicta donemus, & pro noſtris delictis inuicem oremus, atque ita quodammodo inuicem pedes noſtros lauemus. Et nota quia vt lucrum poſſint habere ad hæc eos facienda monet, quæ meritum collocant apud deum.. Ab illicitis abſtinere facit timor, veretur enim ne mala faciens pœnis ſubdatur. Hæc quæ nunc facienda monet ad profectum meritorum pertinent, ex voluntate enim fiunt nó ex neceſſitate. Qui ergo ab illicitis abſtinet, laudé habet, qui verò à licitis ſe temperat, laudem habet & præmium. Super omnia autem.q.d. Hæc omnia ſeruate, Super omnia autem hæc charitaté habete.i.ſtudioſus omnibus aliis petite charitatem. Magis enim eſt ſtudendum ei virtuti, quæ maior omnibus eſt. Vel, Habete charitatem, quę eſt Super omnia hæc. Ipſa eſt enim eminentior via quę ſupereminet ſcientiæ & omnibus præceptis. Hæc eſt veſtis domini inconſutilis deſuper contexta. Incóſutilis, ne aliquando diſſuatur quæ ad vnum peruenit, quia charitas, in vnum omnes colligit. Habete charitatem dico, Quod donum, ſcilicet charitas eſt, Vinculum perfectionis. Cætera enim perfectum faciunt, charitas etiam omnia ligat, ne abeant. Et pax Chriſti, id eſt, quam Chriſtus habuit in ſe, & haberi præcepit, vel quam inter deum & hominem fecit, Exultet in cordibus veſtris, id eſt, ſit in cordibus veſtris cauſa exultationis. quod vbique erit, ſi habeatur charitas, quæ veram habet

August. ſuper Ioan.

Ambroſi. Auguſt. ſuper Ioan.

habet pacem,quam puro corde custodit. Pax enim dici potest,& si non habet charitatem. Charitas verò semper secum habet pacem,quã facit. In qua,pace. Vocati estis per eam positi, In vno corpore,ecclesiæ. Pax enim necessaria est ad vnitatem corporis quam facit charitas.& de his omnibus,Grati estote deo docentes,& vos & alios quã ignoratis per vos. Et commonentes vosmetipsos, de scitis, vt doctrina fiat illis qui nesciunt,& cõmonitio illis qui sciũt, sed pigri sunt. Docentes,dico,& commonẽtes de his quæ continentur In psalmis,qui de moribus agunt. Et in hymnis qui de laudibus dei agunt. Et cãticis spiritualibus, qui sunt de æterno bono. & his docti & commoniti, Estote cantantes domino,id est,ad honorem domini. & hoc non solum labiis. Sed in cordibus vestris,id est,cum intellectu, vel attende.& hoc, In gratia.i.in consideratione beneficiorum dei. Per quid autem hæc possint in serie præmisit, dicens, Verbum &c q.d.vt prudenter doceatis,& commoneatis. Verbum Christi habitet in vobis abundanter.s. In omni sapientia.s.vt omnium scripturarum intellectũ habeatis. Omne &c. Quia præcepit suprà deũ laudari in corde,& verbis nunc & factis nomen dei laudari & exaltari hortatur, vt sic verba nostra & opera careant reprehẽsione,vt magnificetur dominus, cuius magisterio inuitupera biles sunt discipuli,quasi dicat,docete & commonete. Et præterea, Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere facite, In nomine domini nostri Iesu Christi.i.ad gloriam Christi, non vestram, & non solũ quæ facitis verbo vel opere. Sed etiã omnia, sint ad gloriam Christi i. etiã cogitationes,& si alia aliqua sint. Vel ita, Quodcunq; facitis in verbo aut in opere,facite . Omne, id est, perfectũ, deo attribuendo,& hoc est quod aperit subdens, faciẽtes. Omnia in nomine domini Iesu Christi,id est,ad gloriam Christi. vos dico tunc verè Agentes gratias,non legi, sed deo & patri per ipsum, Christum,per quem dedit deus omnia. Tunc enim agimus gratias deo per Christum, si modum præceptorum eius custodiamus. [Mulieres subditæ estote viris sicut oportet in domino. Viri diligite vxores vestras & nolite amari esse ad illas . Filij obedite parentibus per omnia : hoc enim placitum est in domino.

Amsibro. Ambrosi.

Patres

Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut domino & non hominibus: scientes quòd à domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit, & nō est personarum acceptio apud deum.] Mulieres de moribus omnes monuit, hucusque communiter nunc transit ad singularia præcepta monens diuersos separatim, vt inuicem sibi seruiant nō solum obediendo (vt mulieres viris, & filij parentibus, & serui dominis) sed etiam consulendo vt viri mulieribus, patres filiis, domini seruis. Hæc est enim pax domestica, & cohabitantium ordinata à deo concordia, & clara iustitia, vt.s. qui excellunt ratione, excellant dominatione. Hanc concordiam docet dicens, Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet, id est, tam perfectè sicut deus mandauit. & hoc, In domino non contra dominum. Et vos viri diligite vxores vestras, & nolite esse amari, id est, acerbi. Ad illas, Per hoc rigorem domini emollit, vt potestate qua prçualet quis in dominatu vxoris, nō nimis seuerè vtatur. Et vos Filij obedite parētibus per omnia, hoc enim placitum est, id est, placet deo si per omnia obeditis, ita tamē. si in domino Obeditis. Et vos Patres nolite prouocare filios vestros ad indignationem, contra vos. Vel, Ad iracundiam. Alia litera. Vt non pusillo animo vel pusillanimes fiant. s. non potentes diutius pati. Modestos prçcipit patres filiis, ne coarctati ab illis delinquant in illos, & deum offendant. Ira enim inconsiderata res est, ita vt aliquando nec sibi parcat qui irascitur. Et vos, Serui obedite per omnia, sed non contra dominum, Dominis, non dico spiritualibus tantum, sed etiā carnalibus, qui secundū carnem dominantur. Vos dico, Non ad oculum seruiētes quasi hominibus, non deo placentes, id est, placere nolentes: sed seruite, In simplicitate cordis, id est, pura intentione, vt quales estis in corde, tales extra sitis. Vos dico, Timentes deum, quem non potestis fallere. Et quodcunque facitis, operamini, non quasi timentes pœnam ex deo. Sed

Augu. in lib. sentē. prosperi. Augu. sup Genesim. Ambrosi.

Augu. in lib. sentē. prosperi.

ex animo.i.ex voluntate. Sicut domino seruiretis, & non hominibus. Eam enim deus innocentiam probat, qua homo non metu pœnæ fit innocens, sed amore iustitię, Nam qui tantum timore non peccat quanuis non noceat aliis, sibi tamen plurimum nocet, simulata innocentia, non est innocentia: simulata æquitas, non est æquitas, sed duplicatum peccatum, in quo est & iniquitas & simulatio. Operamini, dico, Scientes, quod pro hac humiliatione Recipiens à domino retributionem hæreditatis æternæ, & præter alios dominos Domino, dominantium. s. Christo seruite, in his quæ iubet. Qui enim. q. d. ita est seruiendum vt dixi, non pro crudelitate dominorum dimittendum, quia Qui facit iniuriam, siue dominus sit siue seruus: Recipiet id quod iniquè gessit. & hoc ideo: Quia non est personarũ acceptio apud deum, nulli parcetur pro maioritate sua.

CAPVT IIII.

Domini quod iustum est & æquũ seruis præstate: sciẽtes quòd & vos dominum habetis in cœlo. Orationi instate vigilantes in ea, in gratiarum actione orãtes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi: propter quod etiam vinctus sum, vt manifestem illud ita vt oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit cõditus: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere. Quę circa me sunt omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, & conseruus in domino, quẽ misi ad vos ad hoc ipsum, vt cognoscat quæ circa vos sũt, & consoletur corda vestra cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex vobis est, qui oĩa quæ hic aguntur nota facient vobis. Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata. Si venerit ad vos, suscipite illum. Et Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circuncisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerunt solatio. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est seru9 Iesu Christi, semper sollicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti & pleni in omni voluntate dei. Testimoniũ.n. illi perhibeo ꝙ habet multum laborem pro vobis, & pro his qui sunt Laodi-

ciæ,& qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medicus charissimus,& Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiciæ & Nympham,& quæ in domo eius est ecclesiã. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc,facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur,& ea quæ Laodicensiũ est,vobis legatur. Et dicite Archippo, Vide ministerium quod accepisti in domino,vt illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores estote vinculorũ meorum. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.] Domini quod iustũ &c. q.d. & vos Domini prȩstate seruis quod iustũ est, pro seruitio. Et æquum,per naturã,vt.s.homines reputetis Sciẽtes quoniam & vos dñm habetis in cœlo, quasi non impotentem, & ideo talia exigite qualia vultis à vobis exigi, ita faciũt viri iusti. Boni enim ex fide viuentes, etiam adhuc ab illa ciuitate peregrinãtes,qui imperant,seruiunt eis, quibus videntur imperare:quia non cupiditate imperãt dominãdi, sed officio cõsulendi,& bñficia prouidẽdi. Orationi.q.d. singulatim diuersos monui. Cõmuniter aũt omnes vos moneo, Instate orationi vigilantes in ea.q.d.etiam nocte instate, vel Vigilantes.i.non pigri. In ea oratione facta de futuris. Vos dico manentes in actione gratiarum de præteritis. instante,dico, Orantes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis.i.os meum faciat apertum, quod ad hoc datum est vt indè prodeat verbum. Os autẽ apertum est quando multa & magna dicit.& ad quid velit sibi aperiri os,ostendit dicens.s. Ad loquendũ mysterium Christi.i.ad exponendum illud, quod est secretũ de Christo,id est,natiuitatem,passionem,&c. Propter quod,opus, scilicet quia Christi secreta expono, Vinctus sum. Dico aperiat mihi os ad loquendum mysterium,& ita loquendũ Vt manifestem apertè Illud,quod absconditum est infidelibus Ita,constanter & discretè, Vt oportet me, qui apostolus sum, Loqui, Vos etiam ipsi, In sapientia dei quã habetis, Ambulate,id est,proficite vsque Ad eos,illuminando. Qui sunt foris,id est,extra ecclesiam. Cautè conuersandum est inter perfidos ne scandalizentur,ne fiat eis occasio blasphemandi,& ne incitentur ad persequendũ. Sapienter ambulate dico, Non impedientes sed redimentes tempus,id est, aliquibus modis præparantes opportunitatem

Augu. de ver. euãg.

tem prædicandi eis:& habito tempore, Sermo vester sem per sit in gratia,id est, talis vt gratus sit auditoribus. Vel, In gratia, prædicanda, non in lege & sit. Conditus sale, sapientiæ:ita, Vt sciatis quomodo oporteat vos responde-re vnicuique quia aliter idiotæ,aliter literato,& aliis personis aliter & aliter respondendum est. Omnia autem quę circa me sunt,id est,tribulationes quæ vndique sunt, vel quæ non pertingunt vsque ad aĩam: Nota faciet, & ideo non fuerit opus scribi. Tychicus per hunc creditur misisse epistolam, Charissimus frater, in fide. Et fidelis minister, in prædicatione. Et conseruus, in aduersis. & hoc, In domino,id est, propter dominum. Quæ, ego, Misi ad vos ad hoc ipsum,id est, ad simile aliquid, scilicet Vt cognoscat quæ circa vos sunt. Cauete ergo vobis,magis sibi cauere debet qui se videt cognosci. Misi dico, Cum Onesimo charissimo nostro & fideli fratre qui est ex vobis, qui,scilicet & Tychicus, Omnia nota facient vobis, quæ hic aguntur. Salutat vos Aristarchus, concaptiuus meus, id est, particeps & socius laborum meorum. Et Marcus consobrinus Barnabæ:de quo Marco vel Barnaba, Accepistis mandata, ista, scilicet quòd discessit à me, & ideo non reciperetis illum: sed Si modo venerit ad vos excepistis illum. Vel accepistis mandata, scilicet quòd rediit ad me. & ideo, Si venerit ad vos, excepistis illum. Et Iesus, salutat vos, Qui dicitur iustus. qui,scilicet isti prædicti, Sunt ex circuncisione,& idem tamen mecum asserunt de gratia. Hi soli, de Iudæis, Sunt modò adiutores mei in regno dei, prædicando. Qui mihi, posito in tribulatione, Sunt solatio, vicem meam supplendo. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est seruus Christi Iesu, non legis. Semper sollicitus pro vobis in orationibus, in quibus pro vobis orat, Vt stetis, id est, perseueretis. Perfecti & pleni in omni voluntate dei, scilicet velitis omnia quæ deus vult,& nihil adiungatis præterea quę deus vult. Et verè sollicitus est pro vobis. Testimonium enim, illi Perhibeo, quòd habet multum laborem pro vobis,non solum orando, sed etiam aliis modis. Estote ergo & vos pro nobis solliciti, & non solum pro nobis, sed etiam Pro his qui sunt Laodiciæ, & qui sunt Hierapoli. Salutat

Ambro. (margin, beside "Vt cognoscat")

Ambrosi. (margin, beside "pro nobis solliciti")

vos Lucas euãgelista, Medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiciæ, & specialiter, Nymphã quæ prædicatores recipit & sustẽtat. Et quæ in domo eius est ecclesiam.i.familiam. Et cũ fuerit lecta apud vos hæc epistola, facite, vt & in Laodicensium ecclesia legatur, & vobis legatur ea, vel vos legatis eam quæ Laod.i. quam ago illis misi, vel quam ipsi mihi miserunt, vt videatis hic esse responsum quæstionibus illis. Ex hoc loco intelligimus quòd generales sunt instructiones Apostoli, & ad hominum profectũ scriptæ sunt epistolæ. Et, ipsi vos qui spiritu errastis olim, Dicite Archippo vidi ministeriũ.i. esto sollicitus circa ministerium. Quod accepisti in domino.i. in his rebus quæ sunt domini. Vt illud impleas, vt sicut p inobedientiam istorum cessauit, ita per correctionem accingatur. Et nota quod præpositum eorum per eos ipsos commonet, vt qui regendam ecclesiam eorum accepit sit sollicitus de eis. & quia plebis causa scribitur epistola, ideo non ad rectorem destinatur, sed ad ecclesiam. Salutatio. q.d. vt sciatis à me missam epistolam. Salutatio mea manu Pauli, scripta est. Et antequam salutationem ponat, præmittit exhortationem dicens, Memores estote vinculorũ meorum.i.in mente habete qua causa patiar, scilicet quia solam fidem prædico. Hoc dicit vt tales se præbeant, pro quibus nõ ægrè ferat se pati iniurias, vt simpliciter patiantur: vel vt pro eo orent, vt necessaria ministrent. Quæ autem sit salutatio, ostendit addens, Gratia domini Iesu sit vobiscum, Amen.

Argumentum in epistolam ad Thessalonicenses primam.

THessalonicenses sunt Macedones, qui accepto verbo veritatis perstiterunt in fide, etiam in persecutione ciuium suorum. Præterea nec receperunt falsos apostolos, nec ea quæ à falsis Apostolis dicebãtur. Hos collaudat apostolus scribens eis ab Athenis, per Tychicum diaconem, & Onesimum acolythum.

CAPVT

CAPVT I.

PAVLVS & Syluanus,& Timothæus, ecclesiæ Thessalonicensiũ in deo patre nostro & domino nostro Iesu Christo, gratia vobis & pax. Gratias agim⁹ deo semper pro omnib⁹ vobis, memoriam vestri facientes in orationib⁹ nostris sine intermissiõe: memores operis fidei vestrę, & laboris, & charitatis, & sustinẽtię spei domini nostri Iesu Christi, ante deum & patrem nostrum.]

PAulus & Syluanus, &c. Hanc epistolá scribit Apostolus Thessalonicensibus. Thessalonica metropolis est Macedoniæ, quæ est prouincia Græcorum. Thessalonicenses ergo sunt Macedones, qui facilè ab Apostolo cõuersi, nec per tribulationes, nec per pseudoprædicatores potuerunt moueri à fidei veritate. Hos collaudat Apostolus, eo quòd in accepta gratia permanentes ad profectum præmij virtutibus aucti sunt meliora sectando. Tantæ enim fidei imbiberant spiritum, vt spe futurorũ etiam à ciuibus suis non credẽtibus, pericula deuoto animo pro nomine Christi sustinerẽt. Erant tamẽ inter eos aliqui otiosi & curiosi: aliqui etiam de resurrectione minus sentientes, & ideo nimis temerè de morte amicorum dolẽtes: aliqui etiam eorum erant fornicatores. Hos ergo in hac epistola corrigit Apostolus, & perfectos monet non cedere aduersis pseudoapostolis, & vt alios corrigãt. Scripsit autem ab Athenis. Et est intẽtio Apóstoli in hac epistola prauos & incorrectos corrigere, & bonos ad perseuerantiã aliorũq; correctionem cohortari. Modus talis est, De more suo salutationem præmittit: qua præmissa de bonis eorum gratias agit: commemorans non solum fidem & opera, sed etiam conuersionis modum & malorum sustinentiam. & vt ad perseuerandum magis eos prouocet, de suis quoque laboribus, & euangelij veritate, & prudenti inter eos conuersatione, & quanto affectu eos desideret videre, interserit.

Aimo. Ambrosi. Aimo.

Deinde prauos, vt à luxuria, & otio, & curiositate contineant, obsecrat: & mortuos resurrecturos cõfirmat. Circa finem moralis est instructio. Præmittit aũt salutationẽ, dicens, Paulus, & Syluanus, & Timothæus. Hi coadiutores fuerunt Apostoli in illis instruẽdis, & in profectu illorum pariter gaudebant, & ideo nominibus illorum præscribitur salutatio, sed sensus & verba epistolę solius Apostoli sunt. Hi, inquam, scribunt Ecclesiæ Thessalonicensiũ, cõgregatæ In deo patre & domino Iesu Christo. q. d. quod est ecclesia in vnitate fidei congregata, est deo patre operante, & Christo eius filio, & ante alia salutãt in hunc modum. Gratia, sit Vobis & pax. Exposita, ne exponas, ne actum agas. Post salutationẽ primum confirmat bonos de profectu illorũ, referens gratias deo à quo sunt omnia bona, hoc modo, Gratias agimus deo semper pro omnib⁹ vobis, quia sunt bona quæ in vobis sunt, & à deo sunt. Nos, dico, Facientes memoriam vestri in orationibus nostris, vt perstetis in bono. Orationibus, dico, habitis Sine intermissione, certarũ horarũ. Vnde autem gratias agat, ostendit, subdens. Nos, dico, Memores operis. i. confessionis Fidei vestræ. Proprium enim opus fidei est confessio, Et laboris, vestri, quẽ habuerunt pro se & pro proximis: Et charitatis, habitæ in deum & proximum. Et sustinentiæ, *habitæ* contra mala quæ sustinentia est Spei, quia eã *facit spes* gloriæ. Non enim tanta mala possent sustinere, *nisi spes* eos confirmaret quæ spes non frustratur, quia *est* Domini nostri Iesu Christi, qui benè potest & vult implere. Spei, dico, Existentis ante deũ & patrem nostrũ, quia ita certi estis, ac si iam videatis eum, & ita eos animat. Vel, Ante deum, existit, quia ei benè placet, non ad aspectum hominum. & eo auctore est. [Scientes fratres dilecti à deo electionem vestram, quia euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum: sed & in virtute & spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis & domini, excipientes verbũ in tribulatione multa cũ gaudio spiritussancti, ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini, non solum in Macedonia & in Achaia: sed & in

Ambrosi⁹

& in omni loco fides vestra quæ est ad deum profecta est, ita vt non sit nobis necesse quicq̃ loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualẽ introitũ habuerimus ad vos,& quomodo cõuersi estis ad deũ à simulacris seruire deo viuo & vero,& expectare filiũ eius de cœlis quẽ suscitauit ex mortuis Iesum,qui eripuit nos ab ira ventura.] Scientes.q.d. de his agimus gratias deo, quia scimus quod dilexit vos, & elegit sola gratia. & hoc est quod ait, Agimus gratias deo. Scientes,ô Fratres dilecti à deo electionem vestrã.i. quod dilecti & electi estis à deo:quod per hoc scim⁹,quia euangeliũ nostrũ non fuit ad vos in sermone tantũ.i.in ostensione verborũ,sed In virtute miraculorum,quia multa fecit apud eos miracula,doctrinã eius confirmantia. Et in spiritu sancto,quia per me recepistis dona spiritussancti:& non parcè,sed In plenitudine multa. Hoc ideo dicit vt in nullo videantur sibi minores ecclesiis Iudæorũ, & gaudeant in dono dei qui participes illos facere dignatus est ꝓmissionis Abrahæ. Sicut,&c.q.d. ita istud diuinũ scimus.s.quod estis a deo electi, Sicut,vos Scitis,istud visibile.s.Quales.i.q̃ afflicti Fuerim⁹ in vobis.i.inter vos. & hoc Propter vos.i.pro vestra salute.q.d.per hoc etiam quod nos passi sumus in exẽplũ vobis patet ꝙ deus & vos dilexit & elegit. Et vos.q.d.nos passi sumus in exẽplũ vobis, Et vos facti estis imitatores nostri & domini, qui sustinuit crucem. Probra enim & iniurias à ciuibus suis tolerarunt spe futurorum, vnde æmuli dicuntur apostolorũ & ipsius domini,quia & dñs eadem à Iudæis passus est, & apostoli dominum sequentes persecutiones passi sunt gaudentes, quia habiti sunt digni pro nomine dñi contumelias pati. Vos,dico, Excipientes verbum in tribulatione multa,nostra,scilicet & uestra,quia tribulatio nõ fecit vos dimittere verbum. Excipientes,dico, Cum gaudio spiritussancti,quod scilicet fecit in vobis spiritussanctus. Imitatores nostri facti estis,Ita vt sitis facti forma.i.exemplũ cõfessionis & doctrinæ Omnibus credẽtibus,qui sunt In Macedonia & Achaia,qui exemplo vestro nõ timent confiteri. Et verè forma facti estis omnibus,A vobis enim diffamatus.i.diuulgatus est,Sermo domini.i.ab exemplo patiẽtiæ vestræ hoc processit,quòd alij verbũ dei apertè prædicant.

Aimo. Ambrosi. Aimo.

Aimo. Ambrosi. dicant. Diuulgatus est, dico, quia non solum In Macedonia & in Achaia, sed in omni loco, adiacenti vobis & vicino, non solum sermo. Sed fides vestra. i. profectio fidei, Profecta est. i. processit, Quæ, fides est, Ad deum, tantum, vt est in martyribus quod nõ est fides, est minus perfectorum qui & quæ mundi sunt, cogitant. Processit, dico, Ita vt non necesse sit nobis quicquam loqui, de vobis, ad alios incitandos. Ipsi enim de vobis. i. omnes alii Annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos, id est, quàm afflicti fuerimus quando venimus ad vos: & tamen Quomodo, id est, quàm vehementer Conuersi estis, licet nos afflicti fuerimus, dico, Ad deum à simulacris, ad veritatem à simulatione, ad vnum à multis. Conuersi estis, dico, Seruire deo viuo & vero, & seruiendo expectare filium eius venturum De cœlis, id est, à deo cõuersi estis vt seruiatis deo ita purè, vt conuenit seruire viuo & vero, qui in veritate est deus, & viuit æternaliter. Et in hac seruitute expectetis videre filium dei quando veniret, & non aliud desideretis dari vobis quàm videre Christum secundum diuinitatem quẽ mali non videbunt. Vnde dicit scriptura, Tollatur impius, ne videat filium dei. Quem, filium Suscitauit, pater Ex mortuis. Ipsum, dico, per hoc factum suis dominum Iesum, id est, regem & saluatorem suorum. Qui, filius Eripuit nos ab ira ventura, quia & in baptismo dimittit peccatum, & in futuro liberabit à pœna.

CAPVT II.

NAm & ipsi scitis fratres introitũ nostrũ ad vos, quia non inanis fuit, sed antè passi multa & cõtumeliis affecti, sicut scitis in Philippis, fiduciã habuim' in deo nostro loqui ad vos euãgelium dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra nõ de errore, neq; de immũditia, neq; in dolo, sed sicut probati sumus à deo vt crederetur nobis euangeliũ ita loquimur: non quasi hominibus placẽtes, sed deo qui probat corda nostra. Neq; enim aliquãdo fuimus in sermone adulationis sicut scitis, neque in occasione auaritiæ, deus testis est, nec quærentes ab hominibus gloriam, neq; à vobis, neq; ab aliis cum possemus vobis oneri esse vt Christi apostoli. Sed facti sumus paruuli in medio vestrum tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desideran-

desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis, non solum euangelium dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.] Nam ipsi: Hîc de laboribus suis commemorat. quasi dicat, ideo dico, qualê introitum habuerimus, & eius qualitatẽ nõ expono, quia non est necesse. Nam vos, ipsi, ô Fratres scitis introitũ nostrum ad vos, hoc de illo scitis, quia non fuit inanis, id est facilis, id est non fuit in prosperitate Sęculari, quę inanis est sed fuit In multa sollicitudine, pro aduersis quæ sustinuimus, & propterea Habuimus fiduciam, non in aduersis, qui fragiles sumus: sed in deo nostro loqui ad vos euangelium dei, sic & vos facite. Confidite. s. in deo non in vobis. Nos dico, Antequã, ad vos veniremus Passi, multa, Et contumeliis affecti in Philippis sicut scitis. Ecce antequàm veniremus ad vos, & post passi sumus, vt non liceret confidere in nobis, & ita esset labor noster inanis. Hanc pressuram, quam nunc memorat passus est in Philippis propter spiritum phitonem, quam à puella deiecerat. Vel ita, Hoc de introitu modo scitis, quia non fuit inanis, id est, propter nulla mala cessaui loqui verbum dei, quod est signum deuoti, & fidelis prędicatoris. s. ne in pressura loqui verbum dei timeat. Inanis enim est ille, qui terrore præsenti, formidinem patitur prædicandi. Non fuit inanis dico: Sed, licet Antè, essemus Passi, & contumeliis affecti in Philippis sicut scitis, & apud vos In multa sollicitudine. i. multũ solliciti: nec tamen extimuimus, Sed habuimus fiduciam in deo nostro loqui ad vos euangelium dei, Per hæc de se relata, & per illorum bene cœpta monet illos permanere in patientia. Exhortatio enim. Hîc contra pseudoapostolos videtur incipere, commemorans de euangelij veritate, Deinde de sua inter eos prudenti conuersatione. q. d. merito habuimus fiduciã in domino, quia Exhortatio nostra, id est prædicatio, qua exhortamur alios. Non est De errore. i. de mendacio, sed de veritate. Neque de immunditia, sicut sunt carnales obseruantiæ post Christum, vel vsus mulierum. & quorundam aliorum: quæ quidam prædicabant. Neque in dolo. i. in fraude, & astuta hypocrisi: etiam veritas est quandoq; in dolo, quando. s. non amore veritatis & vtilitate auditorum prædicatur, sed vt gloria.

Ambros.

Aimo.

vel

vel aliquod lucrum acquiratur. Nō in dolo, dico, Sed potius Ita, verè & pura intentione Loquimur sicut probati, & electi Sumus à deo, ad hoc, Vt crederetur nobis, sicut fidelibus, Euangeliū. Loquimur, dico, Nō quasi hominibus placentes .i. placere quærentes, quia nec speciē placentis habemus. Sed, placentes Deo, quod Probat corda nostra .i. probata facit, vt sibi nō hoībus placeamus, quod nisi ipse operatur in nobis, vitare nequimus. Quas eñi vires nocendi haberet humanæ gloriæ amor, nō sentit, nisi qui ei bellum indixerit: quia & si cuique facilè est laudem non cupere, dum negatur, difficile est tamē ea nō delectari, cū offertur. & verè nō quæro hoībus placere. Nec enim aliquādo fuimus in sermone adulationis, per quod alij placent hoībus, Sicut scitis. & verè non est in dolo prædicatio nostra, quia Neq; in occasione auari, nō dico in auaritia: sed nec feci, nec dixi etiā quo esset occasio auaritiæ & indè Deus testis est, mihi qui nouit corda, hoc enim non ita patet. Auaritiā nō sectamur, nec gloriā. & hoc est. Neque etiā sumus quærentes gloriā ab hoībus, neq; à vobis, neq; ab aliis, sed à deo tantū. In hoc tāgit pseudoapostolos, qui se potius quàm doctrinā dñi cōmendari volebant.

Augu. in lib. sentē. prosperi.

Apost. autē, qui gloriā non ad præsens, sed in futuro quærebat, se humilem faciebat, vt dei prædicatio exaltaretur, Cū possemus. q. d. dico quod nō in occasione auaritię prędicauimus, Cū .i. quāuis possemus, quòd non pseudo. Esse vobis oneri, vt nobis ministraretis necessaria. Possemus, dico, Vt Christi apostoli. In tantū grauat pseudo. causam, vt se abnuere dicat, cum liceret illi subsidia requirere, ad cōprimendum illos, quibus nō facultas erat, nec pudor poscendi. Apostolicæ autem potestatis debitum vocat onus, propter pseudoapostolos, qui illud indebitè vsurpātes importunè à plebibus exigebant. Sed facti. q. d. nihil horum quærimus: Sed, potius Facti sumus paruuli .i. humiles, In medio vestrum .i. cōmuniter ad omnes vos. & hoc pro bono: & ita sollicite fecimus Tanquā si nutrix foueat filios suos, nō alienos. Alienos enim quādoq; nutrit mulier pro mercede, nō ex amore: proprios verò ex dilectione. Ideò cōgrue ait, Tanq̄ si nutrix foueat filios suos, in hoc enim notatur labor, & humiliatio, & dilectio, quia nō pro mercede

Ambrosi.

Aimo.

cede fit. Hoc autem ad intelligendam charitaté ſuam erga eos ſe dixiſſe ſignificat, dicens, Ita, nos in toto labore noſtro deſiderátes, nõ veſtra, ſed Vos. i. veſtram ſalutem Cupide volebamus tradere vobis, non ſolum euangelium dei, ſed & etiã animas noſtras, pro aſſertione euangelij. & hoc ideò quoniam chariſſimi nobis facti eſtis, fidẽ dei recipiendo, & vos bene nobis applicãdo. & rectè dico, quod facti ſumus paruuli ſicut nutrix. [Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri, & fatigatiois, nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis euangelium dei, Vos teſtes eſtis & deus quem ſanctè, & iuſtè, & ſine querela vobis, qui credidiſtis affuimus: ſicut ſcitis qualiter vnumquemq; veſtrum ſicut pater filios ſuos deprecantes vos, & conſolantes teſtificati ſumus, vt ambularetis dignè deo, qui vocauit vos in ſuum regnum, & gloriam. Ideò & nos gratias Agimus deo ſine intermiſſione, quoniam cum accepiſſetis à nobis verbum auditus dei: accepiſtis illud, non vt verbum hominum, ſed ſicut eſt verè verbum dei, qui operatur in vobis, qui credidiſtis. Vos enim imitatores facti eſtis fratres eccleſiarũ dei, quæ ſunt in Iudæa in Chriſto, Ieſu, quia eadem paſſi eſtis, & vos à contribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis, qui & dominũ occiderunt Ieſum & prophetas, & nos perſecuti ſunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur, prohibentes nos gentibus loqui, vt ſalui fiãt, vt impleant peccata ſua ſemper. Peruenit enim ira dei ſuper illos vſque in finé. Nos autem fratres deſolati à vobis ad tempus horæ, aſpectu non corde abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre, cum multo deſiderio: quoniã voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus & ſemel, & iterum, ſed impediuit nos Satanas. Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nónne vos ante dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis in aduẽtu eius? Vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudium.]

Memores enim eſtis ô fratres laboris noſtri, & fatigationis. Hoc addidit, quia eſt labor ſine fatigatione. Et rectè dixi fatigationis & laboris, quia Prædicauimus vobis euangelium dei operantes manibus noſtris nocte, & die, ne quem veſtrum grauaremus, accipiendo aliquid ab

eo. hoc

eo. hoc etiam faciebat, vt pseudo reppelleret à prædicatione. Vos, enim. quasi dicat, ita ante cõuersioné nos habuimus erga vos sicut & post cõuersioné. Vos estis enim & testis est deus, quam sanctè, quantum ad vos: Et iuste quantũ ad proximum, faciendo debita, Et sine querela. i. nõ faciẽdo indebita, Affuimus vobis qui credidistis, quando adhuc erant educandi, & ita hoc scitis Sicut scitis, hoc aliud, scilicet, Qualiter vos deprecantes vnumquéque vestrum. Deprecantes, dico, Tãquam pater filios suos, id est tanto affectu, quáto pater filios. Et cõsolantes vos, si quis vestrum de peccato, vel de alio sollicitus erat. Testificati sumus, id est, sub testimonio ipsorum sanctorum adiurauimus, Vt ambularetis, proficiendo, Dignè deo, sequentes in operibus voluntatem eius. quod vtiq; debetis, quia ipse est Qui vocauit, vocatione quæ est secũdum propositum.

August. Vos, cum essetis aduersi, In suum regnum & gloriam. s. vt essetis de regno suo quos hîc regeret, & post in gloria coronaret. Ideò, scilicet, quia vocauit nos. Et nos, nõ solum vos Agimus gratias deo, quia hoc fecit deus. Agimus, dico, Sine intermissione. Vocauit, dico, quia vos citò, & firmiter recepistis, quod ita ait, Quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus dei, id est, cum accepissetis solo auditu verbum, quod de deo est. Vel, Verbum auditus dei, id est quod audiuimus à deo loquẽte in nobis. Vel, in quo auditur deus: cum, inquã, accepissetis Accepistis illud, nõ vt verbum hominum, scilicet, quasi à sapientibus esset, Sed

Ambrosi. sicut verbum dei, vt verè est. Tanta enim deuotione susceperunt verbum, vt probarent se intellexisse dei esse doctrinam. Qui, deus Operatur in vobis, quotidie opera bona, Qui credidistis, venturi per fidem In idipsum, quod credidistis. Vos enim, Multa dixit contra pseudo. hîc iam monet ne pro sua, vel apostolorum tribulatione moueantur. q. d. in vobis operatur. & hoc effectus indicat. Vos enim, ô Fratres facti estis imitatores ecclesiarum dei, quæ sunt in Iudæa, ædificatæ In Christo Iesu, id est in fide, & institutione ipsius Christi, imitatores facti estis, in hoc vtique, Quia eadem passi estis, & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi, qui in Iudæa sunt, Passi sunt à Iudæis, qui, Iudæi adeò asperi fuerunt, Quod & Christum dominũ occide-

ciderunt,& prophetas,& nos,apostolos Christi persecuti sunt. Nos,dico,in quo putāt se obsequi & placere deo. Et, tamen Deo non placent,& omnibus hominibus,id est saluti omnium hominum Aduersantur prohibentes nos loqui gentibus,vt salui fiāt. Ideò hoc faciunt Vt semper impleant peccata sua, id est, vt in peccatis permanendo ipsa peccata sua , & parentum consumment : secundum illud, Qui in sordibus est,sordescat adhuc:& vindictam peccatis suis,& parentum debitam in se prouocent. Quadraginta quidem annos post passionē domini dedit deus Iudæis ad pœnitentiam. Illis transactis cum nollēt credere,completa sunt peccata eorum. Vnde dixit eis dominus, Implete mensuram patrum vestrorum. Quando autem, hæc dixit Apostolus, Hierusalem necdum erāt impleta peccata, sed completa sunt venientibus Romanis. Vnde subdit, Peruenit enim,quasi dicat,quod impleuerūt peccata, effectus indicat,quia Peruenit ira dei,id est vindicta dei, Super illos s.opprimēs illos Vsque in finem. Ira dei est aduentus Romanorum , quando perditi sunt gladio, fame, pestilentia, captiuitate,quæ ira durat eis vsq; in finem sæculi,quia semper erunt captiui. Vel sicut quidam codices habent, Præuenit ira dei, id est vindicta dei ante venit in hoc sæculo Super illos,quæ durabit Vsque in finem,quæ ideo dicitur præuenire,quia vindictā futuri iudicij in qua illi æternaliter puniantur, præuenit hæc temporalis pœna,& post sequitur æterna. Vel de vindicta interiori agit. qua deus puniuit eos excæcando.q.d.ideo Implent.i.cōsummāt peccata,quia Peruenit ira.i.vindicta cęcitatis Super illos opprimēs illos vt excęcētur.& hoc Vsq; in finē, id est vsque in æternam pœnam. Vel, Vsque in finem sæculi,quia in fine sæculi conuertentur Iudæi,quādo Abraham reuertetur ad pueros expectātes,cum asino. Nos autem. Hîc commememorat,quanto affectu eos videre desiderauerit.quasi dicat,vos multa passi estis. Nos autem,ô Fratres desolati à vobis,id est causa vestra,nō nostra. Ad tempus, id est, antequàm sciremus constantiam vestram. Nos,dico,remoti à vobis,Ore.i.sermone, Aspectu,id est præsentia corporis:Non corde,id est dilectionis affectu. q.d. os & aspectus cessant , quia vos alloqui non possum, Aimo.

nec

nec videre: sed cordis affectus & sollicitudo nunquã cessat. Nos, dico, desolati Abundãtius, quàm si nihil pateremini: Festinauimus, & ideo state Videre faciem vestram, propter maiorẽ instructionem, vt plenè vos instruam, in quo vobis mala fierent Festinauimus videre, dico, Cum multo desiderio, exhortandi vos. Et verè festinauimus, Quoniam quidem, nos omnes Voluimus venire ad vos. Ego quidem Paulus, qui plus aliis curo, Et semel & iterũ, volui venire, Sed Satanas, qui saluti aduersatur, Impediuit nos. Ideò magis cauete & timete, quod deus permisit Apostolum impediri, ne veniret ad eos. Ad maiorẽ istorũ est, si steterint eo absente. Quæ enim. quasi dicat, ideò venire volui, vel ideò Satanas impediuit, quia Quæ est spes nostra, hîc in præsenti, Aut, in futuro quod erat Gaudium. s. præmium, quod erit commune omniũ bonorum, Aut corona gloriæ, scilicet præmiũ quod tantum erit victorum. Nónne vos, si steteritis Ante dominum nostrum Iesum Christum, id est in beneplacito dei. Vel quia Vos, estis Ante dominum nostrum, bene firmati. Nónne, inquam, Estis, id est eritis, Corona nostra in aduẽtu eius. i. quando dominus venerit. quasi dicat, eritis. Manifestum enim est, quod perfectio discipulorum gaudium & corona est magistrorum. Hi sunt enim, qui labores fructuum suorum edituri sunt. Fructus enim magistri est obedientia discipuli, cuius bona conuersatio, coronam dat magistro iudice Christo. Et verè, tunc eritis corona nostra. Enim. i. quia & modo Vos estis gloria nostra, apud alias ecclesias. & estis Gaudium, nostrum apud nos. Et si modo gloria nobis estis, quid eritis nobis apud verum iudicem?

Ambrosi.

CAPVT III.

PRopter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis, & misimus Timothæum fratrem nostrum, & ministrum dei in euangelio Christi, ad confirmãdos vos & exhortãdos pro fide vestra, vt nemo moueatur in tribulationib⁹ istis. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Nam & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis. Propterea & ego amplius nõ sustinẽs, nisi ad

cogno-

cognoſcendũ fidem veſtrã, ne fortè tentauerit vos is qui tentat,& inanis fiat labor noſter. Nunc autẽ veniente Timothæo ad nos à vobis,& annunciante nobis fidẽ & charitatem veſtrã: & quia memoriam noſtri habetis bonam, ſemper deſiderantes nos videre, ſicut & nos quoque vos: ideò cõſolati ſumus fratres in vobis,in omni neceſſitate & tribulatione noſtra per fidem veſtrã,quoniam nunc viuimus,ſi vos ſtatis in domino. Quam enim gratiarũ actionẽ poſſumus deo retribuere ꝓ vobis in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante deum noſtrum,nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciẽ veſtram,& cõpleamus ea quæ deſunt fidei veſtrę? Ipſe autẽ deus, & pater noſter, & dñs Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtrã ad vos. Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat charitatẽ veſtrã in inuicẽ & in omnes, quemadmodũ & nos in vobis ad cõfirmãda corda veſtra ſine querela in ſanctitate ante deum, & patrẽ noſtrum in aduentu dñi noſtri Ieſu Chriſti,cũ omnibus ſanctis eius, Amen.] Propter quod.ſ.quia eſtis gloria noſtra, vel quia ſumus deſolati ꝓ vobis, Non ſuſt.ampl.ignorare ſtatũ veſtrum,quia quaſi pondus erat, dum neſcirẽ de cõſtantia veſtra, Placuit nob.ſolis.ſ.mihi, & Syluano Remanere Ath. & miſ. Tim.fratrẽ noſtrũ, & & miñ.dei in euág. Chri.prædicãdo, Ad cõfir.vos, addendo ſi quid deerat vobis: Et exhort.vos, vt in quibus eratis bonis,ſtaretis. & hoc Pro fide veſtra, defendenda, Vt nemo,veſtrum Moueatur,ab integritate fidei In tri. iſtis, tranſitoriis. Ipſi em.q.d. Nemo debet mori propter tribulationes,quia ad hoc deſtinati ſumus.quòd ita ait, Ipſi em ſcitis quod in hoc.i,in ferendis tribulationibus, Poſiti ſu. à Chriſto.i.deſtinati. Vel, In hoc.i.in tribulationibus Poſiti,ſtabiles Sumus,& verè in hoc poſiti ſumus. Nam cũ apud vos eſſemus, prædicebamus vobis nos paſſuros tribulationes,ſicut patet,& factum eſt & ſcitis,ſi nos præſciuimus & nõ fugimus, tunc & vos patimini qui hæc ſcitis.
Propterea.ſ.quia & nos paſſi ſumus, ne ꝓ nobis terreamini,non ſolũ propter alia quæ ſuprà dixi. Et ego amp.non ſuſtinẽs neſcire quid ageretur apud vos, Miſi Tim.creatũ ab Apoſtolo epiſcopũ,ad cognoſc.fidẽ veſtrã,ne fortè is qui tentat,id eſt,cuius officiũ eſt tentare,ſcilicet diabolus Amſibro.
Tentet

Tentet vos.i.deceperit : hoc de infirmis timendum erat. Et ne inanis fiat labor vester,id est quicquid boni hucusque fecistis.Nunc autem.quasi dicat, misi Timothæum ad cognoscendum fidem vestram.Nunc autem veniente Timothæo à vobis ad nos,& annunciante nobis fidẽ & charitatem vestram,in aduersis,scilicet quòd non pro vestris nec pro meis tribulationibus moti estis à fide & charitate dei.& quia Habetis bonam,id est vobis vtilem memoriam nostri.s quod pro tribulationibus nõ viluimus.Vos dico,Semper desiderantes videre nos,pro exemplo,& vt de vobis gratularer,Sicut nos quoq;,desideramus Videre vos,ideo,scilicet,quia annunciauit, hæc non pro præsentia eius: nos qui prius eramus desolati, Consolati sumus, id est consolationem accepimus,ô Fratres in vobis,id est, pro vobis,In omni necessitate.i. penuria, Et tribulatione nostra. & quomodo dixerit pro vobis, exponit, subdens, scilicet,per fidem vestram,quam audiuimus firmam. Vel, Per fidem vestram, iuro. Consolati sumus dico, & verè, Quoniam nunc,in hac miseria Viuimus,quasi in cœlo essemus.Si vos statis,recti & firmi In domino,id est in fide domini. Quam enim.q.d.verè consolati sumus.nã adeò, quod non dignas grates agere possumus. & hoc est quod ait,Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro vobis? Nihil enim est,tam dignum quod sufficere possit ad compensationem acquisitæ salutis gentium. Nos,dico,positi In omni gaudio quo gaudemus.quasi dicat,quod non citò transit.Propter vos,stãtes Ante deum nostrũ,id est in beneplacito dei. Nos,dico, Nocte & die orantes,vt videamus faciem vestram,& cõpleamus ea quę desunt fidei vestræ: quæ olim non potuimus docere vos, quia eratis paruuli. Orantes,dico, Abundantius, quàm anteà, quia modo plus posset addere eis. Nos oramus videre vos: Ipse autem deus,qui potest, Et pater vester,qui vult bonum: Et dominus Iesus Christus,per quem omnia facit pater, Dirigat,id est faciat directã,& ab impedimentis liberam Viam nostram ad vos.Siue autem,venerimus, siue non, Dominus multiplicet vos, in numero fidelium & virtutum, Et abundare faciat charitatem,vel veritatem Vestram inuicem,inter vos: Et in omnes, etiã inimicos: ita

Ambrosi. (margin, beside "buere pro vobis")

ita perfectè. Quemadmodum,& nos in vobis,abundamus charitate. Dico, vt faciat charitatem vestram abūdare,ad hoc,scilicet, Ad confirmanda corda vestra,ita vt sitis Sine querela,scilicet,ne vos de malis cōqueramini. Vel ita, innocentes sitis,ne quis de vobis possit conqueri.& vt sitis In sanctitate, id est, in virtutum consummatione. Per hoc existentes Ante deum,& patrem nostrum,id est in beneplacito dei,non ad aspectum hominum. Vos, dico,positi mente In aduentu domini nostri Iesu Christi, cū omnibus sanctis,id est sicut faciūt omnes sancti. Vel existentes Ante dominum nostrum,id est in beneplacito dei,vsque In aduentu domini nostri Iesu Christi,qui erit Cum omnibus sanctis, id est cum quibus veniet ad iudicium. Amen. q.d. hoc verè erit.

CAPVT IIII.

De cętero ergo fratres rogamus vos,& obsecramus in domino Iesu,vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare,& placere deo: sic & ambuletis,vt abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominū Iesum. Hæc est enim voluntas dei sanctificatio vestra,vt abstineatis vos à fornicatione,vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum. Et ne quis supergrediatur neque circunueniat in negotio fratrem suum, quoniā vindex est dominus de his omnibus sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. Nō enim vocauit nos deus in immunditiā,sed in sanctificationē. Itaq; qui hæc spernit,non hominē spernit: sed deū, qui etiam dedit spiritū suū sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis,non necesse habuimus scribere vobis. Ipsi enim vos à deo didicistis,vt diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres, in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres,vt abundetis magis,& operam detis,vt quieti sitis, & vt vestrū negotium agatis, & operemini manibus vestris sicut pręcepimus vobis , & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt , & nullius aliquid desideretis.] De cætero ergo. Hactenus patientiam perfectis in sua , vel illorum tribulatione suasit,nunc de munditia minoribus suadet exhortans

tans eos ad continentiam.q.d. quia abundamus charitate in vobis. De cætero ergo, ô Fratres rogamus & obsecramus. Cõsuetudo est Apostoli, vt verba duplicet, vel tripli cet vnum habentia intellectum, sicut hîc. Rogamus, dico, In domino Iesu.i.si eum amatis, Vt, scilicet, Ambuletis, perseuerãdo in bono, vt etiam Abundetis magis, id est magis, ac magis crescatis in fide & bonis operibus. Ambuletis, dico, Sic, vtique, Quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare.i. viuere, & huius vitæ cursum perducere, in his sine quibus non est salus: Et placere deo, in his quæ consilio perfectionis adduntur. Ille enim placet deo, qui fidem rectam, quam executione virtutũ & perfectæ operationis decorat. Vel secundum aliã literam, quæ est, Sicut vt ambulatis, vt abũdetis magis. Et est ordo, Rogamus, vt ambuletis. subaudi, Quemadmodũ accepistis, audiendo & intelligendo, A nobis, id est à me, & à Syluano. Quomodo oporteat vos ambulare & placere deo, sicut & ambulatis, rectè conuersando. & rogamus, Vt abundetis magis. hoc non mutatur. Scitis enim. q.d. ideò moneo vos abundare & placere deo, quia scitis Quæ pręcepta, id est, quàm honesta, & quàm vtilia Dederim vobis. Illa, dico, hominibus ostensa Per dominũ Iesum. Author ipse commendat ea, & verè bona sunt. Hæc est enim voluntas dei, hoc est præceptum dei, hoc est quod deus vult, quia vobis prodest: non ipsi, scilicet, Sanctificatio vestra, id est, vt vos sanctificetis bene operando: & Vt abstineatis q.d. longe remoti. Vos, qui Christi estis, A fornicatione, omni, scilicet carnali, & spirituali. ita abstineatis Vt sciat vnusquisq; vestrum suũ vas. s. corpus suum, quod est vas animæ, Possidere, coercẽdo In sanctificatione, virtutum, Et honore, ne inhonoretur aliqua turpitudine: sed sicut studet officiorum suorũ vasa munda seruare, ita mẽbrorum suorum officinas studeat per continentiam honorabiles exhibere. Vel ita, Vt sciat. quasi dicat, ita ab illicito abstinete, vt nec licito abutamini: Sed sciat vnusquisque vestrum possidere vas, id est vxorem dominando ei, & hoc, In sanctificatione, scilicet abstinendo à coitu: Et honore. s. non turpiter abutendo. Ea possideat in sanctificatione, dico, & Non in passione desiderij, vt nec saltem deside-

[Margin notes: Aimo. (beside "in vobis"); Aimo. (beside "perseuerãdo"); Ambrosi. (beside "tutũ"); Aimo. (beside "literam"); Aimo. (beside "accepistis"); Aimo. (beside "que vestrum")]

desiderium sit quod est passio & læsio animæ: sicut & gentes, faciunt, quibus non debetis esse similes: quia ipsę sunt Quæ ignorant deũ. Et hæc præcepta dedi Ne quis, violentia Superegrediatur, neque dolo circunueniat fratrem suum in negotio, priuato vxoris. vel in quolibet negotio. Ideò abstinete ab his, Quoniam vindex est dominus de his omnibus, id est de fornicatione, desiderio, adulterio, vel fraude. Vindex est, dico, sicut prædiximus vobis. Et testificati sumus, id est sub testimonio scripturarum probauimus. Non enim. quasi dicat, ideò ab istis abstinendum est, quia Non vocauit nos deus in immũditiam, scilicet vt immunditiæ seruiamus, Sed in sanctificationem, id est, vt sanctè viuamus. Et quia deus vocauit, nõ in immunditiã, Itaque qui hæc spernit, quæ præ diximus, Non hominem, solum Spernit, sed deum: cuius præcepta sunt, Qui loquitur per os meum, qui etiam ad hæc peragenda, Dedit spiritum suum sanctum in nobis. Ne ergo tantum auditorem spernatis, qui in corpore subdito peccatis, non habitat. Vel, Dedit spiritum suum sanctum in nobis, Apostolis, vt maior esset nobis authoritas arguendi: contra cuius authoritatem agi, non est tutum. De charitate autem. quasi dicat, de his prædictis fuit opus, vt scriberem vobis: sed de charitate fraternitatis, qua fratres diligatis, Non habuimus necesse scribere vobis, ideò nõ fuit scribere necesse. Enim. i. quia, Vos ipsi didicistis à deo, id est, præcepto ipsius Christi, dicentis, Mandatum nouum do vobis, Vt diligatis inuicem. Vel, Didicistis à deo, per inspirationem, vel per effectum, quia ipse misertus est nobis. Et ideò etiam non fuit necesse, Enim, id est, quia vos Facitis illud, scilicet opus dilectionis, In omnes fratres, qui sunt In vniuersa Macedonia. Rogamus autem. quasi dicat, facitis opus dilectionis, sed tamen Rogamus vos, ô Fratres vt magis abundetis, in charitate. Et operam detis, vt quieti sitis, à curiositate. Et nota quòd ait, Operam detis. quasi dicat, difficile est dimittere cõsuetudinem: sed cogite vos etiã, Vt vestrum negotium agatis, dimissis alienis, quod nobis vtile est in emendatione vitæ vestræ. Et operemini manibus vestris, quod adiuuat vos quietos esse. Illud enim malum ex otio venit. & hæc faciatis ita,

Aimo.

Ambros.

Sicut præcipimus vobis, & ideo operemini manibus, Vt honestè ambuletis ad eos, qui foris sũt: & nullius aliquid desideretis. q. d. ideo opus est agendum non otiandũ, quia & honestum est, & quasi lux ad infideles. Et non desiderabitis rem alterius, nedum rogetis, vel tollatis aliquid.

[Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus, quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu domini, nó præueniemus eos, qui dormierũt. Quoniam ipse dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur, cũ illis in nubibus obuiam Christo in aera: & sic semper, cũ domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.] Nolumus autem vos, &c. Post exhortationem de continentia, & post correctionẽ à curiositate mortuos resurrecturos confirmat, & per Christi resurrectioné, & sua authoritate: quasi dicat, nõ solum, hæc prædicta volumus vos scire, sed etiam nolumus vos ignorare, iam De dormientibus. i. de mortuis, quia resurrecturi sunt. Vnde, & mortuos rectè dormientes appellat, quia quasi dormiẽtes integri, & citò de somno mortis resurgent. Vt non contristemini, inconsolabiliter de morte amicorum, Sicut & cæteri, id est infideles, Qui spem non habent, resurrectionis, & incorruptionis ęternæ. Admonet nos Apostolus, vt de mortuis charissimis nostris non contristemur, sicut & cæteri qui spem non habent. Non ait tantum, Vt non contristemini, sed addidit, Sicut & cæteri qui spem nõ habét, id est resurrectionis. Necesse est enim, vt contristeris, sed vbi contristaris, consoletur te spes: nam ideo & dormientes eos appellat scripturæ consuetudo verissima, vt cum dormientes audimus, euigilaturos minimè desperemus. Est ergo de mortuis eis, qui diliguntur quædam tristitia, quodammodo naturalis. Mortem quippe horret natura, nec mors homini accideret, nisi ex culpa pręcedẽti. Hinc igitur necesse est, vt tristes simus, quando nos morientes dese-

Aimo.

deferunt,quos amamus. Quia,& ſi in æternũ nouimus eos non relinquere nos manſuros,ſed aliquantulum pręcedere ſequuturos:tamen mors ipſa quam natura refugit,cum occupat dilectum,contriſtat in nobis ipſius dilectionis affectum. Cõtriſtamur ergo in noſtrorum mortibus neceſſitate amittẽdi,ſed cum ſpe recipiendi. Indè angimur,hinc conſolamur:indè infirmitas animum afficit,hinc fides reficit:indè dolet humana conditio,hinc ſanat diuina promiſſio. Mouere autem poteſt, quomodo dominus flebat mortuum,continuò eo iubente victurum: non mortuum flebat, quem ipſe ſuſcitauit, ſed mortem quam homo peccando cōtraxit. Si enim peccatum non præceſſiſſet, ſine dubio mors non ſubſecuta fuiſſet. Secuta eſt ergo & mors corporis,quam præceſſit mors animæ. Mors animæ præceſſit deſerendo Deum, & mors corporis ſequuta eſt deſerente anima. Hac deſeruit deum volens, hac coacta eſt deſerere corpus nolens. Ac ſi illi diceretur, Receſſiſti ab eo quẽ diligere debuiſti,recede ab eo quod dilexiſti. Quis enim vult mori prorſus? Nemo, & ita nemo, vt Petro diceretur, Alius te cinget,& ducet quo tu non vis. Si nulla eſſet mortis amaritudo, nulla eſſet martyrum fortitudo. Ideò non ait tantum, Vt non contriſtemini, ſed addidit, Sicut & cæteri,qui ſpem non habent. Proinde pompa funeris,agmina exequiarum,ſumptuoſa diligentia ſepulturæ, monumentorum opulenta conſtructio, viuorum ſunt qualiacunque ſolatia,non adiutoria mortuorum. Orationibus verò ſanctæ eccleſiæ,& ſacrificio ſalutari,& eleemoſynis quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos iuuari, vt cum eis miſericordius agatur à domino quàm meruerũt eorum peccata. Hoc enim à patribus traditum vniuerſa obſeruat eccleſia, vt pro eis qui in oratione corporis & ſanguinis domini defuncti ſunt, cum ad ipſum ſacrificiũ loco ſuo cõmemorentur, oretur, ac pro illis quoq; id offerri cõmemoretur. Cum verò eorum commendandorũ cauſa opera miſericordiæ celebrentur, quis eis dubitet ſuffragari, pro quibus orationes deo, non inaniter erogatur? Non eſt ambigendũ iſta prodeſſe defunctis,ſed talibus qui ita vixerunt ante mortẽ, vt poſſint eis hæc vtilia eſſe poſt mortem. Nã qui ſine fide ope-

De põpis exequiarum.

De adiutoriis mortuorum.

Quid profit qualiter proſit. defunctis

rante per dilectionem, eiúsque sacramentis de corporibus exierunt, frustra illis à suis huiusmodi pietatis impenduntur officia, cuius dum hîc essent fidei pignore caruerunt, non misericordiam sibi thesaurizantes, sed iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur, cum pro eis boni aliquid operantur sui: sed eorum præcedentibus meritis consequentia ista redduntur. Non enim actum est, nisi cũ viuere hîc destitissent: & ideo istam finiens quisq; uitam, nisi quod meruerit in ipsa, non poterit habere post ipsam. Permittantur itaque pia corda de suorum charorum mortibus cõtristari dolore sanabili: & consolabiles lachrymas fundãt cõditione mortali, quas tamen reprimat fidei gaudium, qua creduntur fideles, quando moriuntur, aliquando tandem à nabis abire, & ad meliora transire. Sit pro viribus cura sepeliendi & sepulchra construendi, quia hæc in scripturis inter opera bona deputata sunt: nec solum in corporibus patriarcharum & aliorum sanctorum, sed etiã in ipsius domini corpore laudati sunt, qui ista fecerunt. impleant igitur hæc homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta mœroris. Verũ illa quæ adiuuant spiritus defunctorum, scilicet oblationes, erogationes eleemosynarum multò pro eis obseruantius abundantiusq; impendant. Poterat enim deus, hæc donare credentibus, vt nec istius experirentur corporis mortem: sed si hoc fecisset, carni quædam fœlicitas adderetur, minueretur autem fidei fortitudo. Sic enim homines mortẽ istã timerent, vt non ob aliud fœlices dicerent esse Christianos, nisi quod omnino mori non possunt. Ac per hoc nemo propter vitam futuram ad Christi gloriã festinaret, sed propter mortis molestiam remouendam, & sic delicatè quodammodo crederetur in Christum. Plus ergo gratiæ præstitit fidelibus suis. Quid enim magnũ esset videntido, non mori eos qui crederent, credere & se non moriturum? Quanto maius est, quanto fortius, quãto laudabilius ita credere, vt se speret moriturum, quia sine fine victurũ? Vnde & cari eius superstites consolari queunt in tristitia mortis amici. Quid enim mirum, si cõtristaris, vbi corpus quod viuit ex anima, fit exanime discedente anima? Qui ambulabat, iacet: qui loquebatur, tacet: clausi oculi, lucem non

Augu. in lib. de ba. par.

August. in ser. de ver. apo.

non capiunt: aures nulla voce patescunt: omnia membrorum officia conquieuerunt: non est, qui moueat gressus ad ambulandum, manus ad operandum, sensus ad percipiendum. Nónne ista est domus quam nescio, quis inuisibilis habitator ornabat? Discessit, qui non videtur, remansit, quod cum dolore videatur: ista est causa tristitiæ, sed huius tristitię sit consolatio, quod sequitur, Si enim, &cæt. quasi dicat, non inconsolabiliter debetis cōtristari. Enim, id est quia, Credimus quod Iesus mortuus est, hoc videtur obesse resurrectioni. sed attende, quod sequitur, Et resurrexit: & si hoc est, debemus credere, quod sicut Christus mortuus est, & resurrexit, ita Et deus eos qui dormierunt, morte, Per Iesum adducet, id est in fide Iesu. Vel, Per Iesum, semper euntes, id est qui eum sequendo venerunt ad somnum mortis. quasi dicat, non solum illos, qui viui inuenientur, sed etiam mortuos de quibus dubitatis: non solum suscitabit, sed etiam Adducet: & si incinerati sunt, tamē Adducet, vt sint Cum eo, immortales, & in eadem beatitudine. Miram rem ait Apostolus, Christum enim, qui iam viuit, & resurgens à mortuis, iam non moritur, dicit mortuum: & electos mortuos, dicit dormientes. Christum ergo appellat mortuū, vt dum audimus illum mortuum fuisse, & resurrexisse: nos quoque speremus resurrecturos per virtutem diuinitatis eius. Electos autem, ideò dicit dormiētes, quia nemo tam facilè potest socium excitare à somno, quàm facilè omnes excitabuntur à somno mortis. Hoc enim. quasi dicat, & verè adducet. nā hoc ordine quod viui reperti, non præuenient mortuos, & si illos magis putatis, cum Iesu adducendos. & hoc est quod ait, Hoc enim dicimus vobis in verbo domini, quia hoc deus nos docuit, Quia nos qui viuimus, & qui residui sumus in aduētu domini nō præueniemus, resurgendo, Eos qui dormierūt, longo tempore. i. illi de nobis qui viui inuenientur. & qui omnibus præcedentibus sanctis, vel qui erunt residui tormentis Antichristi, vnde sunt dignissimi, non præuenient mortuos: adeò erit festinata resurrectio mortuorum. Et nota quòd ait, Nos qui viuimus. Sic enim videntur hęc verba Apostoli sonare, quasi Apostolus suo tempore demonstrauerit diem iudicij venturū. Quocirca

Aimo. (margin, beside "eadem beatitudine. Miram rem ait Apostolus")

Aimo. (margin, beside "mortuorum. Et nota quòd ait")

& Thessalonicenses legentes hanc epistolam, putauerunt tempore Apostoli diem iudicij venturũ. Vnde & alia scribitur epistola, vbi hortatur eos ne terreantur, quasi instet dies domini. In persona ergo electorum loquitur, qui viui in corpore, inueniendi sunt in aduentu domini: & seculis vltimis, ideò commemorat, quia cum eis vnum corpus est, & apostoli illis vltimis similes sunt in passionibus. Et verè viui reperti, non pręuenient mortuos in resurrectione, quin potius Mortui, qui in Christo sunt, id est, qui in Christo iterum quiescunt, Primi resurgent, quod poterit Christus facere, Quoniam ipse dominus est: & ipse Descẽdet, In propria persona De cœlo, localiter. Vel, De cœlo. id est de occulto. Descendet, dico, nõ humilis, vt prius: sed In iussu, id est imperio, id est iubens, vt dominus: Et in voce, qua dicet, Surgite mortui. Voce, dico, Archangeli, scilicet suiipsius archangeli, vel angelorum, quæ faciet resurgere mortuos: de qua voce addit, Et in tuba, Tuba nanque erit magna vox angelorum quę dicitur tubæ, quia manifesta erit: vel ideo in tuba dicitur descẽdere, quia ma-
Aimo. nifestè veniet. Vnde videbit omnis caro salutare dei. Vel ideo ait, In tuba, quia quasi ad bellum veniet sicut tuba in
Ambrosi. bellis sonat, quia tũc inimicos debellabit: & sicut tuba in festis sonat, sic amicos ad solennitatem æternæ gloriæ inuitabit. Vox ergo illa erit, quasi tubæ suos excitans, & malos terrens: quę tuba erit Dei, id est Christi. Vel, Dei erit, quia ei deus dabit efficaciam. Dico quòd mortui resurgẽt primi, Deinde nos qui viuimus, & Qui relinquimur, id est illi, qui de nobis viui erunt, & residui Antichristo. Rapiemur, ab angelis, Simul cum illis, qui nos præcesserunt ad
Aimo. requiem, In nubibus, quia nubes suscipiẽt eos, vel nos, vt Christum in ascensione nubes suscepit. Vnde alius interpres dicit, Rapiemur baiulis nubibus. Rapiemur, dico,
Ambrosi. Obuiam Christo in aera, in ipso autẽ raptu mors erit eorum & resurrectio. Vt quasi anima per soporem egressa de
August. corpore, eidem in momẽto reddatur. Videtur tamen Apostolus, quantum ad verba pertinet, asserere quosdam in fine sæculi aduenięte Christo, cum futura est resurrectio mortuorum, non esse morituros, sed viuos repertos in immortalitatem repentè mutandos: sed vellem de his verbis

potius

potius audire doctiores. Quæri enim solet vtrum illi quos viuos inueniet Christus, nunquam omnino morituri sint: an ipso temporis puncto quo rapientur obuiam Christo ad immortalitatem mira celeritate sint transituri. Non enim dicendum est fieri non posse vt super aera in sublime portentur in illo spatio, & moriantur & reuiuiscant. Ad hunc autem sensum quo æstimemus illos quos hic viuos inuenturus est dominus in ipso paruo spatio, & passuros mortem, & accepturos immortalitatem, Apostolus nos vrgere videtur, vbi dicit, In Christo omnes viuificabimur. Et alibi, Quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Cur autem nobis incredibile videatur illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminare, atq; ibi protinus immortaliter & incorruptibiliter reuiuiscere, cũ credamus in ictu oculi futuram resurrectionem, & in mébra sine fine victura tanta subtilitate, tanquam inæstimabili velocitate rediturum antiquissimorum cadauerũ puluerem? Nec ab illa sententia illos arbitramur futuros immunes qua dictum est, Terra es, & in terram ibis, id est, in hoc ibis amissa vita, quod eras antequàm sumeres vitam. Hoc eris exanimatus, quod eras antequã esses animatus. Nos ergo electi, Rapiemur obuiam Christo in aera. & sic, id est, immortales facti, Semper cum domino erimus. Quod enim ait, Et sic semper cum domino erimus, nõ ita accipiendum est, quasi in aere nos dixerit cũ domino semper mansuros, quia nec ipse ibi manebit: sed ita, Et sic, id est, habentes corpora sempiterna. Semper erimus cum domino, vbicunque cum illo fuerimus. Habent autem omnes animæ cum de sæculo exierint diuersas receptiones, habent gaudium bonæ, tormenta malæ: sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebũtur. Itaque, &c. quasi dicat, quia omnes resurgemus, & cum Christo erimus. Itaque consolamini, de morte amicorum, Inuicem, alter alterum, In verbis istis, tantæ spei. Pereat contristatio, vbi est tanta consolatio. Detergatur luctus ex animo, fides expellat dolorem. In tanta spe non decet esse triste templum dei, ibi habitat bonus consolator, ibi qui non fallit promissor. Quid enim mortuum diu plan-

Augu. de ciuit. dei.

August. in eodem.

Augu. de ciuit. dei.

Augu. super Ioan.

Nota.

plangimus? inquies: quia mors amara est, sed per illã transiuit & dñs. Consolemur ergo nos: sed dices, Potest nõ cõdolere cor humanũ defũcto charissimo? Imò melius cũ dolet, sanatur cor hũanũ, q̃ nõ dolendo fit inhumanũ. Maria enim dominum quærebat, & mortuum fratrem dolebat.

CAPVT V.

De temporibus autem & momentis, fratres non indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei. Nõ sumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus & sobrij simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrij simus: induti loricam fidei & charitatis, & galeã spem salutis, quoniam non posuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum qui mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis.] *De temporibus autem*. q.d. de resurrectione indiguistis vt scriberem vobis: sed De temporibus. i. aduentus *domini*, id est, an æstate, vel hyeme: an die, vel nocte. & de *Momentis*. s. qua hora diei vel noctis venturus sit Christus. Non indigetis, ô Fratres, vt Scribam vobis, quia nihil scriberem, nisi quod scitis, scilicet clàm vẽturum. & hoc est quod ait, Vos Enim ipsi diligenter, inquirendo scripturas, Scitis quia dies domini. i. tempus aduẽtus domini, quod dicitur dies, non pro tempore diei, sed quia tunc omnia aperta erunt. & dicitur Domini, quia hic est dies hominum pro libitu suo agentium, sed tunc erit dei in virtute iudicantis. Dies, inquã, ille ita improuisus Veniet, malis: tũc, quòd etiam in obitu cuiusq; fit, Sicut fur, venit: non dico die, sed In nocte, cum latentius venit, & homines dormiunt: tunc omnia surripit, vt qui diuitem se putabat dormiens, euigilans nihil inueniat. Ita multi benè securi, nihil boni se habere

Aimo.

bere tunc inuenient: propter hoc cœpit agere de temporibus vt moneret cauere sibi ne ita deprehendantur. Nō ergo post quantum temporis hoc futurum sit, sed quomodo futurum sit, opus est scire: vt curent filij lucis esse, & parato corde vigilare, qui nolunt ab illa hora sicut à nocturno fure comprehendi. Nam si ad cauendum hoc malum. i. ne hora domini tanquam fur inueniat imparatum, opus esset nosse temporum spatia, non diceret Apostolus non esse opus vt hoc scriberet, sed hoc potius scribendum esse iudicaret. Nunc autem non illis esse opus monstrauit, quibus sufficiebat vt scirent imparatis atque dormiētibus horam domini sicut furem esse venturam, atque hoc sciendo vigilarent. Cum enim. q. d. verè sicut fur veniet, quia incautus veniet. & hoc est quod ait, Cum enim. Carnales non arescentes præ timore & expectatione, sed madescentes præ libidine, Dixerint, pax est, nobis, nunc in præsenti. Et securitas, de futuro: Tunc repentinus eis superueniet interitus, id est, subitanea perditio diei iudicij. Nam sicut in verbis prophetæ Danielis inuenitur, regnabit Antichristus & ministri eius tribus annis & dimidio, & interficientur ab illo Helias & Enoch, sicut in Apocalypsi habetur: tunc erit talis tribulatio, qualis antè non fuit, nec pòst erit: & postea interficietur Antichristus à Michaele, & maxima pars suorum. Post mortem verò Antichristi, quadraginta dies concedentur bonis ad pœnitentiam, qui titubauerunt in persecutione illa. Ministri autem Antichristi gaudebunt illis diebus ducentes vxores, & conuiuia celebrantes, & ioca diuersi generis exercentes ac dicentes, licet princeps noster mortuus sit, modò habemus pacem & securitatem: & cum talia dixerint, superueniet eis interitus ita grauis & subitus, Sicut, est Dolor, mulieris, vel mulieri Habentis, vel habenti In vtero, quæ tamen euadit: sed illi nō effugient pœnam æternam. Vos autem, quasi dicat, illis erit improuidus dies domini, sed vobis non, quia Vos, ô Fratres non estis in tenebris, ignorantiæ & infidelitatis, Vt vos dies illa tanquam fur comprehendat, ad mortem æternam. Et verè non estis in tenebris. Omnes enim vos estis filij lucis, id est, fi dei: Et filij dei, id est, virtutū. Fides est lux quæ facit diē, id est,

Augu. in epist. ad Isichium.

August.

Ambrosi.

Aimo.

id eſt, habitum virtutum, contra, tenebræ ſunt infidelita-
tis: nox, eſt habitus vitiorum. Vnde ſubdit, Et non eſtis fi-
lij Noctis neq; tenebrarum. Hoc addidit, Ne quis putet
Ambroſi. partim poſſe eſſe diei, & partim noctis. Nemo enim duo-
bus dominis ſeruire poteſt. Igitur non dormiamus, &c.
Cõmonet ne ſecuri de nomine ſaluatoris negligenter a-
gamus. Ideoq́ue tribus nos propugnaculis, id eſt, fidei, &
ſpei, & charitatis munit: quaſi dicat, & quando non ſumus
filij mortis. Igitur non dormiamus, id eſt, in præſentibus
torpeamus, Sicut cæteri, carnalibus dediti: Sed vigilem⁹,
& ſobrij ſimus, id eſt, vigilet mens noſtra attendẽs hæc ca-
duca. & ſobriè eis vtamur: non quaſi bonis noſtris, ſed ad
ſuſtentationem datis. Qui enim, quaſi dicat, verè nos qui
non ſumus filij noctis, nõ debemus dormire: quia illi Qui
dormiunt, carnis torpore, Nocte. i. per noctem, Dormiũt.
i. vitia & peccata ſua traxerunt eos ad hoc, vt obliti vitæ
æternæ in iſtis quieſcant: Et qui ebrij ſunt, his temporib⁹
immoderatè vtendo, Nocte ebrij ſunt. i. ex nocte vitiorũ
hæc habent, illi per noctem hæc habent. Nos autem qui
diei ſumus. i. virtutibus lucentes: non ſolum vigilemus, ſed
Sobrij ſimus, moderatè his vtentes, & ad pugnam contra
hoſtes parati. Per hoc ſimus ſobrij, quia Sumus *induti lo-
ricam* fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis. *Rectè lo-
ricæ* fidem comparat & charitaté, & galeæ ſpem. *Sicut e-
nim* lorica munit vitalia ita fides & charitas *vos* muniunt
contra appetitum terrenorum. Si enim attendimus quòd
Chriſtus pro nobis paſſus eſt, & reſurrexit, & nobis vitam
parauit, qui ſunt quaſi cohærentes hami fidei, ſi & charita-
ti inſiſtimus, nunquam mentes noſtras vincet temporalis
appetitus: ſed etiam ſpes æternæ ſalutis ad ſuperna tendẽs
vt galeam mentem obuoluit, non lædetur temporali appe
titu. Quoniam non. q. d. verè per ſpem veniemus ad ſalu-
tem, Quoniam non poſuit nos deus in iram, ſed in acquiſi
tionem ſalutis. i. non poſuit nos deus in fide & ſpe, vt ha-
beamus iram, id eſt, pœnam ęternam, ſed vt acquiramus ſa
lutem benè operando. Non enim otioſis dabitur ſalus. &
hoc Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſine quo,
nec ſpes, nec ſalus, nec aliud nos iuuaret. Qui, Chriſtus,
Aimo. Mortuus eſt pro nobis, vt ſi dormiamus, id eſt, ſi mortui
fuerimus,

fuerimus, Siue vigilemus,in carne viuamus, Simul cum illo,id eſt,ad ſimilitudinem eius iuncti viuamus. Propter quod,id eſt,quia hæc ſpes eſt nobis. Conſolamini, vos in hac miſeria Inuicem,alij alios de morte ſuorum dolẽtes, Et ædificate,neſcientes, Alterutrum, ſcilicet alius alium, Sicut & facitis, vt non minus pòſt, quàm modo faciatis. [Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos,& pręſunt vobis in domino,& monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum,& pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fratres,corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos,patientes eſtote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat,ſed ſemper quod bonũ eſt, ſectamini in inuicem, & in omnes. Semper gaudete, ſine intermiſſione orate,in omnibus gratias agite. Hæc eſt enim voluntas dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate,quod bonum eſt tenete,ab omni ſpecie mala abſtinete vos.] Rogamus autem. Hucuſque communiter ad omnes locutus eſt, nunc ad ſubditos ſpecialiter,moraliter eos inſtruens de honorificentia pręlatis exhibenda.q.d.omnes hoc facite quod dixi. Vos autem, minores, Fratres,& ſi ſubditi ſitis, Rogamus vt noueritis,id eſt,oſtendatis vos noſſe Eos qui laborant inter vos.id eſt, in regimine veſtro & doctrina, Et præſunt vobis,dignitate.& hoc In domino,id eſt,ordinatione domini, Et,ſui officij debito, Monent vos, vt pares ad recta ita noueritis eos: Vt habeatis illos in charitate abundantius cæteris. Vult vt ex charitate honorent preſbyteros neceſſaria eis miniſtrando,& reuerentiam dignitati exhibendo. Quid enim prodeſt honorem ſine fructu habere? Sicut diuitiæ negligentiam pariunt ſalutis, ita egeſtas dũ ſaturari quærit,à iuſtitia declinat. Ideo in alia epiſtola præcipit preſbyteros duplici honore eſſe honorandos, Et,ſi quandoq; grauiter increpant,vel puniunt, Habete pacẽ cum eis propter opus illorum,id eſt,ſcientes opus illorum hoc exigere quod faciũt. Rogamus. Hîc ammonet prælatos vt ſubiectorum improbitatem & impatientiam patienter ferant, dum in aliquo contra eos murmurant. q. d. hæc minores

Aimo.

Aimo.

Ambroſi.

Nota.

debent

debent maioribus facere. Vos autem, prælatos & maiores tamen Fratres rogamus, hoc Inquietos, id est, curiosos, & girouagos, Corripite, à quo qui cessat ne perdat quod illi dare solebant, mercenarius est. Et consolamini pusillanimes, contra aduersa, vel desperantes pro peccatis. Et infirmos, in fide Suscipite, vt medici ad saluandum. & si in hoc officio aliquid vobis infertur, Patientes estote ad omnes, & non solum patiamini, sed etiam Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: quasi dicat, nec bonum pro malo subtrahatis, vt negligatis corripere. Tunc enim malũ pro malo redditur, si corripiendus non corripitur, sed praua dissimulatione negligitur: Sed semper, scilicet in prosperis & in aduersis. Sectamini quod bonum est, id est, vtile. Sectamini, dico, Inter vos inuicem & in omnes, etiam nõ credentes: & non modò patiamini, sed etiam Semper gaudete, quicquid fiat vobis. Vnde alibi, In tribulatione gaudentes. vel hoc ad omnes generaliter dicit, Semper gaudete, spe. & Sine intermissione, certarum horarum Orate, etiam pro persequentibus. Vel, Sine intermissione orate, id est, semper iustè viuite, & æterna desiderate. Iustus enim nunquam desinit orare, nisi desinat iustus esse. Semper orat, qui semper bene agit. Ipsum enim desiderium bonum, oratio est: & si continuum est desiderium, continua est & oratio. & In omnibus, etiam in aduersis Gratias agite, deo. Hæc enim, omnia facere, Est voluntas dei, id est, placet deo. Voluntas, dico, Ostensa in Christo Iesu, quia hoc docuit deus per Christum. Vel In Christo est, ostensa, hæc Voluntas dei, quia hæc fuerunt in Christo Iesu, in quo nihil displicuit per Iesum Christum. Non tantũ hic est ostensum, sed etiam factum, In omnibus vobis, scilicet maioribus & minoribus, & quia volũtas dei est facere hæc omnia: ideo vos maiores qui per spiritum sanctum habetis donum intelligentiæ. Nolite extinguere spiritũ. i. donum abscõdere spiritussancti quo merito & vos illud perderetis. Huic sensui concordat alia litera, scilicet Gratiá nolite celare, & vos subditi Nolite spernere, illorum Prophetias. Ecce quid dixit spiritum. Vel, Spiritum nolite extinguere, id est, spiritussanctus ad horam quid reuelat, nolite prohibere loqui quod sentit. Quia deus qui os asinæ aperuit,

Augu. de cor. & gra.

Aimo.

Augu. in psal. 38.

Ambro.

aperuit, reuelat sæpè minori quod melius est. Vel, Spiri- A
tum sanctum nolite extinguere, id est, malis operibus à August.
vobis excludere. Non hoc ideo dicit, quòd spiritussanctus Augu. ad
qui vnius substantiæ est cum patre & filio extingui possit: Bonif.
sed quantum in ipsis est, extinctores eius meritò vocantur qui sic agunt vt extinctum velint. Spiritum ergo sanctum qui datus est nobis, non quantũ in se est, sed in nobis extinguimus, dum peccando à nobis fugamus. & Prophe Aimo.
tias nolite spernere, id est, si quis dicta prophetarum explanat, & ad ædificationem prædicat, nolite eum despicere, neque contemnere, non tamen omnia indiscretè recipiatis: Sed probate, id est, ratione discutite Omnia, probanda: sed certa enim non egent discussione, & Quod bonum est, id est, quod bonum esse inuenitur. Tenete & abstinete vos ab omni specie mala, id est, ab omni re quæ speciem mali prætendit, vt à praua expositione: quasi dicat, si quis speciem mali prætendit: & si non sit malum, nolite præcipitanter agere. Solet enim spiritus mundi fallaciter dice- Amsibro.
re bona, & inter hæc subinducere praua, vt per hæc quæ bona sunt, accipiantur & mala: ideo monet omnia probare, & quicquid sobriè & benè dictũ fuerit retinere. [Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est qui vocauit vos, qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per dominum vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum, Amen.] Ipse autem q.d. ego prælatos & subditos ita moneo: Ipse autem deus, dator Pacis: quasi dicat, qui potest inquietudinem remouere, Sanctificet vos per omnia, quæ docui: ita. s. Vt spiritus vester, de quo alibi, Renouamini spiritu mẽtis vestrę, Aimo.
qui scilicet est mens quę seruit legi dei. Seruetur interger, id est, ratio vestra Seruetur integra, non consentiẽdo carni. & hoc vsque In aduentum domini nostri Iesu Christi, id est, vsq; ad finẽ vitæ vestræ. Et anima. i. sensualitas seruetur integra, seruiẽdo rationi. Et corpus, seruetur Sine querela, vt. s. nihil agatis eius ministerio, vñ aliquis cõque Ambrosi.
rat. Hęc tria ideo posuit, vt tot⁹ homo sit ꝑfect⁹. Aliquã-

do enim

do enim inquinatur anima per cogitationẽ malam, & est mundum totum corpus: ideoque spiritum in homine mundum dicit esse debere. si autem mala vita vel cogitatio intercedat, non erit integer spiritus. Et nota quod ait, Sine querela, non sine peccato. Aliud est enim esse sine peccato, quod de solo in hac vita vnigenito dictum est: Aliud esse sine querela, quod de multis iustis etiam in hac vita dici potuit, quia est quidam modus bonæ vitæ, de quo etiã in ista conuersatione iusta querela esse nõ possit. Quis enim quæritur iustè de homine qui nemini malum vult, & quibus fideliter consulit? nec contra cuiusquam iniurias tenet libidinem vindicandi? vt veraciter dicat, Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et tamen eo ipso quod hîc dicit, sine peccato se non esse, declarat. In multis enim offendimus omnes. Item, nota ꝙ tria posuit quibus homo constat, id est, spiritum, animam, & corpus, scilicet illud quo intelligimus, & illud quo viuimus, & illud quo visibiles & contractabiles sumus: quę rursus duo dicuntur, quia sæpè anima cũ spiritu nominatur. Vel spiritꝰ ponitur hîc pro donis spiritussancti. Et est sensus, Ista sanctificet vos, Vt spiritus vester sit integer. i. vt gratia spiritussancti quæ data est vobis in baptismo, Seruetur, integra & incorrupta, ne vestro vitio & immunditia corrumpatur, vel minuatur, vel fugetur. Nam dum agit homo quæ odit spiritussanctus, recedit ab eo eius gratia penitus, vel minuitur. Et anima seruetur, mũda, Et corpus sine querela vsq; in aduentũ domini nostri Iesu Christi fidelis. q. d. oro vt sanctificet, & sanctificatos seruet: nec inde dubitandum est, quia deus est Fidelis, id est, verus in promissis, Qui vocauit vos, ad vitam, Qui etiam faciet, in vobis, id est, perficiet opus gratiæ implendo promissa. Fratres, orate pro nobis. Salutate, ex nostra parte Fratres omnes in osculo sancto, non simulato, sed Sancto, quod est signum dilectionis. Salutate, dico, & epistolam ostendite. & inde Adiuro vos, per dominum, scilicet Vt legatur epistola hæc omnibus fratribus sanctis, id est, in baptismate sanctificatis. Vel, Sanctis, id est, perfectis, vt inde proficiat, & vt in bonis operibus proficiatis. Gratia domini nostri Iesu Christi, sit Vobiscum, Amen.

Argumen

Margin notes: August. in li. de pfe. — August. in ser. symb. — Aimo. — Ambrosi.

☞ Argumentum in epiſtolam ad Theſſalonicenſes ſecundam.

AD Theſſalonicenſes ſecundam ſcribit epiſtolam Apoſtolus, & notum facit eis de temporibus nouiſſimis,& de aduerſarij deiectione. Scribit hanc epiſtolam ab Athenis per Titum diaconem & Oneſimum acolythum.

CAPVT I.

PAVLVS, & Syluanus, & Timothæus, eccleſiæ Theſſalonicenſiũ in deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto,gratia vobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Gratias agere debemus ſemper deo pro vobis fratres ita vt dignũ eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicẽ, ita vt & nos ipſi in vobis gloriemur in eccleſiis dei pro patientia veſtra,& fide,& in operibus, & perſecutionibus veſtris, & tribulationibus quas ſuſtinetis in exemplũ iuſti iudicij dei,vt dignè habeamini in regno dei pro quo & patimini: ſi tamẽ iuſtum eſt apud deũ retribuere retributionem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem nobiſcũ in reuelatione domini Ieſu de cœlo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam his qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui pœnas dabũt in interitu æternas à facie domini,& à gloria virtutis ei⁹: cum venerit glorificari in ſanctis ſuis,& ammirabilis fieri in omnibus qui crediderunt,quia creditum eſt teſtimoniũ noſtrum ſuper vos in die illo. In quo etiam oramus ſemper pro vobis vt dignetur vos vocatione ſua deus, & impleat omnem voluntatẽ bonitatis ſuæ,& opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo, ſecundum gratiam dei noſtri & domini Ieſu Chriſti.]

PAulus & Syluanus &c. Hanc epistolam item scribit Apostolus Thessalonicensibus. Orta enim apud Græcos grauiori tribulatione item monet eos ad patientiam, ostendens iustum dei iudicium vt boni gloriam consequantur, & mali pœnam. Et quia in prima epistola quędam dixit de aduentu domini, de resurrectione mortuorum, vnde putabatur dies domini instare, nunc aliam scribit epistolam in qua idem significat licet obscurè. Nec enim apertè potest de abolitione Romani regni, & de Antichristi apparentia & damnatione, & de quorundam fratrum inquietudine. Scribit etiam non instare diem domini, sicut occasione prioris epistolæ videbatur. Cum enim Thessalonicenses priorem epistolam legendo peruenissent ad illum locum, vbi dicit Apostolus, Mortui in Christo in aduentu eius resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui residui sumus, simul rapiemur cum illis, conturbati sunt nimiumque perterriti, putantes vicinum esse diem domini, & timentes ne damnarentur cum diabolo, eo quòd tardè ad fidem venientes imperfecti essent. Ideóque hoc comperto scripsit eis non imminere diem iudicij suo tempore, ne Apostolus in hoc mentitus per omnia reprobaretur, vel ne diabolus hoc expectátibus aliqua fraude illuderet. Corrigit etiam asperius inquietos. Et est intentio Apostoli in hac epistola bonos & quietos ad patiétiam monere, & inquietos corrigere, & quæ obscurè in pręcedenti epistola dixerat hîc aliquatenus aperire. Modus talis, Primum salutat, deinde gratias agit de bonis eorũ, posteà monet ad patientiam & ad constantiam. Inde asserit quod aduentum Christi Antichristus præuenit, & aliqua aduentus Christi signa licet obscurè denunciat, agens de abolitione Romani regni, & de interfectione Antichristi: circa finem verò vt curiosos atque otiosos corripiant obsecrat. Præmittit autem salutationé, dicens, Paulus, & Syluanus, & Timothæus, Isti tres sunt quorum nomine scribitur hæc & prima epistola, scribunt Ecclesiæ Thessalonicensium, existenti In deo patre nostro & domino Iesu Christo. Et ante alia salutat more solito, Gratia, sit Vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. hæc suprà exposita sunt. Gratias, hîc agit gratias deo

Ambrosi. (margin)

A'mo. (margin)

Ambrosi' (margin)

deo de bonis eorum, ne fortè de tanto bono eorum quod ex deo habebant, extollerentur, tanquam à seipsis habētes. q.d. quod tenetis tenete, quia bonum est: de quo debemus semper gratias agere deo, & nunquam soluere possumus vt dignum est. & hoc est quod ait, Fratres, semper debemus pro vobis gratias agere deo, à quo hæc bona sunt, nō à vobis. Agere, dico, ita Vt dignum est, quia pro magis bonis magnæ gratiæ agendæ sunt. Inde debemus gratias agere deo, Quoniam fides vestra supercrescit, id est, super hoc quod olim fuit crescit magis ac magis, non decrescit in tribulationibus. Et charitas vniuscuiusque vestrum abundat in vos Inuicem, vt scilicet & qui diligitur diligat alios, & mutuis obsequiis charitatem ostendat. Crescit, dico, & Ita, id est, intantum crescit, Vt nos ipsi, Apostoli qui non de paruo gloriaremur, In.i. de Vobis gloriemur in ecclesiis dei, quibus de vobis damus exemplum. Videte ne sitis exempla defectus. De vobis gloriamur, dico, & maximè Pro patientia vestra & fide, seruata In omnibus persecutionibus, quæ sunt de loco ad locum: Et tribulationibus.i. tormentis. Quas, tribulationes & persecutiones Sustinetis in exemplum iusti iudicij dei.i. quæ tribulationes ostendunt, quid in iudicio futuro patientibus & inferentibus sit dādum. Si enim tam seuerè punit deus peccata in pœnitentibus, quid faciet induratis? Ideò dicit pressuras iustorum exemplum esse iusti iudicij dei, vt intelligatur quod non parcet impiis tanquam sarmentis præcisis ad cō bustionē, qui nō parcit iustis ꝓpter perficiendā purgationem. Vnde Petrus ait, Si initiū à nobis, quis finis erit eis qui nō credēt? Et si iustus vix saluabit̄, peccator & impius vbi parebūt? Sustinetis, dico, ideo Vt digni habeamini.i. inter alios gloriosi In regno dei.i. æterna beatitudine, vel in ecclesia pręsenti quā hic regit. & ideo dicit̄ regnū dei, Pro quo.s. vt digni sitis, nō solū operamini bona, sed etiā Patimini, mala. Iusti iudicij, dico, Si tñ iustū est, &c. quod cōstat esse, Nō em̄ ponit̄ hîc, Si tamē ꝓ dubitatiōe, sed ꝓ affirmatiōe. q.d. quoniā iustū est. Vnde aliꝰ interpres ait, Siquidē iustū est. q.d. benè dico iusti iudicij, Siquidem iustū est apud deū.i. in simplici & pura natura iustitiæ dei. hoc.s. Retribuere tribulationem, his qui vos tribulant: &

Augu. de gra. & lit. arg.

Augu. cōtra Faust.

Aimo.

Ambrosi.

Ambrosi. vobis qui tribulamini cũ nobis requiẽ, id est, æqualem nobis. Quid enim iustius quàm vt qui in sæculo bonos deprimunt, & persecutionibus affligunt, in futuro patiantur eadem quæ faciunt? Illi autem sint in requie, qui magnã tribulationem passi sunt pro regno æterno? Vel ita, Quas sustinetis, & agit de iudicio præsenti, quo sinit deus malos affligere bonos & prosperari: bonos verò facit aduersa pati: quasi dicat, gloriamur pro patiẽtia tribulationum quas sustinetis In exemplum iusti iudicij dei, id est, gloriamur, quia sustinetis ita vt sitis exemplum & documentum aliis, quod iustè iudicat deus dum suos permittit affligi, & malos prosperari. Vident enim vos ex malis in melius proficere, illos ex prosperis deteriores esse: & ita estis eis exemplum ne fatigentur dum corripiuntur à deo qui flagellat o.f. quem re. apud quem est iustum vt incipiat à domo e-

Ambrosi. ius iudicium. Vnde Petrus ait, Tempus est vt incipiat iudicium à domo dei, vt digni habeamini in regno dei pro quo & patimini. hoc non mutatur. Si tamen, quasi dicat, iusti iudicij, dico, quod & respectu præsentium videri potest, dum boni meliores, mali deteriores efficiuntur: tamen hac conditione, dico, iusti iudicij. Si tamen iustum est apud deum retribuere tribulationem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem nobiscum: quasi dicat, iustum apparet iudiciũ quo in præsenti iudicat deus, si attendatur iudicium futurum: vbi manifestè omnibus patet iustitia dei, dum reddet singulis secundum merita, per quod & præsentia iusta esse probantur finaliter, scilicet si iustum est dari his pœnam, vobis requiem. Si quis enim finem hunc attendit, non iniustum dicit esse bonos purgari, malos sordescere, sicut vtrique ex vita sua meruere. Simile huic dicit Dauid, Existimabam vt cog. hoc, labor est ante me do. in. in. s. d. & in. in. no. e. sed tamen ex præsentibus videri potest. Vnde subdit, Verũtamen propter dolos pa. e. de. e. dum al. In reuelatione. Hîc incipit ostendere quàm horribilis tribulatio illis, & quàm iocunda requies istis futura sit. q. d. iustum est illis dare pœnã, vobis requiem: quod vtique fiet, In reuelatione, id est, in

Aimo. manifestatione Domini Iesu, venientis De cœlo, ad iudicium. Cum angelis virtutis eius, id est, quorum ministerio virtus

virtus dei apparebit, dum bonos eligent, malos foras mittent: & tunc gloria his, & terror illis erit. Domini Iesu, dico, venientis, In flamma ignis, non quod sit flamma circũdatus, sed per effectum: quia inimicos exuret. Vel ideo dicit, In flamma ignis, quia ignis erit in mundo qui præcedet eum tantum spatium aeris occupans, quantum occupauit aqua in diluuio: qui ardebit terram & crassitudinẽ eius, & purgabit electos. Domini Iesu dico, Dantis, id est, inferentis vindictam, His qui nõ nouerunt deum, id est, qui fidem non receperunt, vt Pagani: & his Qui non obediunt euangelio: cui esset obediendum, quia Est domini nostri Iesu Christi, id est, his qui non exequuntur quæ receperũt, vt hæretici, & falsi Christiani. Alij enim sunt qui nesciunt legem, alij qui sciunt. Deinde aggrauat pœnas eorum, subdens, Qui, vtrique, scilicet scientes & nescientes, Dabunt pœnas, id est, sustinebunt. Dare enim ponitur aliquando pro sustinere, ita & hoc, & congruè. Qui enim patitur dat ei quem offendit pœnas quasi gratas, Dabunt pœnas, dico, non corporis & animæ dissolutione terminabiles, Sed æternas in interitu, quia semper sentient pœnas, non tamen penitus deficient. ipsi dico tunc remoti, A facie domini & à gloria virtutis eius, ne scilicet videant eũ & gloriam: quam scilicet virtus sua dabit sanctis. Et hæc prædicta fient, Cum venerit Christus glorificari in sanctis suis, ita enim eos glorificabit quod gloriosus in eis apparebit. Ecce quæ est gloria sanctorum. Et, cum venerit admirabilis. Fieri in omnibus, etiã minoribus Qui crediderunt, etsi tempus operandi non habuerunt. Ipse enim clarus & mirabilis videbitur in credentibus: seuerus autem apparebit in incredulos, cũ eos pœnis æternis coarctabit. Et est horum verborum breuis sensus. Veniet punire malos, & glorificare bonos: quia Creditum: quasi dicat, ideo vobis tribulatis dabit requiem nobiscum, quia Testimonium nostrum in die, id est, de die illo, reuelationis domini Creditum est, id est, quicquid diximus credidistis de illo die iudicij, & gloria bonorum, & pœnam malorum. Vel, Testimonium nostrum creditũ in die illo. i. propter illum diem, vt tunc liberemini. Creditum est dico, Super vos, id quanuis super humanũ sensum esset. Vel

Aimo.
Aimo.
Ambrosi.
Ambrosi.
Ambrosi.
Aimo.

creditum eſt ita,quod erat Super vos, id eſt, vobis dominans,non quærentibus rationem. In quo,etiam ordo verborum talis eſt, In quo, dic, Vt dignetur vos vocatione ſua deus noſter,id eſt,vt dignos vos iudicet deus quos vocet ad regnum per gratiam. Oramus etiam ſemper pro vobis. Vel ita, In quo,id eſt,pro cuius diei periculo vitando, etiam oramus Semper pro vobis, pro vitando enim periculo illius diei ſemper eſt orandum.& oramus, Vt dignetur vos vocatione ſua deus noſter, hoc non mutatur. Et, etiam oramus vt hic interim Impleat omnem voluntatem bonitatis,id eſt,vt plenè faciat vos velle omne bonum : & impleat in vobis Opus fidei,id eſt,confeſſionem quæ propriè eſt opus fidei. Impleat in vobis dico,& hoc In virtute conſtantiæ,vt ſcilicet det conſtantiam, qua habita à cõfeſſione nullo modo flecti poſſunt. Vel, Opus fidei, eſt omne bonum quod fides exigit. Et eſt,impleat Opus fidei, id eſt,omnia bona ſine quibus fides mortua eſt.& hoc,In virtute perſeuerantiæ,vt ſcilicet det vobis perſeuerãtiam vſque in finem. Ita impleatur, Vt clarificetur *in vobis*, in hac vita, Nomen domini Ieſu Chriſti,celebri fama & honore: Et vos,in futuro clarificemini In illo, & hoc nõ ſecundum merita veſtra,ſed Secundum gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti,id eſt, pluſq̃ digni: vel ſicut homo Chriſtus clarificatus.

CAPVT II.

Rogamus autem vos fratres per aduentũ domini noſtri Ieſu Chriſti,& noſtræ congregationis in ipſum, vt non citò moueamini à veſtro ſenſu,neq; terreamini,neq; per ſpiritum, neq; per ſermonem, neq; per epiſtolam tãquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies domini.Ne quis vos ſeducat vllo modo. Quoniam niſi venerit diſſenſio primum,& reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis,qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur deus,aut quod colitur:ita vt in templo dei ſedeat,oſtẽdens ſe tanq̃ ſit deus. Nõ retinetis ꝙ cũ adhuc eſſem apud vos,hæc dicebam vobis?] Rogamus autem vos. Hucuſq; dixit ſe pro eis gratias agere & orare : hîc determinat de die iudicij,obſecrans eos ne leuiter & facilè de aduẽtu domini quaſi imminenti opinionem recipiant, vel terreãtur:

quaſi di-

quasi dicat,non solum pro vobis oramus,sed etiam Rogamus vos,ô Fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, ad iudicium, id est, si vultis vt vobis prosit aduentus Christi venturus: Et per aduentum nostræ congregationis,scilicet omnium sanctorum,id est, si vultis esse in nostra congregatione. Congregationis dico, vẽturæ vel tendentis In idipsum,id est, ad Christum, vt ad corpus congregentur aquilæ. Vel, in idipsum,id est, in identitatem, vt mente & corpore vniamur qui modò in diuersum tendimus. Quid rogamus? Vt non citò moueamini à vestro sensu,id est,à puro intellectu: quasi dicat, nec parum etiã titubetis si enim moueamini citò est,quia nihil vobis infertur quod diu duret, quia tempus prope est. Neque terreamini,quasi dicat, pro vicino periculo, id est, quasi instet dies domini. Non terreamini dico, Neque per spiritum,malignum,scilicet si malignus spiritus quasi angelus lucis apparẽs in visione,hoc vobis persuadeat. Vel si quis dicat se per spiritum sanctum reuelantem hoc cognouisse quod dies iudicij immineat,nolite credere,neque terreamini, Per sermonem,alicuius pseudoapostoli qui hoc exponat de scripturis. Neque per epistolam tanquam per nos missam,id est,sub nomine meo missam. Solent enim tergiuersatores,vt fallant,sub nomine alicuius clari viri epistolam fingere, vt authoritas nominis possit commendare quòd per seipsum recipi non posset. Quid per singula? Ne quis vos seducat vllo modo,alio,etiam à prædictis terrefaciens vos,quasi Instet dies domini. Non quin velit illos esse paratos vt habeant succinctos lumbos, & lucernas ardentes in manibus,expectantes quando reuertatur dominus à nuptiis. In quo enim quemq; inuenerit suus nouissimus dies,in hoc eum comprehendet mũdi nouissimus dies:quia qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur. & ideo vigilare debet omnis Christianus ne imparatũ eum inueniat dñi aduentus. Imparatũ autem inueniet dies ille,quẽ imparatũ inueniet vitę huius dies vltim⁹. & ideo nõ ait,ne terreamini,vel seducemini:sed addit, Quasi instet dies dñi,hoc dicit, ne ipsa perturbatione dum incauti inuenirentur currant ad orandũ diabolũ: qui hæc ideo agebat,vt sub Christi nomine apparens, faceret

Ambrosi. Aimo. Aimo. Ambro. Augu. ad Hesichiu. Ambrosi.

se adorari. quod vt non possit facere impudentissimus Satanas, tempus & signa aduentus domini Apostolus rescribit, quia non prius veniet dominus quàm regni Romani defectio fiat, & appareat Antichristus. Et hoc est quod subdit. Quoniam vbi. q. d. quidã volunt vos seducere quasi instet dies domini, sed non instat dies domini. Quoniam non veniet dominus ad iudicium, Nisi primum venerit discessio, id est, nisi prius gens à Romano discedat imperio: non quod statim post veniat dominus. Occultè loquitur de destructione Romani imperij, ne fortè si apertè hoc diceret, incitaret eos ad persecutionem ecclesiæ. Vel hoc dicit de spirituali imperio Romanæ ecclesiæ. Vel de discessione à fide. Et est sensus, Non veniet dominus ad iudicium, nisi prius venerit discessio ecclesiarum à spirituali obedientia Romanæ ecclesiæ, vel hominum à fide. Quidam codices habent. Nisi venerit refuga primum, quòd nulli dubium est de Antichristo eum dixisse quem refugam vocat vtique à domino deo. Si enim hoc de omnibus impiis meritò dici potest, quanto magis de isto, quẽ etiam describens subdit, Et, nisi Reuelatus, id est, manifestatus, Fuerit, cuius spes iam præcedit Homo, nõ deus totus, Peccati, seruus author & fons, id est, Antichristus, qui est Filius perditionis, id est, diaboli qui perdit homines, per quem perditio venit in mundum, cuius filius dicitur Antichristus: non per naturam, sed per imitationem. Vel, Filius perditionis, dicitur quia ipse perdendus est, & alios perdens. Qui aduersatur, Christo & membris eius. Vnde Antichristus dicitur, & Extollitur, id est, effert se, Super omne quod dicitur deus, vel falsa opinione, vt dij gentiũ: vel beneficij gratia, vt sancti. Aut quod colitur, vt Deus trinitas. extollitur dico: ita, Vt sedeat in templo dei, id est ecclesia. Vel, In templo, à Romanis destructo, quod Iudæi tunc reædificabunt. Nascetur quidem Antichristus in Babylone de tribu Dan, iuxta quod Iacob ait, Fiat Dan coluber in via, & Cerastes in semita: & cum venerit Hierosolymam, circuncidet se dicens Iudæis, ego sum Christus promissus: tunc confluent, ad eum omnes Iudæi, & reædificabunt templum à Romanis destructũ, sedebitque ibi dicens se esse deum. Vel ita, Nonnulli non ipsum

August.
Aimo.
Augu. de ciuit. dei.
Aimo.

ipſum principem tãtum,ſed vniuerſum corpus eius, id eſt ad eum pertinentem hominum multitudinem ſimul, cum ipſo principe ſuo, hoc loco intelligi volunt:rectiuſq; dici putant, ſicut & in Græco eſt non in templo, Sed in templum dei ſedeat,id eſt quaſi ipſe cum ſuis ſit templum dei quod eſt eccleſia : ſicut dicitur,ſedet in amicum,id eſt, vt amicus. Sedeat dico, Oſtendés ſe tanquàm,ipſe, Sit deus. Nam ſicut in Chriſto omnis plenitudo diuinitatis habitauit : ita in Antichriſto plenitudo malitiæ & omnis iniquitas habitabit, quia in ipſo erit caput omnium malorũ, ſcilicet diabolus, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.

[Et nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore. Nam myſterium iam operatur iniquitatis, tantum vt qui tenet nunc teneat,donec de medio fiat] Nónne, &c.q.d.ita debetis credere,vt ſcribo vobis, quia olim vobis idem dixi : & hoc eſt , quod dicit ſub interrogatione, Nónne retinetis?quòd hæc eadem,quæ nunc vobis in epiſtola ſcribo, Cum adhuc eſſem apud vos,præſenti ſermone,Dicebam vobis,de aduentu Antichriſti, & de die iudicij. Et quid.quaſi dicat,hæc retinetis. Et,etiã, Quid nunc detineat, Antichriſtum.i.quid ſit in mora eius,quę ſit cauſa dilationis eius,quare nondũ veniat,Scitis, ſcilicet quia nondum eſt diſceſſio. Detineat,dico,ita tamen Vt reueletur.i.vt manifeſtus fiat In tempore ſuo,id eſt ſibi cõgruo, & à deo diſpoſito.ſ. poſtquã facta fuerit diſceſſio, & ideò rectè ait,ſuo tempore. Completa enim acceſſione ad Romanum imperium, & ad Romanæ eccleſiæ obedientiam aderit diſceſſio ab vtroq; imperio,qua impleta aderit iniquus,id eſt. Antichriſtus. Similiter impleto tempore miſericordiæ,quo plenitudo gentium intrat ad fidem,reuelabitur diſceſſio à fide,quando refrigeſcet charitas multorũ & abundabit iniquitas,& tunc veniet Antichriſtus: & ſic inſtabit dies domini. Nam myſteriũ.quaſi dicat, verè reuelabitur in ſuo tempore, quia Iam,in non ſuo,Myſteriũ iniquitatis,id eſt ſecreta iniquitas Operatur,id eſt mali & ficti, qui ſunt in eccleſia.q.d. iam in ipſis initiis acceſſionis inuenitur iniquitas: ſed myſtica,id eſt pietatis nomine palliata,vt velint haberi miniſtri Chriſti, cũ ſint pſeudo. Vel ita. Verè reuelabitur. Nam, diabolus iã operatur

Aimó.

Berenga.

Auguſt.

Myſte-

Mysterium iniquitatis. Mysterium Græcè, Latinè dicitur occultum, & secretũ. Mysterium ergo iniquitatis appellat interfectionem sanctorum & persecutionem, quã inferebat Nero & princeps eius fidelibus Christi, quorum iam factũ, quasi Antichristi videbatur. quod ideo appellatur mysterium, quia iã tunc diabolus occulte per Neroné, & alios operabatur occidendo martyres, sicut tũc apertè operaturus est per Antichristum interficiendo Heliam, & Enoch aliosq; plurimos. Istud mysterium iniquitatis cœptum est à Nerone, qui instigante patre suo diabolo, zelo idolorum interfecit Apostolos. Et sunt Nero, & alij vmbra futuri. s. Antichristi, sicut Abel & Dauid fuerunt figura Christi. Tantum, vt qui tenet, &c. Quia illos scire dixit quid detineat, apertè non exponit: & ideò nos qui nescimus, quod illi sciebant peruenire, cum labore ad id quod senserat Apostolus, cupimus nec valemus præsertim, quia & illa quæ addidit hunc sensum faciunt obscurioré. Quid enim est? Iam mysterium operatur iniquitatis tantum, vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Ego prorsus, quid dixerit me fateor ignorare, suspiciones tamen hominum quas legere, vel audire potui, non tacebo. Quidam suspicantur, hoc de imperio dictũ fuisse Romano, & ideò Apostolum, non id apertè scribere voluisse, ne calumniá, scilicet incurreret, quod Romano imperio male optauerit, cum speraretur æternum: vt hoc quod dixit, Iam enim mysteriũ operatur iniquitatis, Neronem voluit intelligi, cuius iã facta velut Antichristi videbantur. Vnde nõnulli ipsum resurrecturũ & futurũ Antichristum suspicãtur. Alij verò, nec occisum putant, sed potius subtractũ, vt putaretur occisus, & viuum occultari, in vigore ipsius ætatis in qua fuit, cum crederetur extinctus, donec tempore suo reueletur, & restituatur in regnum. Sed multum mira mihi est hæc opinantiũ tanta præsumptio. Illud tamé quod ait, Vt qui tenet, &cæt. non absurde de Romano imperio creditur dictum donec tollatur, vt sit sensus. Tantum hoc restat antequàm reueletur iniquus ille, Vt qui tenet nunc Romanũ imperium Teneat, id est qui modo imperat imperet. Donec de medio fiat, id est de medio mundi tollatur illa potestas, quia omnes vndique Romam, quasi ad caput

Aimo. August. Aimo. Ambrosi. Augu. de ciuit. dei.

caput confluebant. Vel ita, Tantum, hoc restat, Vt qui tenet nunc, fidem, Teneat, donec, ipsa, De me. fiat, id est donec ipsa refrigescat. Vel ita, Tantũ, hoc restat, Vt qui nũc tenet, id detinet illum, scilicet accessio ad fidem Teneat, id est, detineat. Donec de medio fiat, id est, donec ipsa tollatur de medio. Vel ita, Tantum, hoc restat, Vt qui tenet nunc, id est detinet illum, scilicet iniquitas, quæ nunc occulta est, Teneat, id est detineat. Donec, iniquitas quæ modo est mystica Fiat de medio, id est, aliquid de communibus, vt non erubescat homo adulterari, furari, & alia huiusmodi facere: sicut nec ambulare, nec loqui. Vel ita, Quidam putant hoc esse dictum de malis, & fictis qui, sunt in ecclesia tamdiu, donec perueniãt ad tantum numerum, qui antichristo magnnm faciãt populum. & hoc dictum esse mysterium iniquitatis, quia videtur occultum, & de hoc dictum esse, Quid detineat scitis, &cæ. ait, Vt qui tenet, non teneat. Dicunt Apostolum hortari fideles, vt in fide quam tenent tenaciter perseuerent, donec exeat de medio ecclesiæ mysterium iniquitatis, quod nunc occultum est. Et est sensus, Tantum, hoc superest agendum, Vt qui tenet nunc, fidem, Teneat, id est firmiter in ea perseueret: Donec mysteriũ iniquitatis. De medio fiat, id est donec qui modo in ecclesia ficti sunt ab eadem manifestè recedant. de qualibus Iesus ait, De nobis exierunt, sed ex nobis non erant. Sicut ergo ante fidem exierunt multi hæretici de medio ecclesiæ: ita nunc apertè indè exibunt omnes, qui non ad Christum, sed ad illum Antichristum nouissimum pertinebunt. Vel ita, Tantum, hoc restat, Vt qui tenet nunc, id est detinet illum, scilicet discessio, quæ nondum facta est. Teneat, id est, detineat, donec ipsa discessio Fiat de medio, id est, manifestè appareat. [Et nunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus IESVS interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, cum cuius est aduentus secundum operationem Satanæ in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis his, qui pereunt: eo quòd charitatẽ veritatis, non receperunt, vt salui fierent. Ideò mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacia, vt iudicentur

Augu. de ciuit. dei.

omnes

omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt
iniquitati. Nos autem debemus gratias agere deo ſem-
per pro vobis fratres dilecti à deo: quòd elegerit nos de-
primitias in ſalutem in ſanctificatione ſpiritus, & in fi-
de veritatis, in qua & vocauit vos per euangelium noſtrum
in acquiſitione gloriæ domini noſtri Ieſu Chriſti. Itaque
fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per
ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Ipſe autem domi-
nus noſter Ieſus Chriſtus, & deus & pater noſter qui di-
lexit nos, & dedit cõſolationem æternam, & ſpem bonam
in gratia, exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni
opere, & ſermone bono.] Et tunc, ſcilicet iã reuelata diſ-
ceſſione à deo vero, & refrigerata multorum charitate, et
abundantia iniquitatis, quaſi parata ſibi ſede, Reuelabi-
tur. i. manifeſtabitur, Ille iniquus, ſcilicet Antichriſtus,
qui nec modo, nec tũc eſt timendus, quia ſequitur. Quem
dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, id eſt virtute ſpi-
ritus ſancti, qui dicitur ſpiritus oris ſui, quia ab eo proce-
dit. Vel, Inter. e. ſp. o. ſ. id eſt præcepto, & virtute. ſ. poten-
tia iuſſionis ſuæ, ſiue per ſe occideret eũ. ſiue per Michae-
Aimo. lem. Occidetur autem, vt doctores tradunt in monte Oli-
ueti in papilione, & in ſolio ſuo, in illo loco contra quem
dominus aſcendit ad cœlos. illo autem interfecto non sta-
tim veniet Chriſtus, ſed vt ex libro Danielis intelligitur,
concedentur electis ad pœnitentiam dies. xlv. quantũ do-
minus poſt futurus ſit penitus ignoratur. Et quomodo te-
nebræ ſolis fugantur præſentia: ita & dominus, Deſtruet,
eum, ſcilicet Antichriſtum, cum omnibus membris ſuis di-
cens, Ite maledicti in ignem æternum. Deſtruet dico, Il-
Aimo. luſtratione aduentus ſui, id eſt in claro aduentu ſuo. Cu-
ius, Antichriſti aduentus eſt, Secundum operationem Sa-
tanæ. Quia diabolo inſtigante, & cooperante, qui illũ poſ-
ſidebit totum faciet, non tamen ſine ſenſu, vt phrænetici,
qui culpam non habent de malis. ita ſi vexaretur à diabo-
lo tanquàm phræneticus non ei imputaretur, quicquid a-
geret. Et illius aduentus erit in omni virtute humanæ po-
teſtatis, & diuitiarum. Et ſignis, minoribus, Et prodigiis,
maioribus, Sed mendacibus. Quia per magicam artem non
Aimo. veram faciet illa, & per phãtaſiam deludet homines, ſicut
Simon

Simon Magus delusit illum,qui putãs eum occidere arietem decollauit ꝓ eo. Et ideò etiã mẽdacia dicuntur,quia mendacia confirmant.s.illum esse deum. Ambigi ergo solet vtrum, vel ideò dicta sint mendacia, quia non vera vt videntur,sed phãtastica erunt, id est quia mortales sensus per phantasmata decepturus est:vt quod non facit,facere videatur. Vel ideò,quia & si vera sint dei permissione, ad mendacium trahent. Tunc enim soluetur Satanas, & per illum Antichristus in omni sua virtute mirabiliter quidẽ sed mendaciter operabitur. Et,erit aduentus illius In omni seductione iniquitatis his qui pereunt,quia minis,blanditiis, & omnibus aliis modis seducet eos qui perditioni dediti sunt. Eo.id est ideò, Quòd non receperunt charitatem veritatis,id est Christi,in quo implentur promissa omnia,id est ideò quia non receperunt Christum,qui charitatem omnibus ostendit,& veritatem impleuit. Non receperunt charitatem dico, Vt salui fierent, id est qua saluarentur recepta. Et ideò. scilicet quia non receperunt veritatem, Mittet illis deus,id est permittet venire ad eos. Operationem erroris,idest eum qui est ipsa malitia, quia est pater omnis malitiæ,& iniquitatis. Vt credant mendacio. scilicet quod Antichristus sit deus. Vt omnes qui nõ crediderunt veritati,id est Christo,qui verè deus est. Sed cõsenserunt iniquitati, Antichristi tandem apertè. Iudicentur,qui interim occultè iudicantur. Vnde ait, Mittet illis deus,&cæt. Quia deus diabolum ista facere permittit, iusto ipse iudicio,quanuis faciat ille iniquo & maligno cõsilio:proinde iudicati seducentur, & seducti iudicabũtur: sed iudicati iudicio dei occultè iusto,& iustè occulto,seducentur. Seducti autem iudicabuntur nouissimo manifestóque iudicio per Christum iustissime iudicaturum,& iustissimè iudicatũ. Nos autem.quasi dicat, De illis ita fiet. vos autem venietis ad salutem, quia recepistis veritatem. Vnde gratias agimus deo. Et hoc est quod ait, Nos autẽ fratres dilecti à deo debemus agere gratias deo semper ꝓ vobis,eò Quòd.ab æterno, Deus elegit nos,& vos, Primitias,fidei,vt scilicet,nõ in periculoso tempore vltimo, sed in primitiua ecclesia crederemus in Christum atq; fidem confiteremur. Elegit dico,In salutem ęternã. Vel, Elegit nos,

Augu. de ciuit. dei.

August.

Aimo.

August.

Occultũ iudicium quod merito vnius peccati cadit I aliud

Aimo.

nos, Apostolos, Primitias, omniũ credentium, quia Apostoli primum crediderunt. & hoc, In salutem, omniũ gentium. Nos & vos dico positos, In sanctificatione spiritus sancti, quia spiritus sanctus in baptismo sanctificat. Et in fide veritatis. i. Christi. per quid autem ad fidẽ venerint, subdit dicens, In quã, fidem: sicut gratis elegit nos ab æterno: ita Et, gratis, Vocauit, nos auersos, Per euangeliũ nostrum. Vocauit dico, In acquisitionẽ do. no. Iesu Chri. i. vt per fidem acquiratis gloriã quam habet Christus. Vel, In acquisitionem do. nost. Iesu Chri. vt sitis acquisitio in qua Christus glorificetur. Itaq;. q. d. quia hæc bona sunt nobis, & nõ instat dies domini, Itaq; fratres state, immobiles in fide. Et, vt stetis, Tenete traditiones quas, à nobis Didicistis, vsq; ad intellectum. Siue per sermonem præsentem, siue per epistolam nostram. Ipse autem. q. d. Ego moneo vos. Sed ipse deus noster Iesus Christus & deus pater, eius & Noster, qui dicitur deus, potentia qua creator est vniuersorum: & pater, affectu. i. dulcedine charitatis, Qui dilexit nos dando filium suum pro nobis. Vnde subdit, Et dedit cõsolationem æternam. i. Christũ, qui est cõsolatio nobis contra miseriam huius sæculi, & in futuro. Vel, Dedit cõsolationem æternam, promittendo regnum cœlorum. Et dedit spem bonam. s. quod de isto exilio ad patriam veniemus. & hoc, In gratia. i. per gratiam, quam dedit, speramus. Vel hęc omnia dedit non merito nostro, sed In gratia, sua. Ipse, inquam, qui iam tot fecit, Exhortetur corda vestra. i. voluntates, Et affirmet, cõtra impugnatores, in omni opere bono, & sermone bono.

CAPVT III.

DE cætero fratres orate pro nobis, vt sermo dei currat, & clarificetur sicut & apud vos, & vt liberemur ab importunis, & malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem dominus est, qui cõfirmabit vos & custodiet à malo. Confidimus autem de vobis fratres in domino, quoniã quęcunq; præcipimus & facitis, & facietis. Dominus autẽ dirigat corda vestra in charitate dei, & patientia Christi. Denunciamus autẽ vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundũ tra-

ditio-

ditioné, quàm acceperunt à nobis. Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniã non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione nocte, & die operantes, ne quem veſtrũ grauaremus. Non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formã daremus vobis ad imitandum nos. Nã & cum eſſemus apud vos hoc denunciabamus vobis, quoniã ſi quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter vos quoſdã ambulantes inquiete, nihil operantes, ſed curioſè agentes. His auté qui eiuſmodi ſunt denunciamus, & obſecramus in domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quòd ſi quis non obedierit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & non commiſceamini, cum illo, vt confundatur. Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite, vt fratrem. Ipſe autem deus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco. Dominus ſit cũ omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni epiſtola. Ita ſcribo. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus vobis. Amen.] De cætero, ô, fratres orate pro nobis, vt ſermo dei. i. euangelium quod dedit deus nobis, vel quod de eo agit, Currat, ſine impedimento ad omnes gétes, vt multi velociter conuertantur, Et clarificetur. i. clarus & intelligibilis fiat hominibus. Currat dico, Sicut & apud vos, cucurrit. Orandum eſſe hortatur, vt dignetur deus doctrinam ſuam infatigabili curſu dirigere, & transfundere per ora apoſtolorum in aures audientium, & ab auribus in corda, vt compeſceret, & ſedaret ſeditiones malorum hominũ. Vnde ſubdit, Et vt liberemur ab hoĩbus. ſ. à pſeudo. ne nos ſeducant, vel nobis inſidias tendãt. Importunis. i. improbis ĩ diſputãdo. Et malis, quia falſa prędicãt. Vel, Vt liberemur ab importunis hoĩnibus. i. infidelibus qui reſiſtũt verbo veritatis, nec ſtãt in portu quietis. Et malis. ſ. qui perſequũtur fideles. Ideò dico liberemur, Enim. i. quia Non omniũ eſt fides. i. nondũ acceperũt omnes fidé per me qui accepturi ſunt. Vel ita Vere importuni ſunt, & mali, Non enim omnium, illorum eſt. Fides, id eſt omnes importuni, non habent fidem, quia eorum nullus

Ambroſi.
Aimo.

lus fidem habet,ſed eſt error quod tenent,ſed vos qui habetis fidem cõfirmabit deus, Vnde ſubdit,Fidelis autem. Vel ita,Nõ enim.q.d.Ideò hortor vos orare vt ſermo dei currat & clarificetur,quia Nec,etiã vobis orantibus.Omnium eſt fides.i.non omnes ſunt credituri,ſed tantũ præordinati in vitam æternam, prædeſtinati in adoptionem filiorum.Ideò autem deus per orationes credentiũ, nondum credentes credere facit, vt oſtendat, quia ipſe facit. Nemo eſt enim tã imperitus,tam ingenio tardus,qui non videat deum,quod rogari ſe præcipit,vt faciat. Et ſciendum, quia poſſe habere fidem ſicut poſſe habere charitatem natura eſt hominum: habere autem fidem ſicut charitatem,gratia eſt fidelium: ſed cum voluntas credẽdi aliis præparatur à deo, diſcernendum eſt quid veniat de miſericordia eius,& quid de iudicio. Vniuerſæ vię dicũtur m. &.v. Inueſtigabiles igitur ſunt, & miſericordia, qua gratis liberat, & veritas,qua iuſte iudicat. Fidelis autem.q.d. Orate vt liberemur. Deus autem,qui fidelis, id eſt verus in promiſſis.Confirmabit vos, ne importuni decipiãt. Et à malo cuſtodiet vos.Cõfidimus autem.q.d. Hæc omnia vobis diximus,non puto fruſtra.Sed cõfidimus de vobis, ô, fratres in domino, qui in vobis operabitur. Quoniam quæcunque præcipimus,vobis, Facitis & facietis.Vt autẽ hoc ſit,Dominus dirigat corda veſtra,id eſt voluntates.i. ſi quid torpitudinis in vobis eſt,auferat. Voluntates dico dirigat,vt exiſtãt In charitate dei, ſcilicet quam deus dat vel vt deum diligatis. Et patientia Chriſti,*ſcilicet*,vt patientes ſitis ſicut & Chriſtus fuit. Denunciamus autem. Incipit hîc de curioſis & ocioſis,monẽs bonos,vt eos corripiant.q.d.quod præcipimus facietis, ſed qui noluerit facere,excõmunicetur. Et hoc eſt,quod dicit,Denũciamus autẽ vobis,ô fratres in nomine do.no.Ieſu Chri. per Ieſu Chriſti authoritatẽ præcipimus, vel in honore Chriſti, quia honor Chriſti eſt ſi morbida ouis excludiť. Vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulãte inordinatè.i. non cõmunicetis eis, qui ambulant inordinate.i.aliter q̃ ordo naturæ exigit. Et ambulante Non ſecundum traditionem quam acceperunt à vobis.i.nõ ſecundũ doctriná,quã tradidimus eis. Ipſi enim.q.d.Ideò debetis vos ſubtrahere, quia

Augu. ad Vitalem.

Auguſt.in lib. ſentẽ. proſperi.

quia Vos ipsi scitis quemadmodum.i.in quibus Oporteat imitari nos,& cum illi hæc nõ faciant,debetis vitare eos. Et verè oportet imitari nos,quia boni sumus:quòd ita ait, Quoniã nõ quieti fuimus inter vos. neq; gratis.i.sine labore proprio,Manducauimus panẽ,sumptum. Ab aliquo. Vel ita,Ipsi eñ scitis.q.d. Verè nõ ambulant secundũ traditionem nostrã. Ipsi enim scitis quemadmodũ oporteat imitari nos.i.qũo me habui in quo imitãdus sum, quòd in illis non videtis.q.d.non est,vt exponã vobis eã traditionem,quia eam scitis.¶ Quoniã.i.quòd Non inquietus fui inter vos,vt illi qui aliena negocia curant vagantes hac & illac. Nec gratis panẽ mand.sumptũ, Ab aliquo : sed fuimus In labore,cõtra gratis.Et fatigatione.q.d. ille labor fuit vsq; ad fatigationẽ. Nos dico,Nocte & die operãtes, cõtra hoc,quod supra dixit ab aliquo.Operãtes dico,Ne quem vestrũ grauaremus.& ne quis diceret eum ideò,non accepisse,quia non haberet potestatẽ,subdit,Nõ, ideò nõ accepimus,Quasi nõ habuimus potestatem,accipiendi,cũ isti multo magis debent viuere de labore suo, qui non habent,hanc potestatẽ.Non ideò,inquã,nõ accepimus,Sed, ideò,Vt daremus nosmetipsos formã vobis ad imitãdum nos.i. vt imitaremini nos , & otiũ dimitteretis. Ecce pro alia causa hîc,quam apud Corinthios abstinuit. Hîc eñ pro exemplo dando abstinuit,ibi pro repellendis pseudo. Et notandũ,quia non solum verbis docebat,sed hortabatur,& factis. Idonei enim magistri est ea quę verbis docet operibus implere. Et si enim manifesta vera esse,nõ ignorentur,quæ docentur, tamen si negligi cœperint à magistro,nõ facile proficient audientibus. Magis enim opera suadent,q̃ verba : ideóq; magnis præconiis remunerandi sunt, qui negligẽtibus magistris de solis verbis proficiũt. Apostolus ergo forma erat his,qui tenues erant substãtia in plebe,vt discerẽt libertatem suam,non amittere. Vnde & Salomon,Raro,inquit, inferes pedẽ ad amicum tuum, ne satiatus tui oderit te. Qui enim frequenter ad alienam mẽsam cõuenerit ocio deditus, adulетur necesse est pascẽti se,cũ religio nostra ad libertatẽ homines aduocet. Vnde subdit, Nã &c.q.d.Operabar inter vos ad tẽplum vestrum. Et verè,sic enim faciendũ docebã. Et hoc est quod Ambrosi.

ait, Nam & cum essemus apud vos, hæc denunciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, non manducet. Dicunt quidam de operibus spiritualibus, hoc Apostolũ præcepisse. Alioquin si de corporali opere hoc diceret, in quo vel agricolæ, vel opifices laborant, videretur sentire aduersus dominum, qui in euãgelio ait, Nolite solliciti esse quid manducetis, sed superflue conantur, & sibi & cæteris caliginem obducere, vt quod vtiliter charitas monet, non solum facere nolint, sed nec intelligere: cum multis aliis locis epistolarum suarum quid hinc sentiat Apostolis apertissimè doceat. Vult enim seruos dei corporaliter operari, vnde viuant, vt non cõpellantur egestate necessaria petere, nec est contra illud quod prædictum est, Nolite solliciti esse, quid mand. Non enim hoc ideo dictum est, vt ista non procurent quantũ necessitati, sat est. Vnde honeste potuerint, sed vt non ista intueantur. & non propter ista faciant, quicquid in euangelij prçconio facere iubentur. Audiuimus enim. Hîc ostenditur ratio, cur laboris sui mentioné fecerit. q. d. hoc ideo prçcipio, quia Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete, nihil operantes: sed de alienis, Curiosè agentes, hoc modo merentur pasci, quod factum abhorret disciplina dominica. Eorum enim deus venter est, qui fœda cura necessaria sibi prouident. His auté qui eiusmodi sunt denunciamus, & obsecramus in domino Iesu Christo, vt cum silentio. s. non rumorosi Operantes manducent panem suum, id est, proprij laboris: ne autem, hac occasione *ministrare* cessarent pauperibus, addidit, Vos autem fratres nolite deficere benefacientes pauperibus, quia & si operentur, possunt tamen nonnullis indigere, & ideo monet, ne illi qui habebant vnde seruis dei necessaria præberent, hac occasione pigrescerent, Non enim in reprehensionem venit, qui humanus est in largiendo, sed hîc qui cum possit laboré ferre, ociosè vult vitam agere. Quòd si quis. q. d. Præcipimus vt operentur, &c. Quòd. i. sed, Si quis non obedierit, huic, Verbo nostro, mandato vobis, Per epistolam, hunc notate. i. qui sit mihi significate. Vel, Notate. i. reprehendite. Vel ita, Si quis nõ obedierit verbo nostro per epistolam, vestram Hunc notate, nobis, & nos asperè increpabimus illum,

Augu. de ope. mõa.

Ambrosi.

August.

illum, Et non cōmiſceamini, cum illo, vt confundatur, id eſt erubeſcat abiectus ab omnibus, vt ſic ſe ſubiiciat præcepetis Apoſtoli. Et, tamen Nolite ęſtimare, eum, Quaſi inimicum, vt odio habeatis eum, Sed, ex dilectione, Corripite, eum, Vt fratrem. Ipſe autē deus pacis det vobis, hîc & in futuro, Pacem ſempiternam in omni loco. ſ. & apud domeſticos & apud extraneos. & vt pacē habeatis, Deus ſit Aimo.
cū omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli, ſcripta eſt. Ambroſi.
Quod eſt ſignum in omni epiſtola. Ita ſcribo, quomodo? Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit Cum omnibus vobis. Amen. Propter adulteratores ſcripturarum manu ſua in fine omnium epiſtolarum ſalutationē ſe ſubſcribere teſtatur, vt ſub nomine eius epiſtola nulla accipiatur, quæ non fuerit manu eius ſubſcripta.

Argumentum in epiſtam ad Timothæum primam.

Timothæum inſtruit, & docet de ordinatione epiſcopatus & diaconij, & omnis eccleſiaſticæ diſciplinæ: ſcribens ei à Laodicia per Tychicum diaconem.

CAPVT I.

PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundum imperium dei ſaluatoris noſtri, & Chriſti IESV ſpei noſtræ, Timothæo dilecto filio in fide, gratia & miſericordia, & pax à deo patre, & Ieſu Chriſto domino noſtro. Sicut rogaui te, vt remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam, vt denunciares quibuſdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis, quàm ædificationem dei, quæ eſt in fide. Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta.

Hierony. PAVLVS &c. Hanc epiſtolam ſcribit Apoſtolus Timothæo. Timothæus autē iſte fuit filius mulieris fidelis, patre Gentili procreatus: & cū non eſſet circuncifus, & eſſet ipſe Gentilis, huic dabāt bonum teſtimoniū fratres, qui erant Lyſtris, & Iconij. Hunc voluit Paulus proficiſci ſecum, & ideò circuncidit propter Iudæos, qui

Aimo. erant in illis locis. Erátq; eruditus, tā diuinis ſcripturis q̄

Ambroſi. liberalibus. Hunc Apoſtolus creauit epiſcopum, & ideo eum cômonet, vt ſollicitus ſit in eccleſiaſtica ordinatione. Timothæo enim in Aſia relicto epiſcopo ſcribit Paulus de epiſcopali officio. ſ. quomodo pſeudoapoſtolis reſiſtat, & quomodo eccleſiam inſtruat, quales preſbyteros & diacones ordinet, quales viduas honoret, quomodo in eccleſia ſe habeat, vel quomodo eam regat. Et eſt intentio Apoſtoli in hac epiſtola inſtruere Timothæum de epiſcopalis dignitatis officio. Modus talis. Primo ſalutat eum, deinde monet, vt pſeudoapoſtolis reſiſtat, poſteà inſtruit de epiſcopali officio, docens quales debeat ordinare preſbyteros & diacones, & quales debeant eſſe mulieres corū: deīde quales viduas recipere debeat: poſteà de modo correctionis inſtruit eum. In fine autem monet, vt vitet prophanas nouitates, præmittit vero ſalutationem dicēs, Paulus apoſtolus Chriſti Ieſu. Nomen dignitatis præponit, vt hac authoritate Timothæus munitus, reſiſtat pſeudoapoſtolis. Apoſtolus dico, Secundum imperium. i. ſecun-

Aimo. dum iuſſionē, & voluntatem Dei, patris Saluatoris noſtri & Ieſu Chriſti, & ſpei noſtræ. ſ. per quē ſperamus gloriā. qui ergo Apoſtolo reſiſtit, imperio dei patris, qui ſaluat,

Aimo. & Chriſto ex quo eſt ſpes glorię, repugnat. Salutē autē refert ad patrem, & ſpē noſtrā ad Chriſtū: ideo quia pater dedit nobis ſalutē per filium ſuum, quē dignatus eſt mittere nobis, & per ſpiritū ſanctum, quē nobis in baptiſmo, & aliis ſacramentis. Per Chriſtū verò habemus ſpem. i. expectationē futurorum bonorum: quia ſicut ille reſurrexit à mortuis, & aſcēdit ad cœlos: ita per ipſum ſperamus reſurrectionē, & ad gloriam æternæ beatitudinis aſcenſionem. Paulus. inquā, ſcribit, Timothæo dilecto filio ſuo in fide, & ante alia ſalutat in hunc modū. Gratia & miſericordia

* & pax, ſit tibi. Adeò patre & Chriſto Ieſu dn̄o noſtro.

Attende

Attende quod in hac ſalutatione tria ponit, quæ ei optat, cum in aliis tātum duo poſuerit. Miſericordia hîc accipitur, quod in aliis epiſtolis dicitur gratia.i.remiſſio peccatorum. Pax eſt trāquillitas animi,& prælibatio æternæ pacis. Hāc cōmuniter omnib⁹ optare ſolet. gratia verò quā hîc addit epiſcopis optatur.i.donatio ſpiritus ſancti, quò miniſtri dei armantur. Sicut rogaui te. Poſt ſalutationem prius de pſeudo. repellendis incipit hîc legē adhuc tenendam docentibus.q.d. ô Timothæe ita.ſ.fac Sicut rogaui te,quaſi cōparem,nō dico præcepi quaſi minori:quod facit Apoſtolus propter affectum charitatis, & vt formā humilitatis illi oſtenderet. Ita ergo, & nō minus q̄ rogaui facito. Quid rogaui? Vt remaneres Epheſi,ad ordinandā eccleſiam. Epheſus eſt ciuitas metropolis Aſiæ. Cum irē in Macedoniam,ideò rogaui te ibi remanere, Vt denunciares quibuſdam, diſcretis à catholica fide,tam doctoribus, q̄ minoribus Ne,doctores Aliter docerēt,quàm nos: Neque,ſubditi, Intenderent fabulis, Iudæorum, qui dicunt duas mulieres fuiſſe primo homini,Euam : & alteram ex qua dicunt multos filios eſſe natos, quòd nunquàm ſacra pagina narrat. Vel fabulas hîc dicit doctrinā illorum,qui legem cum gratia prædicāt eſſe neceſſariam. Quod enim dicunt de lege,fabula eſt nō res. Ideò epiſcopus coepiſcopum ſuum obſecrat,ne pateretur Iudæos iudaizantes aliter docere populū,quàm ipſe tradiderat:nec ſubditos, Intendere fabulis eorū & genealogiis,quibus narrant ſe eſſe de genere Abrahæ & Dauid, quaſi ei ſalus debeatur. Vel quibus narrant Chriſtū, non eſſe de Dauid. Genealogiis dico, Interminatis.i.quæ ſine termino ſunt, vel prohibitis à deo. Hæreticus quidem inimicus legis,& prophetarum,exiſtimat Apoſtolum hoc loco diuina eloquia fabulas appellaſſe,ſicut & alibi cum ait, prophanas & aniles fabulas deuita. Quis ita niſi hæreticus multum cæcus erraret? Cur ergo ipſe idem fecit, ſi hæc eſſe aniles fabulas indicauit? Cur dicit Abraham duos filios habuit,& alia huiuſmodi. Sed melius dicitur,quod Iudæi pręter legitimas ſcripturas habēt traditiones ſuas non ſcriptas,quas memoriter tenent,& alter in alterū loquendo transfundūt,quas deuteroſin vocāt,vbi dicunt duas vxores deum primo ho

Ambroſi.

Aimo.

Aimo.

Ambroſi.

Auguſt.

mini creasse, ex quibus texunt genealogias infinitas, parientes infructuosissimas quæstiones. Illas autem dicit fabulas.i.fictiones &excogitationes ad quas etiã pertinebãt illa de quibus dominus ait, Irritum fecistis præceptũ dei, vt traditionem vestrã seruetis, vbi arguit Iudęos quòd de parentibus nõ honorandis impietatẽ docerẽt filios suos. Moses autem dicit, Honora patrem tuum, & matrẽ tuam: Vos autẽ dicitis, Si dixerit homo patri, vel matri corban, quod est donum quodcunq; est ex me tibi profuerit: & vltra non dimittitis eum quicquàm facere patri suo, vel matri, rescindentes verbum dei per traditionem vestrã, & huiusmodi multa facitis. Vbi euidenter Christus ostendit, & illam dei esse legem quam prophanus iste blasphemat, & Iudæos habere suas traditiones à libris propheticis & legitimis alienas, quas appellasse Apostolum fabulas prophanas & genealogias interminatas, nõ hæreticus sed catholicus lector intelligit. Quæ, fabulæ, Magis parãt quæstiones.i.lites: Quam ædificationem, iustitiæ, Dei.i.non ædificant homines in iustitia dei, Quæ, ædificatio iustitię est, In fide. Finis autem. Vel, Enim.q.d. Verè est in fide ædificatio iustitiæ dei, quia ex fide est spes, & indè est charitas, quę est adimpletio legis. Et hoc est quod dicit, Finis enim &c. Vel ita, Finis autẽ.q.d. docent & intendunt fabulis & genealogiis, sed finis & adimpletio legis est charitas. quare non est opus aliis. Et hoc est, quod dicit, Finis autem præcepti.i.impletio, & consummatio Est charitas. Finis dicitur terminus. Finis etiã dicitur consumptio. Finis quoq; dicitur impletio, & consummatio. Aliter enim dicitur, finitur panis, aliter finiĩ tunica, aliter finitur hîc, vel ibi ager: finitur panis manducando, finitur tunica texendo, & ibi sonat finis & illic: sed panis finitur vt cõsumatur, & tunica vt consummetur: panis finitur, vt non sit, tunica vt perfecta sit. Sic ergo charitas est finis.i. perfectio præcepti.i. præceptorũ omnium, quorũ impletio est dilectio, & ea gemina est.s. dei & proximi. Totam enim magnitudinẽ, & amplitudinem diuinorum eloquium secura possidet charitas, qua deũ proximúmq; diligimus, quæ radix est omnium bonorum. Vnde in his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ. Si ergo non vacat omnes

Aimo. August. Aimo. Augu. de doc. chri.

pagi-

paginas ſanctas perſcrutari, omnia inuolucra ſermonum voluere, omnia ſcripturarum ſecreta penetrare, tene charitatem, vbi pendent omnia, quia finis omnium eſt dilectio Dei & proximi, nullum rerum diligendarum genus in his duobus præceptis prætermiſſum eſt. Cū enim præcurrat dilectio Dei, & ſequatur dilectio proximi, de dilectione tua nihil dictum videtur. Sed cum dictum eſt, Dilige proximum tuum ſicut teipſum, ſimul & tui abs te dilectio prætermiſſa, non eſt. Ille autem ſanctè, & iuſtè viuit, qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat, quod non eſt diligendum, aut non diligat quod eſt diligendum: aut æquè diligat, quod minus, vel amplius diligendum eſt, aut minus, vel amplius diligat quod æquè diligendū eſt. Omnis homo inquantum peccator eſt, non eſt diligendus: inquantum vero homo eſt, diligēdus propter deū eſt. Deus verò propter ſeipſum, & deum quiſque amplius debet diligere, quàm ſeipſum. Item amplius alius homo diligendus eſt, quàm corpus noſtrum, quia propter deum omnia iſta diligenda ſunt: ſed cum omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimum conſulendum eſt, qui pro locorū & tēporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus conſtrictius tibi quaſi quadam ſorte iunguntur. Omnium igitur hæc ſumma eſt, vt intelligatur legis & omniū diuinarum ſcripturarum plenitudo, eſſe dilectio rei qua fruendū eſt, & rei quæ nobiſcum ea re frui poteſt, id eſt dei & proximi, Præcipitur enim deus diligi, & proximus. vt autē quiſque ſe diligat alio ſpeciali præcepto, nō eſt opus. Charitas iſta amor dei, & proximi eſt. Amor huius ſeculi cupiditas dicitur, minuitur cupiditas charitate creſcente. Cupiditas ergo refrenetur, charitas excitetur. Quia charitas eſt finis præcepti. i. ad charitatē refertur omne pręceptū, quod verò timore pœnæ, vel aliqua intētione carnali fit, vt nō referatur ad charitatem, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quanuis fieri videatur. Tunc ergo & præcepta, & conſilia rectè fiunt, cum referuntur ad diligendum deum, & proximum propter deū. De corde &c. Hîc diffinit charitatem, & nō alibi, vt nec vbiq; nec nuſquàm diffinita ſit. quaſi dicat, charitas eſt finis pręcepti. Qualis charitas? procedens De corde puro. i. de puro intellectu, vt nihil niſi

Augu. in pſal. 31.

deus diligatur. Et, de conſcientia.i.ſpe, Bona, Conſcientia hîc ponitur pro ſpe. ille enĩ ſe ad id quod diligit peruenturum eſſe deſperat, cui malæ conſciẽtiæ ſcrupulus ineſt. Ille enim ſperat, qui bonam conſcientiam gerit, quem verò pungit mala conſcientia retrahit ſe à ſpe. Addit. Et, de fide non ficta, id eſt ſimulata, in qua.ſ.quis nõ ſibi quelibet fingit, ſed catholica. Vel, Fide non ficta, id eſt fictili & fragili, ſed contra aduerſa forti. [A quibus quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Scimus autẽ, quia bona eſt lex ſi quis ea legitimè vtatur: ſcientes hoc quia lex iuſto, non eſt poſita, ſed iniuſtis, & nõ ſubditis, impiis & peccatoribus, ſceleratis, & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, maſculorum concubitoribus, plagiariis, mẽdacibus, & periuris, & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum euangelium gloriæ beati dei, quod creditum eſt mihi. Gratias ago ei, qui me confortauit in Chriſto Ieſu domino noſtro, quia fidelem me exiſtimauit ponens in miniſterio. Qui prius blaſphemus fui, & perſecutor & contumelioſus, ſed miſericordiam dei cõſecutus ſum, quia ignorãs feci in incredulitate. Superabũdauit autem gratia domini noſtri, cum fide & dilectione, quę eſt in Chriſto Ieſu. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Sed ideò miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primo oſtẽderet Chriſtus Ieſus omnem patiẽtiam ad informationẽ eorũ, qui crediturі ſunt illi in vitã æternam. Regi autẽ ſæculorum immortali inuiſibili ſoli deo honor, & gloria in ſæcula ſæculornm. Amen.] A quibus. Improbat hîc aduerſarios, qui legalia tradebant dicens, A quibus, *ſcilicet* fide, ſpe, & charitate. Quidam aberrrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, de legalibus putantes ea ſeruari debere poſt Chriſtum, neſcientes myſterium legis, & prophetarũ, ſcilicet, quòd vſque ad Chriſtum ſeruari debent. Illi, dico, Volẽtes eſſe doctores, legis, quod deterius eſt. Nõ intelligentes neq; ea quę loquuntur, i. quæ affirmant. Neque, ea De quibus, id eſt per quæ, Affirmant, vt ſint teſtimonia pro-

August. in psal. 31.

Augu. super Gene.

prophetarum. Vel econuerſo, ſcilicet Non intelligentes neque quæ loquuntur, ad probandum quæ intẽdunt. Neque de quibus, ea affirmant, id eſt, quæ probare intendũt. Si quando enim de praua & falſa opinione ſua reprehendi & conuinci cœperint, ad defendendum id quod leuiſſima temeritate & apertiſſima falſitate dixerunt, de ſanctis libris multa verba pronunciant volentes eſſe legis doctores, cum tamen non intelligant quæ loquuntur, vel de quibus. Et ne videretur legem incuſare, addit, Scimus autem, quaſi dicat, illi non intelligunt: nos Autem, intelligimus. nam vt hoc in aliquo oſtendatur. Scimus quia lex bona eſt, ſecundum eos verò qui carnaliter tantum intelligunt non eſt bona: quia bona tantũ eſt, Si quis, iuſtus vel iniuſtus, Vtatur ea legitimè, id eſt, ſpiritualiter ſicut ipſa docet, vt ſcilicet per eam agnoſcat morbum, & quęrat medicum. Legitimè etiam vtitur, qui ſcit eam ad tempus datam, & ſub Chriſto deſeri. nam iuſtis per remiſſionem nõ eſt opus lege à qua liberi ſunt per Chriſtum, Et ne iterum videatur eam inducere ſubdit inde, Scientes, etiam Hoc, quod non illi ſciunt. ſ. Quòd iuſto non eſt lex poſita, id eſt, impoſita, vt ſupra eum ſit, vt ei dominetur. In illa enim eſt potius quàm ſub ipſa & cum ipſa, quia amicus iuſtitiæ eſt, cuius inimicus eſt qui pœnæ timore non peccat. Amicus verò qui eius amore non peccat, & tunc verò timet peccare. Vel, Non eſt lex poſita iuſto, id eſt, data pro iuſto, quia non ex ea iuſtus eſt, ſed ex fide, & cum iuſtus ſit ex fide, quid ei eſt neceſſaria lex? ſed ideo data eſt, vel vt reum puniret, vel peccare volentem coerceret: iuſtus tamen & ſi ea non egeret, vtitur, vt ſic eſſet in authoritate aliis, & futura atteſtaretur factis. Quomodo autẽ bona eſt lex ſi non iuſto eſt poſita? Sed ſciendum quia iam iuſtus non eget pædagogo, ſed iniuſtus vt fiat iuſtus. & lege legitimè vtendi multiplex eſt modus, vt ſecundum aliud iuſtus, & ſecundum aliud iniuſtus rectè dicatur legitimè vti lege. Iniuſtus enim lege legitimè vtitur cum intelligens quare ſit data, eius comminatione tanquã pædagogo perducitur ad gratiam per quam iuſtus fiat. Iuſtus verò etiã ea legitimè vtitur, cum eam tenendo imponit iniuſtis, vt cum in ipſis cœpit inolitæ concupiſcentiæ morbus incen-

Ambroſi.

Augu. de ſpi. & lit.

tiuo

ciuo prohibitionis,& cumulo præuaricationis augeri,confugiant ad iustificantem gratiam,& per eam suauitate iustitiæ delectati pœnam literæ minantis euadant. ita non sunt contraria nec inter se repugnant hæc duo, scilicet quod lex bona est ea quæ legitimè vtitur iustus, & tamen iusto posita non est,quia non ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei. Lex non est imposita iusto, dico, Sed iniustis, qui contra legem naturæ agunt. Et non subditis,deo, cum benè monerentur à ratione. Qui autem sint iniusti & non subditi, per partes exponit dicens,scilicet Impiis, contra deum, Et peccatoribus,in se & in proximum. Et sceleratis,quibus scelus per se placet. Et contaminatis,qui vel fauore aliquo vel timore consentiunt. Vel, Peccatoribus,in se: Sceleratis & contaminatis,in proximum: Parricidis & matricidis,quia lex naturæ in his obsoleuerat, literis est reformata eis coercendis: Et homicidis,& fornicariis, & masculorum concubitoribus, plagiariis, qui plagas cuiuslibet generis inferunt proximis: Mendacibus,periuris, & si quid aliud est, quod aduersatur sanæ doctrinæ, scilicet morali & legi naturali. Quæ,sana doctrina est non cótrà, Sed secundum euangelium. Omnis enim veritas concordat euangelio. Euangelium dico, Gloriæ beati dei, id est,quod prædicat, vel dat gloriam. Quod, euangelium, Creditum est mihi,vt fideli. Gratias ago. Hîc ostendit mala sibi fuisse in lege:bona verò ea dimissa, scilicet quod fidelis est,& positus est in ministerio. vnde fortis est: quasi dicat,creditum est mihi euangelium. Vnde, Gratias ago ei qui me confortauit, id est, qui mētem meam roborauit quæ prius impossibile putabat esse quod de domini potestate & gemina natiuitate & resurrectione & spe prædicabatur:sed corroborauit me adeò vt hæc credam, & vt nec mors nec vita separet me à Christo. Confortauit dico, In Christo Iesu domino nostro,inde gratias ago, quia certa præscientia, Existimauit,id est,præuidit, Me fidelem,in ipso,cum sub lege fuissem infidelis, Ipse dico, Ponens me in ministerio,prædicandi euangelium. Sed vtrum hæc fuerunt mihi per legem?non,quia ego sum, Qui prius,scilicet dum essem sub lege, fui blasphemus in deum, Et persecutor,sanctorum,& Contumeliosus, comprehensis inferens contu-

contumeliam, Sed consecutus sum misericordiam dei, id est, remissionem per dei misericordiam nō per merita mea de eo.s. Quod ignorans feci, id est, de peccato quod ignoranter commisi. Vel ita vt causa notetur: quasi dicat, misericordiam consecutus sum, eò facilius quia Ignorans feci. Consequuntur misericordiam dei, & qui scienter peccant vt Dauid, & qui ignoranter quòd facilius ignoscitur, Ego dico degens, In incredulitate, dum sub lege eram. Sub lege enim ignorātia erat, & ideo incredulitas: modo cōtrà, scilicet fides & cognitio veritatis. Ecce patet, quia nō ex leuitate dimisit priora. Superabundauit autem: quasi dicat, nou solum misericordiam remissionis cōsecutus sum, sed fidem & dilectionem & gratiam diuersorum donorū. Et hoc est quod dicit, Superabundauit autem gratia domini nostri Iesu Christi, qua dona diuersa dedit, Cum fide & dilectione, id est, cum perfectione fidei & dilectionis. Non enim sine fide & dilectione misericordiam consecutus est, quia nulli datur remissio peccatorum sine fide & dilectione. Superabundauit autem dicit, quia maiora bona fuerunt quàm olim mala. Vel ita, Superabundauit gratia domini nostri Iesu Christi, cum, id est, In fide & dilectione quæ est in Christo Iesu, non in lege. i. quia non solum peccata dimisit, sed etiam fidem & dilectionem dedit de quibus nulli est ambiguum, quia Christus Iesus venit in hunc mundum, tam miserum, quasi passibilis cum aliis. Ad quid? Saluos facere peccatores quoscunque, etiam paruulos, quia etsi à baptizatis nati sunt, carne tamē nati sunt non spiritu, non eo quòd renouatur. Nulla causa veniēdi fuit Christo domino nisi peccatores saluos facere. tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinæ. Si venit de cœlo magnus medicus, magnus per totum orbem terræ iacebat ægrotus. Ipse ægrotus genus humanum est, quò totum perierat, ex quo peccauit vnus, in quo erat totū: sed venit vnus sine peccato, qui saluos faceret à peccato. Venit enim filius hominis quærere & saluare quod perierat. Venit per quod homo erat. Nā per quod deus erat semper hîc erat, qui dixit, Cœlum & terram ego impleo. ergo & in mūdo erat & venit. Hîc erat p diuinā maistatē, venit per humanā infirmitatē. Quare venit? peccatores saluos

Augu. in psal. 50.

Augu. de verb. apo.

ſaluos facere. Non eum de cœlo ad terram merita noſtra ſed peccata traxerunt. Vnde, Et vocabis nomen eius Ieſum. Quare? Audi. Ipſe enim ſaluabit populum ſuum. Vnde? à peccatis eorum. Nunquid ad iſtum populum pertinent paruuli? pertinent planè. ſic credite cum iſta fide paruulos ad gratiam Chriſti portare. Quid mihi dicis? ſanus eſt? non habet vitium, quare cum illo curris ad medicum ſi non habet vitium? Si ſanus eſſet non clamaret Ieſus, Sinite paruulos venire ad me, qui venit peccatores ſaluos facere. Et ſermo, iſte eſt, Fidelis, id eſt verus, Et dignus acceptione, id eſt, acceptabilis, quia vtilis eſt: & non vna tantum, Sed omni, quia hîc & in futuro ſaluat corpus & animam: ſed corpus in futuro, animam hîc & in futuro. Vel, Sermo, iſte eſt Humanus. Alia litera, vt non dicam diuinus, quia ſi homo qui hoſpitio ſuſcipit hominem humanus dicitur, quãto magis humanus eſt qui in ſeipſo ſuſcipit hominem: & ideo ſacramenti huius ſermo quanuis ſit diuinus, rectè tamen dicitur eſſe humanus. Fidelis (inquam), vel humanus ſermo eſt iſte, ſcilicet quia Ieſus venit in hũc mundum tam miſerum. Peccatores ſaluos facere. Quorũ, id eſt, inter quos, Ego, qui in lege fueram Sum primus, id eſt, maximus, peior enim omnibus ſum, quia perſecutor quo non erat peior. Nemo enim acrior inter perſecutores: ergo nemo peior inter peccatores. Primus ergo erat non ordine temporis, ſed magnitudine iniquitatis. Sed ideo miſericordiam conſecutus ſum vt Ieſus oſtenderet in me primo, id eſt, maximo peccatore. Vel, Primum, id eſt, maximè oſtenderet in me. Vel, Primum, id eſt, antè, Oſtẽderet in me, quàm in aliis perſecutoribus. Quid? Omnem, id eſt, perfectam Patientiam, qua ſuſtinuit tantum, & in poſterum nullam reſeruat iram, ſicut in piis quos diu patitur. Oſtenderet dico, Ad informationem eorum qui credituri ſunt illi, id eſt, vt mei exempli forma præbita, nullus deſperet de immanitate ſceleris qui credit illi. Qui enim faciet amico, qui hoc fecit inimico? Credituri ſunt dico, tendentes In vitam æternam, id eſt, vt habeant vitam æternam. Regi autem ſæculorum: quaſi dicat, prædicta fecit nobis deus, ſed pro prædictis ſit honor, à creaturis. Et gloria, in eſſentia. Cui? Regi ſeculorum, id eſt, trinitati,

Augu. de verb. apo.

Immor-

Immortali,id est,immutabili, Inuisibili,id est,incomprehensibili,Soli deo,id est,qui solus est deus natura,& solus creat,quod de ipsa trinitate intelligitur nō de solo patre, vt quidā volunt. quia non ait,soli patri sed soli deo. Vnus enim & solus deus nobis prædicatur,ipsa trinitas & vnigenitus:quippe secundum quod est deus apud deum, & spiritussanctus in sua natura est immortalis & inuisibilis. Et nota quia de solo deo qui est ipsa trinitas, non est dictum soli inuisibili, cum sint etiam quædam creaturæ inuisibiles. Sed inuisibili soli deo,quia sunt dij falsi inuisibiles, & ideo dictum est inuisibili deo. Est enim quædam creatura inuisibilis,non tamen deus est nobis : & ideo dictum est, Inuisibili soli deo,vt sit ordo,sit Honor & gloria soli deo in.i.qui solus deus est inuisibilis,non qui solus est inuisibilis. Inuisibilis ab hominibus est deus in natura,secundū illud, Deum nemo vidit vnquam: quod de ipsa substantia summa summeq; diuina & incommutabili vbi pater & filius & spiritus sanctus vnus & solus deus est, per sanam fidem intelligitur. Visiones autem illæ patribus exhibitæ per creaturam commutabilem Deo incommutabili subditam factæ sunt non propriæ sicut est,sed significatiuæ,sicut pro rerum causis & tēporibus oportuit. Videtur enim deus cum vult & sicut vult non sicut est, sed quali specie vult apparere. In futuro autem videbunt deum sicut est, id est,sanctam trinitatem quæ est vnus verusque deus immortalis,inuisibilis in sua substantia. Pater igitur & filius,& spiritussanctus vnus deus est,& rex sæculorum omnium,scilicet præteritorum præsentium & futurorum, homo verò assumptus à verbo ex eo tempore rex est futurorum ex quo assumptus est à verbo. nam præteritorum sæculorum non fuerat rex ille homo quia non erat. Sit Honor,inquam, Et gloria in sæcula sęculorū. Amen. [Hoc præceptum commendo tibi fili Timothæe secundum prę cedentes in te prophetias,vt milites in illis bonam militiā habens fidem & bonam conscientiam Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander,quos tradidi Satanæ vt discant nō blasphemare.] Hoc præceptum. Postquam demonstrauit quæ & quanta sint beneficia dei patris & Christi erga peccatores,

Augu.cōtra Maxi.

Augu. de trinit.

peccatores, quomodo populum imbuat disciplina eccle- siastica ostendit: quasi dicat, quia omnis salus est à Chri- sto, non ex lege, ideo O Timothæe tibi, quasi ituro ad bel- lum, hoc Præceptum commendo, quasi non licet tibi dis- mulare: commendo dico secundum præcedentes In te pr- phetias, id est, secundum scientiam prophetarum quæ in t- fuit antequã ordinatus episcopus esses. Vel secundũ quod spiritus sanctus ostendit mihi de te. Quid præcipio? Vt milites, actu, id est, in Illis, prophetiis exponendis, & ope- re implendis, Bonam, id est, vtilem multis, Militi am, id est consuetudinem docendo te & alios, & perficiendo opere quod prædicas ore, qui bene potes hoc facere, Tu dico, Habens fidem, rectam, Et bonam conscientiam, ne docés erubescat malæ vitæ conscius. Erubescibile enim est aliud agere, & aliud prædicare. Quàm, conscientiam bonam, Quidam, flagitiis, Repellentes naufragauerunt, alios, & secum iungentes Circa fidem, scilicet propè, sed nõ intrà,

Aimo. id est, etiam fidem perdiderunt. Naufragium dicitur na- uis fractio. & sicut ille substantiam suam perdit qui nau- fragium patitur, & insuper ipse perit: ita qui bonam con- scientiam repellunt, fidei veritaté perdunt, & insuper per- eunt æternaliter. Ex quibus, scilicet pseudo doctoribus qui fidem perdiderunt, est Hymenæus & Alexander, No- mina propria ponit vt ambiguum secet. Quos tradidi Sa- tanæ, id est, vtrunque excommunicaui, sic & tu excommu nica. Et nota quòd ait tradidi Satanæ, quia illo ad corru- ptionem hominum vtebatur illa potestas apostolica. Præ- uaricatores enim angeli cum principe suo diabolo rectè dicuntur procuratores vel actores diuinæ prouidentiæ. & diabolus magistratus huius mũdi dicitur, sed magistratus sub tanto imperatore nõ facit, nisi quantum illi permitti- tur: & procuratores actoresq; huius mundi nihil faciunt nisi quantum dominus sinit: ideo ait, Tradidi Satanæ ve xandos, quia nihil potest Satanas, nisi permissus qui vexat sibi datos. Tantę autem potestatis erat Apostolus, tantáq; gratiam habebat, vt recedentes à fide solo verbo traderet diabolo. Traditio autem hæc est, quia commotus Aposto lus blasphemiis eorum sententiam protulit in eos. Diabo lus autem qui ad hoc paratus est, vt auersos à deo accipiat

in po-

in potestatem, audita sententia corripit eos. quòd ideo fecit Apostolus, non vt pereant, sed vt Sic, correcti, Discant nō blasphemare: & intelligant se ideo pœnis astringi, quia blasphemauerunt. Vnde in euangelio dominus dicit inter cætera, Iam noli peccare ne deterius tibi contingat, ostendens causam peccati, aliquādo infirmitates inferri corporibus, & quia ministro diabolo fiunt, declarauit dominus dicens inter multa, Hęc autem cum sit filia Abrahæ quam aligauit Satanas decem & octo annis, nónne oportuit solui à vinculo die sabbati? Ideo Apostolus ait, Quos tradidi Satanæ, vt, per hoc, Discant non blasphemare, vt hoc modo excludatur à Satana regnum Satanæ. Nulla enim creatura est, siue quę in veritate manet dans gloriam deo, siue quæ in veritate non stetit quærens gloriā suam, quæ velit nolit diuinæ prouidentiæ non seruiat: sed volens, facit cum ea quod bonū est: de illa verò quæ hoc nō vult, fit quod iustum est, nec tamen ei rependitur quod de ipsa iustè fit, sed quo animo ipsa facit, quia neque liberam voluntatem rationali creaturæ deus negauit, & tamen potestatem qua iniustos iustè ordinat, sibi retinuit. August.

CAPVT II.

OBsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.] Obsecro igitur. Hactenus egit de pseudoapostolis, hîc de orationibus atque Timothæo hæc verba dirigens in illo omni ecclesiæ formam tradidit, quomodo debeat missarum solennia celebrare, & pro omnibus supplicare. Quasi dicat, quia Christus venit saluare peccatores, & quia in hoc militare debes, igitur doce orare vt impetretur quod faciendum est. Et hoc est quod ait, Obsecro igitur. Vel, Exhortor primò omniū. i. ante omnia, Fieri obsecratiōes, vel precationes, orationes, postulationes, vel interpellatiōes. gratiarū actiones. Ordo missæ hîc ostenditur, ꝙ est speciale genus oratiōis. Obsecrationes vel precationes sunt oīa illa quæ Aimo. August. Ambrosi.

fiunt

Aimo. Augu. ad Paulinũ. fiunt iuxta & ante consecrationem, id est, quicquid præcedit in missarum solenniis vsque ad illum locum vbi incipit sacerdos consecrare mysteria corporis & sanguinis domini. Obsecrationes igitur vel precatiões accipimus quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud quod est in domini mensa incipiat benedici. Orationes sunt quas fundit sacerdos in ipsa consecratione eucharistiæ, id est, cum benedicitur & sanctificatur quod est in domini mensa. Aimo. August. Postulationes vel interpellationes sunt, cum populus benedicitur ab episcopo, qui super eum inuocat nomen domini: quod tractũ est ex veteri testamento. Per Moysen enim dicit domin⁹ sacerdotibus, Inuocabitis nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Vel postulationes sunt, quando quasi debito aliquid postulatur, vt quod hîc geritur in æterna vita perficiatur. Gratiarum actio est de peractis, quæ totum concludit quasi totum sit à deo, vt benedicamus domino. Vel obsecrationes sunt adiurationes pro rebus difficilibus, vt pro cõuersione impij, & pro remouẽdis malis. Orationes sunt, vt quando iam conuersis virtutes & bona orantur. Gratiarum actiones sunt de omnibus. Hæc inquam fieri obsecro Pro omnibus hominibus, generaliter vt sequamur clemẽtiam dei, qua vult, id est, consulit, & hortatur omnes saluos fieri, & si secundũ iustitiam quosdam reprobat. Vnde Hieronymus ait, In his qui pereunt ostendit iudicium, vt saluatis misericordiã. Vel, Pro omnibus hominibus, id est, pro hominibus omnis generis: & specialiter pro Regibus, & si mali sint. Et, pro Omnibus qui constituti sunt in sublimitate, vt ducibus & comitibus, & si mali sint, quia ex omni genere hominum colligenda est ecclesia, & de his qui fastu & superbia sæculari à fide & humilitate videntur oberrare. Quare autem pro regibus & sublimibus orare velit, reddit causam subdens. Vt quietatem: quasi dicat, ideo pro principibus etiam malis volo fieri orationes, quia hoc etiam nobis proderit, ad hoc, Vt agamus vitam quietam, à persecutione: Et tranquillã. i. sine inquietatione aliqua quod prodest teneris in ecclesia. Agamus, dico, In omni pietate, id est, in cultu & religione diuina: Et castitate, id est, in integritate fidei. Ad hoc enim nobis necessaria est Augu. de ciuit. dei.

pax

pax illorũ. Vtimur & pace Babylonis quandiu permixtæ sunt ambæ ciuitates. s. Hierusalẽ & Babylonia, ex qua ita per fidem populus dei liberatur, vt apud eam interim peregrinetur. Ideo Apostolus admonuit ecclesiam orare pro regibus & omnibus sublimibus eodem spiritu sancto affla tus, quo & Hieremias qui misit epistolam Iudæis qui erãt in Babylone vt orarent pro vita regis Nabuchodonosor filiorumque eius, & pro pace ciuitatis, inquiens, quia in pace illorum erit pax vestra. Hoc autem figuratè significabat ecclesiam in omnibus sanctis eius, qui sunt ciues cœlestis Hierusalem, seruiturã sub legibus sęculi huius, Ideoq; Apostolus eam monet pro eis orare vt quietã vitam agãt. In pace enim principum quies & regimen seruatur ecclesiarum. Nam in bellis tranquillitas dissipatur, tepescit pietas, districtio soluitur, qua soluta, infirmorum castitas violatur. In pace Babylonis pax nostra est, vtique temporalis quæ bonis & malis cõmunis est, dum, inter Babylonios tenemur captiui, quibus & seruire iubemur & tributa reddere, sicut filij Israel sub Babyloniæ regibus seruiebant. Pax autem nostra propria, & hoc est cum deo per fidem, & in æternum erit cum illo per speciem. Et ne quis putaret hæc nõ esse facienda ꝓ his per quos patitur ecclesia, addit. Augu. de catechizã dis rudib⁹. Nota. August. Augu. de ciuit. dei.

[Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo: qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redẽptionem semetipsum pro omnibus. Cuius testimonium tẽporibus suis confirmatum est, in quo positus sum ego prædicator & Apostolus. Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, & non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silẽtio discat cum omni subiectione. Donare autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eua, & Adã non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione

fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cū sobrietate.] Hoc enim bonum est,&c.q.d. Ideo moneo orare pro illis omnibus,quia Hoc.s.pro omnibus orare, Est bonum,id est,vtile ecclesiæ,Et acceptum,id est, gratum coram deo,cum membra Christi ex omni genere hominum sint colligenda.& vt tolleret disparationem, addidit. Saluatore nostro,qui vult omnes homines, sicut & nos, Saluos fieri,& venire ad agnitionem veritatis, id est, Christi qui est via,veritas,& vita. Si deus qui omnipotens dicitur omnes homines vult saluos fieri,cur non impletur hæc eius voluntas? sed in hac locutione sensus & conditio latet. Vnde Petrus ait,Omnis scriptura indiget interpretatione. Vult ergo deus omnes saluos fieri, si accedant ad eum,Non enim sic vult vt nolentes saluentur:sed vult eos saluari,si & ipsi velint. Aliter non vllum excepit à salute & cognitione. Vel ita,Cum legitur quod vult omnes homines saluos fieri,quanuis certum sit nobis nō omnes saluos fieri,nō tamē ideo debemus omnipotētissimæ dei voluntati aliquid derogare. Non est enim credendus omnipotens aliquid voluisse fieri quod factum non sit, sed ita intelligere debemus quod scriptum est. Vult omnes homines saluos fieri, id est, nullus sit saluus nisi quem vult, non quod nullus hominum sit nisi quem saluum fieri velit,sed quod nullus saluus fiat nisi quem velit, & ideo rogandus vt velit,quia necesse est fieri,si ipse voluerit. Sic etiam intelligimus & illud,Qui illuminat omnes homines, non quod omnes illuminet,sed quia nullus illuminatur nisi à deo. Et illud similiter intelligitur Omnes in Christo viuificantur,quia sine eo nulli viuificantur, Vel ita, Qui vult omnes saluos fieri,non quod nullus hominū esset quē saluum fieri nollet,qui virtutes miraculorū facere nolint, apud eos quos dicit acturos fuisse pœnitentiam si fecisset, sed vt omnes homines omne genus hominum intelligamus,per quascunque differentias distributum. Et est sensus. Vult omnes homines saluos fieri,id est,de omni genere hominum,quia Iudæos,gentes,reges,priuatos, diuites, pauperes,doctos,indoctos,& si quid aliud differentiarum est in hominibus colligit ecclesia. Isto locutionis modo dominus

Margin notes: Augusti. (beside "pro illis omnibus"); Ambrosi. (beside "qui est via"); Augu.in Enchirid. (beside "eum,Non enim sic vult")

dominus vſus eſt, vbi ait Phariſæis, Decimatis mentam, & rutam, & anetum, & omne olus, id eſt, omne olerũ genus. Poteſt etiam ſic intelligi. Vult omnes ſaluos fieri, id eſt, facit omnes velle, & quocunque alio modo intelligi poteſt, dum modo credere non cogamur aliquid omnipotentem voluiſſe fieri, factumque non eſſe, quia omnipotens velle inaniter non poteſt, quodcunque voluerit eſſentiæ ſuæ voluntate. Vel ita, Vult, per miſericordiam, id eſt, cõſulit hortatur & iubet, Omnes homines ſaluos fieri, & ſi reprobet quoſdam per iuſtitiam, Et ne quis putaret bonã vitam & cultum vnius dei eſſe ſalutem ſine participatione corporis & ſanguinis Chriſti, Vnus (inquit) deus, vnus mediator &c. vt omnes homines ſaluari nunquam fiat, niſi per mediatorem non deum verbũ quod ſemper erat, ſed carnem factum. Inſiſte literæ, & iunge ſic. Vnus deus eñ: quaſi dicat, Verè omnes homines vult ſaluos fieri, quia Vnus eſt deus, creator omnium, ſcilicet ſancta trinitas, Et vnus eſt mediator dei & hominum, id eſt, ad componendam pacem quaſi medius arbiter, ſcilicet Chriſtus Ieſus, pro omnibus factus Homo, vt ſic eſſet mediator. Non enim aliter q̃ per hominẽ mediat. Hîc eſt arbiter ille quem Iob deſiderat dicens, vter eſſet nobis arbiter, Mediator autẽ inter deũ & homines oportebat vt haberet aliquid ſimile deo, & aliquid ſimile hoĩbus, ne per omnia hominibus ſimilis, longe eſſet à deo, aut per omnia deo ſimilis lõge eſſet ab hoĩbus atq; ita mediator nõ eſſet. Verax itaq; mediator Chriſtus inter mortales peccatores & immortalem iuſtũ apparuit mortalis cum hominibus, iuſtus cũ deo. & ideo Chriſtus mediator dei & hominis dictus eſt, quia inter deũ immortalẽ & hominẽ mortalem eſt deus homo reconcilians hominem deo, intantũ mediator inquantũ homo eſt. inquantũ autem verbũ non medius eſt, quia æqualis deo, & deus, apud deũ & ſimilis vnus deus. Vnde dicit Auguſtinus, Huius medij beata mortalitas interueniẽdo perducat, quẽ neq; nõ fieri mortalẽ oportebat, neq; permanere mortalem. Mortalis quippe factus eſt non infirmata verbi diuinitate, ſed carnis ſuſcepta infirmitate. Boni autẽ angeli inter miſeros mortales, & beatũ immortalem medij eſſe non poſſunt, quia ita ſunt ipſi beati & immortales

Augu. de cor. & gr.
Augu. in Ench.
Augu. ad Paulinam
Aug. ĩ lib. confeſ.

[library stamp: ...IOTECA U... S...]

cum deo, vt non sint mortales vel miseri cum hominibus Mali autem angeli quodammodo medij sunt, quia immortales sunt cum deo, miseri cum hominibus, sed non veri & boni medij, quia ad hoc se interponit malus angelus medius immortalis & miser vt ad beatam immortalitatem transire non sinat. cui contrarius est bonus mediator, qui & mortalis ad tempus esse voluit, & beatus in æternitate persistere potuit, qui non se interposuit vt ad beatam immortalitatem transire non sineret, sed ad hoc se interposuit mortalis & beatus, vt mortalitate trāsacta, ex mortuis īmortales, & ex miseris beatos faceret. Alius est ergo medius malus qui separat amicos, alius bonus qui reconciliat inimicos, id est, Christus Qui dedit semetipsum redēptionē in hoc indicatur omnes velle saluare. Dedit dico, Pro omnibus nullum excepit qui velit Cuius, rei, Testimonium temporibus suis confirmatum est, id est, hæc res testibus approbata est, scilicet angelis & apostolis. Vel ita, Cuius rei, Testimonium temporibus suis confirmatum est. i. cuius rei & testes præcesserunt. s. Prophetæ, & congruo tēpore totum completum est, In quo. i. in qua re prædicanda, Positus sum ego à deo, Prædicator & Apostolus, quod plus est. Prædicator enim nomen est actus. Apostolus autem nomen dignitatis. Et in his. s. quod Christus dedit se, & quod ego sum Apostolus, Veritatem dico, Et non mentior, in aliqua parte cui credi oportet, quia sum Doctor gentium in fide & veritate, præceptorum dei, quia fidem docebat, & præcepta dei vera. Vel, in veritate, futura, quæ est res & merces fidei. Quæris mercedem? fides præcedat. Credimus enim vt cognoscamus, non cognoscimus vt credamus. Quid est enim fides nisi credere quod non vides? Certè credere quæ non videmus, fides est. Fides ergo est quod nō vides credere, veritas quod credidisti videre. Volo, quasi dicat, quia sum doctor gentium, vel quia bonum est orare. Ergo volo viros orare in omni loco. s. vbicunque sint non solum in ecclesia non deprimētes ad terrena, Sed leuantes ad æterna, Puras manus, id est, bonum affectum cordis qui deum amat. & hoc, Sine ira, id est, odio alicuius Et disceptatione, id est, hæsitatione. Vbi enim tempestas iræ vel hæsitatio, nō placet deo. Distingue, Ita est ad proximum,

August. super Ioan.

ximum, Disceptatio ad deum, Similiter & mulieres, volo vt orent & manus leuent sine ira & disceptatione existentes, In habitu ornato, scilicet religionem earum ordinante. Eas mulieres dico, Ornantes se, aliis virtutibus, Cum verecundia, vultus, vt non sint attritæ frontis vt meretrices. Et sobrietate, mentis, Et non, ornãtes se, In crinibus tortis, id est, crispis, & non ornantes se Aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa aut crinibus hæc intorta sint. Vel non ornantes se, Veste preciosa, vt his omnibus vltra personæ suæ modulum & mores, occasione monendæ cõcupiscentiæ studeant. Sed, potius per omnia Bona opera, sint promittentes & indicantes extra, Pietatẽ animi, Quod decet mulieres. Vel ita, Sed sint ornantes se per omnia bona quia decet mulieres, Promittentes pietatem. Quę enim vult audire inclinare se debet amota à se pompa, vt misericordiam dei prouocet. Habitus enim superbus nec impetrat, nec recta de se facit credi. Mulier, &c. Orandi officium dixit conuenire omnibus & exposuit, & qualiter, & pro quibus, & quare, & quod vbique orandum sit, nunc dicit quòd docendi officium solis viris conueniat, & quales ad illud debeant ordinari determinat: quasi dicat, Orare cum viris, est commune mulieribus, sed non loqui, potius, Mulier in silentio, scilicet nil interrogãs Discat, quod ignorat cum omni subiectione, id est, non erecta, & huiusmodi. Docere autem virũ in ecclesia. Mulierem non permitto, si enim loquitur magis irritat ad luxuriam, & irritatur. Neque, permitto mulieri, Dominari, aliqua prælatione spirituali In virum, etsi in suo sexu. Sed esse in silentio, vt non confabuletur cum vicina. Ecce non solum habitum humilem & honestum habere mulierem docuit, verum etiam docendi authoritatem ei negauit, & subiiciendam viro præcepit vt tam habitu quàm obsequiis sub potestate sit viri, ex quo trahit originem. Adam enim. Cur mulier subiecta sit causam reddit, quia, scilicet posterior est facta, & prior fuit in culpa: quasi dicat, non permitto mulieri dominari in virum, sed præcipio subiici, & hoc ordo creationis ostendit, scilicet quod mulier viro subsit. Adã enim primum formatus est, deinde Eua, & Adam non est seductus, prior scilicet & eo modo quo Eua Mulier autem

Ambrosi.

Augu.ſup Geneſim. ſeducta,viro conſenſu fuit, In præuaricatione.i.fecit virum præuaricari actu,hæc ſi dominaretur,facilius seduceretur.Nota quod ait Adam non eſt ſedu.cum eum præuaricatorem Apoſtolus dicat in ſimilitudinem præuaricationis Adæ,ſeductum tamen negat. Vnde & interrogatus non ait,mulier ſeduxit me,ſed dedit mihi & comedi.Mulier verò ait,Serpens ſeduxit me. Hanc autem ſeductioné propriè appellauit Apoſtolus,per quam id quod ſuadebatur cum falſum eſſet verum putatũ eſt, ſcilicet quod deus lignum illud ideo tangere prohibuerit,quod ſciebat eos ſi tetigiſſent,ſicut deos futuros,tanquam eis diuinitatem inuideret qui eos homines fecerat : ſed etiam ſi virum propter aliquam mentis elationem quæ deum internorũ ſcrutatorem latere non poterat, ſollicitauit aliqua experiendi cupiditas,cum mulierem videret accepta illa eſca non eſt mortuam,non tamen eum arbitror ſi iam ſpirituali mente præditus erat,vllo modo crediſſe quod diabolus ſuggerebat.Ideo ait, Adam non eſt ſeductus, prior,ſcilicet nec in eo in quo mulier,vt, ſcilicet illud crederet eſſe verum, Eritis ſicut dij,ſed putauit vtrunque poſſe fieri,vt & vxori morem gereret,& per pœnitentiam veniam haberet.Minus ergo peccauit qui de pœnitentia & miſericordia dei cogitauit. Poſtquam enim mulier ſeducta mãducauit,eíq́; dedit vt ſimul ederent,noluit eam contriſtare, quàm credebat ſine ſuo ſolatio contabeſcere, & à ſe alienatam omnino interire . Non quidem carnali victus concupiſcentia quam nondum ſenſerat,ſed amicali quadam beneuolẽtia, qua plerunque fit vt offendatur deus, ne offendatur amicus:quod eum facere non debuiſſe diuinę ſententiæ iuſtus exitus indicauit:ergo alio quodammodo etiam ipſe deceptus eſt.Inexpertus enim diuinæ ſeueritatis in eo falli potuit,vt veniale crederet eſſe commiſſum:ſed dolo illo ſerpentino quo mulier ſeducta eſt, nullo modo illum arbitror potuiſſe ſeduci.Saluabitur autem: quaſi dicat, in eccleſia non debet mulier docere:ſed tamen Saluabitur per filiorum generationem,ſi permanſerint in fide,id eſt,augmentum ſalutis habet,ſi filios generat deo quotidie inſtruendo,vt maneant In fide & dilectione,dei & proximi:Et

Aimo. ſanctificatione,quam in baptiſmo perceperunt, Cum ſobrietate,

brietate, id eſt, temperantia contra æſtum vitiorum. Vel ita, Saluabitur autem: quaſi dicat, & ſi mulier fuerit cauſa peccati, tamen Saluabitur, non ſolum virgo & continens, ſed etiam nupta. & ſi nunquam ab opere nuptiarum ceſſans, ſed Per generationẽ filiorum, incedens, ab hoc mundo exierit. Saluabitur, dico, Si, tamen Permanſerit in fide & dilectione & ſanctificatione, vt præter proprium virum alterum non cognoſcat. Cum ſobrietate, id eſt, temperantia, vt proprio viro etiam temperatè vtatur. Vel ita, Saluabitur autem, &c. Videtur autem ex his verbis obeſſe mulieri, ſi vel filios non habuerit: vel ſi quos habuerit, & in bonis moribus permanere voluerint: ſed alibi dicit Apoſtolus, Beatior erit, ſiue virgo, ſiue vidua ſi ſic permanſerit. Vnde poteſt intelligi, cum ait, Saluabitur mulier per generationem filiorum, occultè rei myſterium figuraſſe: ſed filij mulieris ſunt opera carnis quæ maximè in officijs miſericordiæ frequenti ſolent: opera verò miſericordiæ nihil proſunt, ſiue paganis, ſiue Iudæis qui Chriſto non credunt, ſiue quibuſcunque hæreticis vel ſchiſmaticis: vbi fides & dilectio, & ſobria ſanctificatio non inuenitur. Et ideo addit, Si permanſerint. Alioquin ſi ad literam accipiatur, quaſi inane eſt quod ait, Saluabitur mulier per generationem filiorum. Nónne magis & continens? Nónne magis virgo dei? Sed mulier typus eſt carnis. Adam rationis, quæ pennis virtutum volat ad deum, vt paſſer ad domum. Vnde propheta, Paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, vbi rep. p. ſ. Paſſer eſt ratio, turtur eſt caro, quæ generat filios, id eſt, opera bona, quæ tamẽ non proſunt paganis, & huiuſmodi, non tantum in fide & dilectione. Hæc eſt turtur quæ pullos reponit in nido, non abiicit eos vbicunque, id eſt, opera bona facit: ſed in nido, id eſt, vnitate eccleſiæ in fide catholica. Hæc eſt quæ prima ſeducitur. & ſeducit virum, quaſi per carnẽ ſeducitur ratio, ſicut per Euam ſeductus eſt Adam. Sed, tamen Saluabitur, caro per ſpiritualem Generationem filiorum, id eſt, bonorum operũ. Si, tamen, Filij, id eſt, opera Permanſerint in fide & dilectione, & ſanctificatione cũ ſobrietate.

Augu. de ciui dei.

Augu. in pſal. 34.

CAPVT III.

FIdelis sermo. Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum: sed suæ domui benè præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate.] Fidelis, id est, verus Sermo, est iste quem dixi, & quem dicturus sum. Siquis, &c. Dixi quòd vir potest præesse & determinat quis, scilicet qui desiderat operari & prodesse multis non superbè dominari, sed qui sit irreprehẽsibilis. Et hoc est quod ait, Si quis desiderat episcopatum, bonum opus desiderat, opus verè, non dignitatem: laborem; non delitias: non crescere fastigio, sed humilitate decrescere: vt fiat seruus & minister hominum propter Christum, vt etiam intermissa Rachele decora facie: sed non relicta cum Iacob inter Lyam oculis lyppam, & de monte cnm Moyse descendat ad campos, id est, de otio contemplationis ad laborem actionis. Non enim sic esse debet quisque otiosus, vt in eodem otio vtilitatem non cogitet proximi: nec sic actuosus, vt contemplationem non requirat dei. In otio non iners vacatio delectare debet, sed vel inquisitio, vel inuentio veritatis, vt in ea quisque proficiat, & quod inuenerit alteri non inuideat. In actione verò non amandus est honor in hac vita sine potentia, quia omnia vana sunt sub sole, sed opus ipsum quod per eundem honorem vel potentiam fit, si rectè & vtiliter fit, scilicet, vt valeat ad salutem subditorum. Ideo ait, Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Exponere voluit quid sit episcopatus, quia nomen est operis non honoris. Græcum enim est & inde ductum vocabulum: quòd ille qui præficitur illis quibus præficitur superintendit, curam eorum, scilicet gerens. Scopos enim intentio est, inde episcopus latinè superintendens dicitur. vt intelligat se non esse episcopum qui præesse dilexerit, non prodesse. Episcopatus enim est super suam & aliorum vitam intentio. Itaque à studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium. Locus verò superior

Marginal notes: Hierony. (beside "Si quis desiderat episcopatum"); Augu. de ciuit. dei. (beside "ad campos, id est"); August. in Enchiri. (beside "salutem subditorum")

rior ſine quo regi populus non poteſt,& ſi ita teneatur,& adminiſtratur vt decet,tamen indecenter appetitur. Ideò otium ſanctum quærit charitas veritatis, negotiũ iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis, quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ atq; intuendæ vacandum eſt veritati: ſi autem imponitur,ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem:ſed nec ſic deſeréda eſt delectatio veritatis, ne ſubtrahatur ipſa ſuauitas,& opprimat iſta neceſſitas. Qualis autem epiſcopus debeat eſſe,deſcribit ſubdens, Oportet.q.d.opus eſt quod quis in epiſcopatu deſiderat:vt autem bene operari poſſit,Oportet epiſcopũ.i. eum qui eligitur ordinandus,Irreprehenſibilem eſſe. Idem eſt quod ad Titum dicit ſine crimine eſſe. Res pene contra naturã eſt,vt aliquis ſit ſine peccato:ſed hoc ita vult intelligi,Irreprehenſibilem.i.non obnoxium reprehenſioni, vt talis eligatur cuius comparatione cæteri grex dicãtur. Vnius vxoris virum.i. monogamum poſt baptiſmum. ſi enim & ante baptiſmum coniugem habuit quæ obierit, non ei imputatur cui prorſus nouo,nec ſtupra, nec aliqua quæ antè fuerunt,obſunt.Sobrium. Nam & miniſtri templi prohibentur vinum,& ſinceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum.Et vt ſenſus vigeat ſemper & tenuis ſit Prudentem in omnibus agendis. Hoc dicit cõtra eos,qui ſub nomine ſimplicitatis excuſant ſtultitiam ſacerdotum. Ornatum,virtutibus,vel motu,& inceſſu,& habitu,& ſermone communi. Pudicum.i.verecundum, Hoſpitalem.ſ.qui in hoc ante conſueuit, Doctorem.ſ.qui habet gratiam docendi,quia innocens abſque ſermone conuerſatio quantũ exemplo prodeſt, tãtum ſilentio nocet.nam latratu canũ, & baculo,lupi arcendi ſunt. Vnde, Maledictus canis non volens latrare,Non vinolentum,qui hoc frequenter agat, quia venter æſtuans mero citò deſpumat in libidinẽ. Noe ebrietate nudauit femora ſua. Loth quem Sodoma nõ vicit,vina vicerunt Non percuſſorem, ideſt ita iraſcibilem, & perturbati ſenſus,vt percutiat qui debet eſſe patiens, vt eum ſequatur,qui poſuit dorſum ad flagella.i. Chriſtum. Sed modeſtum,qui modum animi ſeruet. Non litigioſum ſcilicet,qui hoc ſoleat facere. Nihil enim impudentius eſt arrogãtia ruſticorum, qui garrulitatem authoritatem putant,&

Hierony.

Hierony.

tant,&

tant,& parati ad lites in subiectos tumidè intonant. Non
Aimo. cupidum vt Apostoli,qui præter victum & vestitutū nihil quærebant. Morbo cupiditatis pœnè omnes laborāt, ideò præcipit episcopum,non esse cupidum,quia facilè à iusto deuiaret. Domui suæ,id est familiæ. Bene præpositum,nō vt opes augeat,vel huiusmodi alia faciat,sed ut quod populis præcepturus est : prius autem domesticis exigat sic, scilicet. Filios habentem subditos in omni castitate, ne imitentur filios Heli, qui in vestibulo templi,cum mulieribus dormiebant, & religionem prædam putantes quod in hostiis erat,in suas delitias conuertebant. [Si quis autem domui suæ præesse nescit,quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit? Nō neophitum, ne in superbiam elatus, in iudicium excidat diaboli. Oportet autem, & illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Diacones similiter pudicos,non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes : habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum : & sic ministrent, nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas,non detrahentes,sobrias,fideles in omnibus. Diacones sint vnius vxoris viri,qui filiis suis benè præsint,& suis domibus. Qui enim benè ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide,quę est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timothæe, sperans me ad te venire scito. Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei viui,columna & firmamentum veritatis. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu : apparuit angelis, prædicatum est gentibus,creditum est in mundo, assumptum est in gloria.] Si quis autem. quasi dicat,oportet domui suæ esse benè prępositum, Si quis autem præesse nescit do-
Aimo. mui suæ, minori : de qua & familior cura sit, Quomodo habebit diligentiam ecclesiæ dei,quæ maior est vbi tot,& alieni sunt? nullo modo. Nō neophytum,id est rudem nouiter renatum, nouiter conuersum. hoc tam manifestum
Hierony. testimonium pauci custodiunt. Nam heri cathecuminus, hodie pontifex est: heri in theatro, hodie in ecclesia : vespere

ſpere in circo,hodie in altari : dudum fautor hiſtrionum, nunc conſecrator virginum. Quare autem non neophytum,ſupponit. Ne elatus in ſuperbiã,præ cæteris digniorem ſe putás nouitate poteſtatis inflatus quaſi eo indigeat religio: Incidat in iudicium diaboli, id eſt ruat per arrogantiam ſicut diabolus. Neſcit enim momentaneus ſacerdos humilitatem & modos perſonarum, vel ſeipſum continere:non ieiunauit,nõ fleuit,non ſe correxit, non pauperibus erogauit.in arrogantiam quæ eſt ruina diaboli incidunt, qui puncto horæ necdum diſcipuli fiunt magiſtri. Oportet autem illum teſtimonium habere,non ſolũ à fidelibus, ſed etiam Ab his qui foris ſunt.i. ab infidelibus. Hæc clauſula congruit principio.i.irreprehẽſibilem eum eſſe oportet,nõ ſolum à domeſticis,ſed etiam ab alienis.ſ. Iudæis,Gentilibus, hæreticis, vt qui religioni detrahunt, eius vitæ detrahere,non audeant. Qualis ergo deſcriptus eſt oportet epiſcopum eſſe, vt Non incidat in opprobriũ, id eſt in contemptum apud infideles,vel fideles. Et,ſic incidat in Laqueum diaboli.i. in odium, & in alios diaboli laqueos. Diacones, &c. Hîc deſcribit quales debeant eſſe diacones. de preſbyteris tacere videtur,ſed nomine epiſcopi eos comprehẽdit. Niſi enim epiſcopos pro preſbyteris acciperet,nõ de eis dimitteret, deſcẽdens ad diacones, de quibus ait, Diacones,oportet eſſe pudicos, Nõ bilingues, vt qui ſeminant diſcordias. Non multo vino deditos , id eſt ebrioſos Non tupe lucrum ſectantes,vt qui frequenter hoc agunt. Turpe lucrum eſt emere , & pluris vendere. Turpe eſt huic profeſſioni quæſtibus ſtudere : Habentes myſterium fidei,ſcilicet, vt ſciant quod de fide aliis eſt occultum. Illos,dico,manentes In cõſcientia pura,& hi autem probentur primum:quia nõ ſimpliciter ait hi, ſed ait, & hi.in hoc innuit epiſcopos probandos eſſe. Et ſic,id eſt tales inuenti,ſcilicet. Nullum crimen habentes miniſtrẽt. Mulieres,loquens de diaconis interſerit de mulieribus ordinandorum,docens quales debeant eſſe. Ait ergo, Mulieres, ordinandorũ, Similiter, oportet eſſe Pudicas,mente & corpore Non detrahentes,vt ſæpe faciunt mulieres- Sobrias , fideles in omnibus dictis & factis : quia ſi malæ ſunt , viri eis regendis neceſſarij , non ſunt tollendi.

Et

Ambroſi.

Hierony.

Aimo.

Ambroſi.

Ambrosi. Et nota quòd cum sanctum præcipit creari episcopum, & diaconum, vtique plebem non vult disparem esse: iuxta id quod dominus ait, Sancti estote, quoniã ego sanctus sum. Ideóque etiam mulieres quæ in infimo gradu sunt, vult esse sine crimine, vt munda sit ecclesia. sed Cathaphrygæ occasione horum verborum, quia. s. vbi de diaconis agit, de mulieribus loquitur, dicunt diaconas debere ordinari. quod cõtra authoritatem est. Diacones, post interpositionem de mulieribus, iterum de diaconis dicit, Diacones sint viri vnius vxoris, quàm deus decreuit homini, cum qua benedicitur, non cum secunda. Qui bene presint filiis suis, & domibus suis. i. familiis, quia tales bene ministrabunt in ecclesia, quod vtique magnum est. Qui enim bene ministrauerint acquirent sibi gradum, excellentiorem. s. vt episcopi fiant. Bonum. s. vtilem sibi & aliis hominibus, Et multam fiduciam, æternę glorię. & hoc In fide, id est per fidẽ Quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timothæe, sperans me citò venire ad te. tamẽ hæc quæ scribo adeò sunt necessaria. Si autem tardauero, scribo hæc, Vt scias quomodo oporteat te conuersari, secundum diuersitates singulorum In domo dei, Ideò caute in ea agendum est, quia domus dei est, Quæ est ecclesia. scilicet multorum conuocatio ad vnius dei cultum: tanto cautius in ea agendum est, quia ibi multi sunt. Ecclesia, dico, dei viui, & ita in illis est vita, quæ est columna veritatis. s. in se bene sustinens veritatem ne corruat, licet tribuletur. Et firmamentum, id est fulcimentum iam nutantibus. quod patet, quia pro Christo tot sustinet. Et, in eccle-

Aimo. sia Sacramentum. i. Christus secundum deitatem occultus. Sacramentum enim dicitur res occulta, id est mysterium. Sacramentum ergo hîc appellatur verbum patris, quod in natura diuinitatis in qua patri est æquale, inuisi-

Aimo. bile manet. & hoc sacramentũ est causa Pietatis, id est totius sanctæ religionis, & veræ culturæ: & ideò cautius seruanda est ecclesia. & hoc sacramẽtum Est magnum, quia magnitudinis eius, non est finis. Et manifeste magnum, quia apparuit per prædicationem, & per multa miracula. Quod, sacramentum, & si sit inuisibile in se, Manifestatũ est, ecclesiæ. Ne ergo sis ei negligens pro qua tantũ fecit.

Manifestatum, dico, in carne assumpta. Sacramentũ quod est Christus in carne, dicit manifestatum. Natus enim homo filius dei, qui in secreto erat apud deum, opere & prædicatione declarauit se creaturæ. Et est sensus, Manifestũ est in carne. i. operibus & virtute in carne ostensis claruit quis esset qui erat in carne. & iustificatum est in spiritu. i. sanctus & iustus ostensus est, quia de spiritu sancto conceptus est. quod etiam Apparuit angelis, qui ex eo profecerunt, quod hic factum est. Non enim in deo tantum innotescit angelis quod absconditũ est, verumetiã hic eis apparet cum efficitur atq; propalatur. Ideò dicitur apparuisse angelis homo Christus, nõ iã in forma humilitatis, sed in potestate. qui enim prius humilis visus est per carnẽ, deuicta morte in maiestate aparuit, qui natus, vt homo nõ erat tantum homo, vt agnoscentes angeli mysteriũ quod prius latuit declaratum in carne, genu illi flectentes, quasi gratias agant, quia veritatem didicerunt. Prædicatum est gentibus. Ecce item magnũ. & Creditum est, manens In mundo, vt perfidia mundi veniam erroris mereri nõ possit: sicut dominus dicit de Iudæis, Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem, non habent de peccatis. Et assumptum est, de hac mortalitate in gloria, vt sit super omnem creaturam habens nomen quod est super omne nomen, cui flectitur omne genu.

Ambrosi.

Augu. super Gene.

Ambrosi.

CAPVT IIII.

SPiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attẽdentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorũ in hypocrisi, loquentium mendacium, & cauteriatã habentium suam conscientiam, prohibentiũ nubere, abstinere à cibis quos deus creauit ad percipiendum, cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciẽdum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei, & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ quã assecutus es. Ineptas autem, & aniles fabulas deuita. Exerce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio

tio ad modicũ vtilis eſt. Pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt,& futuræ.] Spiritus au. Quæ ſibi ſpiritus ſanctus reuelauerit ad inſtructionẽ,& cautelã eccleſiæ,non tacet,dicens fururos peſtiferæ doctrinæ viros, vt præmonita eccleſia ſit ſollicita, ne ab huiuſmodi hominibus circunueniatur. q.d. ita digna eſt domus dei, Sed ſpiritus ſanctus manifeſtè dicit, mihi in corde,Quia in nouiſſimis temporibus, contra quæ modo amplius vigilandum eſt, Quidam,ſcilicet notabiles, Diſcedent à fide, vnde ſuprà, niſi venerit diſceſſio primum, & ideò curam domus dei ne deponas, cum adeò ſit ſublimis,vt ſuprà dictum eſt. Diſcedent quidam, dico, Attendentes,quaſi cupide, Spiritibus erroris, quia in illis maligni ſpiritus loquuntur. Et doctrinis,non quidem hominũ ſed Dæmonium,id eſt hominum dæmonia habentiũ. Hominum,dico,Loquentium mendacium in hypocriſi,id eſt in ſimulata religione, vt magis decipiant. Et habentium ſuam conſcientiam cauteriatã, id eſt corruptam praua cogitatione,& aduſtam igne malæ concupiſcentiæ,& ſigno mendacij apertè notabilem, vt omnes caueant. Eſt enim cauterium vel cautere, ferrum à cauando dictum,quo corrumpitur & vritur cutis:& vt de multis mendaciis,quæ in hypocriſi loquuturi ſunt,aliqua exempli cauſa ponantur, ſubdit. Prohibentium.q.d.loquentium. Mendacium,dico vt hoc.ſ. Prohibentium nubere, id eſt nuptias celebrare, quas dicunt eſſe inſtitutas à malo authore.& pręcipientiũ Abſtinere,à cibis,quaſi immundis: non cauſa caſtigationis corporum,ſed vt videantur abſtinẽtes, & boni. Quos, cibos, non vt illi mentiuntur principes tenebrarum cauere,ſed Deus creauit,hæc doctrina dei eſt, illa dæmoniorũ eſt. Creauit,dico, Ad percipiendum,cum gratiarum actione.i. vt homo propter quẽ omnia creata ſunt, perciperet, & indè gratias ageret. Creauit ad percipiendũ,dico, Fidelibus, & his qui nouerunt veritatẽ.i. his qui benè credunt de cibis,& qui quod credunt intelligunt,quòd nõ omnes. Veritatẽ,dico,hanc.ſ. quia Omnis creatura dei bona eſt, in ſui natura. Et nihil reiiciendum eſt,quod percipitur.i. quod ſolet percipi, Cum actione gratiarum. Teſtamento veteri,vbi cibi quidam carnium prohibentur, non eſt contraria

Ambroſi.

Aimo.

Aimo.

Augu.cõtra Fauſt.

traria ista sentẽtia. Ibi enim quædã animalia dicta fuerũt immunda, non natura, sed significatione. Vt verbi gratia, si de porco & agno requiratur, vtrunq; natura mundũ est, quia omnis creatura dei bona est. Omnia quippe quæ naturalia sunt in ordine suo bona sunt: quadam tamẽ significatione agnus mundus, & porcus immundus dicitur. Et verè nihil reiiciendũ est. Sanctificatur enim, cibus, ne diabolus per eum noceat. s. sanctus sit cibus, & salubris, nõ noxius animæ, vel corpori Per verbum dei. i. per filium, per quem creauit pater, Et orationem. Verbum enim sanctificat, & oratio impetrat. Diabolus verò per cibum tentat. Hæc, quæ dixi de creaturis & de nuptiis, Præponens. i. anteponens. Vel, Præp. i. publicè ponens. Fratribus bonus eris, re & opinione, Ministri Christi Iesu, qui benè potes, hoc facere. Tu, dico, enutritus ab aliis Verbis fidei, & bonæ doctrinæ, in moribus, Quam, etiam tuo studio assecutus es ab infantia, hæc præpone. Ineptas autem fabulas, vbi nec aptitudo est: Et inanes. s. quæ sunt sine fructu, & si ibi videatur esse ratio, vt in legalibus. Vel, Aniles. s. quas so lent anus narrare iuuenculis, Deuita. Et quia non sufficit illa vitare nisi vera confirmet, addit, Exerce autem. q. d. illa præpone fratribus, sed Exerce teipsum ad pietatem, id est ad cultum & ad religionem omnipotentis, & ad opera misericordiæ. Nam, &cæt. q. d. ideò de pietate moneo, quia Corporalis exercitatio, in qua te fatigas, ieiunãdo, vigilando, abstinendo, quæ sunt frena carnis, Ad modicũ est vtilis, nisi huic addatur pietas. Ad hoc enim tantum valet, vt quædam faciat vitari vitia, quibus vitatis careat pœna illis debita, sed non omni. Pietas autem, quę operatur bona fratribus, valet ad promerendum deũ. Omnis enim summa disciplinæ Christianæ in pietate & misericordia est, quam aliquis sequens si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit, sed non tamen peribit. Si quis autem solum exercitium corporis habuerit, perennas pœnas patietur. Nota quia ex his verbis datur intelligi quod vigiliis, ieiuniis, & operationibus, Timothæus exercebat se, non adeò intentus operibus misericordiæ. Pietas autem. quasi dicat, exercitio corporis parum vtilis est, sed Pietas, qua, scilicet aliquis saluti omnium studet.

Amo.

Ambrosi.

Est

Est vtilis ad omnia, in hoc. s. quem, Habens. i. quia habet pietas, Promissionem vitæ quę nunc est, vt hîc bonis abūdet spiritualibus, & temporalium sufficientiam habeat. Et futuræ, vt in futuro vitam habeat æternā. Vnde dominus in euangelio ait, Accipient in hoc sæculo septies tantum, id est multiplicationem diuitiarum, & gloriæ, & in futuro sæculo vitam ęternam. Non enim nos deserit etiam in tēporalibus necessariis: sicut ipse ait, Primum quærite regnū dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Ideò ait, Habēs promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ, scilicet habēs hic diuitias & gloriam, & in futuro vitam æternam. Vnde Salomon in Canticis, Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Vnde etiam alibi, de ipsa sapientia idem ait, In dextera eius anni vitæ, & in sinistra eius diuitiæ & honor. [Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in deum viuum, qui est saluator omniū hominū, maximè fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam cōtemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum venio attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiā, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij. Hęc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.] Fidelis. q. d. pietas habet promissionem vitæ huius & futuræ. & iste Sermo, de pietate est Fidelis, id est verax. Et omni acceptione dignus, quia vtilis est quod in me ostendo. In hoc enim. Vel, autem, intendentes quod pietas habet promissionem vitæ huius & futuræ, Laboramus & maledicimur. i. opprobria patimur. s. quia speramus, In deū viuum, id est sicut deus promisit, qui dat vitā, Qui est saluator omnium hominum. cum iumentis enim saluat carnales corporali salute, qui solem suum facit oriri super bonos & malos. Saluator est omnium, dico, & Maximè fidelium, quos saluat hîc & in futuro secundum corpus & animam. Præcipe. q. d. fabulas deuita, exerce te ad pietatē, & Præcipe, scientibus, Hæc, eadem. s. vt fabulas vitent, & se exer-

August. in psal. 164.

Augu. in eodem.

exerceant. Et doce, nescientes vt similiter faciant, & hæc ita mature fac, quod nemo contemnat adolescentiā tuam, sed esto exemplū fidelium, vt videntes tuam conuersationem exemplo tui proficiant. Esto exemplum, dico, In verbo, vt tuo exemplo caute loquantur. & In conuersatione, honesta inter alios: In charitate, dei & proximi: In fide & castitate, mentis & corporis. Monet eum, vt profectus eius per omnia exemplum esset aliis, vt in adolescente mirabilis videretur, & grauis disciplina, vt actus eius excusarent ætatem, & nō quasi iuuenis, sed quasi senior haberetur: & erubescerent maiores natu, si non se exhiberent iuxta formam huius conuersatione, & moribus graues. Vt autem hæc possis seruare, Dum venio attende lectioni, vt scripturas intelligas, Et, post lectionem attende Exhortationi, iam volentium. Et doctrinæ, nescientium. quod debes, quia ad hoc constitutus es, & Noli negligere gratiā, episcepatus, Quæ in te, quæ tibi data est per prophetiam, id est sanctorum electione, in qua ex præteritis videntur dicere, qualis futurus sit. Prophetia ergo est, qua eligitur quasi doctor futurus idoneus: ne ergo facias eā irritā, ne inobediens sis his quibus caput inclinasti. Vel prophetiā, hîc vocat inspirationem spiritussancti, per quam præsciebat quid de hoc, & de cæteris esset acturus. Ideò ait, Quæ data est tibi, per prophetiam, quia prophetiæ spiritu reuelante cognouit Apostolus, Timothæum esse dignum episcopali honore. Data est per prophetiam, dico, Cum impositione manuum presbyterij, pro presbyterorum. singulare pro plurali posuit, quia minus tribus esse nō possunt, & vocat presbyterum episcopū. Vel ideò singulariter dicit presbyterij, quia vnus imponit manū cæteris assentientibus. Manus autem impositiones sunt, quibus adduntur verba mystica, quibus cōfirmatur, ad hoc opus electus authoritatem accipiens, teste conscientia sua, vt audeat vice domini sacraficia deo offerre. Vel secundum aliam literā, Cum impositione manuum presbyterij, quia presbyteriū est causa, cur manus imponant. Vel, quia impositio manuum dat presbyterium ordinato. & hæc, prædicta ad officium tuum pertinētia Meditare, quia ad hæc electus es. In his esto. i. hæc exequere assiduo actu, ita. s. Vt pfectus

Ambrosi

Aimo.

Ambrosi.

Aimo.

tuus manifestus sit omnibus, id est, vt nullus ignoraret te omnibus proficere: vt proficias, Attende, non dico doctrinæ & tibi, Sed tibi & doctrinæ.i.primum, qualiter viuas, & deinde qualiter doceas. Et insta in illis, quę tibi & aliis valent. Hæc enim faciens & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

CAPVT V.

SEniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt sorores in omni castitate. Viduas honora, quæ veræ viduæ sunt. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet, discat primo domum suam regere, & mutuã vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptũ est coram deo. Quę autem verè vidua est, & desolata speret in deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in delitiis est, viuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor: in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorũ pedes lauit, si tribulationẽ patientibus subministrauit, si omne opus bonũ subsecuta est.] Seniorem.q.d.& si instandũ sit, tamen cum discretione.& qualiter seniorẽ.s. ætate, vel moribus. Ne increpaueris, proprietatis honorẽ, ne indignè ferens se à

Ambrosi. iuniore correctum magis exasperetur, quã proficiat. Sed obsecra, vt patrẽ, vt facilius suscipiat admonitionẽ. Potest enim cõmonitus veteri. ne posteà corripiatur, quod turpe

Aimo. est seniori. Senior tamen stultus, vt ait beatus Greg. vehementer est increpãdus. Iuuenes, obsecra, Vt fratres.s. cum

Ambrosi. affectu dilectionis, vt videntes amoris causa se cõmoneri, facilius se corrigãt. Anus vt matres, vt cum miti sermone doceantur: & sic honorifice proficiant, Iuuenculas, vt sorores, vt prõptè possint bonæ cõuersationis suscipere disciplinã. & hæc fac In omni castitate, vt nec nutus cõtra eas fiat. In alloquio iuuenculorum rectè iuuenis de castitate monetur. Viduas quæ, tamen Veræ viduę sunt.i. sicut à viro ita à mundi amore destitutæ. Honora sumptibus ecclesiæ sustentando, & solatiis fouendo. Si qua autem.q.d.

veras

veras viduas honora:nō tamen omnes veras,ſed potius Si qua,vera Vidua habet filios,aut nepotes, primū diſcat regere domum ſuam,in quo probabitur,vt tunc demum digna,ſit vidua eccleſiæ nuncupari. Præire enim debēt merita,vt debitus honor tribui videatur. Et mutuam vicem reddere parētibus,qui eā aluerūt. ideò debet hoc facere.i. quia hoc.ſ. paruulos regere,non ſolum in eccleſia ſeruire acceptum eſt coram deo. Quæ autē.q.d. quę habet filios eos regat. Quæ autē vera vidua eſt, & deſolata.i. non est habēs domum, Speret.i. ſperare debet, In deo.i.recipi debet in eccleſia. Et inſtet.i.inſtare debet Obſecrationibus, quæ ſunt pro remotione totius mali, Et orationibus, quæ ſunt pro adeptione bonorum nocte ac die. Nam ſi aliter facit,mortua eſt. Vnde ſubdit, Nam,&c.& debet eſſe irreprehēſibilis tantum,& addit, Et hoc præcipe, &c. Vel ita, Quæ autem. Viduā filios,vel nepotes habentē,non facile admittendam ad ſtipendia eccleſię docuit,quia & ſi piè & ſollicite domum ſuam gubernauerit,iuſtum eſt & neceſſe, vt propinqui ſui ei neceſſaria miniſtrent. Si verò deſolata eſt,& vera vidua,ſuſcipi debet in eccleſia. Quæ autē vera vidua ſit deſcribit, & hæc eſt diffinitio veræ viduæ. q.d. veram viduam recipe.hæc Autem, vera eſt, Quæ verè vidua eſt, & deſolata ſperat in deum, & inſtat obſecrationibus,& orationib⁹ nocte & die. Verè vidua & deſolata,vel à ſuis contempta ſperat in deo. Videns enim ſe ex nulla parte habere ſuffragium, toto animo deuota deo, de quo ſolo ſperat auxilium vitę,& ſalutis. Nam,&c.q.d.illa quę ſperat & inſtat,vera vidua eſt,nā alia non.& hoc eſt quod ait, Nam quæ *in* delitiis, huius mundi eſt, Viuens,cōmuni vita, Mortua eſt,in anima. Viduam talē eſſe debere ſignificat, vt oſtendat ſe ideo ſecundas nuptias contempſiſſe,vt inſtaret diſciplinæ dominicæ. ſi enī ſub nomine viduæ delitiis, vel luxuriæ vacet, viuens mortua habenda eſt,quia genus impoſturæ eſt honorem viduę habere velle,& non obſequi deo,& aliud agere,& aliud profiteri, cū profiteatur religionem. Et,his viduis, Præcipe, hoc vt nō ſint in delitiis, Et vt ſint irreprehenſibiles, quia non eſt eis occaſio mundi tantam diligentiam actuum, vel morum. Viduam vult habere, vt reprehendi non poſſit.

Ambroſi.

Ambroſi.

[library stamp: BIBLIOTECA UNIV...]

Amota enim à ſpe mundanæ conuerſationis, & corporis curandi officio, ad deum ſe contulit, vt probabilem agat vitam. ſublatis enim occaſionibus mundi, quæ aditus ſolent aperire peccatis, poteſt bona conuerſatio incolumis permanere. Si quis autem. q. d. Vera vidua, ſi domum habet, eam regat: ſi autem hoc negligit, infideli deterior eſt & hoc eſt quod ait, Si quis autem non habet curam ſuorum, & maximè domeſticorũ, vt ſunt patres, & fratres, & huiuſmodi. Fidẽ denegauit operibus, & ſi non verbis, quia proximum non diligit: Et eſt deterior infideli, quia hic nondum veritatem nouit, vel promiſit. Et nota quòd ait domeſticorum, qui tam domeſtici cuiq; ſunt, vt parentes filiis, vel parentibus filij. Ideò ipſe magiſter ſanctorũ inſinuans, quod à piis filiis cura impendenda eſt parẽtibus, de ſeipſo exemplum conſtituit, quando de cruce matrem Ioanni commendauit, & alterum pro ſe quodammodo filium ei prouidit. Vidua, vt iam dictum eſt vera, & deſolata, Eligatur, quæ eccleſiæ paſcatur alimoniis. & ſi huius ætatis ſit, ſcilicet non minus quàm Sexaginta annorum, in qua ætate extinctus eſt fomes libidinis, & Quæ fuerit vxor vnius viri, propter ſuprà dictum ſacramentũ, In operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, fideliter, Si hoſpitio recepit, pauperes, Si lauit pedes ſanctorũ, prædicatorum, quos tunc ſuſcipere periculoſum erat. Faciamus hoc inuicem humiles, quod humiliter fecit excelſus. Magna eſt in hoc commendatio humilitatis. & faciũt hoc ſibi inuicem fratres etiam in ipſo opere viſibili: & qui manu non faciunt, corde faciunt. multo etiam melius eſt, vt etiam manibus fiat, nec dedignetur quod fecit Chriſtus facere Chriſtianus. Qui enim ad pedes fratrũ inclinatur, ei in corde, vel excitatur, vel ſi iam inerat confirmatur humilitatis affectus. & Si ſubminiſtrauit patientibus tribulationẽ, in carcere, vel huiuſmodi. Quid per ſingula? Si omne opus bonum ſubſecuta eſt, humiliter. [Adoleſcentiores autẽ viduas deuita. Cum enim luxuriatę fuerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritã fecerunt. Simul autem, & ocioſæ diſcũt circuire domos: nõ ſolum otioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ loquentes quæ non oportet. Volo autem iuniores nubere,

August. ſuper Ioan.

bere,filios procreare,matresfamilias esse,nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retro post Satanam. Si quis fidelis habet viduas. subministret illis,vt nõ grauetur ecclesia,vt his quæ veræ viduę sunt sufficiat. Qui benè præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur,maximè qui laborãt in verbo,& doctrina Dicit enim scriptura,Non alligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua.]

Adolescentiores autem viduas,quarũ sanguis feruet. Deuita,id est nota castitates earum,non vsque adeò cures,vt eas ecclesiæ alimoniis sustentandas suscipias. Prohibet adolescentulas viduas, in hac suscipi professione: lubricæ enim ętati facilè credi,non debet. Cũ enim.q.d.ideò deuita,quia hoc sæpe cõtingit.quod Cũ luxuriatæ fuerint, id est cum post votum continentiæ luxuriosè vixerint in cibis, & in aliis.i.cum in delitiis egerint vitã In Christo. Non,dico,nubunt,sed Nubere volunt.q.d. tunc non sit peccatum nubere. Ipse,dico, Habẽtes damnationem, pro fracta fide voti. Vnde subdit,quia Primam fidẽ, id est votum,vel in voto violato baptismi fidem.s.quã in baptismo professę sunt,irritam fecerunt volendo etiam nubere. In coniugali quippe vinculo,si pudicitia seruatur,damnatio non timetur:sed in viduali cõtinentia & virginali excellẽtia,virtus muneris amplioris expetitur:qua expetita,& electa,& voto oblata,iam non solum capessere nuptias,sed etiam si non nubat,nubere velle damnabile est. Vouentibus enim virginitatem, vel viduitatẽ, non solum nubere, sed etiam velle damnabile est.quod vt demonstraret Apostolus,non ait,Cum luxuriatæ fuerint in Christo nubũt, sed nubere volunt. Habentes,inquit, Damnationem: & quare,subdit,quia Primam fidem irritam fecerũt: & si nõ nubendo,tamen volendo, vt voluntatem quę à proposito cecidit appareat esse damnatam, siue sequantur nuptiæ, siue desint. Damnatur enim propositi fraus,damnatur fracta voti fides.damnantur tales, quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt, & omnis huiusmodi similes sunt vxori Loth, quæ retro aspexit. Simul autem.quasi dicat, non solum retro respiciunt. sed Simul, cum prędictis malis, Et otiosæ discunt circuire domos,non solum otiosæ:

Ambrosi.

August.

Augu.cõtra Iulianũ de sctã viduitate.

 sed &

ſed & verboſæ & curioſæ, loquentes quę non oportet, ſcilicet turpia, religioni nocentia. Ne ergo, hæc mala contingant. Volo iuniores, viduas Nubere, quod bonũ eſt: & Filios procreare, & hoc item bonum eſt: & Matresfamilias eſſe, & hoc item bonum eſt: & quare hoc dixerit pandit, ſubdens, & ſic Nullam occaſionem maledicti, id, eſt maledicendi, Dare aduerſario, id eſt infideli, quod eſt ei in Gratia, id eſt, quod aduerſario gratum eſt. Ei enim gratum eſt de nobis male loqui, & nõ ſine cauſa volo ita. Iam enim quædam, tales poſt votum continentię, Cõuerſæ ſunt retro poſt Satanam, id eſt ab excellẽti illo vidualis, vel virginalis caſtitatis propoſito, in poſteriora reſpiciendo ceciderunt, & interierunt, & ideo huiuſmodi, non ſunt recipiendæ, ſed Si quis fidelis habet viduas, iuuenes In domo, ſua, Subminiſtret illis, quæ neceſſaria ſunt: Vt nõ grauetur eccleſia. quaſi dicat, ſi aliunde nõ haberẽt, eccleſia daret eis, non tamen reciperentur in eccleſia. Non grauetur, dico, eccleſia, Vt his qui veræ viduæ ſunt ſufficiat illud quod habet eccleſia. Qui benè, de honore preſbyterorũ, hîc agit. quaſi dicat, illud quod dixi de viduis, obſerua. & hoc etiam præcipere de preſbyteris, vt Preſbyteri, qui benè præſunt, vita & doctrina Digni habeantur, à ſubditis. Duplici honore, vt, ſcilicet ſpiritualiter eis obediant, & exteriora miniſtrent. Boni enim diſpenſatores & fideles, non ſolum honore ſublimi præueniri debẽt, ſed & terreno: vt non contriſtentur indigentia ſumptuum, & gaudeant obedientia ſpiritualium. Inſtantior enim ſit, ſi non humilietur inopia, & creſcit in illo authoritas, cũ videt ſe etiam in præſenti laboris ſui fructum percipere: nõ vt abundet, ſed vt non deficiat. Tanta enim merces debet eſſe euangelizanti regnũ dei, vt non contriſtetur, nec extollatur. Neceſſitatis ergo eſt accipere vnde viuitur, charitatis eſt præbere: non tamen venale eſt euangelium, vt pro his prædicetur. Si enim ſic vendunt, magnam rem vilipendunt. Accipiant ergo ſuſtentationẽ neceſſitatis à populo, mercedẽ diſpenſationis à domino. Non enim à populo redditur, quaſi merces illis, qui ſibi in charitate euangelij ſeruiunt, ſed tanq̃ ſtipendium datur: quo vt poſſint laborare, paſcantur. & ille duplex honor exhibendus eſt, quidem

Ambroſi.

Augu. ad Iulianũ.

Ambroſi.

quidem omnibus presbyteris, sed Maximè, his Qui laborant in verbo.i.in exhortatione scientium & doctrina nescientium. Deinde de exteriori honore probat authoritate scripturæ, subdens, Dicit enim scriptura, Non alligabis os, vel, Infrenabis boui trituranti.s.prędicatoribus.i.prohibebis prædicatoribus sumere necessaria. Et, vt dominus in euãgelio dicit, Dignus est operarius mercede sua. Vnde vires reparet in labore. [Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus. Peccantes corã omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Testor corã deo & Christo Iesu, & electis angelis, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alterã partẽ declinando. Manus citò nemini imposueris, neq; cõmunicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. Noli adhuc aquã bibere, sed modico vino vtere propter stomachũ tuum, & frequẽtes tuas infirmitates. Quorundã hominũ peccata manifesta sunt præcedẽtia ad iudicium, quosdã autem subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi nõ possunt.] Aduersus autẽ, quia solet qui corripit nõ amari, & ideò habita occasione facile accusatur: cõtra hec monet, dicens, Aduersus, autẽ Presb. noli accipe, accusa. nisi Sub duobus aut trib. test. Duo sufficiũt, si à deo probata sunt. hoc ideò dicit, quia nõ facile est accusanda persona, tã alti ordinis, vt sit vice Christi. Peccãtes autẽ.i.hoc testimonio.s.duorum, vel trium cõuictos peccasse. Vel, Peccãtes, qui manifesti sunt, Argue corã omnibus, vt cæteri.s.presbyteri, vel subditi Timorem habeãt, Christum dominũ, & Paulum seruum eius audiamus. Dominus dicit in euãgelio, Si peccauerit in te frater tuus, corripe illũ inter te, & ipsum solum. Apost. dicit, Pec. coram oĩbus argue, cõtrouersia hîc videtur. Apostolo suo cõtrarium locutus esse videtur dominus, sed nõ est, quia & in illo ipse locutus est. Christus ergo vtrunque dixit, vnum ore suo, alterum ore sui præconis. Verum ergo est aliquando illud esse faciendum, aliquando illud. Sed discernere debemus, quando illud, & quando illud. Aliquando enim debes corripere peccãtem inter te, & ipsum solum, vt dominus in euangelio ait, Aliquãdo corã omnibus, vt cæteri timeãt illud, & si aliquãdo

Augu.in ser.euan.

Augu.in eodem.

 illud,

illud, aliquando illud fecerimus cõcordiam ſcripturarum tenebimus,atq; in faciendo non errabimus. Sed dicit mihi aliquis,quando faciam illud,quando illud? Intendite,& videte quid, quando facere debeamus, ſed vtinam facere pigri non ſimus. quando in te peccauerit, corripe eum inter te,& ipſum ſolum. Quare?quia in te peccauit. Quid eſt in te peccauit? Tu ſcis quod peccauit. Quando ergo in te peccauit,id eſt,quando tu ſcis quod peccauit,tunc ſecreto argue:ne ſi publice argueris, non ſis corrector, ſed proditor : vt iuſtus Ioſeph de Maria,fecit ſolus ſuſpicans adulterium. Quando autem palam peccatur,palam arguendum eſt, vt autem preſbyter, non accuſetur. Teſtor corã deo,patre Et Chriſto Ieſu, qui iudicabit, Et angelis eius electis, ad hoc, vt ſeparent bonos à malis. Vt hæc cuſtodias,quæ præcepi,& quæ ſequuntur:& Sine prȩiudicio,id eſt præ examinatione Nihil facias,à iuſtitia Declinando in aliam partem. quaſi dicat,antequàm aliquid facias ante examina,& ab examinatione nõ declines in aliud , quàm examinatio inuenit.& poſt hæc omnia Manus nemini citò impoſueris,id eſt, non citò ordines, ſed ſæpe proba.& ſi ſapiens, & ſi religioſus videatur,& ſi incõſideratè ordinas. Neque communicaueris, conſenſu, Peccatis alienis, quæ poſt ordinationem facit. Firmiſſima veritas, hoc habet quòd non niſi conſenſione intelligéda eſt communio peccatorum,quam vetat Apoſtolus,qua quis peccatis cõmunicat,ſi ea palpat, & cum poſſit corrigere, & corripere negligit. Et teipſum , qui alios iudicas, Caſtum cuſtodi Noli,quia de caſtitate monuit,hac occaſione immoderatam abſtinentiam prohibet, quam ipſe inierat. q.d. dico. vt te caſtũ cuſtodias,tamen Noli adhuc,ſicut prius Aquã bibere,ſed vtere modico vino, ſic enim nõ nocet caſtitati. Vtere,dico, Propter tuum ſtomachum,vbi ſedes ægritu-
Ambro. dinis: Et frequentes infirmitates.ſ. ipſos acceſſus. Nunc ſpeciale ei conſilium dat, vt eum ſalubri doctrina regat. Prudenter enim deus ſibi ſeruiri vult,nõ vt nimietate debiles fiant,& poſt medicorũ ſuffragia requirant. Temperandum eſt enim, vt ſi fieri poteſt cœptũ obſequium gradatim prouehatur , potius q̃ per incõſiderantiam minuatur. Quorundam hominum,quia dixerat,ſine præiudicio nihil

nihil facias. determinat vbi præiudicium ſit neceſſarium, & vbi non, diuidens bona & mala, immanifeſta & occulta: quaſi dicat, ideo opus eſt examinatione: quia ſicut ſunt quædam manifeſta quæ non oportet examinari, ita quædã ſunt occulta, de quibus ſine præexaminatione non poteſt fieri iudicium. & hoc eſt quod ait, Quorundam hominũ, &c. Vel ita continua, Ideo bibe vinum, quia etſi non mox claruerit tua bona intentio, non tamen poterit abſcondi, ſicut & in malis. Nam quorundam hominum peccata manifeſta ſunt. Manifeſta dicit ea, de quibus clarum eſt quo animo fiant. & hæc Sunt præcedentia ad iudicium, quia ſi iſta ſequitur, iudicium non eſt temerarium. Quorundam autem, peccata, Et ſubſequuntur. Vel, Subſequuntur, ad iudicium. Subſequuntur illa quæ occulta ſunt, quia nec ipſa latebunt ſuo tempore, ſed palàm fient in die iudicij, ſic & de bonis factis intelligendum eſt. vnde ſubiungit. Similiter & facta bona, quædam Manifeſta ſunt, & non eſt opus probari. Et, illa bona Quæ aliter ſe habent, id eſt, non ſunt nota, Non poſſunt abſcondi, ſuo tempere. De manifeſtis ergo iudicemus. Occulta verò dei iudicio relinquamus, quia & ipſa abſcondi non poſſunt, ſiue bona, ſiue mala ſint, cum tempus aduenerit quo manifeſtentur. Vel ita, Et agit tantum de præſenti iudicio hominum quod dicitur diſcuſſio: quaſi dicat, ideo opus eſt examinatione, quia ſicut quædam facta ſunt manifeſta, ita quædam occulta. & hoc eſt quod dicit, Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt, & hi non ſunt probandi Præcedentia ad iudicium, id eſt, ante nota quam veniant ad diſcuſſioné. Quorundam autẽ peccata, ſpecie religionis tecta ſunt. Et ſubſequuntur, iudicium, quia per diſcuſſionem apparent. Similiter, autem, Et facta bona, quædam Manifeſta ſunt, & non eſt opus probari. Et, illa bona Quæ aliter ſe habent, id eſt, non ſunt nota, Abſcondi non poſſunt, in diſcuſſione. & hæc probanda ſunt.

Augu. in lib. de ſer. dei.

Auguſt.

Auguſt.

CAPVT VI.

Qvicunq; ſunt ſub iugo ſerui dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habẽt dominos, non contemnãt, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia

fideles

fideles sunt & dilecti, quia beneficij participes sunt. Hæc doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ: superbus est nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueũ diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergũt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerũt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.] Quicunque. Monet seruos non contemnere, sed reuereri dominos suos, dicens, Et Quicunque. & si sint iusti, & si sapientes sint, Serui sub iugo, infidelium, quibus videntur superiores. Arbitremur dominos dignos omni honore, bene seruiendo eis. Sciendum est quosdam prædicasse communem omnibus in Christo esse libertatem, quod de spirituali libertate vtique verum est non de carnali, vt illi intelligebant: ideo contra eos loquitur hîc Apostolus iubẽs seruos dominis esse subditos. Non ergo exigãt serui Christiani quod de Hebræis dicitur, Sex annis seruiant, & gratis dimittantur liberi, quod mysticum est. & quare hoc præcipiat Apostolus, subdit, Ne blasphemetur nomen domini, quasi aliena inuadentis: Et doctrina, Christiana, quasi iniusta, & contra leges prædicet, sed potius per obsequia seruorum fidelium domini infideles conuertantur. Qui autem habent fideles dominos non contemnant eos, ideo quia Fratres sunt, id est, in Christo pares. Sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti deo, Qui, domini, Sunt participes, beneficij seruorum præsentis vel futuri. Hæc, de seruis. Doce, nescientes: Et exhortare, scientes. Si quis autem aliter docet, scilicet, vt omnes sint liberi, Et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, dũ

Augu. in li. q̃st. exo.

ei ob-

ei obiicitur Christum dixisse, Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris. Et item, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et non acquiescit ei doctrinæ, nostræ, Quæ est secundum pietatem, scilicet quæ non facit odiosam Christianitatem: iste talis est. Superbus, superbia non ratio ducit eum. & ideo elatus est non patiens se vinci, quippe cum ad fauorem quærendum in conflictum prorumpit, quod à mansuetis & bonis vitatur. Et est Nihil sciens, de his quę veritas habet, & non est efficax: Sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, id est, inexpeditus ad soluendum, sed semper circa. Vnde rectè ait, Languens, non enim recusando fidem penitus moritur, nec ad veritatis scientiam conualescit, sed quasi repetitis accessionibus languet circa quæstiones & pugnas verborum. Quæstio enim erat aliquis esset seruus, cum omnes ex eisdem patribus sint orti, & omnes Christus redemit. Item, verborum pugnæ videbantur, quia dominus dicit, Si filius vos liberauit, verè liberi eritis. Hæc enim verba videntur repugnare verbis Apostoli, sed sensus concordat. Ex quibus, scilicet pugnis & quæstionibus oriuntur Inuidiæ & contentiones, quia qui seruos habent, inuident & contendunt: & Blasphemiæ, in deum, quia aliena tollit sibi, & Suspitiones malæ, quasi hanc libertatem finxerimus ad lucrum: & Conflictiones, pseudoprædicatorum contra alios, scilicet Hominum mente corruptorum, quorum, scilicet ratio corrupta est, Et qui priuati sunt à veritate, id est, à vera rerum cognitione, & scripturarum intelligentia. Hominum, dico, Existimantium quæstum esse pietatem, id est, qui ideo opus pietatis faciunt, id est, prædicant vt lucrum temporale ab auditoribus accipiant, quia pro quæstu prædicant, non pro futuris. Est autem, quasi dicat, putant quod pietas sit quæstus, sed pietas est longe alius quæstus: quia Est quæstus magnus, scilicet æternus, Pietas cum sufficientia quam habet ille cui sua parua sufficiunt, quando homo plus non desiderat habere quàm necesse est, quod decet. Nihil enim, nascendo, Intulimus in hunc mundum, haud, id est, nec Dubium est, quia Nec, moriendo Possumus auferre quid, id est, aliquid de Mundo. Vnde Iob,

Aimo.

Ambrosi.

Nudus

Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus reuertar &c. Habentes: quasi dicat, & si nihil intulerimus, vel ablaturi simus, non tamen omnino abiicienda sunt hæc temporalia: sed Habentes alimenta & indumenta, quibus tegamur his contenti simus, quia qui vltra tendit, malum inuenit. Vnde subdit, Nam qui volunt diuites fieri. Non, dico, qui sunt diuites, sed qui volunt esse, Incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, ipso actu: Non est enim genus mali quod non ex cupiditate aliquando proueniat, quia radix est omnium malorum. Et nota quòd hoc dicitur his qui volunt diuites esse, & non sunt. Illis autem qui iam diuites sunt, aliud dicitur in sequenti, scilicet non superbè sapere, sed dare pauperibus. & addit, Et, incidũt In desideria multa, quæ diuitiæ nutriunt Inutilia & nociua, quod peius est. Et quomodo nocẽt ostẽdit, subdens, Quæ, desideria, Mergunt homines in interitum, corporum, Et perditionem, animarum. Radix enim, generalis Omniũ malorum est cupiditas, plus habendi quàm oportet. Hac & diabolus cecidit, & primi homines. Aliqui libri habent, Radix omnium malorum est auaritia, quę propriè est amor pecuniæ. Vnde & in Græco habetur philargia. Si ergo auaritia habetur in libro quæ propriè est pecuniæ amor, cum radix omnium malorũ dicatur: species ponitur pro genere, quod est cupiditas. Et alibi dicit scriptura, Quod superbia est radix omnium malorum quę non videntur conuenire. Sciendum verò vtrunque verè dictum esse, si peccatorum genera attendantur. Nullum enim genus peccati est quod aliquando nõ proueniat ex superbia, nullum quod aliquando non proueniat ex cupiditate. & est vtiq; aliquis homo qui ex cupiditate fit superbus, & aliquis est qui ex superbia fit cupidus. Est enim homo qui non esset amator pecuniæ, nisi per hoc putaret se excellentiorem esse: & est qui nõ amaret excellere, nisi putaret per hoc maiores diuitias habere. Quam, cupiditatem, Quidã appetentes. Qui enim pecuniam appetit, cupere appetit. Errauerunt à fide, omnino Christum deserentes. Et inseruerunt se doloribus multis. hoc cõstat in auaris qui tãto plures sollicitudinum cruciatus sustinent, quantò amplius desiderant, vel quæ habitu transeunt, vel quæ habere non

[Margin notes: August. — august. in psal. 136. — Augu. super Gene. — august.]

re non possunt. [Tu autem ô homo dei hæc fuge. Sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram deo qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam cõfessionem, vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsque in aduentum domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Cui honor & imperiũ sempiternũ. Amen.] Tuam, ô Timothæe, quia Homo es, id est, rationalis. & quia Dei, es, Fuge hæc. Nihil enim tam asperum, tamque perniciosum, quàm si vir ecclesiasticus, maximè qui sublimem tenet locum, diuitiis huius seculi studeat, quia nõ solum sibiipsi, sed & cæteris obest, quibus contrariam dat formam. Sectare verò iustitiam, faciendo vnicuique quod ius exigit quod non cupidus facit. Pietatem, vt egenti condescendas, quod non cupidus. Fidem, veram. Qui veram fidem de deo habet, nõ cupit in miseriis fieri diues, nec pluris est ei mundus quàm deus. Charitatem, dei & proximi qua penitus caret cupidus. Patientiam, mansuetudinem, quibus caret cupidus, quia nec patienter fert aduersa, nec alij est mansuetus. Certa, quasi dicat, hæc in te habe pro aliis, ante Certa certamen, quasi dicat, assidue certa. Certamen, dico, Bonum, scilicet quod prodest aliis: quasi dicat, certamen tale certa, vt prosit aliis cum discretione factum. Certamen, dico, Fidei, scilicet quod pro fide fit, & pro his omnibus. Apprehende vitam æternam, id est, non quæras nisi vitam æternam. quod debes, quia in eam vocatus es, & non in aliud. & hoc est quod subdit, In quam, habendam, Vocatus es, &, etiam ideo debes, quia Cõfessus, es iam Coram multis testibus, vel in ordinatione, vel in prædicatione. Bonam confessionem, id est, illud quod fides exigit, Præcipio tibi. Præcepta dat rectori ecclesiæ magna vigilantia atque prouidentia. In Timothæo enim omnibus successoribus prospector loquitur, quasi dicat, nõ solum

Ambrosi.

Ambrosi.

Aimo. ſolum exhortor, ſed etiam Præcipio tibi coram deo, patre, Qui viuificauit omnia, in quibus vita eſt, ita & te, & coram Ieſu Chriſto, vt eum imiteris. Qui, cum eſſet Sub Pontio Pilato reddidit teſtimonium, ſcilicet, Bonam confeſſionem, id eſt, imminente morte non negauit veritatem, ſed quod dixerat affirmauit, ſcilicet ſe con filium dei, quæ fuit bona & honeſta confeſſio. Præcipio, inquam, vt Serues mandatum, id eſt, illud quod deus & ego tibi mandauimus. quod eſt Sine macula & irreprehenſibile, quia lex domini eſt immaculata, nec etiam habilis eſt reprehendi. Serues, dico, Vſque in aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt, donec tibi adueniat Chriſtus in morte. Quem, aduentum Chriſti, Suis, id eſt, congruis Temporibus oſtendet, ſanctis quibuſcunque Beatus & ſolus potens, hoc non de patre tantum intelligendum eſt, ſed de deo qui eſt ipſa trinitas, quæcunque pater facit hæc & filius, ſimiliter facit & ſpirituſſanctus. Deus ergo trinus intelligitur, cum ait, Beatus & ſolus potens, ſolus enim ipſe beatus eſt & potens in ſe, qui etiam ſuos faciet bonos & potentes, & reges ſui, & dominos imperiorum. Vnde ſubdit, Rex regum & dominus dominantium, qui ſolus per naturam habet Immortalitatem, id eſt, immutabilitatem, & dabit ſuis per gratiam. Et habitat lucem. Per ſimile hoc dicit, id eſt, ipſe eſt lux cuius ſui participes erunt. *Lucem*, dico, Inacceſſibilem, quia nullus eam accedet ex ſe, ſed cui datur dono eius: quod intelligebat propheta, dicens, Accedite ad eum & illuminabit, & ita inacceſſibilis eſt lux illa, quia ipſe eſt Quem nemo hominũ vidit, ex ſe ſed deus factus videt, cum de luce ageret: nunc de ipſo deo loquitur, quia idem eſt ipſe & lux: ſed nec videre poteſt homo in hac vita, poſt autem videbit. Nihil hîc dictum eſt quod non conueniat trinitati, quia ſecundum veritatem trinitas vnus deus eſt. Beatus & ſolus potens rex regum & dominus dominantium qui ſolus habet immortalitatem, quia ſolus per naturam eſt immutabilis, quia nec cuiuſquam gratia, ſed natura ſua nec potuit, nec poteſt aliqua conuerſione mutari, nec potuit, nec poterit aliqua mutatione peccare. Cuicunq; verò creaturæ rationali præſtatur vt peccare non poſſit, nõ eſt hoc propriæ naturæ, ſed dei gratiæ. So-

Augu. cõtra Maxi.

Augu. cõtra Maxi.

tiæ. Solus ergo deus habet immortalitatem; Et lucem habitat inaccessibilem, quam nec homo videt, nec videre potest, nec inde separatum filium oportet intelligi, quia filius vita æterna est cũ patre. & ideo rectè intelligitur quẽ secundum naturã qua deus est nemo vidit, nec videre potest, sed poterit aliquando si de illis est, de quibus dicitur, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Cui, deo. i. patri, & filio, & spiritu sancto, est Honor, à creaturis, & Gloria, in se, Et imperium, quia omnia potest, & hæc etiam suis dabit. & hoc in Sempiternũ, Amen. [Diuitibus huius sæculi præcipe non sublimè sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum: sed in deo viuo qui pręstat nobis abundè ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurũ, vt apprehendant veram vitam. O Timothæe depositũ custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ: quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum, Amen.] Diuitibus. Suprà egit de his qui volunt diuites fieri, dicẽs eos incidere intentionẽ & laqueũ diaboli. Hîc agit de his qui diuites sunt monens nõ sperare in diuitiis, & quia dixit mala venire ex cupiditate, & cõtra suasit, ne viderent diuites omnino abiecti determinat. q. d. licet cupidi incidant in laqueum diaboli, tamen non sunt penitus abiiciendi diuites, sed potius pręcipe Diuitibus huius sæculi. quia sunt & spirituales diuites. i. his qui in hoc sæculo abundant pecunia. Quid? non diuites non esse, sed Non sublime sapere, nec sperare in in incerto diuitiarum. i. nõ inde superbire, & in eis spẽ nõ habere, quia incertę sunt, & ideo nõ est superbiẽdũ inde, sed timendũ. Nota ꝙ non expauit Apostolus diuitias, sed morbũ diuitiarum. i. superbiam quæ est vermis diuitum. Grandis animus est qui inter diuitias isto morbo nõ tentatur. magnus est qui nõ se ideò magnũ putat, quia diues est. Qui autem ideo se magnũ putat, superbus & egenus est, in carne crepat, in corde mẽdicat, inflatus est nõ plenus. Et ne se spem perdidisse arbitrẽtur, quia dixerat, Neq; sperare in incerto diuitiarũ, adiecit, Sed, præcipe sperare In deo, viuo, Qui præstat nobis omnia abundè, scilicet sine diminutione Ad fruen-

Augu. de trinit.

August.

Augu. in ser. de verbis euan.

August. fruendum, in æternitate, non modo ad vtendum in hac vita. Temporalia enim dat ad vtendum, æterna ad fruendum: illa, vnde bona faciamus: ista, vnde boni efficiamur. Si verò quid faciant de suis diuitiis, quærant. Præcipe, diuites, Bene agere, & Diuites fieri in operib⁹ bonis, id est, præcipe illos bene operari, ita vt diuites sint in operibus. Et, pręcipe illis Tribuere, sua. & hoc Facile, etiam, vel ita, & ad hoc sint faciles. & præcipe illis Communicare, id est, communia putare quæ habent, & Thesaurizare sibi fundamentum bonum, id est, virtutes firmas, non tantum opera. & hoc In futurum, id est, in opus, non alicuius pręsentis, sed futuri boni. ad quod diuitiæ præmittuntur, non perdunt: ita hæc præcipe facere. Vt, id est, cum Apprehendant veram vitam, scilicet æternam quæ non est fugitiua & vana, & hæc vita. Quid plura? O Timothæe, per nomen ammonet proprium reddens eum attentum. Custodi depositum, scilicet quod deus & ego tibi commēdauimus Deuitans, vt possis illud custodire Nouitates vocum, non omnes, sed Prophanas, quæ sunt contra religionem, vt est hypostasis, quæ vox habet se ad personam & ad substantiam. Vnde & hæretici sub huius vocis multiplicitate inducere volebant tres esse substantias. Aliæ verò nouitates non sunt vitandæ. Sunt enim doctrinæ religionis congruentes verborum quædam nouitates, sicut ipsum nomen Christianum quod quando dici cœperit scriptum est. *In Antiochia enim primum post Ascensionem domini appellati sunt Christiani*: sicut legitur in Actibus apostolorum. Aduersus etiam impietatem Arrianorum nouum nomen patres homousion condiderunt, sed non rem nouam tali nomine significauerunt. Hoc enim vocatur homousion, quod est vnius eiusdemque substantiæ. Nam si omnis nouitas prophana esset, non à domino diceretur, Mandatum nouum do vobis, vt testamentum appellaretur nouum, nec cantaret vniuersa ecclesia canticum nouum. Et, deuitans etiam Oppositiones scientiæ falsi nominis, id est, quæ falso nomine scientia dicitur. Quam, scientiā, Quidam promittentes, qui fidem quasi imperitiam ridēt, Exciderunt, à fide, semper manentes circa fidem, & nunquam intus. Nihil enim sic amant isti quàm sciētiam promittere:

August. super Ioan.

Augu. in eodem.

Augu. in eodem.

mittere:& fidem rerum verarũ quam paruuli credere prę-cipiũtur, velut imperitiam deridere. Et vt hæc custodias, Gratia sit tecum. Amen.

Argumentum in epistolam secundam ad Timothæum.

ITem Timothæo scribit de exhortatione martyrij, & omni regula veritatis, & quid futurum sit temporibus nouissimis, & de sua passione, scribens ei ab vrbe Roma.

CAPVT I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatẽ dei secundum promissionem vitæ quæ est in Christo Iesu, Timothæo charissimo filio: gratia & misericordia, & pax à deo patre nostro & Christo IESV domino nostro. Gratias ago deo meo cui seruio à progenitoribus meis in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die desiderans te videre, memor lachrymarum tuarum vt gaudio implear: recordationem accipiens eius fidei quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eutice: certus sum autẽ quòd & in te.]

PAulus Apostolus. Paulus iã à mundo transiturus hãc secundam epistolam item scribit à Roma de carcere Timothæo infirmitatibus & aduersitatibus iam fatigato, vt cõstanter laboret in dei gratia sibi credita, exhortans eum ad martyrium multis modis, & vt perseueret in officio rectæ prædicationis & sancta operatione, & prædicens quod futurum sit nouissimis tẽporibus, & de suo obitu. Et est intentio Apostoli in hac epistola exhortari Timothæum ad sui officij diligentem executionem, & ad pal- Aimo.

mam martyrij,& quædam adhuc addere de episcopali officio. Modus talis, Primo salutat, deinde gratias agit de bono quod habet, vbi suum videndi eum desiderium ostédit. Postea monet eum ad prædicandum,& ad patientiam martyrij, suo,& aliis modis. Inde dicit, quales futuri sunt in nouissimis diebus, tandem de tempore resolutionis suæ instanti. Præmittit autem salutationem, dicens, Paulus Apostolus Christi Iesu, cuius officij tu es particeps. Perfice ergo debitum officij opus. Apostolus, dico, Per voluntatem dei, non meis meritis: quasi dicat,& tu similiter gratis missus es, & ideo prædicandæ gratiæ magis es obnoxius. Apostolus sum, dico, nec sine spe præmij imò Secundum promissionem vitæ, nō huius, sed quæ est In Iesu, pro hac promissione legitimè certo. Hanc meis sequacibus promitto. Paulus, inquàm, scribit epistolam Timothæo charissimo filio,& ante alia salutat in hunc modum, Gratia, scilicet donatio spiritussancti qua ministri armantur: Et misericordia, scilicet remissio peccatorum: Et pax, scilicet tranquillitas mentis, & prælibatiò æternæ vitæ, sit tibi A deo patre & Iesu Christo domino nostro. Gratias ago. Agit gratias de bono eius commendans fidei gratiam quę in ipso est. Ait ergo, Gratias ago deo meo, de hoc Quod sine intermissione habeo memoriam tui, in orationibus meis, scilicet orans tibi maiora dona, id est, de hoc gratias ago quòd tam bonus fuisti cuius semper sim memor. Hęc est sapiens exhortatio ad vlteriora. Deo meo, dico, Cui seruio, quē & tu sequere. Seruio, dico, edoctus A progenitoribus meis, id est, ab antiquis patribus, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob,& aliis qui vnum deum vera fide coluerunt, quia vna fides est vtrorũque, scilicet antiquorum & modernorum iustorum. Seruio, dico, In conscientia pura, sic sit & tua. Ego, dico, Nocte ac die desiderās videre te, quia meus visus esset tua cōfirmatio,& sic qui gaudeo de te bono, implerer gaudio de te perfecto. Vnde subdit, Vt gaudio, quasi dicat, ideo desidero te videre, vt Implear gaudio, de tua perfectione,& ideo quia Memor sum lachrymarũ tuarum. Fleuit enim Timothęus à Paulo dimissus paratus cũ eo ire ad omnia pericula. quod ergo præsens habuit, absens teneat. Ego, dicò, Accipiens.i.etiam habens Recordationem

dationem eius fidei quæ est in te nòn ficta, id est, non inuentitia vel fragilis, quia etiam commoneat te, cum etiam in fœminis fuerit firma. Vnde sequitur, Quæ, fides, Et habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eutice, parentum eius synceritatem fidei memorat, vt fortiorem homo faceret. Certus sum autem quod & in te, habitat eadē fides, & ideo ferueat. [Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam dei quæ est in te, per impositionē manuum mearum. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaq; erubescere testimonium domini nostri, neque me vinctũ eius, sed collabora euangelio secundum virtutem dei qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta: non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante temporalia sæcula. Manifestata est autem nunc per illuminationē saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortē, illuminauit autem vitam & incorruptionem per euangelium, in quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & magister gentium. Ob quā causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formam habe sanorum verborum quæ à me audisti in fide & dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis enim hoc quod auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phyletus & Hermogenes. Det misericordiā dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: sed cum Romam venisset sollicitè me quæsiuit, & inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiā à deo in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.] Propter quam causam. Commendata fide illius ad eam sine timore & erubescentia prædicandā exhortatur. q. d. Propter quam causam. s. quia fidem habes, & fuisti talis, & tam boni parentes tui fuerunt. Ammoneo te vt resuscites gratiam dei, scilicet gratiam episcopalem timore quasi sopitam à deo tibi collatam. Quæ est in te per impositionem manuum mearum, quæ te mihi ammonet obedire. Non enim, quasi dicat, moneo vt resuscites gra-

Ambrosi.
Aimo.

tiam dei, quod ytique potes. dedit enim nobis deus spiritum virtutis & dilectionis.& hoc est quod ait, Non enim dedit nobis,tibi vt mihi,Spiritum timoris,Quo turbatus, Petrus negauit Christum. Hunc enim potius auferri voluit à nobis,cum dixit, Nolite timere eos qui occidunt corpus. Huius timoris non accepimus spiritum, sed illius de quo dominus ait , Eum timete qui potest corpus & animam perdere in gehennam. Spiritus enim sanctus dat timorem, non mundi, sed dei qui potest perdere in gehennam. Non dedit,inquam. Spiritum timoris, sed virtutis, id est,fortitudinis contra aduersa quę timorem pellat,quę venit ex dilectione dei & proximi: de qua addit, Et dilectionis,quam sobrietas præcedit,de qua subdit: Et sobrietatis,id est,discretionis. Ecce à summo dono,id est,à dilectione,ad vnum descēdit,id est,ad sobrietatem. Noli itaque,prius monuit non timere , ad quod valet virtus. Hîc monet non erubescere ad quod valet dilectio & discretio: quasi dicat,quia dedit spiritum dilectionis & discretionis. Noli itaque erubescere testimonium domini nostri,id est, non erubescas testari hominibus dominum esse crucifixū, quia surrexit. Constantiam habendam docet, nec erubescendum esse in professione. Non est enim vnde erubescatur in ea:quia si visus est homo Christus, gestis tamen apparuit deus:& si crucifixus est,resurrexit tamē à mortuis: & multis videntibus suscipiente eum nube,in cœlum ascēdit. Vbi ergo putatur imbecillitas, ibi apparet potentia. Neque, erubescas Me vinctum,pro prædicatione euangelij eius,quia nec in hoc rubor est, Sed conlabora, mihi in prædicando Euangelio,crucis. Vel, Conlabora,mecum Euangelio,id est, ad honorem euangelij, quod potes Secundum virtutē dei,& debes:quia ipse Qui liberauit nos, precioso sanguinis sui. Vicē ergo reddere liberanti conuenit,cuius beneficiis cū digne respōdere non valeamus, vel legationē eius fideliter & instāter agamus. Et vocauit nos Vocatione,interiori, Sua,id est,sibi soli conuenienti: & Sancta,quia ad sancta vocat. Vocauit,dico,Non secundū opera nostra,sed secundum propositum suum & gratiam, id est, secundum quod per gratiam quidem præuiderat. Quæ,gratia, Data est nobis in Christo Iesu,id est,præuisa est

Augu. de gra.& lit. arg.

Ambrosi.

Ambrosi.

Aimo.

ſa eſt dari nobis per Chriſtum, Ante tempora ſæcularia. Manifeſtata eſt autem nunc, in completione Per illuminationem ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, id eſt, per prędicationem Chriſti illuminantem auditores. Quæ verò ſit illa gratia aperit, ſubdens, Qui, Chriſtus, Deſtruxit quidem mortem, vtranque, animæ & corporis. Hæc eſt illa gratia, ſcilicet deſtructio mortis, & ideo mors non eſt timenda pro fide Chriſti. Illūminauit autem, id eſt, in luce poſuit, Vitam & incorruptionem, id eſt, vitam incorruptibilem. & hoc Per euãgelium, id eſt, per prædicationem euangelij. Ecce quàm neceſſarium eſt euangelium, In quo, ſcilicet euangelio, Ego poſitus ſum, quaſi immobilis Prædicator, nomen actus, Et Apoſtolus, habens poteſtatẽ apoſtolicam, Et magiſter gentiũ, ſcilicet quotidie docens gentes. Ob quam cauſam, ſcilicet quia prædico, & Hæc patior, Quæ modò Romæ ſuſtineo, Sed non confundor, id eſt, deficio vel erubeſco. Securus, quia pro tribulationibus magna ei promiſſa merces eſt, non confunditur, ſed gloriatur in preſſuris. Quo autẽ hæc ſpectent, ibi aperit, Formam habens, &c. Scio enim, quaſi dicat, ideo non confundor, quia Scio. quod deus eſt ille, Cui credidi. Vel, Scio cui credidi, id eſt, cui mea cõmiſi, ſcilicet Chriſto. Et certus ſum quia potens eſt ſeruare depoſitum meum. i. ſalutẽ meam quàm ei commendaui. ſ. in ſpe & fide illius collocaui In illo die. ſ. iudicij. Spe & magnificentia ſaluatoris ſecurus eſt, quia quod commendat illi, in tuto eſt. Illi autẽ commendat ſalutem ſuam, vt hîc pro illo patiens, ſalutem inueniat penes illum cũ cœperit iudicare, vt puniens infideles iſtum dignum æterna vita pronunciet. Vel, Potens eſt ſeruare depoſitum meum. i. euangelium quod mihi cõmendauit, vel quod ei commiſi ſeruãdum vſque In illum diem, deceſſus mei. Formam. Hîc oſtendit quò de ſe prædicta ſpectẽt. q. d. ita laboro & inſto officio mihi credito; ſimiliter & tu Habens formam ſanorum verborum quę à me, non à quocunque Audiſti. Habens, dico, In fide & dilectione, id eſt, habens bona verba cum fide & dilectione, quæ eſt In Chriſto Ieſu. i. ſicut Chriſtus inſtituit. Hæc, inquam, habens per quæ potes cuſtodire, Cuſtodi, diligenti executione, Bonum depoſitum. i. officiũ tibi cõmiſſum,

Ambroſi.

Ambroſi.

Aimo.

Auguſt.

quod potes Per spiritum sanctum qui habitat in nobis.s. in te vt in me. Quidam libri habent, Formam habe,secundum hoc sic continuo literam.q.d. conlabora euangelio, quod vt rectè facias,Habe formam sanorum verborū,&c. non mutatur sententia:& Custodi bonum depositum,nec hîc mutetur sensus. Scis enim hoc.q.d.ideo opus est vt custodias,Quia,tu Scis hoc quod omnes illi qui auersi sunt à me,id est,qui recesserunt à me, Modo sunt in Asia,ex quibus est Phyletus & Hermogenes,à quibus tibi maxime cauendum est. Hi quos memorat simulatione pleni erant.simulatè enim fuerant cum Apostolo, vt addiscerent vnde calumniam illi facerent,sed postquam viderunt se manifestatos,recesserunt ab eo. Det,&c.quasi dicat, illi recesserunt à me,sed Det dominus misericordiam domui, id est, familiæ,Onesiphori, Asiani,quia Sæpe me refrigerauit, ministrando mihi necessaria. hunc imitare tu. Et catenam meam nō erubuit,sicut hi qui recesserunt à me. Sed cum venisset Romam sollicitè me quæsiuit, vt ei liceret ad me ingredi,& Inuenit,me,& ideo Det illi deus,pater Inuenire misericordiam à domino,id est,à filio, In illo die,iudicij:& non solum Romæ,sed Etiam Ephesi,multa ministrauit mihi : & quanta tu qui aderas, Nosti melius, aliis pluribus. Vel, Melius,quàm hæc.

Ambrosi.

CAPVT II.

TV ergo fili mi confortare in gratia quæ est in Christo Iesu,& quæ audisti à me per multos testes,hæc cómenda fidelibus hominibus,qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militās deo implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone,non coronabitur nisi legitimè certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige quæ dico, dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum euangelium meum in quo laboro vsque ad vincula quasi malè operans, sed verbum dei non est alligatum.] Tu ergo,quasi dicat,quia illi sunt auersi, & exemplum habes illius Onesiphori, Tu ergo fili mi cófortare, & magis exemplo Onesiphori, In gratia,fidei & sapien-

ſapientiæ in te ſeruanda, & aliis annuncianda: quæ data eſt, In Chriſto Ieſu,& etiam coadiutores conſtitue. vnde ſubdit,& Quæ audiſti,à me confirmata, Per multos teſtes, ſcilicet per prophetas, Hæc commenda hominibus fidelibus,id ſanę fidei, Qui idonei erunt,vita & ſcientia & facūdia, Et alios docere. Illis enim debet committi prædicatio dei qui apti ſunt illi officio.& tu ipſe, Labora,in prædicando euangelio contra hoſtes fidei. Sicut bonus miles Chriſti. Si autem bonus miles eſſe vis non implices te ſæcularibus negotiis,quia Nemo,in ſpiritualibus, Militans deo, qui non poteſt diuidi duobus contrariis ſeruis, ſicut nemo poteſt ſeruire duobus dominis, Implicat ſe ſęcularibus negotiis, quibuſlibet. vel ſpecialiter negotium ſæculare appellat,vt quaſi mercatum faciens quis de ſpiritualibus carnalia quærens.& eſt hæc diffinitio boni militis, vt ergo ſit bonus miles non implicet ſe ſęcularibus negotiis. Hoc ideo dicit Apoſtolus ſcribens Timothæo, ne fortè cum indigeret Timothæus,& nollet victu quotidiano ab eis ſuſtentari quibus euangelium miniſtrabat,nec in opere corporali laborare poſſet,aliqua negotia ſibi quæreret quibus animi eius implicarentur. Nam & illa negotia ſunt ſęcularia,cum animus occupatur colligendę cura pecunię ſine labore corporis,vt faciunt negociatores,& huiuſmodi. Cura enim non manibus operantur,ideoq; ipſum animum ſuum occupant habendi ſollicitudine, quod ne iſte faceret,quia infirmus laborare non poterat, prohibet, dicens, Nemo militans deo implicat ſe negotiis ſpiritualibus,vt placeat ei, ſcilicet deo. Cui ſe ꝓbauit.i. deuouit,& per præterita in electione probabilem oſtendit. Nam & qui,quaſi dicat, Ideo labora ſicut bonus miles, vel ideo nemo ſe implicet ſęcularibus negotiis, quia aliter non datur corona niſi legitimè militet, vt in agone fit. Nam & ille qui certat in agone,quolibet, Non coronabitur niſi legitimè certauerit,id eſt, prout expetit lex agonis, quod nemo poteſt niſi ab omnibus,quæ illum agonē impedire poſſunt, abſtineat. Et quaſi ille quæreret, vnde ergo viuam cum fodere non poſſim, & mendicare confundar? ſubdit, Laborantem agricolā,quaſi dicat,& ſi non implices te negotiis,eſt tamē vnde potes viuere,quia Oportet laborantem

Ambroſi.

Aug. in li. ope. mōa.

tem agricolam. Vel ita continua.dico labora, & quanuis ita moneam te laborare, non tamen viuas de opere tuo, quia infirmus es,& minus sufficiens verbo dei:quia Oportet laborantem agricolam, scilicet prædicatorem, qui in agro ecclesiæ ligone verbi dei excolit corda auditorum. Primum percipere,id est,sumere,De fructibus, id est, necessaria ab auditorib⁹, quia dignus est operarius mer.sua. Vt agricola vel vinitor primos fructus laboris sui degustat,ita Apostolus,prius iubet eum sumere qui primus est, & sic cæteris distribuere. Primum enim debet ille suá necessitatem implere ex his quæ accipit, & post aliis de his quæ supersunt ministrare. Castum itaque euangelistá non ad hoc euangelizantem, vt euangelium vendat, securum facit:& vult vt ĩtelligat quod necessaria sibi sumere ab eis in quibus deo militat,& quos tanquam cultor vineam exercet,vel tanquam gregem pascit, non est mendicitas sed potestas. Timothæus autem tantæ abstinentiæ fuit, quod etiam à licitis se temperans volebat de labore manuum viuere,cum dominus decreuerit,vt qui euangelium annunciat,de euangelio viuat. Intellige,quasi dicat,dico vt accipias necessaria à subditis,& in hoc si videor contraria,& contra hoc quod ipse ego facio,dicere, Intellige quæ dico,id est,discerne quid quare dicitur. Ideo enim dico, vt accipias,quia tu infirmus es. ideo ego abstineo, quia mihi de acceptione scandalum est. Intellige dico, quod potes. Dabit enim tibi deus in omnibus intellectum, non solum in his. Memor,quasi dicat, certans legitimè coronabitur, & vt legitimè certes, Memor esto dominum nostrum Iesum Christum resurrexisse à mortuis, natum Ex semine Dauid,id est,de progenie Dauid. Et hoc, Secundũ euangelium meum,id est, secundum prædicationem meam, & si peruersi negent. Hæc non propter Timotheum memorat,sed propter hæreticos quos prȩuidit futuros & ista negaturos, In quo,euangelio prædicando, Laboro vsque ad vincula,sic & tu facias:ego dico habitus, Quasi malè operans,hîc contumeliã notat quȩ ei ingerebatur. Sed verbũ dei non est alligatũ in me,& si corpus.i.licet ego sim alligatus corpore, tamen verbum dei non est alligatum, quia & sermone præsentes & literis absentes docere non cesso.

Aimo. Ambrosi. Aimo. Augu.de ope.mon. Aimo. Ambro.

[Ideò omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu, cum gloria cœleſti. Fidelis ſermo. Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus: ſi negauerimus, & ille negabit nos: ſi non credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt. Hæc commone teſtificans coram deo. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audiētium. Sollicite autem cura teipſum probabilem exhibere deo operarium inconfuſibilem: rectè tractantem verbum veritatis. Prophana autē, & inaniloquia deuita. Multū enim proficiūt ad impietatē, & ſermo eorum, vt cancer ſerpit. Ex quibus eſt Hymenæus, & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicētes reſurrectionem eſſe iam factam, & ſubuerterūt quorundam fidem.] Et ideò, id eſt pro euangelio, vel quia memor ſum Chriſtum reſurrexiſſe, Suſtineo omnia, incommoda maximè Propter electos, & ſi omnibus non proſim, Vt & ipſi mecum conſequantur, hîc ſalutem animæ, quę eſt In Chriſto Ieſu. i. per Chriſtum patratur. & hoc, Cum gloria cœleſti, quę poſt hanc vitam gloria dabitur. q. d. hîc conſequātur ſalutē iuſtificationis, & poſt hanc vitam gloriā cœleſtem. Et fidelis. i. verus Sermo, eſt iſte. ſ. quia conſequentur electi ſalutem & gloriam, & verè: nam & mortui mūdo ſicut Chriſtus veteri homini, & ſuſtinentes, id eſt matyres conſequētur ſalutem. Et hoc eſt quod ait, Nam ſi, nos, Sumus commortui, id eſt ſi nos ſumus mortui mundo, vel peccatis in baptiſmo, ſicut Chriſtus veteri homini, vtique, Et cōuiuemus, id eſt, cum illo viuemus in æterna vita. Et ſi ſuſtinemus, pro Chriſto tribulationes, & paſſiones, Et conregnabimus, cum illo in ęterna beatitudine. Vel ita, Fidelis ſermo, nam ſi: ita ordina literam, & continua, quia vt ſuſtineas memor eſto Chriſtum reſurrexiſſe, Nam ſi cōmortui ſumus, Chriſto in ipſa morte, Et conuiuemus: & ſi ſuſtinemus, in ipſa paſſione, Et contegnabimus, in gloria cū eo. Et iſte ſermo fidelis eſt: & ſi negauerimus, eum coram hominibus, Et ipſe negabit vos, coram patre dicens, Neſcio vos: hoc eſt contrarium illi quod ipſe ait, Qui me confeſſus. f.c.h.c. & e.e.co.p.m. Et ſi, nos, Non credimus, quod puniat malos ſtultè cōfiſi de miſericordia eius. Ille, tamen

tamen.s.Christus,Permanet fidelis,in dictis suis, & in eo etiam quod dixit,Qui non crediderit condemnabitur. Et verè fidelis est,quia nõ potest Negare seipsum,qui est veritas quod faceret,si dicta sua nõ impleret. hoc autẽ quod seipsum negare non potest laus est diuinæ voluntatis, sic quod quidã non possunt credere culpa est volũtatis humanæ. Hæc autem,prædicta.s.vt patiaris &cæ. Commoneo, te. Vel secundum aliam literam, Hæc commone,alios tibi commissos. Testificans corã deo.i.testem deum inuocãs. Noli.q.d. hoc fac. Sed noli contendere verbis. Ad nihil enim vtile est,nisi ad subuersionem audientium, quia contentio nil potest, nisi subuertere audientes, dum verbosus par,vel superior videtur catholico. Contentio minus stabilitis sæpe generat scrupulum. solent enim in contentione talia opponi elimato maliuolentiæ argumento,vt moueant animos insipientium fratrum. Nec potest esse,quin cõtentio extorqueat aliquid quod dicatur contra cõsciẽtiã,vt intus in animo perdat,& foris victor accedat. Nemo enim patitur se vinci, licet sciat vera esse, quæ audit. Collatio ergo inter dei seruos esse debet, non altercatio. Sollicite autẽ cura exhibere teipsum deo. hoc propter te, Probabilem.i.probatũ & laudabilem in conspectu tuorũ, hoc propter proximũ, Operarium,in operibus vitæ agendis, Inconfusibilem.s. qui non erubescat euangelium, vel non deficiat. rectè Tractantem verbum veritatis.s.secundum competentiam singulorum,vt altis spiritualia, lac distribuat paruulis, Prophana,quæ verba,vt hæreses. Et inaniloquia.s.quę sine fructu sunt,& si nõ ita mala sint. Deuita,quia aliquibus nocẽt. Vnde subdit, Multũ enim proficiunt.i.efficacia sunt, Ad impietatem,id est cõtra cultum dei. Et sermo eorum.i.hæreticorum, Vt cancer serpit, id est à paruo vsque ad maius paulatim tendis, quæ sana sunt corrumpendo,& ita ad impietatẽ trahendo.ex quibus est, Hymæneus & Philetus, horum prodit nomina, vt ab his specialiter caueat:quos & prophanos,& impios designat, & errantes à veritate. Vnde subdit, Qui exciderunt à veritate, in qua olim fuerunt, ideò adhuc eis creditur. vnde etiam magis noxij sunt, sed ab ea exciderunt, Dicentes resurrectionem,corporum Iam factam esse, vt non speretur alia;

Augu. super Ioan.

Aimo.

alia: quod dicebant occaſione verborum illorum, quæ in euangelio continentur, ſcilicet multa corpora ſanctorum, qui dormierant ſurrexerunt, & negabant reſurrectionem generalem, quæ adhuc futura eſt. Vel ita, vt de reſurrectione animę accipiatur. Duę enim ſunt reſurrectiones, prima eſt quę fit in anima, quæ per fidem & baptiſmum viuificatur. Vnde, Qui crediderit in me tranſibit de morte ad vitam. Altera erit corporum, quæ erit in die iudicij. De illa reſurrectione, quæ fit in anima per fidẽ loquitur hîc Apoſtolus cum ait, Dicentes reſurrect. mentium, Iam eſſe factam, in baptiſmo & fide, & nullam corporum reſurrectionem futuram. Omnes enim ſectæ, quæ aliquam religionẽ promittunt concedunt reſurrectionem mentium in fide. Aliter enim, non videntur audiendi. Volentes ergo credi ſibi, omnes etiam inſtituerunt alicuius falſæ religionis ſectam negare iſtam reſurrectionem mentium non potuerunt, omnes de illa conſenſerunt: ſed corporum reſurrectionẽ multi negauerunt, ſicut iſti quos nominat Apoſtolus. Et ſubuerterunt fidem quorundam, & ideò magis vitandi ſunt, [Sed firmum fundamentum Dei ſtat habẽs ſignaculum hoc. Cognouit dominus qui ſunt eius, & diſcedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen domini. In magna autem domo, nõ ſolum ſunt vaſa aurea, & argẽtea, ſed & lignea & fictilia, & quædã quidem in honorẽ, quædam autem in contumeliam.] Sed, ideò nõ pro eis deſperandum eſt, quia Firmum ſtat fund. dei. i. illi quos elegit deus, & immobiliter in fide fundauit: qui perit, indè non erat. Fundamentũ, dico, Habens hoc ſignac. i. habens hoc in ſignũ amicis, & inimicis. Amicis, vt accedant: inimicis, vt territi fugiant. Vel, Habens hoc ſignaculũ. i. hoc habet menti impreſſum, ſcilicet. Quod nouit dominus, qui ſunt eius. id eſt amat, & defendit præſcitos ſuos: in quo præſciẽtia notatur, qua quos præſciuit futuros eſſe conformes imaginis filij ſui, prædeſtinauit, vocauit, iuſtificauit, glorificauit. Numerus talium eſt hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquæ viuæ, paradiſus cum pomorum fructibus. Et hoc numero quidam ſpiritualiter viuũt, & ſuper eminentẽ viam charitatis ingrediũtur. Quidã verò adhuc carnales ſuos prouectus inſtanter exercent: & vt ad cibos ſpiritua-

Augu. ſuper Ioan.

Augu. de baptiſmo.

ſpiritualium fiant idonei, ſanctorũ myſticorum lacte nutriuntur:& quæ in prauis moribus populari etiam iudicio manifeſta ſunt,in dei timore vitant:& regulam fidei diligenter inquiſitam firmiter tenent:& ſi ab ea deuient,citò authoritate catholica corriguntur, quanuis in eius verbis pro ſenſu carnali variis adhuc phantaſmatum cõcurſibus fluctuẽt. Sunt etiam ex eo numero,quidam qui adhuc nequiter viuunt,aut etiam in hæreſibus,vel in gentilium ſuperſtitionibus iacent,& tamen etiam illic nouit dominus, qui ſunt eius. Nam in illa ineffabili præſcientia dei multi, qui foris videntur,intus ſunt,& multi qui intus videntur, foris ſunt. Ex illis ergo omnibus qui,vt ita dicam,intrinſecus & in occulto intus ſunt, id eſt, quos nouit dominus, nemo in ęternam damnationẽ ſeducitur:quia nouit deus, Qui ſunt eius,nõdum apparuit iudicium, ſed iam factum eſt in notitia dei. Nouit enim qui permaneant ad coronã, & qui ad flammam:nouit triticum,& paleam. Deinde alteram partem ſignaculi ponit de libro Eſaię ſubdens, Diſcedat ab iniquitate:& ſi nõ ab iniquis hominibus quibus admixtus eſt in corpore. Omnis, qui verè, Nominat, vel inuocat nomen domini. Nota quòd ait diſcedat. Eſaias enim videns in homine liberũ arbitrium,ita admonet diſcedere ab iniquitate dicens, Diſcedat,&cæt.& per hęc dico,ſcilicet,quod homo libero arbitrio diſcedit ab iniquitate,& quod deus præſcitũ munit,apparet hoſtibus & amicis,quod ipſe ſit Dei,hoc eſt ſignaculum. In magna autẽ. q.d.quidam ſunt ſubuerſi,quidam ſunt ſignati : & non mirũ,quia In magna domo,id eſt in eccleſia ſunt ſimul modo,Non ſolum vaſa aurea & argẽtea,ſcilicet boni, dei diſpenſatores recipientes,Sed & lignea & fictilia,id eſt mali:qui & ſi ad contumeliam ſint,vtilia tamẽ ſunt honeſtis ad purgationem. Vnde ſubdit, Et quędam quidem ſunt in honorem.ſ boni,qui purgãtur per malos. Quędam autem in contumeliam,id eſt mali, qui ſunt purgatorium bonorum. Sicut enim vaſa lignea,& fictilia valent,vt purgẽtur argentea & aurea:ſic mali proſunt ad profectũ bonorum. Magna ergo domus eſt eccleſia in quo ſunt vaſa aurea & argentea , id eſt boni, & fideles & ſancti dei ſerui vbique diſperſi,& ſpirituali vnitate deuincti in eadem cõmunione ſa

Augu.de ciui dei.

Augu.de baptiſmo.

ne sacramentorum degentes & vasa linea & fictilia, id est illi, qui ita sunt in domo, vt non sint in compage domus, nec in societate pacifica, & tamen adhuc corpore simul sunt cum bonis. Nam ante tẽpus vltimæ separationis nullo modo propter commixtionem malorum recedendũ est ab vnitate ecclesiæ, vt autẽ ventilationem areæ simul sint triticum & zizania, grana & palea, quia non concessit domin⁹ Apostolis zizania à tritico separare. Quis ergo hęc audeat? Ecce per vasa aurea & argentea boni, & electi, & ipsi idem sunt. Vasa in honorem, quia ad honorem, & ad gloriam patriæ cœlestis subleuantur per vasa lignea: & sic intelliguntur ficti & reprobi. & ipsi idem sunt, Vasa, in cõtumeliam, quia demerguntur in supplicium damnationis. Vel per vasa aurea, & argentea intelligũtur omnes boni, siue perseuerantes, per vasa lignea, & sic intelliguntur omnes mali, siue qui ad tempus mali sunt, siue pertinaces & de vtrisque, Quædam sunt in honorem, quia de bonis, & malis quidam electi sunt ad gloriam, & similiter de vtrisque, Quædam sunt in contumel. quia & de bonis, & de malis quidam sunt reprobi. [Si quis ergo emũdauerit se ab istis, erit vas in honorẽ sanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonũ paratum. Iuuenilia autem desideria fuge, sectare verò iustitiam, fidem, spem, & charitatem, & pacem cum his, qui inuocant dominum de corde puro. Stultas autem, & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites. Seruum autem domini, non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientẽ, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: nequando deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatẽ, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.] Si quis ergo. q. d. Quædam sunt in honorem, quædam in contumeliam: & quia alterũ horum est, Si quis ergo ab istis, qui sunt in contumeliam, Emundauit se, recedendo ab iniquitate eorum, non ab eis. Erit vas in honorem sanctificatum, fide & operibus: vel, Sanctificatum, id est mundum, Et vtile, acquirendo alios. Domino, & ad omne opus bonum paratum. q. d. nõ petit propter hoc quod cum illis est corpore. Iuuenilia autem. quasi dicat, Aliorum prophana, & inaniloquia deuita, In te

Aimo.
Aimo.
Aimo.

autem

autem iuuenilia desideria fuge, luxuriam, & immunditiã, & alia huiusmodi. Sectare verò iustitiam, in iudicio: Fidem, veram, Charitatem, dei & proximi: vel, Castitatem, Pacem, idest quietem, Cum his qui inuocãt dominum de corde puro. i. cum fidelibus. Vel ita, Cum his. q. d. hęc omnia sectare: Cum his, id est sicut hi, Qui inuocant dominũ de corde puro. id est pura conscientia. hęc sectare. Stultas autem quæstiones, id est inutiles, Et, quæ, Sine disciplina sunt. i. in quibus non est prouentus scientiæ, & si non stultæ sint, Deuita. Non omnes quæstiones vitandæ sunt, sed inutiles. Et sine disciplina. Deuita dico, Sciens quia generant lites, non ædificationem. Seruum autem domini, non oportet litigare, id est tempus litibus expẽdere. Satis obstrepunt contradicentes. ne ergo seruus dei sibi obstrepat studio altercandi, & contendendi, ait, Seruum domini, nõ oportet litigare, sed mansuetum esse, id est tractabilem ad omnes etiam, ad malos, vt attrahat eos. Docibilem. s. qui facile doceat, vel doceatur, si opus est in aliquo, patiẽtem

Augu. de fer. in mõ. quælibet aduersa, Cum modestia. i. mentis lenitate. Corripientem eos, qui resistunt veritati. quia non est cessandum à correctione erroris alterius. Ecce patet, quia nec deesse voluit nos factũ correctioni, nec studere certamini. Multi enim homines, cum à somno excitantur, litigare volũt, aut rursus dormire, cum litigare prohibentur. Corripientem dico, quia ad hoc correctio vtique, Nequando, id est vt aliquando, Det, &c. vel tunc valet correctio. Nequan-

Augu. de cor. & gra. do. i. si aliquando, Deus det illis pœnitentiam, aliter non prodest correctio, nisi supernus medicus respiciat, id est nisi faciat, vt peccati sui quemque pœniteat. quæ pœnitentia pudore, & timore displicẽdi aliis interdum impeditur, dum plus delectat hominem aliorũ existimatio quàm iustitia, qua se quisq; humiliat pœnitendo. Ideóque non solum, cum agitur pœnitentia, verum etiã vt agatur, dei misericordia necessaria est: vt enim Petrus amarè fleret, respexit eum dominus, & ideo Apostolus hîc dicit, Det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, quam

Aimo. modo impugnant, Et, ea cognita, Resipiscãt à laqueis dia-

Auguft. boli, id est recedant ab erroribus diaboli quibus illaqueati tenentur, & redeant ad bonum, vt sapiant veritatem. Nam

Nam resipere est quasi re sapere. A quo, scilicet diabolo, non modo ligantur, sed Etiam captiui tenentur, quasi extra patriam ad ipsius Voluntatem, exequendam.

CAPVT III.

HOc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis q̃ dei, habẽtes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim sunt, qui penetrãt domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquàm ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iannes & membres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vltra non proficient.] Hoc autem. quasi dicat, Dixi prophana & stulta deuita: ad ipsa autem vitanda, Scito quoniam in nouissimis diebus instabunt, sanctis, Tempora periculosa, vel sæua. Hæc est autem causa periculi, Et.i. quia, Erunt homines amantes seipsos, non deũ, vt Petrus qui ter interrogatus à domino, ter confessus est se eum diligere, dicens, Tu scis quia amo te, vnde & dominus oues ei pascẽdas tradidit, quia in pascendis ouibus vera monstratur dilectio, si quis ibi non quærit sua, sed quæ Iesu Christi sunt. Ex eo autem quod seipsos non deum amant quasi ex radice, hæc quæ sequuntur mala oriũtur. s. quod erunt Cupidi, pecuniæ, Elati, ad dominum, Superbi, de honoribus sibi impensis à subditis. Blasphemi, in deum per hereses. Non obedientes parentibus, carnalibus vel spiritualibus: Ingrati, de bonis vt qui corrigẽtibus mala pro bonis reddunt: Scelesti, in grauibus perpetrandis, vt quando modũ peccandi transcendunt, scilicet suas, vel aliorum animas interficientes: Sine affectione, ad aliquem sine qua sunt, non compatiendo infirmis: Sine pace, id est inquietantes alios: Criminatores, id est, crimina aliis imponentes, vel detractores famam sanctorum maculare conantes: Incontinentes, gulæ, vel libidinis, non

August. [margin, beside "culi, Et.i. quia, Erunt homines amantes seipsos"]
August. [margin, beside "Sine pace"]
Aimo. [margin, beside "Criminatores"]
August. [margin, beside "detractores famam sanctorum"]

non refrenando malas cupiditates, Immites, id est crudeles exercendo lites: Sine benignitate, id est largitate, dum nesciunt subuenire aliis: Proditores, secretorum alterius, dum indicant inimicis piorum quæ occultanda nouerūt: Proterui, vel procaces, habitu, vel verbis pudorem nō seruantes, sed humanam verecundiam inuerecunde agitantes: Tumidi, inflato corde: Cæci, non intelligentes quę loquuntur, neque de quibus agunt. Voluptatum, quarumlibet Amatores magis quàm dei, id est carnales lætitias spiritualibus præponentes: Habentes quidem speciem pietatis, id est religionis, quia eadem sacramēta habent cū piis, & ideò periculosi sunt. Virtutem autem eius, pietatis, id est charitatem, Abnegantes, factis. Virtus pietatis est charitas de corde puro, & conscientia bona, & de fide, non ficta, hæc est virtus quam nihil vincit nullus ignis, nulli fluctus sæculi, nulla flumina tentationis eā extingunt. de hac dicitur, Fortis est, vt mors dilectio. Sicut enim mors, quādo venit ei resisti non potest, sic contra violentiam charitatis nihil potest mundus. E contrario data est similitudo. Quomodo enim mors ad auferendum violētissima est: sic charitas ad saluandum violenta est. Vel secundum aliam literam, Veritatem autem eius, id est rem pietatis, Abnegant, idem sensus. Et hos, tales, Deuita. Ecce quare incœpit de nouissimis temporibus. Ex his enim, q. d. benedico, vt tales deuites, quia iam horum prænuncij, quidam sunt. plures autē in fine futuri sunt. Et hoc est quod ait, Ex his enim sunt, qui penetrant domos. Ad literā. Ingrediebantur enim in domos mulierū, & decipiebāt eas. Vnde subdit, Et captiuas ducunt, id est subdolis, & versutis verbis seducunt, Mulierculas, prius & per eas viros earum, vt diabolus prius Euam seduxit, & per eam Adam. Vel, Penetrant domos, id est rimantur proprietatē cuiusque, & quos idoneos inueniunt ducunt captiuos. Vnde subdit, Et mulierculas ducunt capt. i. viros seductiles, quasi mulieres seducūt. Mulierculas, dico, Oneratas peccatis, & ideò erāt dignæ seduci. Vnde subdit, Quæ seducuntur variis desideriis, quia semper noua desideriis sunt. Semper discētes, & nunq̄ ad scientiam veritatis peruenientes: quia semper ambulāt, & nunq̄ ad eam viam perueniunt. Nos autē semper ambule-

Margin notes: Augū. cōtra Faust. — Augu. in psal. 46. — Aimo. — Ambrosi. — Augu. per Ioan.

ambulemus in via donec eò veniamus,quò ducit via:nuſquàm in illa remaneamus,donec pducat vbi maneamus, atque ita & quærendo tendimus,& inueniēdo ad aliquid peruenimus.Quemadmodum autem.q.d. Tales ſeducūt: veritati autem ſemper reſiſtunt. Et hoc eſt quod ait,Quēadmodum autem Iannes & Membres reſiſtūt Moyſi, ita & hi reſiſtūt veritati. Iannes & Membres duo fratres fuerunt magi Pharaonis, horum nomina,non inuenit Apoſtolus in diuinis libris , ſed in apocryphis de quibus hoc ſumitur. Hi autem reſtiterunt Moyſi vſque ad tertium ſignum,in quo defecerunt dicentes. Digitus dei eſt hîc. Et ſicut illi reſtiterunt Moyſi, Ita,& hi.ſ.hæretici, Reſtiterunt veritati:homines, Corrupti mente,id eſt corruptę rationis: Et reprobi,operibus ſemper exiſtentes, Circa fidē, & nunquàm in fide, Sed vltra,ſcilicet poſt hæc pręſentia, Non proficient,ſeducendo, quia in breui deficiēt ſuperati à catholicis. [Inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus,ſicut & illorum fuit. Tu autem aſſecutus es meā doctrinam: inſtitutionem,propoſitum,fidem, longaminitatem,dilectionem, patientiam, perſecutiones, paſſiones, qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconij, Lyſtris,quales perſecutiones, ſuſtinui , & ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes,qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu,perſecutionem patientur. Mali autem homines,& ſeductores proficient in peius:errantes,& in errorē mittentes. Tu verò permane in his,quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciēs à quo didiceris : & quia ab infantia tua ſacras literas noſti,quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem,quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum,ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum inſtructus.] Inſipiētia enim eorū, quæ modo putatur ſapiētia. Omnibus erit manifeſta, per bonos,præſertim per Ioannem Apoſtolū,per quē in Aſia deſtruendos hæreticos prædicit hîc. Manifeſta erit dico, Sicut &, in in præſenti, Illoū, Magorum, Fuit iniquitas manifeſta per Moyſen. Nota quòd animoſitas hæreticorum ſemper inquieta eſt, quos Magorum Pharaonis habere conatum declarat hîc Apoſtolus cōparans eos magis Augu.ad Ianuariū.

Nn Pharao-

Augu.cōtra Faust. Pharaonis. Quos Hieremias perdici insipiēti auiculæ cōparat dicens, Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit: fecit diuitias, nō cum iudicio in medio dierum eius derelinquunt eam, & in nouissimis suis erit insipiens. Perdix contentiosum animal est: similiter & hæretici sunt cōtentiosi, qui non amant disputare, sed quoquomodo superare impudentissima peruicacia. Et sicut perdix clamat, & congregat quæ non peperit: ita & hæreticus Christianos iam per Christi euāgelium natos inuenit, & illos diuitias suas facit: non sano cum iudicio, sed cum temeritate incōsiderata. Non enim intelligit ibi esse veram, & salubrem & quodammmodo germanam atque radicalem Christianam societatem. vnde istos separauit quos ad suas diuitias congregauit: sed posteà derelinquitur, & est insipiēs, quia qui primo per pollicitationem, & ostentationem excellentis sapientiæ seducebat: erit insipiens, id est apparebit insipiens. eis enim quibus primo sapiens erat, tunc erit insipiens, cum apparebit. quia dementia eius nota erit omnibus, vt hîc dicitur. Sed vltra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus. Tu autem. quasi dicat, Illi contradicunt veritati. Tu autem assecutus es meā doctrinam, id est habes sciētiam per meam doctrinam, & ideò potes illis resistere. Et institutionem, bonorum operum. Et propositum, meū quia tendis quo ego: Et fidem inuisibilium: Et longanimitatem, in expectatione promissorum: Et dilectionem, dei & proximi: Et patientiam, de aduersis. Et persecutionem, de loco ad locum: Et passiones, tormentorum. Qualia. q.d. tales tibi illatæ sunt passiones, & persecutiones: Qualia, tormenta mihi facta sunt. Antiochiæ, Iconio, lystris, & quales persecutiones sustinui, & ex oībus. q.d. Ego sustinui persecutiones, & tribulationes Et ex omnibus eripuit me dn̄s, sic & te eruet: Nec solus ego patior, sed Et omnes qui volunt pie. i. religiosè, ac iuste Viuere in Christo, qui venit pati, Patienter, in

August. Aimo. corde, vel corpore à diabolo, vel à malis hominibus, vel à suis concupiscentiis, vel pro dolore peccantium, Persecutionem, hoc semper fit, sed maximè primo tempore eccle-

Augu.in psal. 54. siæ: & sicut omnes qui piè volunt viuere persecutioné patiūtur, ita necesse est, & tibi si piè viuere vis. Piè viuit ille in

in Christo, qui dicit, quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Augu. ad Sebastia.
Quis scandalizatur, & ego non vror? Aliorum infirmitates, & scandala sunt illi persecutiones. Quid enim sic persequitur vitam bonorum, quàm vita iniquorum? non modo, cum cogit imitari quod displicet, sed etiam cum cogit dolore quod videt: quia coram pio viuens impiè, & si non obligat consentientem, cruciat tamen sentientem. Vnde, Vidi præuaricantes & tab. Hæc est persecutio quam patiuntur omnes pij secundum apostolicam sententiam. Mali autem homines. quasi dicat, boni patiuntur, Sed homines mali, in se, Et seductores, aliorum. q. d. qui huius officij sunt, Proficient in peius, ita. s. ipsi dico, Errantes à bono, Et, alios, In errorem mittentes, ipso actu. Quales sunt Augu. de pastorib⁹.
illi, qui timentes hos lædere coram quibus loquuntur, non solum, non præparant se ad imminentes tentationes, sed etiam promittunt felicitatem huius sæculi, quam deus in sæculo nõ promisit. ille prædicit labores super labores vsque in finem venturos ipsi sæculo, tu prospera: ille ad confortandum cor tuum venit pati, mori, sputis illini, spinis coronari, opprobria bibere, ligno configi. Omnia hæc ille tulit pro te, tu nihil pro illo: sed pro te ille confortans infirmum, vt cum crediderit non speret prospera huius sæculi, ait, Fili accedens ad seruitutem sta in iustitia, & ti. & præpara animam tuam ad tentationem. Tu vero. q. d. mali errãt, & in errorem mittunt: Tu verò permane, firmus, In his quæ didicisti, à deo, vel à me: Et credita sunt tibi, vt fideli dispensatori, vt aliis annuncies. permanens dico, Sciens. i. memoriter retinẽs. A quo, id est à qua, Verò, doctore. scilicet à me Didiceris, & ideò non debent tibi venire in dubiũ, & ideò etiá permane, quia Ab infantia, tua nosti sacras literas, legis & prophetarum. Ecce facultas. Quæ, literæ spiritualiter intellectæ possunt, Te instruere, ad salutem obtinendam, Per fidem, quam ipsæ docét. quæ fides est, In Chstisto Iesu, multum significat prodesse veteris testamenti habere notitiam, vbi Christi persona, & incarnatio insinuatur, quę ad salutẽ hominum valet. Omnis enim. q. d. verè scripturæ valent ad salutẽ, quia valent ad causas salutis, Omnis eñ scriptura, cuius author deus est. Inspirata, alicui, Diuinitus. i. per spiritum sanctum,

Vtilis est ad docendum, nescientes, Ad arguendum, id est ad conuincédum de malo negligentes: Ad corrpiendum id est ad increpandũ duriter in malo persistentes. Ad erudiendum dico. & hoc, Ad iustitiam, vel in iustitia, id est, vt iustũ faciat: ita vt homo dei, Instructus ad omne bonum opus sit perfectus. Et quia sic potes.

CAPVT IIII.

TEstificor coram deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduétum ipsius & regnũ eius, prædica verbum, insta oportunè importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate, quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora: opus fac euangelistæ: ministerium tuum imple: sobrius esto. Ego enim iam delibor, & tépus resolutionis meæ instat.] Testificor, id est adiuro Te coram deo, id est teste deo patre, Et Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos, id est illos, qui viui reperientur, qui residui erunt tormentis Antichristi: Et mortuos, scilicet eos, qui mortui reperientur. Vel, Viuos, id est iustos, Et mortuos, idest malos: Et per ipsius aduentum, priorem cui debes grates agere, vel futurum, qui timendus est. Et per regnum, eius æternum, id est, vt tu conregnes æternaliter, Prædica verbum & insta. id est, instanter prædica ita, scilicet. Oportunè, quantum ad eos quibus placet. Et importunè, nolentibus: tu oportunè, quidem agis, sed importunus videris ei, qui libenter non audit, quod tamen aliquando ei prodest. Tu ergo sciens, hoc illi esse oportunum, quod ei videtur importunum, dilectionem curámq; sanitatis eius animo teneas mansueto, & modesto. Multi enim quanuis perturbationes à medico videntur abscedere paulatim tamen verbi vigore per medullas penetrante sanati sunt: cũ scriptura dicat, In multiloquio, non effugies peccatum, non est dicendum istum multum esse locutum, & si Apostolus dicat insta oportunè importunè. In tantiloquio enim, nó est multũ quod est nessariũ. Et argue, de peccatis negligétes. Vel ita potest distingui. Insta oportunè ĩportunè argue.

August. super epist. ad Galat.
Aimo.
Augu. de trinita.

Deinde

Deinde çctera cõtexuntur, Obſecra.i.adiura volẽtes, Increpa, aſperis verbis perſiſtentes. & hoc, In omni patientia, repugnantium: Et doctrina, accipientiũ: ita vt patienter ſuſtineas repugnantes, & doceas accipientes. Et nota quòd huic acriori perſuadet Apoſtolus patientem, Tito nimis patiẽti perſuadet imperiũ. Erit enim. q. d. modò eſt hoc neceſſe, ſcilicet vt prędices, Erit enim tempus, cũ multi, Non ſuſtinebunt ſanam doctrinam, non ferent ſaltem audire, quaſi onus ſit eis: Sed coaceruabunt, ſibi multos, Magiſtros ſecundum deſideria ſua, id eſt qui ea doceant, quæ volunt. Prophetia eſt Apoſtoli, qui præſcius futurorum in doctrina præcipit eſſe inſtandum: vt contra hoc, quod futurum erat præpararetur eccleſia. Tales enim dicit futuros, qui pro deſideriis ſuis doceri velint, vt à magiſtris conſtantibus, & veracibus ad hos conuertantur, qui illos doceant, quæ libenter audeant: quia veritas illis aſpera videbitur, vt relicta vera doctrina fabulis vacẽt. Ipſi dico, Prurientes auribus, deſiderio audiendi, non tamen bona. Et à veritate quidem, quæ eſt eis aſpera, Auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur, quas docẽt magiſtri, quos ſibi coaceruant. Hos magiſtros Salomon vult intelligi per mulierem: de qua ait, Mulier inſipiens, & audax inops panis conuocat prætereuntes, dicens, Panes occultos libenter attingite, & aquæ furtiuæ dulcedinem. Hæc enim mulier vanitas eſt impiorũ, quæ cum ſit inops panis promittit panes. i. cũ ſit ignara veritatis promittit ſcientiã veritatis, quam ipſa occultatione contendat, & quaſi condit, vt libentius audiatur cuius prohibitã furantur ſeducti audientiã. Hæc enim occultatio facit, quaſi pruritũ in auribus ſpiritualiter fornicãtibus, ſicut pruritu libidinis corrumpitur in carne integritas caſtitatis. Nefarij enim doctores ipſa occultatione condiunt ſua venena curioſis, vt ideò exiſtimẽt eos dicere aliquid magnũ, quia habent ſecretum, & ſuauius hauriant inſipientiam, q̃ putãt ſcientiam, dulciuſq; audiunt, quę palàm in eccleſia dici credique prohibentur. Mulier illa propter illicita atq; punienda ſecreta non ſolum inſipiens, verum etiam audax nuncupatur. Sub Chriſtiano enim vocabulo multas ſceleſtes hæreſes condidit, nefandas fabulas finxit, & vtinam tales

Aimo.

Ambroſi.

Ambroſi.

Auguſt. ſuper Ioan.

quales in theatris cantãtur, siue rhythmica scurrilitate ridentur, & non tales quales aduersus deum fingere potuisse illam dolemus insipientiam, & miramur audaciam. Tu verò. quasi dicat, ita futurum est vt dixi. Tu verò, dum tẽpus habes, Vigila, in disciplina ecclesiastica in scripturis explanandis, Et in omnibus, id est, in omnis modi hominibus docẽdis Labora, & opus fac euãgelistæ, id est, quod ore prædicas, hoc opere testare, vt retorqueatur os turturis ad axellas, & sint mala punica, & tintinnabula in extremis oris iacinctinæ tunicæ. Opus fac dico in tãtum, vt impleas ministerium. vnde addit, Ministerium tuum, episcopatus scilicet Imple, scientia, vita, & doctrina: & vt impleas, Sobrius esto, id est, in omnibus modum serua, per quod implere poteris, quia hæc virtus temperat omnes alias. Hæc ideò maximè dicit, ne se nimis affligeret ꝓpter prædictum præceptum. Ego enim. quasi dicat, vigila, labora: & sic te oportet facere, ideò quia ego iam delibor, id

Aimo. est incipio deo offerri, grata hostia. Libare dicimus degu

Ambrosi. stare, vel fundere, vel immolare, indè componitur delibare, quod hîc ponitur pro ipsa immolatione. Passionẽ enim suam delibationem appellat. Deo enim immolatur, qui ꝓ iustitia eius patitur. Vnde subdit, Et tempus meæ resolutionis, id est mortis, Instat, id est ꝓpe est. Et quasi aliquis quæreret. Vnde hoc scis? Respond. Ecce quia gratia dei præueniente. [Bonum certamen certaui, cursum consummaui: fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Festina ad me venire citò. Demas enim me reliquit diligẽs hoc sæculum, & abiit Thessalonicã, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus. Marcum assume & adduc tecum, est enim mihi vtilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum veniẽs affer tecum, & libros: maximè autem membranas.] Bonum certamen certaui, hactenus, id est expleui quod debui. Et cursum consummaui. i. firmiter locaui. Vel ita continua. q. d. in proximo sum migraturus, Sed bonum certamen certaui, cõtra rebelles. q. d. hoc exemplũ tibi relinquo. Et cursum

ſum, meæ prædicationis qua cucurri, vbi facilis tranſitus erat. Conſummaui, firmiter locata eccleſia, & in omnibus aduerſis Fidem, quæ eſt caput Chriſtianę religionis, Seruaui, quæ non poteſt haberi, niſi deo miſerante, quia donũ dei eſt. vnde alibi ait, Miſericordiam conſecutus ſum: nō quia fidelis erã, ſed vt fidelis eſſem. Apoſtolum ergo inuenimus ſine vllis meritis bonis imò, cum multis meritis malis dei gratiam conſecutum, reddentis bona pro malis quę ſua iam propinquante paſſione bona merita ſua commemorat: poſt quæ conſequitur coronam, qui poſt mala merita conſecutus eſt gratiam: quæ niſi prius gratuito donaretur, corona debita, nō redderetur. ergo non merita ipſius tanq̃ ipſius ſunt, id eſt ex ipſo ei comparata, ſed dona dei ſunt. Attende quod ait, Certamen certaui, curſum cōſummaui, quomodo hoc dicere potuit cui adhuc reſtabat ipſius paſſionis, quam ſibi impendere dixerat tam magna conflictatio, tam moleſtum certamen, ad cuius cōſummandũ curſum, adhuc illud deerat, vbi erat futurus acrior & crudelior inimicus. ſed hoc dicit, non re plena, ſed ſpe firma, quia de victoria futuri certaminis, & curſus cōſummatione certũ eum ſecurúmque iam fecerat, qui ſibi paſſionem iam imminere reuelauerat, & ideo quod futurũ eſſet præſumpſit, tanquàm factum fuerit indicauit. Hoc igitur totum nos dicimus, tunc fuiſſe adhuc perficiendum, quia de dei promiſſione præſumens totũ ita dicebat tanq̃ fuiſſet effectum. Vnde & de præmio ſecurus adiungit, Et in reliquo, id eſt in futuro, Corona iuſtitię repoſita eſt mihi, quam. ſ. nullus auferat, idem tibi ſperarare potes. Quã reddet mihi dominꝰ in illa die, quia ipſe eſt Iuſtus iudex, vtique iuſtus retribuendo bona pro bonis, quia prius miſericors retribuendo bona pro malis: & ipſa tamen iuſtitia, qua retribuuntur bona pro bonis, non ſine miſericordia. Et nota ꝙ ait reddet. Si enim fides gratia eſt & vita æterna, quaſi merces eſt fidei. Videtur quidem deus vitã ętërnam tanq̃ debitam reddere, cui debitam? fideli, quia promeruit illã per fidem, ſed quia fides gratia eſt & vita ęterna eſt gratia pro gratia. Reddet mihi dico, Nō ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius, mali timent aduentũ eius, quia ibi damnandi ſunt, boni verò di-

Augu. de gra. & lit. arg.

Auguſt.

Augu. in pſal. 124.

Augu. ſuper Ioan.

ligunt, quia ibi ſaluandi ſunt. Feſtina. q.d. quia tempus reſolutionis inſtat, Feſtina, citò venire ad me, & etiam ideò quia quos mecum habere ſolebam, modo non habeo. Demas enim, propriũ nomen, Me dereliquit, tempore aduerſitatis: Diligēs hoc ſæculum, & abiit, Theſſalonicã, Creſcens, abiit In Dalmatiam, miſſus à me in miniſterium. Et Titus, abiit, In Dalmatiam, miſſus à me. Lucas eſt mecum ſolus, Marcum aſſume, & adduc tecum. Eſt enim mihi vtilis in miniſterium. Tychicum autem miſi Epheſum, penulam quam reliqui Troade apud Carpum veniens affer tecum & libros, quos ibi dimiſi. Maximè autem membranas, vt ibi ſcribam epiſtolas meas. Hæc penula ſecundum Aimonem data fuit patri Pauli, in inſigne à Romanis, quando ſuſceptus eſt in ſociũ, & ciuem Romanum. Vnde & Paulus, ſe ciuē Romanum appellat. Penula enim erat veſtis conſularis, qua induebantur conſules Romani ingredientes in curiam: de qua ſi quæritur, vnde Apoſtolo acciderit, reſpondeo Romanos, hanc habuiſſe conſuetudinem, quando monarchiam totius orbis ſibi acquirebant, vt quæcunque gens cum pace, & coronis eis occurriſſet, darent eis libertatem, intantum vt fratres illorum dicerentur ciueſque Romani appellarentur: dabántque poteſtatem ædificandi curiam, & habendi conſules, ſicut & ipſi habebant. Pater igitur Pauli de Giſcalo oppido Iudææ, vbi natus fuerat tranſlatus in Tharſum Ciliciæ, quodam tempore venientibus Romanis per Ciliciam, occurrit eis ipſe cum aliis, Tharſenſibus vtpote nobilis, exceperúntq; eos cum pace. Tunc Romani conceſſerunt eis prædicta, ibiq; pater Pauli penulam accepit, poſt cuius mortem ob recordationem eius, hanc veſtem ſibi Paulus retinuit. Vel penula, hîc dicitur volumē legis. Vnde Hieronymus ait, Volumen Hebræorum replico. quod Paulus iuxta, quoſdam penulã vocat. [Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit. reddet illi dominus ſecũdum opera eius, quē & tu deuita. Valde enim reſtitit verbis noſtris. In prima mea defenſione, nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Dominus autem mihi aſtitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes, quia liberatus ſum de ore leonis.

Libera-

Liberauit me dominus ab omni opere malo,& saluum faciet in regnum suum cœleste, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Saluta Priscillam & Aquilam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi, Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Festina ante hyemem venire. Salutant te Eubolus & Pudens,& Linus,& Claudia, & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cũ spiritu tuo. Gratia vobiscũ. Amen.] Alexander,quasi dicat,illi reliquerunt me. Alexander autem ærarius,id est, faber vel custos ærarij. Multa mala mihi ostendit, id est, fecit Athenis. Iste Alexander quem supradixit reuersum ad apostasiam,qui fabricabat ædes Dianæ apud Athenas, & omnes contra Apostolũ commouit. Vnde subdit, Reddet ei dominus secundũ opera eius,nõ ait reddat, sed reddet, quod verbum prænunciantis est,non imprecantis. Indicat enim non optat. Quem & tu deuita, valde enim restitit verbis meis, & in prima mea defensione,id est,quando primo cœpi defendere euangelium contra illum nemo mihi affuit adiutor. Per hoc quod dicit, In prima,innuit se sæpe congressum contra illum,vel pressuram & tribulationem sibi illatam defensionẽ appellat. Tribulatio enim Christianis defensio est, quia defendit eos in die iudicij. Nemo mihi affuit dico, Sed omnes mei dereliquerunt me,non illis imputetur,quia hominis est timere. Nota quòd non orat pro Alexandro qui inuidentia fraternitatẽ impugnando peccauerat,sed pro his qui non abruperant amorem, scilicet timore succubuerãt,orat vt eis ignoscatur. Multum enim interest qui hoc modo,& eos qui illo modo peccant. Dominus autem astitit mihi, & confortauit me, quanto plus ab hominibus relictus sum. Confortauit me dico, Vt per me prædicatio impleatur,& audiant omnes gentes quod liberatus sum etiam de ore leonis,id est, Neronis de cuius manibus liberatus est à domino, quando venit Romam, adductus ab his qui præerat Iudææ ob hoc quia Cæsarem appellauit. Nam cum venisset Romam duobus annis mãsit in libera custodia,& post etiã trãsiuit ad nationes quæ erant in circuitu Romæ. Vel, De manu leonis, id est, diaboli:qui sicut ait Petrus tanquam leo rugiens circuit quęrens quem deuoret:qui cũ non potest à iustitia remouere

Ambrosi.

Augu. de ser. ĩ mõte

Aimo.

Apostolum,

Apostolũ, vel de vitá vult tollere ne aliis prodesset: quod quia non, potest insultat ei Apostolus, dicens, Liberauit me etiam dominus ab omni opere malo, & saluum me faciet, ducens, In regnum suum cœleste, idem tibi sperare licet. Cui est gloria in sæcula sæculorum, Amen. Saluta Priscam & Aquilam, Aquila erat vir Priscæ: apud istos hospitabatur Apostolus. Et Onesiphori domum, id est, familiam. Arastus remansit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti, id est, ideo hos nominat vt veniens per eos visitet. Festina ante hyemem venire, propter ymbres & frigora commonet, vt autumno veniret. Salutant te Eubolus, & Pudens, & Linus, & Claudia, fratres omnes. Post salutationem fratrum ipse salutat, quasi subscribens hoc modo, Dominus Iesus, sit, Cum spiritu tuo, & caue ne admonitus irascaris, sed potius, Gratia, sit, Vobiscum, id est, maneat nostra dilectio, Amen. i. fiat, vel vera sunt quæ hactenus dixi.

Ambrosi.

Argumentum in epistolam ad Titum.

TItum commonefacit & instruit de constitutione presbyterij, & de spirituali conuersatione, & de hæreticis vitandis, qui traditionibus Iudaicis credunt, scribés ei à Nicopoli.

CAPVT I.

PAVLVS seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum dei & agnitionem veritatis quæ secundũ pietatem est in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur deus ante tẽpora sæcularia: manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri Dei, Tito dilecto filio

secundum

ſecundum communem fidem. Gratia & pax à deo patre & Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro.

Paulus ſeruus dei,&c. Hanc epiſtolam ſcribit Apoſtolus Tito, quē creauit epiſcopum cōmonens eum fore ſollicitum in eccleſiaſtica diſciplina. Tito enim relicto Cretæ epiſcopo ex humilitate & ſimplicitate nimis patienti. A Nicopoli ſcribit de epiſcopali officio imperioſè & poteſtatiuè tractādo præſcripta ei ſua authoritate vtili. Debet enim pontifex habere maternam pietatē & patris ſeueritatē, vt ſit fortis ſuperbis, & ſuauis modeſtis, vt non habens timoris angulum nec elationis ſupercilium, vrat, & luceat: vnde in veſte legalis pōtificis erat coccus biſcinus, qui habet ſpeciem ignis. Ignis autē duo facit, vrit, & lucet: ita & pontifex gladio prædicationis, ſcilicet ignito eloquio vrere debet mordaci increpatione & metuēda minatione, & lucere blandis fouendo, & delectabilia promittendo. Ideo de manna dicitur quod indurabatur ad ignē, & liqueſcebat ad ſolem. Et baculus pontificalis ab inferiori pungit, & in ſummo in anteriora extēditur, in ſe rediēs, quia eccleſiaſticus doctor gladio verbi pungere debet.i. aſpere redarguere peccantes, quod eſt ex inferiori natura, & correctos in anteriora dirigere, ita tamen vt ad propriā conſcientiam ſui conſideratione redeat, ſi fortè in ſe habeat quæ aliis annunciat. Eſt igitur intentio Apoſtoli inſtruere Titum de epiſcopali officio, atq; monere vt id imperioſè tractet, & hæreticos vitet. Modus talis, primo ſalutat, deinde inſtruit eum de epiſcopali officio docens eum quid agere debeat, & quales epiſcopos per ciuitates conſtituere. Deinde qualiter diuerſos vel ſexu vel ætate, vel conditione inſtituere debeat. poſtea monet eum de vitandis hæreticis. Præmittit autem ſalutationem dicens, Paulus, nomine, Seruus, conditione, non tamē peccati miſera ſeruitute, ſed Dei, quadam nobilitate, qualiter Moyſes & Dauid ſerui ſunt appellati, & Maria ancilla. Apoſtolus autem Chriſti Ieſu. q.d. Humilitas non tollit poteſtatē & dignitatem. Apoſtolus dico, Secundum fidem electorum dei, tenens & prædicans fidem quam tenent, vel qua ſaluantur electi dei, & ideo pro ea laborandum eſt. Et ſecundum agnitionem, veritatis, Quæ, veritas eſt, Secundum pietatem, Ambroſi.

tatem, id est, Christi religioné. hoc ideo dicit, quia est veritas, & in liberalibus artibus, sed quæ nihil pertinet ad Christianam religionem. Apostolus Christi sum dico, Et in hoc in spem vitæ æternæ, id est, per hoc sperans vitam æternam. hæc est res, hîc est fructus apostolici officij. per hoc commendat apostolicum officium, non tepidius esse agendum. Quàm, vitam æternam? Deus ante tempora secularia, vel æterna, quod idem est, id est, ante omnia tempora, Promisit, quomodo, Promisit, cum nõdum essent homines quibus promitteret, quia in eius æternitate, & in ipso verbo eius eidem coæterno iam prædestinatione fixum erat. Promisit, ergo, ante tempora, quia in se æterno sic fixum erat antequam tempus esset quod cum creaturis cœpit. Nõ ergo possumus dicere fuisse aliquod tẽpus quãdo deus nõdũ aliquid fecerat. Ideo ait, Quàm p.d.a.t.s.q.d. nõ est recẽs promissio, sed ante tempora omniũ seculorũ. addit, Qui non mẽtitur, id est, quia verax est, per quod certa ostenditur promissio vitæ, quæ quanto certior est, tanto minister debet sollicitior esse. Vt, antè certius sit, Manifestauit suis temporibus, id est, congruis, scilicet Verbum suum, id est, filium, hæc est vita æterna. Manifestauit dico, non solum rei effectu, sed etiam In prædicatione quæ credita est mihi vt fideli cui tu ô Tite comparticipas. Credita est mihi prædicatio dico, & hoc, Secundum præceptum saluatoris nostri dei, cui in salute hominum minus obedimus, si quomodo remittimur. Paulus, inquam, scribit hanc epistolam, Tito dilecto filio suo secundum communem, id est, catholicam Fidem, non priuatam alicuius. Catholicon enim Græcè, Latinè dicitur commune, vel vniuersale. Et in scribendo, primum salutat in hunc modum, Gratia, sit, Tibi & pax à deo patre, & Christo Iesu saluatore nostro. manifesta sunt hæc. [Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros sicut & ego disposui tibi, si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium,

Augu. de ciuit. dei.

Augu. cõtra Mani.

ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem, amplectentẽ eum qui ſecundum doctrinam & fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere.] Huius rei. Primo dicit quid agere debeat, & quales ordinare preſbyreros ita incipiens. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, cum inde recederem: Vt corrigas mala, in peccantibus, addendo bonis, Ea quę deſunt, ad perfectionem. Et nota quòd dum hæc recolit Apoſtolus ſicut ei diſpoſuerat monet exequi. Et, ideo reliqui te, Vt cõſtituas, per ſingulas Ciuitates preſbyteros, id eſt, epiſcopos, vt paſtoralis curæ onus facilius ſuſtineatur per multos diuiſum. Conſtituas dico, Sicut ego tibi diſpoſui, id eſt, quales conſtituendos docui, ſcilicet, Si quis eſt, non dico ſine peccato, Sed ſine crimine, id eſt, ſine peccato criminali, vel infamia criminali. Si dixiſſet ſine peccato, nullus in eccleſia rectè poſſet ordinari miniſter. Multi enim baptizati fideles ſunt, ſine crimine. Sine peccato verò in hac vita neminem dixerim, non quia peccati aliquid remaneat quod in baptiſmate non dimittatur, ſed quia in nobis, in huius vitæ infirmitate manẽtibus, quotidie fieri non quieſcunt, quæ fideliter orantibus quotidie remittantur. Quẽlibet valde iuſtum diſcutias in hac vita, quanuis iam ſit dignus iuſti vocabulo, non eſt tamen ſine peccato. Vnde Ioannes, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſe. & ver. in. n. non eſt. Sed planè multi iuſti dicti ſunt ſine querela, quod intelligitur ſine crimine. Nulla enim querela iuſta eſt de his qui non habent crimen. Crimen ergo eſt graue peccatum accuſatione & damnatione digniſſimum, vt homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, & cætera huiuſmodi, quę cum cœperit homo non habere, incipit caput eius erigere in libertatem, ſed iſta inchoata eſt non perfecta libertas. Vnius vxoris vir. Poſt baptiſmum, quando nouo homini nec ſtupra nec aliqua quæ ante fuerant obſunt. Huic ſentẽtię Auguſtinus contradicit his verbis, Acutius intelligunt qui nec eum qui cathecuminus vel paganus habuit alteram, ordinandum eſſe cenſuerunt, quia de ſacramento agitur nõ peccato. Nam in baptiſmo omnia peccata dimittũtur. Et qui dixit, Si nupſerit virgo, nõ peccat, ſatis declarauit nu-

Augu. ad Bonifac.

Augu. ſuper Ioan.

Hierony.

Augu. de cõiugali.

ptias

ptias non esse peccatũ: propter sacramenti autem sanctitatem, sicut fœmina etiam si catechumina vitiata fuerit non potest post baptismum inter dei virgines consecrari: ita non absurdè visum est bigamum non peccasse, sed formam quandam sacramenti amisisse, non ad vitæ bonæ meritum, sed ad ordinis ecclesiasticæ signaculum necessariũ. Et sicut plures antiquorum patrũ vxores significauerunt futuras ex omnibus gẽtibus ecclesias vni viro subditas.i. Christo, ita noster antistes.i.episcopus vnius vxoris vir significat ex omnibus gentibus vnitatem vni viro subditam.i. Christo. Itaque sicut duobus pluribúsve dominis seruire, sic ab vno viro in alterius transire connubium nó licet, quia apostatare ab vno deo, & ire in alterius adulterinam superstitionem semper est malum. Et ideo ait, Vnius vxoris vir, in quo spes continentiæ est & sacramentum. Filios habens fideles, id est sanæ fidei, Non in actione luxuriæ, aut non subditos.i.nec saltem de luxuria accusatos, vel sibi non subditos. Alioquin nec spes est in eo corrigẽdi alios, nec frontem habet ad alios, talium cohabitator, Oportet enim.q.d.talis debet constitui episcopus. Oportet enim, id est, necesse est ad tractationem officij, Episcopum esse sine crimine, id est, irreprehensibilem, Sicut dei dispensatorem, cum dicit episcopum, apertè ostendit presbyterorum nomine episcopos supra fuisse designatos. Nó superbum, non iracundum, non percussorem, id est, non aliorum mentes aliter q̃ oportet loquendo percutientem. Vel ad literam, Non ferocem, non crudelem, Non cupidum turpis lucri.i.secularis: Sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, proximo: Sanctum, deo, Continentem, se ab illicitis.i.ab ira, superbia, & cæteris. Amplectentem, amore, Eum sermonem qui est secundũ doctrinam fidelẽ.i. veracem: ita hæc habeat, Vt potens, sit vita & sciẽtia. Exhortari, scientes, In doctrina sua, & redarguere eos qui cótradicunt, veritati obloquendo, vel male viuendo. Cótradicentes enim non vno modo intelligendi sunt. paucissimi quippe nobis contradicunt loquendo, sed multi male viuendo. Quis enim audet apertissimè loquendo contradicere veritati? Non cõtradicũt multi lingua, sed vita, quos redarguere magnũ opus est, grãdis sarcina, cliuus arduus.

Augu. de ver. apo.

[Sunt

[Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & sedu ctores: maximè qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt, docentes quę nō oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ: ventres pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos durè vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis & mandatis hominum auersantiū se à veritate, Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonū reprobi.] Sunt enim. Quasi dicat, Bene dixit eos qui contradicunt. Sunt enim, incerti, Multi & inobediētes, in se: Et vaniloqui, ad alios: Et seductores, circumuentionibus, & cuiuscunque generis fraudibus. Et maxime qui de circuncisione sunt. i. de Iudeis qui sub nomine Christi iudaizare docebāt. Renati enim in Christo non puri erant Christiani, quia partim legem, partim Christum venerari volebāt: de quibus subdit, Quos oportet redargui. ideo, quia ipsi sunt, Qui subuertunt vniuersas domos, id est, totam familiam, Docentes quæ non oportet. & hoc faciunt, Gratia turpis lucri, scilicet terrenæ rei, id est, pro terrenis acquirendis. Vel, Gratia turpis lucri, id est, vt proselitos faciant: sicut dominus dicit Pharisæis & scribis, Circuitis mare & aridam vt faciatis vnum proselitum. Dixit, Quasi dicat, Verè tales sunt, sicut dixit, Quidam ex illis, qui eos nouerat. Iste fuit Pigmenides Cretensis in cuius libris hoc inuenitur, qui homo inter prophetas dei non inuenitur, nec eius prophetia ad illa eloquia dei pertinet quæ Iudæis sunt credita. Et ideo nomen eius non commemorauit Apostolus, sicut solet commemorare prophetas dei, dicens, sicut & Dauid dicit, vel Esaias: vel tacitis nominibus illorum dicit, sicut scriptū est, & ea scriptura intelligitur in qua est authoritas dei. Homo autem ineruditus, canis rabiosus, ausus est dicere istū de prophetis Iudæorum fuisse, de quo ait Apostolus, Dixit quidam ex illis proprius, quia verum dixit, & si poeta esset. Propheta dico, Illorum, non dei, Et proprius, illorum, quia eorum August.

rum

rum naturam bene aperuit. Quod vtique ad hoc dictum est, ne dei propheta putaretur, Non ergo Iudæorum, sed Cretensium proprius erat propheta, qui dixit, Cretenses semper, sunt Mendaces & malæ bestiæ, id est, sanguinem sitientes: Et ventres pigri, id est, gulosi, & ideo pigri. Et ne minus credas ei quia Gentilis erat, eius verba commendat Apostolus dicens, Testimonium hoc verum est. Sciendum quòd licet diuinæ authoritati vnde voluerit quod verum inuenerit testimonium sumere, sicut & Paulus, vt legitur in Actibus apostolorum cum loqueretur Atheniensibus ait de deo, In illo viuimus, mouemur, & sumus, sicut & quidam secundum vos dixerunt. Et de Atheniensis aræ inscriptione ait, Inueni aram in qua subscriptum est, de ignoto deo. Ita diuina authoritas vndecunq; sumit quod necessarium inuenit, sed non ideo omnia ibi quæ inscripta sunt, accipienda confirmat. Vnde in lege præceptum est Iudæis, vt si mancipium gentile emerēt, eius pili raderentur, & vnguium incrementa abscinderentur: deinde ad vsus domesticos assumeretur: ita vanis atque superfluis Gētilium superstitionum & poeticarum sententiis abrasis & decisis, quod purum repertum fuerit ad ministerium domus dei assumendum est. Sequitur, Quam ob causam docent: quasi dicat, quod non oportet. Quam ob causam increpa illos, nō vt soles molliter, Sed durè, ideo vt sani, Sint in fide, id est, vt rectè credant. Non intendentes Iudaicis fabulis, literalis obseruātiæ, in qua nemo iustificatur apud deum. Et mandatis hominum, quia mandata legis post manifestam veritatem, iam hominum, & non dei mandata sunt. hominum dico, Aduersantium vel auertentium se à veritate, spiritualis intelligentiæ. Quicquid enim aduersus veritatem opponitur, humana intentio est. Ideo mandata hominum, & fabulas appellat quæ narrāt, quia nesciētes scripturarum & interiora verborum legum, colorē sequuntur, non saporem. Putant enim nunquam recedendū esse ab his quæ Moyses tradidit, vt puta de escarum differentia. Vnde subdit, Omnia enim. q. d. Verè auertunt se à veritate, quia Omnia, humanis vsibus concessa, Munda, sunt, Mundis. s. illis qui fide bona sumunt & iusti sunt: quod ipsi negant ideo, quia in lege quædam Moyses prohibuit,

Ambrosi.

Augu. contra Faust.

hibuit,& ab immundis munda discernit. hoc autẽ non secundum naturas quas deus creauit intelligi voluit, sed secundum significationes. Omnia ergo munda sunt mũdis secundum naturã, in qua creata sunt. Vnde in Genesi, Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, secundũ significationes tamen quædam immunda sunt Iudęis, nec omnia nobis apta sunt, vel propter salutem corporum, vel propter consuetudinẽ humanæ societatis. Cum ergo sua cuique redduntur, & naturalem ordinem seruant. Omnia sunt munda mundis: contaminatis, autem per peccata, Et infidelibus, scilicet qui non credunt in deum vel deo, Nihil mundum, quia non sunt digni donis dei: sed Et mens, id est, intellectus, Et conscientia eorum inquinatæ sunt: quasi dicat, non ex cibo est inquinatio eorum, sed ex malo intellectu & conscientia peccatorum. Et verè mens & conscientia eorum inquinatæ sunt, quia Confitentur, quidem verbis, Se nosse deum, factis autem negant. Vt enim Ioannes ait, Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Si negatio non tantum lingua sit, sed & factis certè multos inuenimus Antichristos, qui ore confitentur Christum, & moribus dissentiunt ab eo. Quisquis factis negat Christum, Antichristus est. Tales sunt omnes mali catholici, qui nõ verbis sed factis negãt. Nolite ergo esse tanquam de fide securi, adiũgite fidei rectæ vitam rectam, vt Christum confiteamini, & verbis vera dicendo, & factis bene viuendo. nam & si confitemini verbis, & non factis, fides talium morum, propè fides est dæmoniorum. Cum sint. q. d. confitentur se nosse deum, Cum, tamen, Sint abominales, id est, deo odibiles: Et incredibiles. i. nec habiles credere: Ad omne opus bonũ reprobi. i. à deo reprobati, vt non habeant gratiam ad bene operandum. Tu autem, quasi dicat, illi docent quod non oportet.

Augu. super Ioan.

CAPVT II.

TV autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices: nõ multo vino seruientes: bene docentes vt prudentiam doceant. Adolescentulas, vt viros

ſuos ament: filios ſuos diligant, prudentes, caſtas, ſobrias domus curam habentes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt nõ blaſphemetur verbum dei. Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum ſanum irreprehenſibile, vt is qui ex aduerſo eſt vereatur, nihil habens malum dicere de bonis.] Tu autem loquere ea quæ decent ſanam doctrinam. i. doctrinã ſanæ fidei. Hæc ſunt quæ ad bonos mores pertinẽt. ſ. hortare, Senes, vt ſobrij ſint: pudici, ne luxurient: Prudentes, prouidentes fidei neceſſaria: Sani in fide. ſ. vt habeant integram fidem ſimiliter, vt ſint ſani, In dilectione dei, & proximi, in ordine ipſo charitatis. & ſint ſani, In patientia, tentationum & tribulationum, hortare etiam anus ſimiliter, eſſe, In habitu ſancto, vt. ſ. earum inceſſus, motus, vultus, ſermo præferant ſanctitatem. Non criminatrices. i. crimina aliis imponentes, quod ſolent facere adoleſcẽtulis. Non multo vino ſeruientes, ſolent enim eſſe quædam quæ corporis frigeſcente luxuria vino ſe pro libidine dederunt. Bene docentes, non quidem publicè viros, ſed priuatè, Adoleſcentulas, ita tamen vt doceant ipſas adoleſcentulas, Prudentiam. ſ. vt ament viros ſuos. Vel ita diſtingue, Benè docentes, ita vt prudẽtiam doceant. Hîc diſtingue. Deinde ſequitur. Adoleſcentulas, hortare, Vt viros ſuos, quos carnali affectu naturaliter diligunt, Ament, etiam pudica dilectione, vt. ſ. cum pudore viris debitũ potius reddãt quàm exigant. Et filios, ſuos Diligant non modo carnali, ſed etiam ſpirituali amore. doceant etiam eas eſſe, Prudentes, mentis intelligentia: Caſtas, corporis continentia: Sobrias, in cibo & potu. Domus, ſuæ, Curam habẽtes, Benignas ſubiectas viris

Hierony. ſuis, vt non diuitiis vel nobilitate perflatę, viris ſuis imperare deſiderent. Subiectæ ſint viris ſuis dico, ita Vt verbũ

Ambroſi. dei. i. doctrina euangelica, Non blaſphemetur, ſi habẽt viros infideles quibus propenſius propter timorem dei obſequi debent, & congaudere, vt hoc videntes nõ blaſphemẽt nomen domini. Vel poteſt hoc referri ad ſenes, & ad omnia ſuperiora. q. d. Hortare ſenes & anus, & adoleſcentulas, vt ita ſe habeant vt dixi quod debent facere. ideo vt non blaſphemetur nomen domini: quod fit ſi malè habeant.

beant. Iuuenes similiter hortare, vt sobrij sint, quia iuuentus solet modum egredi. imò promptior solet esse ad lapsum, ideo salubrius retinaculis contineri iubetur, vt infrenata diuinis legibus gubernetur: quod vt facilius sit, magistrum iubet esse, formam subdens, Et in omnibus imple teipsum exemplum bonorum operum, vt.s. quod docet verbis, ostendat factis: vt hi qui prophani sunt & inimici dei, erubescãt, vidẽtes quia quæ docet vera esse probat factis. Aliter pastor occidit oues quantũ in se est, & si illæ viuũt. Mali enim pastores non parcunt ouibus, qui nõ modo languentes & errantes nõ curant, sed etiam fortes & pingues necant quantum in ipsis est. & si illæ viuunt, de misericordia dei viuunt, tamen quãtum ad pastores malos pertinet, occidunt. Quomodo? malè viuendo, malũ exemplum prębendo. Attendentes enim ouis præpositum suum malè viuentem, oculos à regulis dei declinantem & in hominem intendentem, incipit dicere apud se, Si præpositus meus sic viuit, ego qui sum qui non faciam quod ille facit? Omnis ergo qui malè viuit in conspectu eorum quibus præpositus est, quantũ in ipso est occidit eos. ideo seruo dei eminenti in membris summi pastoris dictum est, In omnibus præbe teipsum exemplum bonorum operum. s. in doctrina, recta: In integritate, vitæ & corporis: In grauitate, ne leuis sis, sed authenticus. Et verbum, tuum sit, Sanum & irreprehẽsibile, quod non valet reprehendi loco dictũ & tẽpore: Vt is qui ex aduerso est. i. qui vobis contrarius, Vincatur vel vereatur nihil habens malum dicere de vobis. Ambros.
[Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicẽtes, nõ fraudantes, sed in omnibus fidẽ bonam ostendẽtes, vt doctrinã Saluatoris nostri dei ornẽt in omnib⁹. Apparuit enim gratia Saluatoris dei nostri oĩbus hoĩbus, erudiẽs nos vt abnegãtes ĩpietatẽ & sęcularia desideria sobriè & iustè & piè viuamus in hoc sęculo, expectãtes beatã spẽ & aduentũ glorię magni dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsũ ꝓ nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mũdaret sibi populũ acceptabilẽ, sectatorẽ bonorũ operũ. Hęc loquere & exhortare, & argue cũ oĩ ĩperio. Nemo te cõtẽnat.] Seruos, etiã hortare, Subditos esse dñis suis, quibuslibet tã bonis q̃ malis.

Subditos dico, In omnibus, quę non sunt contra deum, Et placentes. Vel ita distingue, In omnibus placentes, non contradicentes, hoc modo poterunt placere, scilicet si non mussitauerint cum domini aliquid iusserint: Non fraudãtes aliquid, de debito seruitutis: Sed in omnibus, etiam in minimis, Fidem bonam ostendentes, vt doctrinam, hoc referunt ad omnia prędicta, scilicet ad senes, & anus, & seruos, &c. Quasi dicat, Hortare omnes prędictos, vt ita se habeant vt præscriptum est, Vt, ita Ornent in omnibus, actionibus suis. Doctrinam Saluatoris domini nostri, bonis operibus & fide doctrinam dicit ornari dominicam. Ornamentum enim doctoris vel pastoris est honesta vita discipuli. Apparuit enim, quasi dicat, Omnes monendi sunt, vt ornent, quia omnibus natus est Christus, nullum excludit. Et hoc est quod ait, Apparuit enim, per carnem, Gratia dei & Saluatoris nostri dei, id est, deus & Saluator noster, scilicet dei filius, etsi inuisibilis sit in forma dei, tamen per gratiã apparuit in forma serui, & hoc, Omnibus hominibus, id est, ad vtilitatem omnis generis hominum, sine quo non profuisset nobis nasci: Erudiens nos, exemplo vitæ & doctrina, in quo eum sequi debes, scilicet, vt erudias. Erudiens nos dico, ad hoc, Vt, nos, Abnegantes, id est, fugientes Impietatem, vanæ culturæ & ignorantiæ. Et desideria sæcularium, quæ à mundi huius principe suggeruntur. Sobriè in nobis: Et iustè, ad proximum: Et piè, ad deum. Viuamus in hoc sæculo tam fragili. Nos dico, Expectantes, vt certi & solliciti, Beatam spem, id est, gloriam æternam: Et aduentum, vel manifestationem glorię magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui non in infirmitate vt prius, sed in gloria & potestate veniet, præmia daturus secundum merita, qui in primo aduentu adeo humilis fuit. quod non solũ erudiuit, Sed dedit, id est, tradidit morti, Semetipsum pro nobis, per hoc securi sumus de spe. Dedit dico, Ad hoc vt redimeret nos per sanguinẽ ab omni iniquitate tam originali quàm actuali. Et mundaret, in baptismo à culpa & pœna, Populum sibi acceptabilem, vel peculiarem, id est, proprium, Sectatorem bonorum omnium. Ad hoc redemit nos Christus, vt puram vitam sectantes, & repleti operibus bonis regni dei hæredes essẽ.

Ambrosi.

Ambrosi.

esse possimus. Hæc loquere, nescientibus: Et exhortare, scientes: Et argue, negligentes vel rebelles: & hoc, Cũ omni imperio, id est, potestate, quia iam non asperè hoc accipitur, cum pro salute fieri sciatur ita cum imperio, Vt nemo contemnat pro simplicitate.

CAPVT IIII.

ADmone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare: non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errãtes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia, & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis & renouationis spiritussancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Fidelis sermo est. Et de his volo te cõfirmare, vt curent bonis operibus præesse qui credunt deo. Hæc sunt bona & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & deliquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Cum misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum, & Apollo sollicitè pręmitte, vt nihil illis desit. Discant autem & vestri bonis operibus pręesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amãt in fide. Gratia dei cum omnibus vobis. Amen.] Admone, quasi dicat, & si tu habes imperium spirituale, tamen Admone illos subditos esse principibus, scilicet regibus & ducibus, Et potestatibus, minoribus, Et obedire dicto, illorum non quidem ad malum, sed admone, Paratos esse ad omne opus bonum, id est, obedire illis in domino. Et ad-

Ambrosi. mone neminem blasphemare,& si premũtur ab illis: quasi dicat, Admone vt ad malum tardi sint,& ad bonum parati,scientes quid singulis persolui oporteat,quia singulis paratur merces. Non litigiosos esse sed modestos,omnẽ mansuetudinem ostendẽtes ad omnes homines,bonos vel malos
Ambrosi. Christianos omnibus hominibus bonos vult videri. sic enim possunt perfidi ad futuram spem vocari. Eramus enim quasi dicat,hoc ideo debemus, quia & nos aliquando fuimus quod ipsi, sic & poterunt esse quod nos sumus per eandem gratiam. Et hoc est quod ait, Eramus enim & nos aliquando insipientes, & si philosophi essent quidam vestrum,vera tamen sapientia carebant. Et eramus increduli errantes,per mala: Et seruientes desideriis,animi. Et voluptatibus,carnis Variis,agentes vitam nostram In malitia,id est,in mala nocendi voluntate: Et inuidia,de aliorum successibus:& si nocere non licuit, Odibiles,deo, vel aliis hominibus:& Inuicem odientes,alios. Cum autẽ benignitas & humanitas Saluatoris nostri dei,id est,cum benignus & humanus deus saluator noster Apparuit,mundo per carnem,vel nobis per fidem. Non ex operibus &c. Vel ita, Cum benignitas & humanitas,id est,larga misericordia & clementia dei saluatoris nostri apparuit.i.illuxit
Ambrosi. hominibus. Saluos nos fecit, iam spe futuræ salutis. Non
August. ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, quia nulla bona feceramus, Sed secundum suam magnam Misericordiam, ita forsitan & illis faciet qui adhuc increduli sunt. Saluos fecit,dico, Per lauacrum regenerationis,id est,per baptismum in quo deposito veteri homine,generatur nouus. Et renouationis spiritussancti,quia quotidie magis ac magis renouamur per spiritum in baptismo datum. Quem, spiritum.s. Effudit in nos abundè,scilicet ad remissionem omnium peccatorum , & copiam virtutũ. & hoc Per Iesum Christum saluatorem nostrum:ad hoc Vt iustificati gratia ipsius hæredes simus, interim in præsenti Vitæ æternæ. & hoc Secundum spem,& si nondum secundum rem. Et iste sermo Sermo.s.quod Christus saluauit & hæredes fecit. Est fidelis.i.verax. Et de his,prędictis, Volo te cõfirmare alios vt curent in operibus bonis pręesse,aliis multis Qui credũt deo. Vel ita, Volo te confirmare.s. Eos q credunt

dunt deo, vt curent in operibus bonis præesse, aliis multis vel sibiipsis. Ideo volo te de pdictis confirmare alios, quia Hæc, prędicta sunt Bona, in se, Et vtilia, aliis Hominibus. Stultas autem. q. d. de his confirma. Stultas autẽ quæstiones, vbi nec salus, nec vtilis sciẽtia. Et genealogias, id est, originum enumerationes: Et contentiones, quas de lege faciunt, vt de cibis, quos alij asserũt discernẽdos, alij non: Et pugnas legis, vt quando in emendata scriptura de annis Matussalæ, & de huiusmodi aliis contraria, vel impossibilia sentire videtur, deuita. Sunt enim inutiles, id est, sine fructu: Et vanæ, id est, falsæ. Et non solum hæc deuita, sed etiam Hæreticum hominem post primam & secundã correctionem. postquam bis feceris correctionem, Deuita, hęretici sunt qui per verba legis legem impugnant. Propriũ enim sensum astruunt verbis legum, vt prauitatem mentis suæ legis authoritate cõfirment. qui vitandi sunt, quia frequentius correcti exercitatiores essent ad malum. Deuita, dico, Cur? Ecce, Sciens quia qui huiusmodi est. i. incorrigibilis, Subuersus. i. perditus, Et delinquit, quia scienter peccat, Proprio iudicio condemnatus. proprio iudicio se condemnat, qui errorem laudat, & veritatẽ vituperat. Cũ misero ad te Artemam vel Tychicum, qui interim prouideat Cretẽsibus dum ad me veneris. Festina venire ad me Nicopolim, ibi enim statui hyemare. Ideo dicit vt festinet post epistolã datam venire, quia vult eum videre causa affectus, & vt plenius confirmet in ecclesiastica disciplina. Zenã legisperitũ, ideo hoc dicit, nõ quia peritior sit Apollo, sed quia huius professiõis fuerat in synagoga: Et Apollo, quia perfectus erat in scriptura. Sollicitè præmitte, ita sollicitè, vt nihil desit illis. i. vt quæ ad viaticũ necessaria sunt eis, habeant apud suos, ne quęrãt aliena. Et quasi quis quęreret, Vnde autẽ res erit illis? Vnde habet Titus quod eis ad viaticum largiatur? Respondet, Discant autem & vestri. i. Cretenses vt alij Præesse, sibiipsis in bonis operibus dando ministris. Nõ dico ad quęlibet, sed Ad vsus necessarios, & hoc ideo vt nõ sint Infructuosi, & iuxta parabolam arboris quæ non facit fructũ bonũ excidatur, & in ignem mittatur. Ideo iubet illis sumptus necessarios dari, quia dignũ erat vt qui spiritualia tradebãt, nõ illis deessent

Ambrosi.

Ambrosi.

Ambrosi.

carnalia. Apollo epiſcopus fuit Corinthiorum qui propter ſeditionem concitatam aduerſum ſe à pſeudoapoſtolis diſceſſerat, cum Zena ſocio ſuo ad Titum Cretenſem epiſcopum, ſed Corinthiis iam ſedatis per epiſtolas Pauli mandat Tito vt priuſquam veniat Nicopolim, præmittat eos ita ſollicitè vt nihil in viatico illis deſit. Salutant te omnes qui mecum ſunt, propter compendium ſimul omnes conſalutatores ſignificat. Saluta eos qui nos amant, non ficte, ſed In fide, id eſt, fideli affectu. Deinde generaliter omnes ſalutat, dicens, Gratia dei, ſit Cum omnibus vobis, Amen.

Argumentum in epiſtolam ad Philemonem.

PHilemoni familiares literas facit pro Oneſimo ſeruo eius, ſcribens ei ab vrbe Roma de carcere per ſupraſcriptum Oneſimum.

CAPVT I.

PAVLVS vinctus Chriſti Ieſu & Timothæus frater Philemoni dilecto adiutori noſtro, & Appiæ ſorori chariſſimæ, & Archippo commilitoni noſtro, & eccleſiæ quæ in domo tua eſt: gratia vobis & pax à deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. Gratias ago deo meo ſemper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem quam habes in domino Ieſu, & in omnes ſanctos, vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Chriſto Ieſu.]

Ambroſi. PAulus vinctus, &c. Hanc epiſtolam ſcribit Apoſtolus Philemoni Coloſſenſi, qui nulla eccleſiaſticæ miniſtrationis prȩditus erat dignitate, ſed vir laudabilis in plebe, cui familiares literas mittit pro Oneſimo ſeruo ſuo, qui cum damno eius fugerat: ſed ab Apoſtolo audito

euangelio

euangelio baptizatus eſt, cui & veniã deprecatur Apoſtolus, ſcribens ei à Roma de carcere. Et eſt intẽtio Apoſtoli implorare veniã Onęſimo apud Philemonem. Modus talis, Prius ſalutat illum cũ vxore & filio. Deinde agit gratias deo de bonis eorum commendens fidem, & charitatẽ eorũ. Poſteà Philemonem obſecrat, cum ei imperare poſſet, vt Oneſimo parcat, & gratias deo agat: quia talem illum recipit, vt nõ ſeruum æſtimet, ſed dilectiſſimum fratrem. Deinde dicit, vt paret ſibi hoſpitium ſperanti ad ipſum venire. Præmittit vero ſalutationem, dicens, Paulus vinctus Ieſu Chriſti.i.pro Chriſto Ieſu. Non dicit Apoſtolus, quod eſt nomen dignitatis, ſed Vinctus, quod eſt nomen humilitatis, quia nõ imperat, ſed orat. Eſt ẽm hîc interceſſio pro Oneſimo, ideò quæ humilitatis ſunt, cõmemorat incipiens ab iniuria ſua, vt dignitatem ſuæ epiſtolæ faceret. Sicut enim peccati cauſa vinciri opprobrium eſt, ſic cõtra pro Chriſto cuſtodiæ vincula ſuſtinere maxima gloria eſt. Eo enim tempore in cuſtodia erat, ideò ait, Paulus vinctus Ieſu Chriſti.q.d.cuius debes miſereri, nõ eſſe cauſa doloris: quod eris ſi immiſericors filium cruciaueris. Et Timothæus frater, &c. Cuius etiam cauſa debes miſereri, ſcribunt hãc epiſtolã Philemoni dilecto, prouentu virtutũ. Vel ſicut in Græco habetur, Diligibili, qui.ſ. diligi meretur: Et adiutori noſtro, miniſterio prędicationis, Et Appiæ vxori eius cui ſcribit, vt hæc virum exoret Chariſſimę ſorori, in fide nõ ficta, Et Archippo, filio eius Coloſſenſium miniſtro, vt & hîc patrẽ exoret commilitoni noſtro, qui mecũ laborat in eadem militia: Et eccleſiæ, quæ in domo tua, vel, Eius eſt.i.toti familiæ eius, vt & hiorent eum. Et ante alia ſalutat in hũc modum, Gratia, ſit Vobis.i.remiſſio peccatorũ, Et pax mentis, & reconciliatio ad deum A deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. gratias, poſt ſalutationẽ gratias de bonis agit cõmendans fidẽ, & charitatẽ eius: quæ ideò cõmemorat, vt memorata bonitas moueat eum ad veniã. Ait ergo, Gratias ago deo meo ſemper memoriã tui faciens in orationibus meis. Vnde autẽ gratias agat, aperit, ſubdens. Audiens charitatem tuam, & fidẽ.i.commendationem fidei, & charitatis tuæ. Quam, fidem & charitatem habes in domino Ieſu: Et in omnes

Ambroſ.

Hierony.

omnes sanctos, vel In omnibus sanctis, quia in Christum credebat &.eligebat, & sanctis credebat & diligebat, & per opera fidei, & charitatis Christo seruiebat & sanctis, Vt cõmunicatio.q.d. fidem habes & charitatem in Christo, & in sanctis, ita Vt cõmunicatio fidei tuæ euidẽs fiat, id est vt fides tua cõmunicans fidei nostræ, vel quod aliis ex fide tua cõmunicas euidens fit. & hoc in agnitione omnis boni in Christo Iesu.i. ita euidens fit, vt hoc merito cognoscatur omne bonum esse in te per Christum.i. omnium bonorum sufficientia. Vel ita, Memoriã faciens tui, & gratias ago in orationibus habitis de hoc, vt Omnes fidei tuæ, id est operatio fidei, qua seruis Christo & sanctis, euidens fiat In agnitione omnis boni, quod est In Christo Iesu, id est cum cognitione boni æterni, vt illud expe-

Ambrosi. teretur in præmium. Hoc enim orat Apostolus, vt operatio illius, cum cognitione fiat bonitatis.i. vt tali mente operetur, vt in futurum expectet præmium ipsum Christũ non retributionem temporalium. [Gaudium enim magnum habui, & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorũ requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperãdi tibi, quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro cũ sis

Ambrosi. talis. vt Paulus senex, nũc autem & vinctus Iesu Christi, obsecro te pro meo filio quẽ genui in vinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi, & tibi vtilis, quem remisi tibi. Tu autem illum, vt mea viscera suscipe. Quem ego voluerã mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelij. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonũ tuũ esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideò discessit ad horam à te, vt in ęternũ illum reciperes: iam non vt seruum, sed pro seruo charissimum fratrem maximè mihi. Quantò autem magis tibi & in carne, & in domino? Si ergo habes me socium, suscipe illũ sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu. Ego reddã, vt non dicam tibi quod & teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino, refice viscera mea in Christo. Cõfidens in obediẽtia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico facies. Simul autem

para mihi hoſpitiū:nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis. Salutat te Epaphras cōcaptiuus meus in Chriſto Ieſu, Marcus, Ariſtarchus, Demas, & Lucas auditores mei. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cū ſpiritu veſtro, Amen.] Gaudiū enim.q.d.iam hoc oro,quia Gaudium mag.habui in corde, Et conſolationē,in aduerſis, In charitate tua,quæ nō ſolo virtutis habitu in corde viguit, ſed etiam extra in opere manifeſtata eſt:hac.ſ. Quia in ſancta ſanctorum.i.filij ſanctorū chariſſimi,vel erga te propenſi ſanctorum affectus interni. O Frater per te,dignè illos recipientem à ſuis laboribus, quodammodo reſpirātes Requieuerunt,quia ſanctorum neceſſitatibus vtenſilia miniſtrauit : & ita ſanctorū affectus erga illum propenſius eo conſolāte quieuit,& refrigeratus eſt. Propter quod.ſ.quia ſeruis aliis & ad benefaciēdum promptus es,multo magis mihi ſeruire debes. Ego Multam habens fiduciam, nō dico poteſtatē In Chriſto Ieſu.i.per Chriſtum Ieſum. Imperandi tibi, quod pertinet ad rem.i. ad tuam vtilitatem. Non dico contra licita.q.d. fiduciam habeo imperandi, quod eſt vtile tibi & mihi. Nō dico me habere poteſtatē imperandi tibi cōtra hoc quod licet tibi. Habēs,inquam, fiduciā imperandi Propter charitatem,meā,vel tuā. Magis obſecro cum ſis talis,vita & ętate, Vt ego Pau.qui ſenex ſum,& ideò non impero tibi,ſed obſecro vnde ſuprà, ſeniorem ne increpaueris,ſed obſecra,vt patrē. Nunc autem.q.d.ſenex ſum,dico. Non ſolum autem ſenex, ſed Et nunc vinctus Chriſti Ieſu,per quod magis debes moueri. Obſecro, inquā, Te de meo filio Oneſimo. Magnum eſt Ambroſi.
& laudabile,non de humili viro,ſed de ſublimi viro, ſi ſe inclinat,& obſecrat. Filio,meo,Quem genui,in fide cū eſſem In vinculis,& ideò tenerius eum diligo Qui tibi aliquando,dū infidelis erat, Fuit inutilis,tua tollendo. Nūc autē,vtilis eſt, Et tibi,& mihi,ſeruiendo.ſ.mihi & per me tibi.cuius eſt quicquid ſeruus mihi fecit, Quem remiſi tibi. Tu autem ſuſcipe.i.recipe illū, Vt mea viſcera,vt meū chariſſimum filium. Vel, Vt mea viſcera.i.meum in eo recipe affectum. Oneſimum profugum decurrentem ad diuinum auxilium,cum eſſet in cuſtodia baptizauit Apoſtolus videns in illo vtilitatis ſpem : quem ſic commendat, vt

ſuum

ſuum animum in illo ſignificet recipi. Quem ego volue-ram mecum retinere, vt pro te mihi miniſtraret in vincu-lis euangelij, ſine conſilio autem. id eſt, conſenſu Tuo Augu. de perfect. iuſtitiæ hoīs nihil volui facere, vt bonum tuum. ſcilicet quod tuus mi-hi ſeruit. Ne, id eſt non eſſet, Velut ex neceſſitate. i. cōtra velle tuum, Sed voluntarium, vt tamē velit deus facit, qui operatur in nobis velle, & operari pro bona volūtate. For ſitan enim. quaſi dicat, ideò ſuſcipe illum, quia vtilis fuit fuga eius. Forſitan enim ideò diſceſſit ad horā à te, vt re-ciperes illum in æternum. ſcilicet hîc, & in futuro. Dicen-do forſitan, ſententiam temperat. Hoc ideò dicit, quia o-mnia humana ſunt dubia, & potuit alia cauſa eſſe, quare deus ſic fieri diſpoſuerit, ſiue permiſerit. Reciperes illū, dico, Iam, nō tantum, Vt ſeruum: ſed pro ſeruo, quod an-tè erat, Fratrem chariſſimum. Vel ſecūdum aliam literam, Reciperes illum, dico, Iam non tantum, Vt ſeruum, ſed vt fratrem chariſſimū plus ſeruo. fratres enim pluſquàm ſer-ui chari ſunt. Illum, dico, Maximè mihi, charum. Quanto autē magis, quàm ante, vel quàm mihi, tibi caſtus eſſe de-bet, Et in carne. ſcilicet, quia ſeruus tuus eſt: Et in domi-no, quia fidelis frater eſt. Vel ita frater eſt, & maximè mi-hi magiſtro tuo frater eſt. Oneſimo enī offenſo proprio Ambroſi. domino cōfugit ad Apoſtolum, ad hoc, vt obliteratis pec-catis vtilis reuerteretur, in tantū, vt nō domino ſuo æqua-lis fieret meritis, ſed ipſi magiſtro ſuo frater. Et ne Phile-mon, quia dominus erat contra ſeruum ſuum inflaretur, humiliat eum, dicens illum ei fratrem. & in carne, quia ex vno Adam ſumus omnes: & in domino, per fidem. & hoc eſt quod ſubdit. Quanto autē magis, quàm antè, Tibi, fra-ter eſt. Et in carne, per conditionem primæ natiuitatis, Et in domino, per fidem, quæ omnem ſuperbiam amputat. & quia ita eſt, Ergo, id eſt ideo, Si habes, id eſt ſi habere vis Me ſocium ſuſcipe illum ſicut me: ſi enim non ſuſcipis, nō es ſocius. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Nunc excuſationem omnē conuellit, cum ſibi im putandū eſſe dicit, ſi vel læſit, vel debet aliquid. Et vt ma-gis credatur quod dicit, addit, Ego Paulus ſcripſi manu mea, ego reddam, tibi, vel hîc, vel in futuro. Reddam tibi, dico, Vt non dicam tibi quod, non modo tua, ſed etiam

Teipſum

...dicat, minus
Teipſum debes mihi, ad ſeruiendu... ponitur adiuratio, cum
exigo à te quàm debes. Deind... in domino, id eſt, gaudebo
ait, Ita, ô Frater ego fr... ceris, quod rogo. Quid eſt illud? Ec
de te in regno dei... ra mea, id eſt filium, vel affectũ meum In
ce Refice v... id eſt propter dominum. Deinde blanditur ei, di Ambroſi.
domi... ens, Ego Confidens in obedientia tua ſcripſi ſciẽs quod
facies ſupra id quod dico. Prouocat eum ſic blandiendo,
vt amplius faciat, quàm poſtulatur ab eo. Solet enim fieri, Ambroſi.
vt qui de ſe videt benè ſentiri, melioré ſe præbeat. Deinde, vt ſollicitiorem eum faciat, & ad obediendum prõptiorem venturum, ſe ad illum ſignificat, ſubdens: Simul autẽ & para mihi hoſpitium, vel hoc poteſt eum mouere ad veniam. Ideò, dico, para. Nam ſpero per orationes veſtras, me donari vobis. Hoc dicit, vt magis obediant. Solent enim abſentes contemni. Salutat te Epaphras, & captiuus meus in Chriſto Ieſu, & Marcus, & Ariſtarchus, Demas & Lucas adiutores. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit Cum ſpiritu tuo, Amen.

Argumentum in Epiſtolam ad Hebræos.

INprimis dicendũ eſt, cur Apoſtolus Paulus in hac epiſtola ſcribenda, non ſeruauerit morem ſuum, vt vel vocabulum nominis ſui, vel ordinis deſcriberet dignitatẽ Hæc cauſa eſt, quod ad eos ſcribens, qui ex circunciſione crediderant, quaſi gentium Apoſtolus, & nõ Hebręorum: ſciens quoque eorum ſuperbiam, ſuámque humilitatem ipſe demonſtrans, meritum officij ſui noluit anteferre. Nam ſimili modo etiam Ioannes Apoſtolus propter humilitatem in epiſtola ſua nomen ſuum eadem ratione, nõ prætulit. Hanc ergo epiſtolam fertur Apoſtolus ad Hebræos conſcriptam hebraica lingua miſiſſe: cuius ſenſum, & ordinem retinens Lucas euangeliſta poſt exceſſum Apoſtoli Pauli Græco ſermone compoſuit.

Caput

CA[illegible] I.

M V[illegible] [illegible]FARIAM Multiſque modis o[illegible] deus loquens patrib⁹ in prophe[illegible] [illegible]uiſſimè diebus iſtis locutus eſt [illegible]bis in filio, quē conſtituit hæredē [illegible]uerſorū, per quē fecit & ſæcula. Qui cū ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtātię eius, portáſq; omnia verbo virtutis ſuę purgationē peccatorum faciens, ſedet ad dexterā maieſtatis in excelſis: tāto melior angelis effect⁹, quanto differētius præ illis nomen hęreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorū, Filius meus es tu, ego hodie genui te: Et rurſum, Ego ero illi in patrē, & ipſe erit mihi in filiū. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ dicit, Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.

MVltifariā, vel Multifariè, &c. Paulus doctor egregius, gentiū Apoſt. miniſteriū ſuum volēs honorificare iuxta quod in epiſtola ad Rom. ait, quamdiu ſum Apoſt. gentiū honorificabo miniſterium meū tentās ſi quō ad æmulandum prouocē carnem meā. Hebręis hāc epiſtolā ſcripſit agens de eminētia Chriſti ſecundū vtráq; naturā, & legis Moſaicæ inutilitate, aſtruens multis modis fidē Ieſu Chriſti abſq; legalibus fieri ad iuſtitiā, & ſalutē. Legalia verò poſt paſſionē non modo nō proficere, verumetiā officere. Quorundā Hebræorū ſuperſtitioſam traditionē excludens, qui Chriſtū confitentes legales obſeruātias tenendas putabāt, & in hunc errorē quoſdā etiā qui de gentilitate venerāt ad Chriſtū ſua authoritate induxerant. Ideò Apoſtolus ꝓuidens gētibus, ne deinceps in hunc errorē Hebræorū authoritate trahantur. Iudęos quoq; ad æmulandū prouocās, quod eſt honor miniſterij ſui, gratiā dei hîc cōmēdat per Chriſtū verū pōtificē, hoc
Chryſoſt. tēpore fidelib⁹ factā legē oſtendēs reprobatā. Ad vltimū etiā de moribus inſtruit. Præſentis igitur tēporis eminentiā oſtendit, dicēs dn̄m vnigenitū ſuū nobis miſiſſe, & in

eo nō-

eo nobis locutum, vt auditorum mentes erigeret. i. fideliũ quibus scribit Iudæorũ, ne quia multis malis quæ illis acciderant valde afflicti & cõtriti erant, putarent ex hoc se inferiores cæteris, ac miseriores existere. Ideóque vt eos consoletur atq; erigat, maiori gratia prędítos in initio epistolæ suæ declarat, quia antiquis quidem prophetæ missi sunt, nobis autẽ filius, & illis serui & conserui locuti sunt, nobis autem dominus. Quidam tamen veritatis calumniatores, hanc epistolã nõ esse Pauli dicere ausi sunt, eo quod nomen eius in titulo nõ habeat, & longe splendidiore, & facũdiore stylo, quàm aliæ resplendeat: sed aut Barnabæ, aut Lucæ, vel Clementis, vel Tertulliani, quibus in promptu nobis est respõdere. Si enim ideò nõ est dicenda Pauli, quia nomine eius prætitulata non est: ergo nec alicuius illorum, imò nullius omnino, cũ nullius nomen habeat in titulo. Ideò autẽ nomen suum huic epistolæ sicut & cæteris non præponit, quia Hebræis odiosus erat, quibus legũ destructor videbatur. Quia ergo non eorum, sed gentium Apostolus erat, nomen suũ odiosum eis tacuit, ne pręscripti nominis inuidia sequentis vtilitatẽ excluderet lectionis. Sciens quoq; eorum superbiã, suámq; humilitatẽ ipse demonstrãs sui ordinis dignitatẽ voluit anteferre nominando se Apostolum, sed meritum sui officij tacens superbis ipse humilis, nõ se Apolum nominauit, ne superbi indignarentur. Quod verò hæc epistola maiore relucet facundia quàm aliæ, sanè mirandum nõ est, cum naturale sit vnicuiq; plus in sua, quàm in aliena valere lingua. Cæteras enim epistolas Apostolus peregrino. i. Græco sermone composuit. Hanc autem scripsit Hebraica lingua, cuius sensum & ordinem retinens Lucas post excessum eius Græco sermone composuit. Non ergo est mirũ, si in hac tãto doctrinę fulget eloquio. Propulsatis igitur calũniis aduersantiũ veritati, nullatenus ambigendum est. & hãc Pauli fore epistolã, in qua intendit Christi eminẽtiam, & fidei sufficientiã, necnon legis insufficiẽtiã & inutilitatẽ ostendere. Modus tractãdi talis est, Primò ꝓponit audiẽda esse verba Christi, sicut prophetarũ: & amplius conferẽdo eũ ꝓphetis, & pręferẽdo, quia in eo locutus est deus, vt in prophetis, & maior est in eis. Deinde cõmendat eum

Hierony.

Hierony.

alternatim

alternatim secūdum vtranq; naturā, humanam.s. & diuinam. posteà cōparat eum angelis & præfert, multa interserens de eius excellentia secundum vtranque naturam. Deinde cōparat eum Moysi,& præfert:deinde multis rationibus,& authoritatibus gratiam fidei vmbræ legis præferendam declarat,& sacerdotium Christi Leuitico sacerdotio,& testamentum nouum veteri, eiusque sacrificium vnum multis illius sacrificiis præponēdum ostendit: quia ibi vmbra, hîc veritas: tandem ponit fidei descriptionem, eam multis testimoniis cōmendans. Circa finem verò moralem subdit instructionem. Primo igitur comparás eum prophetis, ait, Olim deus loquens patribus in prophetis multifaria, vel multifariè, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Attende singula,& confer inuicē dicendo, Olim,ostēdit quod non est nouum, quod deus loquitur. Olim,ergo non nouiter, Deus, qui est inuariabilis,& tunc & nunc Loquens,iungit pręsens cum pręterito,quia quod tunc locutus est,& nunc loquitur,Patribus,antiquis qui in carne,& cultu dei patres sunt nobis.& hoc In prophetis. Non enim ipsi ex se loquebantur, sed deus in eis.

Augu. super Ioan. Non enim ex intellectu proprio loquebantur, nec humano ingenio reperiebant,dum ait,Patribus in prophetis,ostendit eum locutum seruis per seruos, scilicet per prophetas tempore promissionis. Tempus enim constituit dominus promissis suis, & tempus eis quæ promisit implendis, promissionum tempora habuerunt prophetas afflatos,& impletos verbo dei vsque ad Ioannem. ab illo autem vsq; in finem,tempus est implendi,quæ promissa sunt. Vnicus dei filius venturus erat ad homines assumpturus hominē, & per id futurus homo,moriturus,resurrecturus, ascensurus, sessurus ad dexteram patris, impleturus in gentibus promissa. Hoc ergo totum fuit prophetādum de illo, prænunciandū fuit eum venturum,vt non subito veniens horreretur,sed creditus expectaretur. Loquens,dico, Multifariam,id est multotiens,id est multis locutionibus, scilicet Abrahæ,Isaac,Iacob,& cæteris eisdem sæpe. Multisque modis,id est multis,qualitatibus,quia modo per somnia,vt Danieli:modo aperta voce,vt Moysi: modò interiori inspiratione, vt Dauid. Vnde alibi dictum est, Ego

visio-

visiones multiplicaui,& in manibus prophetarum assimilatus sum. Vel, Multifariè, id est multo, & diuerso genere locutionis, vt per somnia, vel per inspirationes, vel per apertas voces. Multisque modis.i. rerum diuersis mysteriis futura significans. Deus, inquam, loquens olim, Nouissimè.i.in fine temporum. Vel, Nouissime, quia post hāc locutionem, nō sequitur alia locutio In diebus istis.q.d. adhuc supersunt, qui audierunt & viderunt. Locutus est, loquens de præsenti vtitur præterito, quia idem ipse modo loquitur, qui olim locutus est. Item attende, quod dicēdo Olim & nouissime. Aliud quiddam nobis insinuat, quoniam multo in medium tempore percurrēte, quando iam proximi eramus ad pœnam, quando omnia charismata quieuerant, tunc ampliores extitimus & digniores, quod prudenter astruit, dicens, Nouissime locutus, deus, Nobis filiis illorum patrū, ne aliud putetur nobis locutus, quam illis quod poterat videri, si alij loqueretur genti. Locutus est, inquam, In filio.i.per filium vnicum. qui maior est ꝓphetis. Est enim dominus prophetarum impletor, & sanctificator prophetarū. Sicut enim propheta Christus est, & dominus prophetarum, sic & angelus est, & dominus angelorum. nam & dictus est magni consilij angelus, & Moysi dictum est de deo. Suscitabo eum prophetam similem tui, si Christus nihil annunciaret, angelus non diceretur: si nihil prophetaret, propheta non diceretur. ex eo qđ præsens annūciauit, angelus erat: ex eo quod futurū prædixit, propheta erat: ex eo quod verbum dei caro factum est, & angelorum, & prophetarum dominus, vnde & eū secundum vtranq; naturam commendat, subdens, Quem cōstituit. Hîc commendat eum secundum humanam naturam, quia quanuis, cum patre secundum diuinitatem omnia possideat, tamen secundum humanitatem rectè dicitur hæres constitutus: secundum illud, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam.& hoc est quod ait, Quem, Christū deus pater constituit, iam immutabilem Hæredem vniuersorū, id est possessoré omnis creaturæ. Non iam portio domini tātum Iacob, & pars eius Israel, sed omnes prorsus nationes mūdi. Hæredis autem vtitur nomine, vt duo quædam per hoc astruat, & ostendat.s. quod proprius sit filius, &

Chrysost.

Augu. super Ioan.

Chrysost.

quod donationis illi nulla contingat amiſſio. Dicendo ergo hæredem notat, quia filius eſt, & nunq̃ perdit quicq̃ de omni dato patris, in hoc etiã quod dixit hæredem, humilitatis demonſtrauit edictum. Deinde ad ſuperiorem gradum altioremq; tranſcendit. ſubdens, Per quẽ, vt per verbum patri coæternum Fecit, non ſolũ æterna.i.inuiſibilia & immutabilia, quæ minus nobis ſunt nota: ſed Etiã ſæcula.i. viſibilia & mutabilia. Attẽde qualiter hîc duas rectas vias ingreditur, vna quidem reuocans nos à nefando errore Sabellij, alia ab Arrianicę impietatis errore, ne putetur pater, vel vnicũ non habere, vel extraneus à patre ſubſiſtere. Sunt enim quidã qui eum extraneum eſſe delirent, quod malè viſum eſt Arrio. alij qui non alterum patrem, alterum filiũ ſuppingere moliuntur: ſed eundem aliquando patrẽ, aliquando filium. Integra ergo cõmonet ratione, & quia dei filius eſt, & quod non ab eo alienus exiſtat. Qui cum ſit ſplendor, hîc ſecundum diuinã naturam cõmendat Chriſtũ, oſtendens eum coæternum, & coæqualẽ patri, eiuſdémq; cũ eo ſubſtantiæ, ſed alter in perſona, hoc autẽ cum religioſitate accipere debemus. & ſi quid abſurdum fortaſſe occurrerit, ab acie mentis abigere, vbique ſi quidem religioſo nobis opus eſt intellectu: maximè verò, vbi de deo, vel loquimur aliquid, vel audimus, quia nec ad loquendum de igne, de deo, lingua ſufficit, nec ad percipiendum pręualet intellectus. Multa enim de deo intelligimus, quæ loqui penitus nõ valem⁹. Multa itẽ loquimur, quæ intelligere, non ſumus idonei. Verbi gratia. Quod vbiq; deus eſt, ſcimus & dicimus: qũo autem vbiq; ſit, intellectu, non ſapimus. Item quod eſt incorporea quædã virtus, quæ omnium eſt cauſa bonorũ ſcimus: quomodo autẽ vel quę iſta ſit, penitus ignoramus. Sunt etiam quædã quę dici non poſſunt quanuis mente capiantur, vt etiã ipſum Paulum videamus in quibuſdã talibus quaſi infirmari, & non integra ꝑponentẽ exempla: ſicut hîc, cum ait, Qui cũ ſit ſplẽdor, &c. vtens impropriis nominibus, quia propria reperire nõ poterat, & rerum tẽporalium ſimilitudine ad oſtendendũ veritatem ęternorũ.i. patris & filij coæternitatẽ; quanuis temporalia integra collatione ęternis cõparari nõ poſſunt. In æternitate enim ſtabilitas eſt, in tẽpore au

re autē varietas,in ęternitate omnia ſtant,in tempore alia accedunt,alia ſuccedunt. Quid enim poſſumus in creatura inuenire coęternū, cum in ea nihil inueniamus æternū Inuenis patrē æternū in creatura,& inuenio coæternū filium:ſi autē inuenis æternum in creatura,ſufficit ad ſimilitudinē, vt inueniamus coæuum. Aliud eſt enim coæternum,aliud coæuū. Coęuos dicimus eos,qui eandē habent menſurā temporū, non alter ab altero tēpore præceditur, ambos tamē eſſe cœpiſſe dicimus. Et ſi poterimus in creaturis inuenire aliqua coæua,nō tamen generans & generatū,ſicut in trinitate generāti coæternū vnigenitum. In creaturis enim nō ex eo tēpore incipit generatum,ex quo generās. in creatore verò,non pręceſſit genitor genitum. Non poſſunt ergo cōparari tēporalia æternis integra collatione,ſed tamen poſſunt ex aliqua tenui,& parua ſimilitudine coæua coæternis cōparari. Inueniamus itaq; coæua,nam de ſcripturis monemur ad has ſimilitudines. Legimus enim ſcriptū de ipſa ſapientia, Candor eſt lucis æternæ. Item, Speculū eſt ſine macula dei maieſtatis. Ecce ipſa ſapientia dicta eſt Candor lucis æternę .i. imago patris & ſpeculū. Hinc accipiamus ſimilitudinē, vt inueniamus coæua,ex quib⁹ intelligamus coęterna,quia coęua in creaturis inueniri poterūt, vtens nominibus rerū temporaliū. Dixit, Candor eſt lucis ęternæ. & hoc ait, Splendor glorię. Coęternus eſt enim patri filius,vt coęuus eſt ſplendor igni:ex quo & eſt. Ignis enim lucē fundit,lux ab igne funditur. Quid enim à quo exiſtat, ſi quæramus.ſ. fulgor ab igne,vel ignis à fulgore,omnis anima mihi reſpondet. Voluit enim deus inſeminare omni animæ initia intellectus,& ſapiētiæ. Omnis ergo anima reſpō. & nemo dubitat quod ſplēdor de igne exiſtit,nō ignis de ſplēdore. Ponamus ergo ignē velut patrē, ſplēdorem tanq̄ filium,quia iā prælocuti ſumus nos coęua quærere ī creaturis,per quæ coęterna in creatore aſtruam⁹. ſi lucernā accēdere cupio: nondū eſt ibi ignis,nec ſplēdor:mox autē vt accēdero,ſimul cū igne & ſplēdor exiſtit. Da mihi ignē ſine ſplendore,& credo tibi patrem fuiſſe ſine filio:dicta eſt à vobis,vt potuit tāta res dici, illa tamen ineffabilia ſunt. Poteſt ergo ſemp̄ eſſe generās,& ſemp̄ cū illo quod de illo eſt natū:

ergo filius dei secundũ hoc dicitur, Splẽdor gloriæ, quod ei semper pater est, quod habet de quo sit: non secundum hoc quod prius esset pater, & posteà filius: semper enĩ pater, semper filius de patre est: semper igitur filius natus, semper pater est, semper de illo imago. Ecce non potuisti coæterna inuenire in creaturis, & inuenisti coæua. quare proportione intelligis coæternum filiũ æterno gignenti. quod enim est temporali coæuum, hoc est æterno coęternum. Sed attende ꝙ.s.cum in his.s.in igne & splẽdore sit coęuitas, nõ tamen est ibi omnimoda ęqualitas, quia splẽdor, qui funditur de igne, minᵘ lucet, quàm ipse ignis. Habent ergo ista similitudinẽ, sed non omnimodam æqualitatem. Ideò dicit aliquis, talis est omnino filius ad patrẽ, qualis ad ignẽ splendor: nõ omnino, sed æqualitas omnimoda est hîc. Ex aliorũ enim proportione temporalium quorum alterũ est ex altero: & si non coæuum, tamen cõsubstantiale filius patri cõsubstantialis ostenditur. Nascitur enim homo de homine, & equus de equo: nec est horũ alter alteri coęuus, quia natus ab eo de quo natus est tempore præceditur: sed tamen & ille homo, & iste homo: & ille equus, & iste equus. i. eiusdem quæ substantię sunt diuersa sunt tempore, nõ diuersa natura. Similiter & de deo patre, deus filius natus est. & cum sit ei coęternus, est etiã eiusdem naturæ: non minor eo, quia est deus de deo, vt homo ex homine natus, eiusdẽ substantiæ est, & equus ex equo. Ecce aliud similitudinis genus est adductũ, quid hîc inuenitur? quid laudatur? Certè æqualitas substantiæ, hîc laudatur. Quid autem deesse? æqualitas tẽporis. In illo autẽ genere similitudinis, quod dedimus de splendore ignis æqualitatem naturæ non inuenis, sed coæuitatẽ. Quid ibi laudatur? Coęuitas. Quid deesse? æqualitas naturæ. Cõiunge quę laudas. In creaturis enim deesse aliquid qđ laudas, in creatore nihil deesse potest: quia qđ inuenis increatura à creatore artifice processit. In primo genere similitudinis. i. in coęuis inuenis & laudas coęuitatẽ, ꝓ coęuitate tribue deo coęternitatẽ, vt coæternus sit natus ei à quo natus. De alio autẽ similitudinis genere tribue deo ęqualitatẽ naturæ. i. æqualitatẽ naturæ, quã laudas in homine, crede esse in eo qui fecit hominẽ, quod de homine natũ est, homo

Augu. in eodem.

homo est. & quod de deo natum est, non id erit quod ille de qno natum est? Totum ergo quod laudabile est in creaturis, quibus aliquid deesse simul est in creatore, cui nihil deesse: ibi tamẽ quæ inuenimus. i. homo & homo duo homines sunt. hîc verò pater & filius vnus deus. Ideò Apostolus ait, Qui, filius est splendor gloriæ. s. patris. i. ex patre natus est ei coæternus, quia est lumen de lumine patrem reuelans, & eiusdem est, cum eo gloriæ. i. essentiæ, quia vnum & idem cum patre est. Pater enim est gloria, & filius idem cum eo: & eum notificãs homo factus, vt radius solem. Per splendorem enim & propinquitatẽ declarauit essentiæ, & ostendit quod nobis patrem insinuat, & quod animas nostras illuminat. Et, est Figura, vel character substantiæ eius. s. patris. i. plena ostensio essentiæ patris. i. consimilis per omnia consubstantialis, & in persona alius. per hoc enim quod dicit Figura substantiæ, apertè ostendit, quia filius personaliter, alter est quàm pater, vt figura ab eo cuius est figura diuersa est: sed filius æqualis est patri, quia nec pater dissimilis: sicut ipse ait, Pater in me est, qui videt me, videt & patrem. Attende quod hæc nomina. s. lumen & gloria quãdoq; ad diuinam naturam referuntur, quandoq; ad personam. & quando ad personã referuntur, modo ad patrem, modo ad filium referuntur. Dicimus enim, pater est lumen, filius est lumen: similiter pater est gloria, filius est gloria. & hi duo vna gloria, vnũ lumen, non duo. & dicitur filius gloria de gloria, sicut lumen de lumine, & principiũ de principio, & deus de deo: non tamẽ duo dij, sed vnus: non duo principia, sed vnum. Splendor, autem Et figura, sicut & imago propriè ad personam filij referuntur, & relatiuè dicuntur. Portãnsq;. Suprà dictũ est, quia per ipsum fecit omnia. hîc ei nunc summam authoritatis attribuit, ex eo quod cũ authoritate cuncta gubernat. & cõtinua. sicut enim ab eo creata sunt omnia, ita per eum immutabilem conseruantur. Creatoris autem omnipotentia causa est subsistẽdi omni creaturæ: quę virtus si ab eis, quæ condidit regendis aliquando cessaret, simul omnium rerum species, & natura cõcideret. ideóq; dominus ait, Pater meus vsq; nunc operatur, & ego operor, per illud continuationem quãdam operis eius, qui simul

Ambrosi.

Chrysost.

Chrysost.

Augu. in sentẽ. prosperi.

mul omnia cōtinet, atq; administrat ostendens. In quo opere etiã sapientia ipsius perseueret: de qua dicitur, Pertingit à fine vsque ad finem for. & dis.o. sua. Deus ergo omnipotens incommutabili æternitate, veritate, voluntate. semper idem mouet per tempus creaturã spiritualẽ. mouet etiam per tempus, & locum creaturam corporalem, vt eo motu naturas quas cõdidit, administret. Cum ergo aliquid tale agit, nõ debemus opinari eius substantiam, quæ deus est temporibus locísq; mutabilem, siue per tempora & loca mobilem: cum sit ipse & interior omni re, quia in ipso sunt omnia: & exterior omni re, quia ipse est super omnia: & antiquior omnibus, quia ipse est ante omnia: & nouior omnibus, quia idem ipse est post omnia.s.post omnium initia. Ideóq; eius potestatem cõmendans Apostolus ait, Et ipse filius est. Portãs.i.continens, & gubernãs. Omnia verbo.i.solo imperio. Virtutis suæ.i.potentiæ & chritatis suæ, quæ non minor apparet gubernando, quàm creando, omnia enim continet bonitate, & maiestate sua.

Augu.sup Genesim.

Chrysost. Et nota per simile dictum esse portãs omnia verbo, vbi.s. hoc enim dicendo facilitatem cõtinendi voluit designare per metaphoram illorum, quæ sine vllo labore verbo, vel digito mouent aliquid, vel efficiunt: ita Christus molem creaturæ magnitudinẽq; sine labore cõtinet, & gubernat. Item, Attende quod cum hîc dicat Apostolus Christũ omnia continere, suprà dixit patrẽ per eum omnia fecisse, vbi ait, Per quem fecit, tanq̃ facere ipse non posset. si enim porrexisset pater dexteram, vel tanq̃ aliquod instrumentum fuerit patris operantis: sed si ab eo gubernantur omnia, nónne ab ipso facta sunt? Non ergo, vt tu hæretice suspicaris inaniter, tanq̃ aliquod instrumentum existit: neq; per eum pater dicitur fecisse, tanquàm ipse facere nõ posset: sed sicut dicitur pater iudicare per filium, quia iudicẽ genuit: sic etiam dicitur operari per filium, quia eum constat opificem genuisse. Si enim causa eius pater est, secundum quod pater est, multo amplius eorum causa est, quæ per filium facta declarantur. Purgationem peccatorũ faciens, & cæt. Postq̃ ostendit eius excellentiam, qua cuncta creauit & gubernat, humilitatis eius benignitatem hîc cõ-

Chrysost. mẽdat. ¶ Monet enim nos crucis, mox & resurrectionis, & ascen-

& ascensionis,vbi ait,sedet,&c.hoc autẽ quod hîc dicit iã ad nos pertinet, quos à peccato purgat.q.d. Christus est splendor gloriæ,& figura substantiæ.qui Cum talis,& tan tus Sit,est etiã per humanitatem Faciens purgationẽ pec catorum.id est secundum humanitatem,crucis passionem & mortem pertulit,per quam à peccatis nõ Purgauit,&c. Sedet,postq̃ per naturam,& potestatem, & benignitatem Christum cõmendauit,commendat eum per dignitatem. q.d.crucẽ sustinuit,vt nos à peccatis purgaret. & ipse qui ita humiliatus est,Sedet,id est quiescit & regnat sublimatus Ad dexteram maiestatis eius.i.ad æqualitatem patris: & locatus nõ in paradiso,vnde Adã excidit,Sed in excelsis.i.super omnia loco,& dignitate. In excelsis enim dicens,non in loco concludit deum, sed ostendit hominem Christum omnibus altiorem,& omnibus eminentiorẽ,sicut & per dexteram,non dominum deformauit,sed similitudinem honoris demonstrauit. Consessus enim nihil demonstrat aliud,nisi honoris æqualitatem. Cõtemplare sapientiam Pauli,imò nõ sapientiam Pauli, sed spiritus sancti mirare gratiam. Non enim suam intelligentiam mente propria procreauit, sed spiritus sancti infudit. Attende ergo per quales apostolica sapientia eos subleuat gradus,& qualiter eos ad ipsum apicem pietatis adducit, vbi item antequàm deficerent,& eos obscuritas occuparet,vide quomodo eos ad inferiora reuocauit. Quandoq; enim quæ sunt humilitatis eloquitur, quandoque verò altiora insonat, nec semper in humilibus remanet, nec in excelsis perdurat: sed veluti quibusdam gradibus, nunc ad altiora fastigia subleuatur, nũc ad inferiora declinatur, Sicut enim qui infantulum quempiam ad excellẽtiora vult paulatim sensímque subrigere, gradatim hoc facit ab inferioribus ad superiora conscendens: deinde cum sursum peruenerit, obscuritatibus ac defectionibus eum fatigari videns, post alta deponit eum ad inferiora quo respirare atque recreare animum valeat: post item cum refectus fuerit, ad alia alta sustollit: ita circa Hebræos beatus facit Paulus, quos paulatim ad notitiã dei erigit, inter alta memorans humilia, vbique magistri sui vestigia sequens, nam & ipse sic faciebat. Aliquando quidem in

altiora discipulos suos subleuabat, aliqunado eos ad inferiora, imbecillitatis eorũ gratia reuocabat, nequaquàm eos prolixo tẽpore in altera parte permanere permittens: ita in hac tota serie facit Apostolus. prius enim alta commemorat, dicens, In filio, vbi proprius intelligitur filius, qui est superior & excellentior vniuersis. deinde descendit ad humilia, subdens, Quem cõstituit hæredem. Deinde ad alta redit, dicens, Per quem posteà ad altiorem omnibus gradum venit, dicens. Qui cum sit splendor. Deinde humilia loquitur, Purgationem peccatorũ faciens, indè ad alta narrando reuertitur. Sedet ad dexteram maiestatis. Tanto melior. Hîc comparat Christum angelis, & præfert eis. In Psalmo tamen ait, Paulo minus minoratus est ab angelis. hîc eisdem melior dicitur, & sicut illud secundum humanam naturam, ita & hoc secundũ diuinam

Chrysost. dictũ esse posset intelligi, nisi adderetur Effect⁹, per quod aperitur, quod hîc loquitur de eo secundum carnem. nam secundũ hoc quod patris substantię cõsubstantialis agnoscitur, non est factus, sed natus. De eo ergo sermo versatur secundum humanam naturá, secundam quá & minor fuit angelis passione, & maior, ac melior etiã gratiæ plenitudine, de qua etiã ipsi angeli ad mensurá accipiunt. Ideo ait & ipse Christus, Tanto melior. i. dignior Angelis est Effectus. i. euidenter secundum hominem factus. Quanto differentius nomen. i. differentiorem honorificentiam q̃ antè. s. Hæreditauit. i. firmiter habuit, quãdo resurrexit & ascendit. & quia hoc posset habere, & nõ præ illis. addit

Chrysost. Præ illis. Nam dum mortalis fuit differẽs nomen habuit, quia angeli ministrabant ei, postquàm immortalis magis differens, quia honorabilior atq; præclarior illis per omnia extitit. ideóq; addit, Præ illis. vel, Hæreditauit. i. habuit Nomen differentiæ. & hoc Præ illis. i. nomen valde

Chrysost. differẽs à nomine angelorũ, hoc est nomẽ quod est super omne nomen. s. deus, siue filius dei. quod re vera dignius est illo, quo illi dicũtur angeli. i. nuncij. Filij enim nomen proprietatẽ ostendit, non adoptionem: quia nisi esset proprius filius, non posset ex hoc Apostolus amplitudinẽ honoris asserere. proprius autem filius est de ipso patre genitus. si autem adoptionis gratia esset filius, non solũ patre,

sed

ſed etiam angelis minor eſſet. Cui enim,quaſi dicat, verè præ angelis nomen habuit. Cui enim angelorum , vtique nec etiam maioribus Dixit aliquando, nec etiam poſtquã confirmati ſunt quidam aliis cadentibus. hoc.ſ. Filius, ecce nomen Meus,id eſt,conſubſtantialis nõ adoptiuus. Es tu, & verè, quia Ego hodie,id eſt, æternaliter Genui te. genui dicit ne nouum putetur,ſcilicet ne modo videretur incipere. Hodie dicit, ne præterita generatio videretur. quanquam enim poſſit etiam ille dies intelligi quo Christus ſecundum hominem natus eſt, tamen quia hodie pręſentiam ſignificat,atque in æternitate, nec præteritũ quic quam quaſi eſſe deſierit,nec futurum quaſi nõdum ſit, ſed præſens tantum:quia quicquid æternum eſt,ſemper eſt. diuinius accipitur de ſempiterna generatione ſapiẽtiæ dei, quam fides ſyncerrima & catholica prædicat. Ex his ergo verbis nihil aliud manifeſtat,niſi quia ex ipſa eſſentia patris genitus eſt. Et rurſus. De eodem Eſaias ait ex perſona patris, Ego ero illi,id eſt,ad honorem illius in patrẽ. Et ipſe erit mihi,id eſt,ad honorem meum In filium. hoc & ſemper eſt. ſed ideo dicitur erit,quia ab omnibus id ſcietur in die iudicij. Qodam modo locutionis dicit ſcriptura rem eſſe vel fieri,cum innoteſcit. Poteſt tamen & ſecundũ carnem hoc accipi dictum. Etenim caro communicat altioribus,ſicut & diuinitas humilibus cõmunicare dignata eſt. De incarnatione igitur filij hoc dicitur quod oſtenditur,ex eo quod dicit Ero,ſignificans futurum eſſe. Dicit ergo deus pater per prophetam,Ego ero illi.ſ. homini de virgine naſcituro. In patrem:& ipſe,qui naſcetur Erit mihi in filium. Vnde angelus ad Mariam,Quod naſcetur ex te ſanctum,vocabitur filius dei. Et cum iterũ introducit. Adhuc authoritate ſcripturæ aperit filium digniorem angelis. Et nota quòd Chriſtus aduentum ſuum carnalẽ exitum vocat,dicens. Exiit qui ſeminat,&c. Et itẽ, Ego à patre exiui,& veni in mundum. Paulus verò introitum vocat aduentum Chriſti,dicens, Cum introducit. Aſſumptio ergo carnis,exitus & introitus appellatur,rectè vtiq;, Foris enim eramus à deo , ſicut qui ſunt extra regales aulas in vinculis colligati, & qui habent apud regem pro culpis aliquibus offenſam. qui autem noluerit iſtis veniam impetrare,

Augu. in pſal. 2.

Chryſoſt.

Chryſoſt.

Ambroſi.

Chryſoſt.

trare, non primum ipsos in aulam regis inducit, sed ipse foras egreditur, ibique cum eis loquitur vsquedum eos correctos reddat, & dignos efficiat, quo regis vultui præsentari mereamur, sic etiam Christus effecit. Egressus quippe ad nos. i. carnem sumens, & colloquutus nobis cum præcepta regis innotuit. & sic nos à peccatis emundans, & ad deum conuertens in aulam regalē velut mediator optimus introducit. Ideo exitus & introitus vocatur carnis suæ aduētus, de quo dicit, Et iterum introducit, scriptura, scilicet iterum introducendum dicit. Ideo ait, Iterum, quia sæpe dicit introducendum. Introducit, inquam, Primogenitum, patris, id est, ante omnes creaturas genitum de patre secundum deitatem In orbem terræ, quasi hæredē in possessionem. Et cum introducit, dicit. Vel ita, & ipse pater. Iterū introducit primogenitum in orbem terræ. i. visibilem carne assumpta fecit apparere in mundo, qui antè inuisibilis erat in mundo. & ideo ait, Iterū quæ assumptio carnis dicitur exitus à patre, & introductio in hæreditatem vbi videtur adorari. Vnde addit, Et cum, introducit, Dicit & adorēt. Vel ita, Et iterum dicit, pater de eodem filio. Cum introducit primogenitū in orbem terrę. i. cum ostendit filium suum, scilicet vsque ad corda hominum ducendū per

Chrysost. fidem. Quid dicit? Et adorent eum. Qui passus est & mortuus. Non enim de deo verbo ista dicūtur, sed de homine suscepto. Adorent, inquam, Omnes angeli dei, secūdū hu-

Chrysost. manitatem iubētur angeli adorare Christum, ex quo eum tanto meliorem angelis demonstrat, quanto seruis dominum constat esse meliorem: ideo Christum secundum carnem iussit à cunctis angelis adorari, dicens, Adorent eum omnes angeli dei, quod iussioni eius obtemperant. Et iterum dicit, pater de filio. hoc Quidē ad angelos, pertinens. Qui, filius, Facit spiritus, cœlestes Angelos, id est, legatos, Suos &, etiam Flammam ignis. i. seraphin qui sunt de or-

August. in psal. 103. dine superiorum. Facit ministros suos. Quanuis enim nō videamus apparitionem angelorum, abscondita est enim ab oculis nostris, & est in quadam republica magna imperatoris dei, tamen esse angelos nouimus ex fide, & multis apparuisse legimus & tenemus. Spiritus autem sunt angeli, nec eo spiritus sunt quo angeli cum mittuntur, fiunt

angeli.

angeli. Angelus enim officij nomē est non naturæ: nomē naturæ spiritus est: ex eo quod est, spiritus est: ex eo quod agit, angelus est: sic nomē naturæ est homo, nomē officij miles. Homo ergo fit miles, nō miles homo: sic eos qui erant spiritus conditi à creatore deo facit angelos mittendo nunciare quod iusserit. Et vtitur omnibus ad incōmutabile arbitrium sententiæ suæ, siue bonis per eius gratiā, siue malis per propriā voluntatem. Ac per hoc voluntas dei est prima & summa causa omniū corporaliū specierum atque motionum. Nihil enim visibiliter fit & sensibiliter, quod nō de interiore inuisibili atq; intelligibili aula summi imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur secundū ineffabilem iustitiam. Vel ita distingue, vt angeli dicantur quando leuia nunciare mittantur: quando verò mittuntur ad vindictam, dicuntur ignis ardens.i. seraphin. & hoc est quod ait, Facit spiritus angelos suos, cum lęta & læuia nūciant. Et ministros suos, sicut Flammā ignis, dum ad exercitium vindictæ mittit, vt in Sodoma, & in aliis pluribus locis. Et sicut secundū literā fit in creaturis, sic in ecclesia figuratè fit: vbi spiritus.i. spirituales facit angelos suos.i. nuncios verbi sui, & ministros suos flāmā ignis. quia ministri ecclesię etiā ignis sunt, dū spiritu feruēt, & vitia nostra vrunt. Fœnum etiam tuum intēdunt.i. vitia tua curant ministri dei qui prædicant verbū dei. [Ad filiū autē, Thronus tuus deus in sęculū sęculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatē, propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et tu in principio domine terrā fundasti, & opera manuum tuarū sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autē permanebis, & omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictū mutabis eos & mutabuntur.] Ad filiū autem. Hîc per dignitatē simus & potestatē cōmendat Christū. q.d. illud pertinens ad angelos dixit. Hoc aūt, pertinens Ad filiū, ait dn̄s per prophetā, O Deus, fili, thronus tuus.i. regnū vel iudicium: de quo in euang. Omne iudiciū dedit pater filio.i. regia dignitas, vel iudiciaria sedes, Permanet in sæculū sæculi, quia & semper regnabit, & nouissimū iudiciū semper stabit. Vnde in euangelio. Ibunt hi in ignem æternum, & illi in vitam æternam; & meritò permanet thronus tuus.

Aug. in li. de trinit.

Ambrosi.

Ambrosi.

August.

Ambrosi.

Et,

Et,id est,quia Virga regni tui,id est,regimen & discipli-na,qua bonos regis,& malos percutis,vel conteris Cũ vir ga æquitatis,id est,regula directa & inflexibili, quæ alibi dicitur virga ferrea,per quam prauitate distortus, si ei hærere velit,dirigitur. Dilexisti, quasi dicat, Item ideo meritò permanet thronus tuus,quia Dilexisti, ex amore, Iustitiam,id est,omne bonum. Et,contra Odisti iniquitatem,id est,omne malum:non simul vtraque tibi sint,sed alterum diligis & amplecteris,alterũ verò odis & persequeris.& Propterea,scilicet vt hæc tibi essent, id est, vt diligeres iustitiã & odires iniquitatẽ. Vnxi te, vel propterea, scilicet quia dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. Hoc præmium inde datum est,scilicet Deus,deus tuus, scilicet pater per se,non per ministros vnxit te secundum hominem,quia deitas nullo indiguit. Nota quòd repetitur deus ex magna dilectione,vel secundum Augustinum. Alter casus est vocatrix,alter nominatrix,vt sic dicatur, O Tu deus,fili Vnxit te deus tuus,scilicet pater. in latino putatur idem casus nominis repetitus,sed in græco euidentissima distinctio est, qua alter nominatrix,alter vocatrix intelligitur. O tu Deus vnxit te deus, vngitur deus à deo. Quis est ergo deus vnctus à deo? Christũ intellige. Christus enim dicitur à chrismate. Chrisma enim Græcè, Latinè dicitur vnctio. Hoc nomen Christus vnctionis est, nec vngebantur alibi reges & sacerdotes, nisi in illo regno Iudæorum. Per hoc ergo quod dicit eum esse vnctum regẽ, & sacerdotem significat,vnctus ergo est deus à deo, & ipse deus vt vngeretur,homo erat. Ita homo erat vt deus esset,ita deus erat vt homo esse non dedignaretur. Deus ergo vnctus est, quia homo deus. Sed quo oleo? non nisi spirituali. vnde subdit, Vnxit,dico, Oleo lætitiæ, vel exultationis,quia immunis fuit à peccato. vnde & conscientia hilarius fuit ei. Vnxit ergo eum deus pater, non visibili & corporali oleo,sed spiritu sancto, quem scriptura nomine olei exultationis figurata, vt solet, locutione significat. Hac vnctiõe filius qui sic homo fact° est vt maneret deus, plenus erat spiritu sancto, vt in euangelio legitur. Iesus autem plenus spiritu sancto reuersus est à Iordane. Ideo addit, Præ participibus,id est, præ omnibus sanctis. Partici-

Ambrosi.

August.

Augu.cõtra Mani.

pes enim eius sunt omnes sancti, sed ille singulariter sanctus sanctorum, singulariter vnctus, singulariter vnde omnes Christiani vnguntur. Et tu in principio, post humanitatis excellentiam iterum redit ad æternitatem filij ostẽdendam vtens authoritate prophetæ, qui de filio & ad filium ait. ita Et tu, ô Domine, fili dei in principio rerum, id est, antequam res essent. Fũdasti, terram ad literã. Ideo dicit in principio, quia creator ante creaturam extitit sine vllo initio: quasi dicat, noui æternitatem tuam qua præcedis omnia quæ fecisti. qui dixisti, Ego sum qui sum, & Cœli, simul cum terra, Sunt opera manuum tuarum. hoc ita dicit, quasi specialiter in eis operatus sit. Manus autẽ est virtus iussionis, id est, potentia voluntatis, qua vt voluit facta sunt opera. Ipsi autem, cœli. s. aerei Peribunt, ab eo quod sunt dum immutabuntur creaturæ in melius. Nouissimi enim cœli qui per diluuiũ perierunt: sicut Petrus ait, Igne peribunt. exercuit enim aqua, & totam istam capacitatem vbi aues volitant occupauit, ac sic vtique cœli perierunt, propinqui terris. De cœlis ergo vnde dicitur aues cœli, non est dubium quin diluuio perierint, & igne perituri sint. De superioribus autem cœlis cœlorum, vtrum & ipsi perituri sint igne, quæstio est & disceptatio scrupulosior inter doctos, & erit incendium mundi non incendens sanctos dei. Quod enim fuit caminus ignis tribus pueris, hoc erit ardens mundus iustis in trinitate signatis. Tu autem, quasi dicat, cœli mutabuntur. Tu autem permanebis, hoc dicit: vt sicut æternus esse ostenditur, quia est ante omnia: sic ostendatur, quia permanet idem post mutata. Et omnes, siue cœli aerij, siue terra, Veterascent vt vestimentum, id est, sicut humana corpora longæuitate veterascũt. Corpus enim humanum, quasi vestimentũ animæ est. Veterascere autem dicitur illud quod more vestis paulatim consumitur, sicut caro humana quæ tamen in melius immutabitur, sic cœli meliorem formam recipient. Et mutabis eos, scilicet cœlos. Velut amictum, per hoc significat mutationem cœli. Vnde Ioannes in Apocalypsi, Vidi nouum cœlum, & nouam terram. Et rectè cœlos amictui cõparat, quia terram cingunt. Tam facilè enim mutat deus cœlos, sicut amictus extenditur & plicatur: & post mutationem,

Augu. super Ioan.
Ambro.
Ambrosi.
August.

tionem ſic manebunt cœli. Vnde ſubdit, Et mutabũtur.i. mutata ſic permanebunt,quia facta dei iam ſub æternitate ſtabunt,nec ad corruptionem reuertentur. [Tu autẽ idem ipſe es,& anni tui non deficient. Ad quem autẽ angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum? Nónne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatẽ capiunt ſalutis?] Tu autem,ô fili dei, Idem ipſe es.i.immutabilis es. contra hoc quod ſupra dixit veteraſcunt. Et anni tui non deficient.i.æternitas tua non deficiet. contra hoc quod dixit peribunt. Et eſt ſenſus, Tu non mutaris nec deficis, quod ad filium dictũ eſt, ac per hoc etiam deo filio conuenit dicere, Ego ſum qui ſum. Et item, Ego dominus & non mutor: quod tu hæretice,ideo ſoli patri aſſignaſti vt filius in ſubſtantia ſua crederetur eſſe mutabilis,tanquam ita ſuſceperit hominem vt in hominem verteretur. Hanc tantam blaſphemiam non emendabis,niſi credideris in aſſumptione hominis acceſſiſſe filio quod nõ erat,& non deceſſiſſe vel defeciſſe quod erat. Vel myſtice totum poteſt legi, & diriguntur verba ad patrem,vbi tamen & filius commendatur.q.d. vnxiſti pater filium.& Tu,ô Domine, pater à quo vnctus eſt filius, In principio.i.per filium tuum qui eſt principium de principio: ſecundum quod ipſe ait in euangelio, Ego principium qui & loquor vobis. Fundaſti terram.i.ſtabiliſti eccleſiam populorum,ſcilicet minores in eccleſia, Et cœli.i. maiores vt apoſtoli. Sunt opera manuum tuarum, quia in eis quaſi ſpecialiter operatus eſt,plura eis conferendo, Et ipſi cœli peribũt.i.morte deſtruẽtur,& quicquid ex ſe deſtruetur. Tu autem,in illis Permanebis.i.iuſtitia tua,& quæ in eis operaris permanebunt. Et omnes.ſ.maiores & minores, Veteraſcent.i.paulatim corrumpentur. Sicut veſtimentum.i.ſecundum veſtimentum.i.ſecundum corpus quod animam quaſi veſtimentum circundat. Et mutabis eos velut amictum.i.ſecundum corpus quod mutabis immortalitate: non tale erit quale fuit. ita peribunt cœli & mutabuntur ſecundum corpora,& non tantum ſecundum
Auguſt. corpus,ſed etiam ſecundum animas mutabuntur quæ tunc glorioſiores erunt. Tu autem idem ipſe es, in eis per filium tuum,

tuum.i. immutabili specie eris in eis per hoc quod filio crediderunt. Et anni tui non deficient in eis.i.æternitas tua. Ad quem autem,iterũ de gloria humanitatis agit.q.d. nõ solũ per præmissa ostenditur Christus maior angelis: sed etiam per hoc,quia pater Dixit ei,sede.i.victor,quiesce & iudica, A dextris meis,id est,in potibus meis,& mihi secũdum diuinitatem æqualis. Ecce victori filio consessus offertur à patre. Sede, dico, Quoadusque inimicos tuos ponam,quod fit quotidie dum aliqui conuertuntur.hoc & si paulatim agitur,indesinenter tamen agitur,Scabellum pedum tuorũ,id est,plenè tibi subiectos. Per hoc enim quod ait scabellum pedum plenam subiectionem significat. Vel per pedes intelligitur humanitas Christi quæ inferior natura est in illo. Et est sensus, Donec ponã inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.i.sub humanitate tua vt ipsam reuereantur,& super se sentiant. Vel,Sede quoadusq; ponam.i.æternaliter, sicut æternaliter Ponã inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.i.subiectos potentiæ diuinitatis. Per pedes enim stabilitas æterna significatur,quę quasi vestigiis positis virtute omnipotentiæ consistit. Ad quẽ autem angelorũ dixit hoc aliquando,nulli hoc dixit,quia Omnes spiritus sunt, ex officio Amministratorij, filij:missi actualiter, In ministerium,quacunque placet filio,tamẽ semper assistunt ei qui vbique est. Missi,dico, Propter eos qui capient hæreditatẽ salutis.i.propter homines quibus promittitur hæreditas æternæ vitæ, quibus licet minoribus imperio Christi seruiunt. Et nónne ita est? est vtique. Intellige igitur quãtus honor nobis existit,vt ad nos sicut ad amicos ministros angelos suos destinet deus. Quanuis enim multum intersit inter angelos & homines, propinquos tamen eos nobis fecit,quia nostræ saluti student,propter nos discurrunt,nobis suo funguntur officio. Hoc est opus angelicum angelicæ functionis officiũ,vt omnia fiãt pro salute proximorum. magis autem hoc est opus Christi,quia angelis nobis superioribus præcepit ad nostrã salutem suum exhibere ministerium.

Ambrosi.

Ambrosi.

Chrysost.

CAPVT

CAPVT II.

PRopterea abundantius oportet obseruare nos ea quę audiuimus, ne fortè pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est infirmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est: cõtestante deo signis & portentis & variis virtutibus, & spiritussancti distributionibus, secundum suam voluntatem. Non enim angelis subiecit deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.] Propterea, postquam locutus est de filio dei multa quæ ad eius commendationem valent, hortatur eos quibus scribit vt diligenter animaduertant & custodiant ea quæ per illũ annunciata sunt eis. & ad hoc tendunt omnia præmissa: quasi dicat, quia Christus maior est prophetis & angelis, Propterea oportet nos abundantius obseruare ea quæ audiuimus, à filio dicta in euangelio, q̃ quæ de lege, vel de aliis à prophetis, vel angelis dicta sunt qui ministri legum fuerunt. Nomen tamen legis obticuit, quia in astructione sua quam in prætoribus facit, manifestum hoc facit. & quasi quis quæreret, quare magis oportet? subdit, Ne fortè pereffluamus, id est, æternaliter puniamur. Fluimus per pœnas mortalis naturę, effluimus peccata addendo, pereffluimus in æternam damnationem. Hinc suadet verba Christi audienda per pœnam quæ erit negligentibus. Si enim, quod puniemur si non obseruamus verba Christi, probat per minus. s. per verba quæ dicta sunt ab angelis quæ sunt minus digna q̃ verba Christi: quasi dicat, dico ne fortè pereffluamus quod vtique erit. Enim, id est, quia, Sermo dei qui per angelos dictus est ad Moysen, & ad cæteros. Factus est firmus, id est, verus, vt lex per miracula & minis & promissis confirmata est, in qua tamen non erat salus. Et omnis præuaricatio, quod est contra vetita facere. Et inobedientia, quod est præcepta dimittere. Accepit iustam retributionẽ, scilicet quantum meruit, id est, secundum quod meruit, Mercedis, vt pro qualitate factorum sit qualitas pœnæ. Attende singula verba, Omnis præuaricatio, dicit vt ostendat quod pro singulis

Chrysost.

ſingulis peccatis ſit reddenda pœna: ac ſi diceret, non ſolum omnis præuaricator punietur qui multorum peccatorum reus eſt, ſed pro omni præuaricatione vel inobediẽtia ſuam recipiet pœnam. Iuſtam, dicit ne putetur perire iuſtitia per miſericordiam. Quod verò ait, Retributionem, hoc ad pœnæ quantitatem refertus, quæ æqualis peccato erit: quia ſecundum quòd maius vel minus eſt peccatum, maior vel minor erit pœna. quod verò ait, Mercedis, hoc ad qualitatem pœnæ refertur, vt qui libidinis igne perierit, igne crucietur. Quomodo. q. d. & ſi ſermo angelorum factus eſt firmus, & ſi omnis præuaricatio punitur. Quomodo nos, quibus filius dei ipſe gratia per quam ſalus eſt, locutus eſt, Effugiemus, gehennam. Si neglexerimus, ſaltẽ quod minus eſt quàm præuaricari. Tantam, id eſt, indeficientem. Salutem, in euangelio factam, non tanta erat in veteri teſtamento. Ibi enim ſermo, hîc verò ſalus eſt Quæ cum, &c. Oſtendit hîc inexcuſabiles eſſe illos qui contemnunt ſalutem, id eſt, Chriſti ſermonem qui eſt cauſa ſalutis. q. d. non effugiemus ſi neglexerimus ſalutem. Quæ, ſalus, Cum accepiſſet initium, non cõſtitutionis, quia ab æterno erat, ſed enarrandi. & hoc Per dominum, angelorũ, ſcilicet Chriſtum, vnde alia editio ſic habet, ſcilicet per Chriſtum, non longè poſt initium narrationis, Ab eis, ſcilicet apoſtolis, Qui audierunt, ab ipſo ore Chriſti, Confirmata eſt in nos. ſ. Iudæos. Quomodo? Deo conteſtante, authoritati apoſtolorum per quæ Signis, minoribus, vt eſt morbos depellere, quod medici poſſunt: Et portentis, maioribus quæ contra naturã fiunt: Et variis virtutibus, quæ non fiunt prȩter naturam. Vel de virtutibus animi dicit. ſ. quod caſti ſunt & humiles illi qui prædicant, & cætera huiuſmodi habent. Et ſpiritusſancti diſtributionibus, quia aliis genera linguarum, aliis alia dona dabat. Per hæc affluentiam ſignificat gratiarũ quȩ non erat apud antiquos, neque tanta ſigna, neque tam diuerſa prodigia. per quod oſtenditur quod non ſimpliciter eſt eis creditum, ſed per ſigna & prodigia. ideoque dum credimus, nõ illis, ſed deo nos credere declaratur. Diſtributionibus, dico, factis, non ſecundum meritum hominum, ſed Secundum ſuam, ipſius ſpiritusſancti, Voluntatem. i. ſecundum placitum ſuæ miſericor-

Chryſoſt.

Chryſoſt.

ſericordiæ. Vnde alibi, hæc omnia operatur vnus atq; idẽ ſpiritus diuidens ſingula prout vult. Nõ enim, dixit negligentes dignos eſſe pœna qui contemnunt gratiam per apoſtolos, & miracula, & dona confirmatam. hîc dicit Chriſtum eſſe potentem vindicare, & ſuos per paſſionem mortis ſaluare. q. d. verè non effugiemus ſi neglexerimus ſalutem Chriſti, cum pro ſermone angelorum non obſeruato puniti ſunt Iudæi. Quia, filios Subiecit deus orbem terræ, quod Non, fecit Angelis, quorum miniſterio, & ſi multa fiunt in orbe, omnia tamen ſpectant ad imperium. ſed hoc ſcilicet vt ſubiiciatur, Futurũ eſt ei de quo loquimur, id eſt, Chriſto. & hoc eſt quod ait, Orbem, dico, futurum ſubiectum ei De quo loquimur, ſcilicet Chriſto. Vel ita, Deus ſubiecit, non angelis, ſed filio. Orbem terræ futurũ.
Chryſoſt. ita hîc dicit futurum, ſicut alibi dixit, Qui cum forma futuri: de Adam & Chriſto loquens, & reſpectu temporum Adæ futurum ſecundum carnem Chriſtum dicit, ſic etiam nunc futurũ orbẽ dicit quãtum ad Chriſtũ. Futurus quippe erat orbis quantum ad filium dei qui ſemper erat, & ne de altero orbe diſputare intelligeretur, addit, De quo, orbe Loquimur. Hoc addit ne mentem auditoris errare relinqueret, dum alius quæreretur orbis. Hunc ergo orbem futurum non angelis, ſed Chriſto ſubditũ dicit, quod cõprobat authoritate Dauid, qui futura quaſi præterita refert: vtpote admiſſus diuinis conſiliis vbi omnia etiam futura ſunt facta: ſecundum illud Eſaiæ, Qui fecit quæ futura ſunt: ſed præſtat vt de Chriſti humilitate ne per ea dubitetur de exaltatione: & non tãtũ de humilitate Chriſti, verumetiam & totius generis humani: oſtendens hominẽ per ſe miſerum & abiectum, ſed per dei gratiam exaltatũ. Vnde ſubdit. ¶ [Teſtatus eſt autẽ in quodam loco quis dicens. Quid eſt homo quòd memor es eius? aut filius hominis quoniam viſitas eum? Minuiſti eum paulò minus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. In eo enim quòd omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia ſubiecta ei.] Teſtatus eſt autem. Quaſi dicat, nõ ſolum ego hoc dico, ſed etiam hoc idem Teſtatus eſt quis, ſcilicet

licet notus, egregius prophetarum excellentiſſimus, ſcilicet Dauid. In quodam,ſcilicet noto nobis non abſcondito Loco, ſcripturæ ſacræ in Pſalmo, ſcilicet, octauo. Dicens,Quid eſt homo,cum deſpectu legendum eſt, Quod memor es eius,aut filius hominis,&c. Diſtat inter hominem & filium hominis quod innuit diſiunctio. Omnis enim filius hominis homo,ſed non omnis homo filius hominis poteſt intelligi. Adam enim homo fuit, ſed non filius hominis. ſic homines dicuntur qui portant eius imaginem:qui autem portant imaginem Chriſti, filij hominum potius appellantur,& ille vetus homo dicitur, & iſte nouus. Homo igitur hoc loco terrenus eſt,filius autem hominis cœleſtis eſt,& ille longe ſeiunctus eſt à deo, hîc autem præſens eſt deo, & ideo illius memor eſt tanquam in longinquo poſiti.hunc viſitat quem vultu ſuo, id eſt, gratiæ ſuæ ſuæ præſentia illuſtrat. Deſpectiuè itaque Homo, ſcilicet peccator terrenus. Quid eſt,quãtum ad hoc Quod eius,quaſi longè poſiti. Memor es, temporalem præbendo ſalutem qua ſaluas homines cum iumentis: Aut filius hominis, id eſt, homo ſpiritualis, & cœleſtis. Quid eſt, quantum ad hoc,Quoniam eum, quaſi infirmum Viſitas, præſentia gratiæ, & non ſolum homini filius indiguit viſitari,ſed etiam dei filius,quia Minuiſti, ſcilicet dei filium. Vel ita,vt per hominem intelligantur boni. præcipue qui ante aduentũ Chriſti fuerunt,per filiũ hominis Chriſtus: & legitur item cum deſpectu hoc modo, Homo,bonus ac iuſtus: Quidem,quaſi dicat,deſpectus,fragilis, peccator. quantum ad hoc Quod memor eius es. Memor eſt deus hominis quando peccata dimittit, Aut filius hominis,iam ſurgit,id eſt,à membris ad caput aſcendit,cum ait, Filius hominis,id eſt, Chriſtus, qui non ex duobus hominibus, ſed de virgine natus eſt. Filius, inquam, Hominis, quid eſt quantum ad hoc, Quoniam viſitas eum, id eſt hominẽ per ipſum filium hominis, quaſi per medicum infirmum? Nota verborum proprietates ſupra dixit, Memor,vbi agit de iuſtis qui fuerunt ante Chriſti aduentum, quorũ quaſi memor fuit quando patriarchis de cœlo miſertus. Hîc autem ponit, Viſitas,vbi agit de incarnatione, cum verbũ caro factum eſt, cum medicus ad infernos venit. Minui-

August. Ambroſi.

ſti,quaſi dicat,per filium hominis.i.Chriſtum,viſitas ho-
minem,& Eum,tamen,id eſt,Chriſtum,Minuiſti, Vel ita
vt per hominem & filiũ hominis intelligatur Chriſtus ho
mo,cuius fuit deus memor in conceptione donando im-
munitatem peccati,& viſitauit in reſurrectione dãdo glo-
riam immortalitatis,& legitur ammiratiue hoc modo,Ho
mo, Chriſtus. Quidem.ſ.quam magnum quid & dignum
per hoc Quod memor es eius, faciendo eum immunem à
peccato. Aut.i.&,Filius hominis,ſcilicet idem ipſe Chri-
ſtus qui eſt homo de homine, vt deus de deo. Quid eſt.ſ.
ſecundum quam excellentiſſimum. quid per hoc, Quoniá
viſitas eum, reſuſcitando. Minuiſti.q.d.viſitaſti Chriſtũ
hominẽ.& per hoc indiguit viſitari, quia tu Minuiſti eũ,
per paſſibilem naturam. Minoratus enim eſt dum ſe exina
niuit formam ſerui accipiens:ergo propter ipſam infirmi-
tatem carnis quam dei ſapientia geſtare dignata eſt. & paſ
ſionis humilitatem rectè dicitur,Minuiſti ab angelis,quia
mortalis & paſſibilis,ſe Paulò minus,quia etſi paſſibilis,ta
men imperabat angelis, & quia ſine peccato erat:ſed poſt
ad ſimilitudinem triumphantis, Coronaſti eum.i.vndiq;
circundediſti.Gloria,in reſurrectione & aſcẽſione.Et ho
nore.i.in conceſſu patris.Vel,Gloria.i.claritate immorta
litatis.Et honore,quod ſibi flectitur omne genu. Et con-
ſtituiſti eum,vt ſtabilem,Super opera.ſed addit,Manuum
tuarum.i.ſuper digniora etiam opera.i.ſuper homines &
angelos quæ per excellentiam dicuntur opera manuum.&
non ſolum conſtitutus eſt ſuper opera vt dignior,ſed etiã
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius.i.poteſtati eius & do-
minio vt adorent illum & vereantur.Poſſet enim ſuperior
eſſe,& tamen omnibus non dominari.Ideo ait, Subieciſti
omnia ſub pedibus eius.nulla enim creatura erit non ſub-
iecta,cui primates vt ita dicam ſpiritus ſubiiciuntur.In eo
enim,vel autem,exponit ſenſum Dauid prophetę quem in
prædictis verbis habuit.q.d.Dauid ait,Omnia ſubieciſti.
In eo autem, quod ſcriptura Subiecit ei omnia.i.ſubiecta
ei oſtendit oĩa nihil dimiſit. Non ſubiectũ ei.i nihil exce
pit de omnibus,dum enim dicit omnia nec terrena exci-
pit,nec cœleſtia.Vel ita continua ſecundum literam quæ
habet Enim.q.d.bene dico orbem terræ futurum ſubie-
ctum

ctum Christo,quia In eo,quod scriptura dicit, Ei omnia sub.i.dicit ei subiecta esse omnia. Nihil dimisit non subiectum, non mutatur sententia: quam eandem sententiam, alia etiam litera confirmat quæ est, In eo enim quod dicit omnia subiecit, nihil dimisit ei non subiectum. Nunc autem.q.d.scriptura dicit, omnia subiecisti, sed tamen nondum omnia subiecta sunt ei. & ideo congrue supra dixit orbem futurum subiectum.& hoc est quod ait, Nunc autem. Et si scriptura dicat omnia, Tamen necdum videmus omnia subiecta ei,voluntate quæ subiicienda sunt.quotidie enim aliqui subiiciuntur ei,sed nō omnes qui subiiciēdi sunt subiicientur,donec in iudicio. Distingue cum ait, Nihil dimisit non subiectum. hîc vniuersalem subiectionem.s.siue voluntariam,siue necessariam designat. Cum verò ait, Necdum videmus, &c. hîc tantum voluntariam fideliter credentium in eum. [Eum autem qui modico quàm angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia,& per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionē consummari.Qui enim sanctificat & qui sanctificātur, ex vno omnes.] Eum autem.q. d.necdum videmus omnia subiecta ei, sed tamē pars prophetiæ iam impleta est, quia Videmus eum,&c.in quo constat quod complebitur alia, & ideo nec doleatis de aduersis. Eum,inquàm, Qui modico minoratus est quàm angeli,videmus,iam Iesum.i.saluatorem,& Coronatum gloria & honore. hoc vtiq; merito.s. Propter passionem,non quamlibet,sed Mortis. Hîc iam incipit ostēdere nō ꝓ potentia tantū,vel vltione verba Christi esse audienda, sed pro dilectione qua dilexit nos,vt pro nobis moreretur. Vnde addit, Vt gratia dei, &c. Vel ita lege, Videmus eum iam Iesum, & coronatum gloria & honore,qui modico quàm angeli minoratus est, non secundum naturam humanæ mentis,sed Propter passionem mortis. Maiores quidem angeli possunt dici homine,quia maiores sunt hominis corpore,maiores sunt & animo,sed in eo tantū quòd peccati originalis merito corruptibile corpus aggrauat ipsum animum. Natura verò

August. contr Maximinum.

humanæ mentis qualem Christus assumpsit quę nullo peccato potuit deprauari, solus maior est deus. Propter quid ergo modico quàm angeli minoratus dicatur, aperuit cũ ait, Propter passionem mortis, Minor ergo angelis fuit, non propter naturam hominis, sed propter passioné mortis. natura verò hominis quæ mente rationabili & intellectuali creaturas cæteras antecedit, deus solus est maior. Minor ergo angelis fuit corpore, non mente. Quod auté videtur tibi nihil magnum de deo patre dici, si forma serui maiorem qua maiores videntur angeli, non rectè cogitas, nec attendis quem locum habeat in rebus humana natura quæ condita est ad imaginem dei, cui tamen iniuria facta non est. Cum Christus dicebat, Pater maior me est, qui non carni suæ solum, sed etiam menti quã gerebat humanæ deum patrem præferebat: quæ tota sine dubio forma agnoscitur serui, quoniam seruit tota creatura creatori. Vt gratia dei. q. d. minoratus est ab angelis. & hoc ideo Vt gratia dei. i. ipse qui est gratia dei, quia gratis dat, vel quia gratis datus est nobis, Gustaret mortem. Vel ita, vt sit ablatiui casus hoc modo, Vt gratia dei. i. per gratiã dei qua homo non meruit. Ipse gustaret, propriè dixit gustaret, quia amara est mors, vel quia cito transiit. Breue nãq; interuallum in illa faciens confestim surrexit, sicut qui gustat breuiter experitur. Gustaret, dico, Pro omnibus, scilicet prædestinatis qui eius mortem redempti sunt & saluati. Vel Pro omnibus, hominibus generaliter mortuus est, quia omnibus preciũ suffecit. Ideò propriè dixit Pro omnibus, quia non pro fidelibus tantum, sed pro mundo vniuerso mortuus est. & si enim omnes non credunt, ipse tamen quod suum est impleuit. Dicebat enim. q. d. minoratus est Christus vt gustaret mortem, quod conuenientissimum erat. Dicebat enim eum. s. deum patrem propter qué glorificandũ omnia facta sunt, & per quem authoré Omnia, facta sunt, Qui multos filios, adoptiuos Adduxerat. i. adducendos præuiderat in gloriam, æternã decebat Consummare. i. perficere in gloria beatitudinis, quod incepit in resurrectione quando immortalitatis gloria sublimatus est, & auctum est in ascensione quando ascendit ad dexteram patris: & perficietur in iudicio quando ei omnia subiicientur,

August. (margin, beside "facta non est. Cum Christus dicebat")

Chrysost. (margin, beside "ret, quia amara est mors")

ficientur,& erit omnia in omnibus. Decebat,inquam,eum consummare Auctorem salutis eorum,filiorum.i. Christũ qui est filius per naturam,cuius cohæredes erimus qui sumus adoptione filij. Vide quãtum est in medio nostrum, & ille filius est,& nos filij sumus: sed distat, quia ille saluat,nos saluamur:ille sanctificat, nos sanctificamur. Modo coniungit nos scriptura, modo disiungit. Multos, inquit,filios hîc coniunxit, auctorem salutis eorum hîc discreuit. Consummare,dico, & hoc Per passiones mortis, quæ mors sanandæ nostræ miseriæ conuenientissima fuit, ac valde necessaria,quia aliter nisi Christus moreretur.s. homo non redimeretur & non redemptus periret.quod si esset, frustra facta essent omnia. cætera enim homini seruiunt,homo deo,nec in aliquibus deus glorificaretur, cũ ad hæc omnia facta sint,falsa esset etiã eius prædicatio,de filiis adducendis. Qui enim,probat quòd pro nostra liberatione decuit Christũ pati. videtur enim indecens quod author salutis pateretur,sed non dedecet, quia ex deo pendet,& idem ei subiectus vt alii homines, & ideo conuenit ei pati opus est,& quod opus fuerit postea dicit ibi, Quia ergo &c.quasi dicat, decebat patrem consummare Christum per passionem,nec dedecebat Christum pati. Qui enim sanctificat,prædestinatos,id est,Christus, Et sanctificantur per eum,id est, nos Omnes,æquè ex vno deo pendent & sunt. Ecce iterum quomodo coniungit dicens esse ex vno. Item, Intuere quantum interest, ille quidem sanctificat,nos sanctificamur. Licet ergo ex vno simus, veruntamen multum interest. Ille enim est ex patre secundũ deitatem vt proprius filius,id est,ex eius essentia genitus. nos autem adoptiui. [Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens, Nunciabo nomen tuũ fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum, Ego ero fidens in eũ. Et iterum, Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri communicauerũt carni & sanguini,& ipse similiter participauit eisdé,vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est,diabolum,& liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit

Chrysost.

Chrysost.

per omnia fratribus ſimilari, vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potēs eſt & eis qui tentantur auxiliari.] Propter quam, probat quòd ex vno ſunt omnes dicens, Propter quam cauſam.i. quia vtrique ſcilicet caput & membra ſunt ex eodem, non cōfunditur, vel erubeſcit Chriſtus licet à peccato immunis. Vocare eos fratres, qui peccando facti ſunt degeneres, dicens, in pſalmo, O pater, Nunciabo, vel narrabo, poſt reſurrectionem, Nomen tuum, id eſt, famam & gloriam deitatis, Fratribus meis: & ego poſitus, In medio eccleſiæ, vt columna, Laudabo te, vel in medio eccleſiæ, id eſt, in toto orbe circunquaq;, Laudabo te. Attende quòd cum dicit non erubeſcit fratres vocare, oſtendit, quod non eius naturæ eſt fraternitas noſtra: ſed miſericordiæ & humilitatis. Quod autem fratres ſimus, probat per prophetam ne putetur nouum. Et iterum, Authoritate Eſaiæ ſe ex deo eſſe & pendere oſtendit, Ego, Chriſtus vt verus homo, Ero fidēs, ſecundum humanitatem, In eum, ſcilicet deū patrem, quod non faceret niſi à deo eſſet. Et iterum, eandem ſubiectionem ad deum, & humanæ naturæ communitatem nobiſcū demonſtrat dicens, Ecce ego, præſto ſum ſeruire. Et pueri mei, ſcilicet Apoſtoli & alij fideles quos mihi tanquam capiti membra in vnitate naturæ & gratiæ dedit dominus, & in hoc patet ꝙ ex deo ſunt, quia Ego & pueri cōmunicauerunt carni & ſanguini: & ipſe ſimiliter participauit eiſdem, probauit quod decuerit Chriſtum pati, ſi opus eſſet: quod autem opus fuerit hîc demonſtrat, quia pueri communicauerunt carni & ſanguini. q. d. conſtat quod ex deo eſt ipſe Chriſtus ſanctificans & ſanctificati, & ita nō decet eū pati ſi ſit opus, ſed quid fuit opus pati? Ecce, quia Pueri cōmu. Et eſt quod ait. q. d. ex vno deo eſt ipſe cum ſanctificatis, & quia Pueri, qui ſanctificandi erāt, Cōmunicauerūt carni & ſanguini. i. animæ. i. homines erant corruptibiles conſtantes ex corpore & anima, quæ per ſanguinem accipitur: Ergo. i. ideo & ipſe Chriſtus, Participauit eiſdē. i. pueris, quia factus eſt puer cōſtās ex anima & carne. vel, Participauit eiſdem. i. carne & ſanguine. ſ. anima. & hoc, Similiter. i. ita quod fuit homo paſſibilis & mortalis

talis, vt posset mori. Ecce vera in Christo fraternitas, & nō ficta humanitas, Vt per mortem, suá, Destrueret eum qui habebat mortis imperium.i. diabolum authorem mor tis, quia peccati.ex quo processit mors. Hoc enim testimo nio satis monstratur etiā mortem istam corporis principe atq; authore diabolo.i.ex peccato, quod ille persuasit accidisse Nec enim ob aliud potestatē habere mortis verissimè diceretur, vnde ille qui sine vllo peccato, vel origina li, vel proprio moriebatur, dixit, Ecce venit princeps mun di huius, id est diabolus, qui habet potestatē mortis, & in me nihil inueniet.s. peccati, propter quod homines mori fecit, nihil ergo inuenit diabolus in Christo, vt moreretur sed pro voluntate patris mori Christus voluit, non habēs mortis causam de peccato sub authore peccati, sed de obedictia, & iustitia factus obediens vsq; ad mortem, per quā nos redemit à seruitute diaboli. Incideramus enī in prin cipem huius sæculi, qui seduxit Adam, & seruum fecit, & cœpit nos tanquàm vernaculos possidere. Sed venit redēptor, & victus est deceptor. Et quid fecit redemptor capti uatori nostro? Tetēdit muscipulam, crucem suā posuit ibi quasi escam, sanguinem suum. Ille autē sanguinem fudit non debitoris, per quod iussus est reddere debitores. Fudit sanguinem innocentis, & iussus est reddere à nocentibus. Ille quippe sanguinem suum fudit, vt peccata nostra deleret. Vnde ergo diabolus nos tenebat deletum est san guine redemptoris. Nō enim tenebat, nisi vinculis peccatorum nostrorum, istæ erant catenæ captiuorum. Venit il le, alligauit fortem vinculis passionis, intrauit in domum eius.i.in corda eorum, vbi ipse habitabat, & vasa eius eripuit. Nos sumus, vasa ista impleuerat ille amaritudine sua quam nostro redemptori in felle propinauit. Saluator au tem noster eripiens vasa eius, & sua faciens, fudit amaritu dinem, & impleuit dulcedine. Participauit ergo pueris.i. factus est homo passibilis & mortalis, vt sic vinceret diabolum. Nisi enim homo esset, qui diabolum vinceret, non iustè, sed violenter homo ei tolli videretur, qui se illi spon te subiecit, sed si eum homo vincit, iure hominem perdit: & vt homo vincat, necesse est, vt deus in eo sit, qui faciat eum sine peccatis esse. Si enim per se homo esset, vel ange

Augu. de bap. paru.

lus in homine facile peccaret, cū vtranq; naturā per se cō stet cecidisse. Fact⁹ est homo dei filius hois fili⁹ passibilis, & mortalis. Vt per mortē destrueret diabolū, deletis peccatis, per quę sub illo captiui eramus. Et per eandē mortē, Liberaret eos, qui timore mortis, corporalis, Per totam, hanc, Vitam erant obnoxij. i. subditi. Seruituti, diaboli & peccati. Hîc quiddam mirabile demōstrat, quia per quod potestatē habebat diabolus per hoc victus est, & quę fuerant arma illi forti aduersum mundum per ea illum Christus percussit, in quo magnitudinē virtutis & sollertiæ insinuat. Mors enim erat arma per quæ vincebat diabolus, & per eam victus est à Christo. Vnde, Ero mors tua ô mors, & per eā liberauit obnoxios seruituti. Intuere, quantum bonum operatur mors Christi. liberauit eos qui timore mortis obnoxij erant seruituti. Serui siquidem erāt qui mortem timebant, & omnia patiebantur, ne morerentur. nunc autem sancti per Christum ad regnum transituri irrident eam. Vnde Apostolus, Cupio, dissolui & esse cum Christo. Vnde & beatus Iob ait, Pellē pro pelle, & omnia quæ habet homo dabit ꝓ anima sua. Et est victoria fidei, quæ vtiq; defuisset, si credentes immortalitas mox consecuta esset, Poterat quidem hoc deus dare credentibus, vt nec istius experirentur corporis mortem, sed si hoc fecisset carni quædam felicitas adderetur: minueretur autē fidei fortitudo. Sic enim homines mortē istā timent, vt non ob aliud felices dicerent Christianos, nisi quod mori omnino non possent, ac per hoc nemo propter illam beatam vitam, quę futura est ad Christi gratiā festinaret, sed propter renouādam mortis molestiam delicatius crederetur in Christum, essétq; fides eneruis & debilis. Quid magnū esset credere videndo, non mori eos, qui crederent? Credens enim omnino nō moriturus. Quanto fortius ita credere, vt se speret moriturus sine fine victurum. Exemplo Christi, qui post mortem resurrexit in gloria, & beata sine fine vita viuit. Desideremus ergo vitā Christi, quia tenemus pignus mortem Christi, quomodo nō dabit nobis bona sua, qui passus est mala nostra? In terris istis, in sæculo isto maligno quid abundat, nisi nasci, laborare & mori? hæc sunt mercimonia regionis nostræ: ad tales merces mercator

mercator ille descendit, & quia omnis mercator dat & accipit, dat quod habet & accipit, quod nõ habet, etiã Christus in ista mercatura dedit, & accepit. Sed quid accepit? Quid hîc abundabat, nisi nasci, laborare & mori, & quid dedit? Renasci, resurgere & inæternum regnare. O bone mercator gratias agimus, quia emisti nos, sanguinem tuũ bibimus, euangelium legimus instrumentum nostrũ, serui tui sumus creatura tua sumus, fecisti nos, redemisti nos, Emere potest quis seruũ suũ, creare non potest: dominus autẽ Christus, & seruos suos creauit vt essent, & redemit per mortẽ, ne semp captiui essent: sicut & mortẽ gustauit, vt timorẽ mortis fideles vincerent. Vt enim medicus, non habens necessitatem ex cibis, qui ægroto præparantur gustare, sed ille consulens ei, vel consolens eum, primũ de cibis illius degustat, vt persuadeat ægroto promptius illos cibos accipere: sic etiã dominus, cũ omnes homines mortem timerent persuadens eis, vt fiducialiter ad mortẽ accederent, & ipse gustauit mortẽ, nullam mortis habẽs necessitatẽ. Vel ita, Et liberaret, & agit de timore pœnæ, quo Iudæi sub lege seruiebant, quos euacuata lege per gratiam à legis onere, & seruili timore liberauit. q.d. Fact⁹ est Christus homo, vt per mortẽ destrueret diabolũ, & per eãdem mortẽ legẽ euacuaret, & ea euacuata, Liberaret eos. i. Iudæos liberos faceret per gratiam, Qui timore mortis, corporis, vel animæ. Per totã vitam obnoxij erant seruituti, legis. i. timore pœnarum serui erãt legis, quia timore pœnarũ corporis, vel animæ seruabant legẽ, quos Christus liberauit, vel ab inferno, vel à iugo legis. Nunq̃ enim. q.d. participauit eis, vt homines sanctificaret & liberaret, & rectè hæc causa apponitur, quia si non esset eos liberaturus, non eis participaret, quod in angelis apparet, quia Nusquàm apprehendit angelos. i. in nulla scriptura legitur apprehendisse angelicam naturam, vt angelos redimeret. Sed, hoc legitur, Quod semen Abrahæ, id est carnem de Abraham, vt filios eius saluaret. non dico assumpsit, Sed apprehendit. quasi dicat, longe fugientem consequens in quo humanæ naturæ dignitas intelligi potest, & misericordia, & gratia qua hoc facit: & cura quam de nobis habuit. fugientem quippe ante ipsum humanam naturam Chrysost.

naturam & longe fugientẽ, lõge enim eramus, insecutus apprehendit. non angelicæ naturæ data est, hęc dignitas, vt deus ei in vnã personam iũgeretur, & re vera magnum & mirabile, & stupore plenum est carnem nostrã sursum sedere & adorari ab angelis & archãgelis. hoc ergo sæpi' in mente versans excessum patior magna de genere humano imaginans. Vnde. s. quia semen Abrahæ apprehendit, Debuit similari per omnia fratrib⁹, vt. s. passibilis, vt mortalis esset. & cætera eiusmodi in quibus similatus est fratribus. s. quòd natus, q educatus, quòd creuit, quòd passus est, & mortuus, qui suprà paternę substantiæ figura dictus est debuit similari duo, ideò vt Fiet, actu miserendi, Misericors, quod erat in natura. Et fidelis. s. nullum fallẽs. Põtifex. i. mediator & pons. Ad deum, seipsum offerens ei sacrificiũ, vt Repropitiaret, i. propè vocatus remoueret, Delicta populi, qui benè potest hoc facere. In eo enim in quo passus ęst ipse, id est, in inferiori substantia. s. in carne in qua passus est à Pilato. Et tentatus, à diabolo. Vel expertus. Alia litera. Potens, & eis qui tentantur auxiliari. De

Ambrosi. incarnato hoc dicit, qui in carne, quam suscepit multa sæua passus est, nouítque per experimentum, quæ est ista tribulatio, & tentatio patientium, non sicut deus solum nouit passiones nostras, sed etiam sicut homo cognouit per experimentum, per hoc. s. quod tẽtatus, & passus multa nouit compati. licet quidem impassibilis, sit secundum quod deus. Et est sensus, Potens est eis auxiliari, qui tentantur, id est cum multa alacritate protendit manum ad compatiendum tentatis, perfectéque nouit id facere. Nota quòd ait, Tentatus, tentat quidem deus, tentat homo, tentat diabolus. Tentat deus, vt probet: diobolus, vt decipiat: homo vt sciat quod nescit.

CAPVT III.

VNde fratres sancti, vocationis cælestis participes cõsiderate apostolum, & pontificem cõfessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quãto ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit deus est. Et

Moyses

Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius tãquàm famulus in teſtimonium eorum, quæ dicenda erant. Chriſtus verò tanq̃ filius in domo ſua. Quæ domus ſumus nos ſi fiduciam,& gloriam ſpei vſq; ad finem firmam retineamus. Quapropter ſicut dicit ſpiritus ſanctus, hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecũdum diem tentationis in deſerto: Vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt & viderunt opera mea, quadraginta annis. Propter quod infenſus fui generationi huic,& dixi,ſemper hi errant corde. Ipſi autem non cognouerunt vias meas,quibus iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam.] Vnde &c.ex omnibus ſuperioribus infert, id eſt,quia potens, & quia pro nobis paſſus,& quia poteſt auxiliari. Vnde,ô vos Fratres ſancti participes vocationis cœleſtis, id eſt vocati ad cœleſtia.i. ad cœleſtem hæreditatem habendam cum Chriſto, Conſiderate,diligendo,& quę præcipit operãdo,Ieſum Chriſtum. Alio enim non egemus Apoſtolum.ſ. quem nobis deus miſit, Et pontificem.ſ.per quem itur ad deum. Idem eſt enim pontifex,qui mediator.pontifex dico, Confeſſionis noſtræ,ſcilicet,quem nos confitemur. vel Cõfeſſionis, id eſt fidei.ſ.in quem credimus. Qui fidelis,&c. Hîc incipit comparare Chriſtum Moyſi, ſicut ſuprà comparauit cum prophetis & angelis. Moyſi verò ita comparat, vt ſit præ Moyſe fidelis,quia nõ ſuam, ſed patris gloriam quæſiuit:non eius mandata abſcondit. Moyſi ergo eum conferens,ait,Qui,Chriſtus, Fidelis,eſt ſecundum hominem Ei,ſcilicet deo patri. Qui fecit eũ,ex ſemine Dauid ſecundum carnem: fidelis eſt dico, Sicut & Moyſes,fidelis fuit. In omni.i.in tota Domo, Iudæorũ. quæ domus eſt, Eius, ſcilicet patris,vel Chriſti non Moyſi,quia Moyſes miniſter fuit non dñs. Vel ita,Qui,Chriſtus Ieſus. Fidelis eſt ei,qui fecit illum.ſ.deo patri non tantum in quadam, ſed In omni domo, Iudæorum.ſ.& Gentium: ſicut Et moyſes fidelis,fuit in vna. Et in omni domo dico, Eius.ſ. patris,vel Chriſti. Amplioris enim.q.d.quia Chriſtus fidelis fuit effectus indicat,quia iſte,ſcilicet Chriſtus, Habitus eſt dignus gloriæ, vt Moyſes,quia etiã habitus eſt dignus, Amplioris,gloriæ, Prę Moyſe,id eſt quam Moyſes.

Vel, Habitus est dignus amplioris, quàm Moyses. Ipse di co ens, Præ Moyse, in merendo quia plus meruit q̃ Moyses, & tanto amplioris gloriæ dignus est. Quanto habet ampliorẽ honorem domus. i. in domo, vel de domo facta. ille Qui fabricauit illam, vt domnius quã qui dispensat in ea vt famulus. quod de spirituali domo intelligendum est, scilicet non de templo, vel tabernaculo, sed de populo. Et nota ꝙ non dixit quidem Moyses est seruus, Christus verò est dominus, sed latenter hoc significauit. Si enim domus erat populus, ipse autẽ erat de populo. igitur erat de domo: & nobis vsus est dicere de seruo, ille est de domo illius. Omnia nanq;. q. d. fabricauit dico. Et rectè, per se enim non potest fieri, sed ab aliquo. Omnis nanque domus fabrícatur ab aliquo, an ideò à Christo? verè, quia deus est, qui omnia creauit. Et si omnia, ergo & domũ. Et hoc est quod ait. Qui autem. q. d. domus fit ab aliquo, Qui autem, & domum, Et omnia creauit, deus est, vtriusque enim domus. s. quam rexit Moyses & Christus factor est deus, quem constat præ omnibus esse: ita Christus quia deus est & creator præ Moyse est, Et Moyses, ostendit Christum dignum ampliori gloria quàm Moyses, quia Christus fabricator est domus non Moyses. Hîc alia ratione idem ostendit, quia Christus filius. Moyses famulus est, qui & carnalia carnalibus tradebat. Christus verò spiritualia. q. d. ideò etiam amplioris glorię, vel gratiæ dignus est, Et. i. quia Moyses quidem fidelis erat in tota domo. nõ sua: sed Eius. s. dei patris, vel Christi, Tanq̃ famulus, qui nõ adeò diligit domum, sicut ille cuius est propria. & hoc non, vt gratiam daret, Sed in testimonium eorum, quę dicenda erant. i. vt testaretur ea quę conueniebant dici carnalibus, qui nondũ spiritualia capere poterát. Christus verò; fidelis est, Tanq̃ filius, qui hæres est, In domo, cum ipso patre, Quæ domus, Christi, Sumus nos, renati, Si fiduciam spei. i. spẽ cum fiducia. s. nõ dubiã, Et gloriosam spẽ. s. quæ est de cœlesti iucunditate, Retineamus firmã i. perduranten Vsq; ad finẽ vitæ, quando habebitur, quod modo speratur. Quapropter, sicut supra cũ præ angelis & prophetis Christũ cõmẽdasset in multis, subintulit nos oportere seruare, quę ab illo audiuimus, ita nunc cõmendato etiã ipso
præ

præ Moyse. Hîc incipit terrere, ne sint increduli Christo per patrum similitudinē, & post ne amittant requiē, blanditur etiā per opportunitatem tēporis. q. d. nos sumus domus dei. Quapropter. s. quia hoc modo sumus Christi. Videte fratres ne forte, &c. Hucusq; verborum ordo dirigitur. Vel talis potest esse verborū ordo. Quapropter. s. quia sumus Christi, Nolite obdurare corda vestra, & ita hoc dico, Sicut dicit spiritus sanctus, in Dauid. Hodie. i. in tempore gratiæ, quod præsens erat Dauid in Spiritu, Si vocē eius. s. Christi, per se loquentis, Audieritis, quod verè erit. Nolite ob. c. v. Aliquando enim audistis vocem illius per Moysen, & obdurastis corda vestra. per præconem locutus est, quādo obdurastis corda: per se nūc loquitur. Mollescant ergo corda vestra, qui præcones ante se mittebat ipse venire dignatus est, ore suo hîc loquitur, qui loquebatur per ora prophetarum. si ergo tunc duri fuistis, modo estote molles. Nolite obdu. cor. v. dico, agentes sicut patres vestri fecerūt, In exacerbatione, facta secundū diē. i. in die tentationis, factæ. In deserto. i. sicut patres vestri obdurati sunt in die tentationis, hoc est vna die de exacerbationibus, quæ tentatio facta est in deserto, vbi magis eguerunt auxilio: ita & vos in deserto huius mundi cauete ne tentetis deum, ne pereatis sicut illi in deserto, qui deū tentauerunt. Recolitis certè fratres, ꝙ ille populus tentauerit deum, & acceperit disciplinam, & rectus sit in deserto tanq̄ ab optimo sessores frenis legū, & præceptorū non desistente etiā emendationis virga qua percussi sunt pro amaricatione. Historia est satis nota de eo, quod miserūt exploratores videre terram, & cum audirent ex eis ibi esse inexpugnabiles, & gigantææ staturæ viros, obliti virtutis dei totiens probatæ, dixerunt, Redeamus in Aegyptū ad ollas carniū. vnde iurauit dominus ꝙ non intrarēt in terram ꝓmissionis quę esset eis requies laborū, & sic omnes perierūt pręter duos. s. Caleph & Iosue. Et sciendū quod in hac serie tres requies cōmemorat, duas significantes, & tertiā significatam, vnā sabbati quo requieuit dn̄s. Secundam in Palæstina. Tertiā verā quę in cœlo est, de qua hîc dicit, loquēs ad viros Israelitas dicens fidelibus, qui Christum loquentē erant audituri, nolite esse duri Christo lo-

Aug. psal. 144.

quenti

quēti, ſicut ſpiritus pręmonuit loquēs in Dauid, ne ſimilia patribus veſtris patiamini, qui per Moyſen vocem domini, tūc audierunt. vos autem modo per ipſum Chriſtum. Et hoc eſt quod ait, Nolite obdurare corda veſtra, ſicut inexacerbatione ſecundū diem tētationis in deſerto, vbi, id eſt in quo deſerto, Tentauerunt me, ſpiritum ſanctū.ſ. qui in Dauid loquebatur, Patres veſtri, ſecundum carnem videre, ne ſecundum ſpiritum: patres veſtri erant ſecundū carnem: ſed ſi non imitati fueritis, patres veſtri ſecundum ſpiritum, non erunt. Et probauerūt me, id eſt probabilem inuenerunt. Et.i quia, Viderunt, &c. Vel, Probauerunt.i. curioſitatis cauſa exquiſierunt, an poſſem. Et viderunt, oculis, Opera mea, magnæ virtutis. Quadtaginta annis, in quibus me omnia poſſe experti ſunt. Propter quod, ſcilicet, quia tentauerūt, Fuit offenſus, vel inoff.i. valde & implacabiliter iratus. Vel, Proximus, adhibendo correctionis flagella, Generationi huic, tuam malæ. Et dixi, de illis, Semper errant corde, id eſt ex propria deliberatione, quia ſerio peccant, Ipſi verò. quaſi dicat, Ego ſic monebā per prophetam, ſed licet ſic monerem, tamen Ipſi non cognouerunt vias meas.i. noluerūt cognoſcere opera mea: & ideo, Si introibūt in requiem meam, ſcilicet terræ promiſſionis. Apoſiopeſis.i. non intrabunt. Hoc dico, Sicut iuraui, id eſt fimiter ſtatui, In ira mea.i. quādo iratus fui. Iurat enim quandoq; non iratus. iraſci tamen dicitur per figuram, quæ dicitur antropoſpatos. [Videte fratres, ne fortè ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi à deo viuo. Sed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, vt nō obduretur. quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantię eius vſq; ad finęm firmum retineamus, dum dicitur, hodie ſi vocē eius audieritis nolite obdurare corda veſtra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidā enim audientes exacerbauerūt, ſed non vniuerſi, qui profecti ſunt ab Aegypto per Moyſen. Quibus autem infenſus eſt, quadraginta annis? Nónne illis qui peccauerunt, quorū cadauera proſtrata ſunt in deſerto? Quibus autem iurauit, non introire in requiem ipſius, niſi illis qui increduli fuerunt? Et videmus quia non

potue-

potuerũt introire in requiẽ ipsius propter incredulitatẽ.] Videte,&c.q.d.quia propter incredulitatem patribus vestris requies negata est:ergo videte, ô Fratres ne fortè.q.d.quod facile potest cõtingere sit:In aliquo vestrum. In aliquo dicit,quia de multis non dubitat,quin perfecti sint inter eos.sit,inquã,Cor incredulitatis i. cor incredulum, vt putetis Christum non sufficere sine lege quod est Malum,quia sic ruit homo in multa peccata.Infidelitas enim malignam vitã procreat,sic anima in profundum malorũ veniens contemnit,nec hoc leue est,quia hoc est discedere à deo.& hoc est Christum tẽtare.Vnde subdit,Hoc est cor discedẽdi à deo viuo.q.d. à quo qui discedit vitã perdit,quia in eo solo vita est:contra, qui accedit vitam inuenit.Sed potius adhortamini,de incremento virtutũ,Nosmetipsos, alij alios, vel vnusquisque seipsum,Per singulos dies donec.i.quamdiu,Cognominatur hodie.i.tẽpus gratiæ de quo agebat propheta superius in psalmo, quia non minus modo patratur credentibus gratiæ ad salutem quã ipso præsente Christo. Si quis enim peccat, vsquequo est hodie potest reuerti.Nemo ergo desperet,dum viuit. Adhortamini dico,vt Non obduretur, quis ex vobis fallacia diaboli ente causa Peccati.Sciatis enĩ, quod diabolus fallit eum,qui obduratur,vnde post cadit in peccatum. Participes enim.q.d.debetis hortari vos,& non esse duri,quia non eramus facti sumus per gratiam. Et hoc est quod ait, Participes enim Christi.i.habentes partem,cũ ipso Christo in hæreditate,Effecti sumus per gratiam,qua vniti sumus ei,vt membra capiti.Ipse enim est caput nostrum, & nos membra eius facti sumus.participes dico, Tamen,hac conditione.Si,nos,Vsque ad finem,vitæ,Retineamus firmum,vt nunq̃ deseramus,Initium substantię eius.i.fidem quæ est initiũ bonorũ per quàm in nobis existit deus per quam deificamur,& diuinę substantiæ participamus.Retineamus vsque ad finem,dico, Dum,id est,quamdiu Dicitur nobis, hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra, quemadmodum sua, scilicet obdurauerũt patres.In illa exacerbatione,hoc, scilicet de patribus addidit, vt per patres eorum deterreat eos. Quidam enim. quasi dicat, Nolite obdurare, vt patres in exacerbatione:

Chrysost.

Ambrosi.

Remigius

Ambrosi.

& bene hoc dico, quia quidam illorum, Audientes, vocem dei in deserto de requie in terra Palęstina futura, Exacerbauerunt, deum, id est increduli, & duri fuerunt, & ideò perierũt. Hoc ideò dicit, ne quis putet satis esse audire de requie, quia & illi omnes audierunt, sed non omnes peruenerunt, sed quidã qui non exacerbauerunt: de quibus subdit, sed Non vniuersi, id est non omnes exacerbauerunt, vt Caleph & Iosue. & his similes. Non omnes dico, Qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen, ita vos à tenebris vitiorum, & ignorãtiæ profecti estis per Christum. Quibus autem, horum supra dictorum, scilicet vel exacerbantibus, vel non, infensus est, Quadraginta annis, hunc numerum annorum iterum commemorat, quia hoc numero notatur tota vita nostra. Quadragenarius enim indicat integritatem sæculorum. Infensus ergo, dicitur illis, Quadraginta annis, quia irascitur vitæ suæ vsque in finem peccantibus. Deinde subdit respondens suæ interrogationi, Nónne infensus est, illis Qui peccauerunt? quasi dicat, non est dubium, Quorum cadauera, sine sepultura, Prostrata sunt, bestiis & auibus, In deserto. quasi dicat, In hoc apparet ira dei, & ideo vobis impunitatem, non promittatis, si increduli fueritis. Quibus autẽ. quasi dicat, non solum prostrauit incredulos, sed etiam iurauit quòd non intrarent in requiem. Et hoc est, quod dicit sub interrogatione. Quibus autem iurauit non introire, vel vt Non introirent in requiẽ ipsius æternam, quæ significabatur per terram promissionis, Nisi illis qui increduli fuerunt, domino promittenti, illis vtiq; & non aliis. Et videmus. quasi dicat, iurauit dominus, non introire in requiem, Et ita videmus, id est, apertè scimus euenisse. Quia non potuerunt, illi, Introire, in requiem æternam, sicut nec & in terram promissionis. & hoc, Propter incredulitatem. Et quia illi perdiderunt requiem propter incredulitatem.

CAPVT IIII.

Timeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi, ne requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nunciatum est, quemadmodum & illis, sed non profuit illis sermo auditus, nõ admixtus fidei ex his, quę audiuerũt. Ingrediemur enim in requiem

quiem qui credidimus,quemadmodum dixit,Sicut iuraui in ira mea,si introibunt in requiem meam. Et quidem ope ribus ab institutione mūdi perfectis. Dixit enim in quodā loco, de die septima sic, Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, Si introibūt in requiem meam] Timeamus ergo.quasi dicat, si nō amore,vel timore hoc faciamus. Timeamus, inquam, Ne fortè aliquis ex nobis existimetur,vero iudicio:& si impu denter præsumat deesse à requie.& hoc, Relicta pollicita tione introeundi in requiem eius,veram, quam terrā promissionis significauit.i. per hoc quod relinquatur, & cōtemnatur promissio dei, qua promisit intrare in requiem cœlestem,vel quam in baptismo deo facimus: quæ seruata facit nos intrare in requiem. Et enim. quasi dicat,Dico timeamus & merito,quia nō possumus nos excusare,quasi de non dicta re. Et enim,&c. Vel ita cōtinua. quasi dicat, dico timeamus,ne quis ex nobis quasi ad nos pertineat,& rectè.pertinet enim ad nos. Et enim & nobis,tēpore gratiæ,Nunciatum est,de æterna requie per filium,Quemad modum, per famulum nunciatum est, de terra, & cœlesti per figuram terrę promissionis,& ingrediemur credendo, sicut illi perdiderunt,non credendo. Vnde subdit,Sed nō &c. quasi dicat, illis nunciatum est: Sed non profuit illis sermo, promissus de requie, Auditus tantum quia, Non, fuit, Admixtus fidei, id est,quia non fuit creditus, vt sermo,& simul iungerentur. Non fuit creditus dico, Ex his, id est propter hæc,Quæ audierunt, ab exploratoribus, id est, propter hæc quæ audierunt ab exploratoribus,qui ma la retulerunt, non crediderunt. Egressi enim de AEgypto, cum multam viam perambulassent, & multa iudicia virtutis dei accepissent in AEgypto, in mari rubro. In eremo consilium fecerunt mandare speculatores,qui deberent inspicere naturam terræ.illi verò cum perrexissent re uersi sunt, prouinciā quidem magnorum fructuum,& virorum inexpugnabilium, & fortiū procreatricem esse dicentes:quibus auditis obstupuerunt, qui eos miserant,nō credentes veram dei promissionem. Vel ita, Non profuit illis sermo, non admixtus fidei, sumptæ, Ex his,quæ auditus, à domiuo per Moysen promittentem eis terram

promiſſionis. Ingrediemur enim.q.d.vobis annũciatum eſt de requie, & hoc indicat effectus. Ingrediemur enim. Vel ita continua, Verè illis qui non crediderunt, nõ profuit ſermo,quia nobis,qui credimus ꝓdeſt. Ingrediemur enim nos,qui credidimus in requiem,verã. Nos qui credidimus ingrediemur,Quemadmodum,ex oppoſito, Dixit, ſpiritus ſanctus in pſal.de incredulis per quod patet,quod qui credunt intrabunt.Quid dixit?hoc.ſ. Si introibunt in requiem meam. Apoſiopeſis,id eſt non intrabũt.Sicut iurauit in iram.Illi enim,nec Palæſtinam, nec in veram requiem introierunt.nos autẽ introibimus in veram requiẽ. Et quidem. Quia dixerat nunciatum eſſe de requie dicit, quando.ſ. & ante legem poſt perfectionem operum.ſ. ſex dierum,per requiem ſabbati, & ſub lege quando per terrã promiſſionis deſignabatur,& in tẽpore gratiæ ſpiritu ſancto dicente in Dauid. Hodie,&cæ. q.d.nunciatum eſt de requie illa: Et ſic quidẽ,in illius requiei deſignatione,Dixit, ſpiritus ſanctus, quando nondum erat completio illius veræ requiei & ſignificatæ, quia ea nullus adhuc potitus erat, In quodam.ſ.egregio, Loco,ſcripturæ, De die ſeptima,per quam ſignificatur æterna requies. Et requieuit deus,à noua operatione ceſſando, Die ſeptima ab omnibus operibus ſuis,vt iam non noua crearet opera,ſecundum ſpeciem, vel materiam, ſed de materia, tunc facta & ad ſimilitudinem , tunc factorum operaretur. Requieuit dico, Operibus perfectis , poſt quod poterat requieſcere, quæ fecit inchoando, Ab inſtitutione mũdi, id eſt ex quo mundus cœpit inſtitui,quia ipſe omnia fecit. Notandum, quod dicit operibus perfectis,quod fuit facto homine pro quo omnia facta ſunt , & ipſe ad deũ glorificãdum factus eſt. Requieuit deus die ſeptima. Sex enim dieb⁹ fecit deus omnia in materia, vel ſimilitudine , vt poſteà nihil fieret, niſi de materia ibi facta , vel ad ſimilitudinem factorum. Septima quieuit, quæ ſignificat veram requiem, ſic &.vi. ætate homo Chriſtus natus eſt in mundo ad laborem. Et ſexta die,& ſexta hora diei paſſus eſt. Septima verò die in ſepulchro quieuit, ſic & nos dum ſub operibus ſex dierum viuimus operamur,indè exeuntes quieſcemus. vel eodem verborum ſenſu manente : ita poteſt legi, vt ſit ibi enim,

Remigius

Dixit

Dixit enim, & ſubintelligitur nunciatum eſt, hoc modo, Et quidem. quaſi dicat, nunciatum eſt, de illa requie, Dixit enim, ſpiritus ſanctus, In quodam loco de die ſeptima ſic & requieuit, de die ſeptima ab omnibus operibus ſuis, non mutantur hæc. Et attende, quod hîc agit de prima requie, quæ ſignificat. Et in iſto. quaſi dicat, ibi tangit ſpiritus ſanctus de vera requie per ſignum & figuram. Septima die. Et in iſto rurſum loco, dicit ſpirit⁹ ſanctus, de eadem vera requie per ſignum, & figuram requiei terræ ꝓmiſſionis. Si introibunt, id eſt non introibunt, In requiem meam. ſcilicet in terram promiſſionis, quæ ſignificat verã requiẽ, quã Moyſes promiſerat ſub figura. Et nota quod hîc agit de ſecunda requie quę ſignificat. Quoniam ergo, Diligenter attende prædicta, & ordinem ſequentium. Ecce bis, ſcilicet per diem ſeptimam, & per terram promiſſionis requies cœleſtis ſignata eſt, & ꝓmiſſa. & quia hoc eſt, ergo Iterum, vel rurſum, id eſt, ſub eiuſdem requiei deſignatione Terminat, ſpiritus ſanctus & diſtinguit, Diem quendam, quo prænunciata impleantur, id eſt tempus gratiæ, Egregiũ, ſcilicet in aduentu Chriſti, Dicendo in Dauid, hodie, quia Dauid futuris tempore gratiæ repræſentat verba patribus dicta. & hoc poſt Tantum temporis, ex quo illa patribus dicta ſunt, In deſerto, vnde patet nõ de terra promiſſionis agi, quæ iam dudũ habebatur. In hoc enim patet, quod hæc eſt alia requies de qua dicit Dauid, hodie, quàm illa ad quã Ioſue duxit. Sicut iam, &c. quaſi dicat, Quod terminat diem quandam dicendo hodie Sicut iam ſupra dictum eſt hodie, id eſt, tempore gratiæ. Si vocẽ eius audieritis, ſicut verè audieritis, Nolite obdurare corda veſtra, quemadmodũ fecerunt patres in illa acerbatione. Et nota ꝙ dicendo, diem quandam, & hodie, agit de tertia requie ſignificata, & quãdo datur: quãuis obſcure, quę per Chriſtum credẽtibus promiſſa eſt dari. ideò terminat diem intrationis. [Quoniam ergo ſupereſt introire quoſdam in illam, & hi quibus prioribus annunciatum eſt, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quẽdam hodie in Dauid dicendo pòſt tantum temporis, ſicut ſuprà dictum eſt. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Nam ſi eis Ieſus

requiem præstitisset, nunq̃ de alia loqueretur posthac die. Itaque relinquitur sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem, vt ne in idipsum, quis incidat incredulitatis exemplũ. Viuus enim est sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus.] Quoniam superest. i. restat post promissionem, Quosdam. s. egregios, Introire in illã, scilicet requiem æternam, quæ significatur per terrã promissionis, & nisi videret intraturos, quosdam non terminaret diem. Dauid nempe, licet esset sub lege, mente tamẽ positus in tempore gratię dicens hodie, tertio nunciat requiem, illo tempore consummandam. & quasi aliquis quęreret, quid opus erat illis dicere. Nolite obdurare corda vestra. Respon. subdẽs, valde opus erat. Et, id est quia Hi quibus prioribus nunciatum est, non introierũt in veram requiem quã terra promissionis designabat, ad quam etiã non peruenerunt. & hoc, Propter incredulitatem, suam. s. Vel alio verborum ordine potest legi, hæc litera. Quoniã ergo. q. d. & hoc & illo modo promissa & signata requies cœlestis: ergo superest, Quosdã introire. Et quoniam, hoc est, & quia hoc non sufficit ad inferendum, quod illaturus est addit aliud. s. Et hi. &c. vt ex his duobus tertium necessario inferatur, hoc modo. q. d. & quia hoc est. s. Quoniam superest, quosdã intrare. & quia hi, Quibus prioribus nunciatum est, non introierũt propter incredulitatẽ, ideò determinat diem quandã, quia necessarium erat. Dicẽdo, in Dauid hodie, Post tãtum temporis, ex quo illa dicta sunt patribus, & filij Israel in terram promissionis intrauerãt, vnde patet, quod hæc est alia requies. Sicut & cæ. quæ non mutãtur. Nam si. q. d. Verè hæc est alia requies, quàm illa ad quam duxit Iosue. Nam si illa esset, nõ loqueretur Dauid de alia, sed locutus est. ergo certum est esse aliam ad quam Christus duxit, quæ per illã in Palæstina signabatur. Et hoc est quod ait, Nam si eis, &c. Vel ita continua. Verè superest quosdã introire, sicut Dauid terminat. Nã si eis. i. filiis Israel. Iesus. i. Iosue qui duxit in terram promissionis, Præstitisset. i. si ipse præparans, vt dux dedisset,

Requiem,

Requiem, verã. Nunq̃, nullo tempore. Post hac.i.pręsenti tempore, Loqueretur, spiritus san.in Dauid. De alia die.i. de tempore gratiæ.q.d.quo deberet dari. Vel nunq̃ post, Loqueretur de alia.s. requie præter terrã promissionis, dicendo, Hac die, qui supra dixit hodie, sed locutus est de alia. Itaq; relinquitur.i.reseruatur à deo promittente, Populo dei, futuro. Sabbatism⁹.i. plenæ quietis feriatio, & iocunditas significata per sabbatũ quo requiritur dñs, & in lege obseruabatur. Tũc ergo enĩ perfectè vacabimus gratia maiore referti, & deo pleni. Et sciemus perfectè, quia ipse est deus: ibi vacabimus & videbimus, videbimus, & amabimus, amabimus & laudabimus. Ecce quid erit in fine sine fine, nã quis alius noster est finis, nisi peruenire ad regnum cuius nõ est finis? & verè requies perfecta est quam dominus promittit, quæ & per requiem sabbati figurata est. Qui enim ingressus est in requiẽ eius dei.i. quam deus promittit, & dat suis, Ipse requieuit ab operibus suis, quib⁹ hîc laborauit: ita perfectè, Sicut deus ab operibus suis. Et quia hoc, & vera requies. Festinemus ergo ingredi, per fidem & bona opera, In illã requiem, vt ne quis.i. vt nõ aliquis nostrũ, Incidat in idip. exẽplũ incred.i.in eandẽ incredulitatẽ in qua patres fuerũt, quæ est vobis exemplũ. vnde peius est, nisi caueatis. Vel, Incidat in idip.inc.exẽ. id est in pœnã talẽ qualẽ illi per incredulitatẽ meruerũt. Exemplũ autẽ dicit, vt mentem nostram illic habeamus, ne similiter excidamus. Et vt magis terreat addit, Viuus enim est.q.d. debemus festinare in illã requiem & cauere nobis à pœna patrũ incredulorũ, Quia ser. dei.i.filius dei qui à regalibus sedibus venit, Est viuus, quẽ infideles mortuum putãt: sed verè viuus est, & ita in eo viuetis.i. qui illos iudicauit vobis iudex est.s. filius dei: cui qui obedit, mortẽ non videbit inæternũ. Iste est efficax.i.potẽs omne quod vult facere saluando, vel dãnando: & cũ sit potens, est etiã sapiẽs. Et.i.quia est Penetrabilior.i.perspicacior, Omni gla.anci.i. omni ingenio quod circũcipit carnalia & spiritualia.i. in omni genio carnali, vel spirituali.& est Pertingens.i.ex tota consideratione perueniens.i.pertingit sermo dei cognitione insuperabili, Vsque ad diuisionem.i.separationem, & discretionẽ animę.i. sensualitatis,

Augu. de ciuit. dei.

Ac ſpiritus. id eſt rationalitatis, quia cognoſcit dei filius, quomodo diuidatur ſenſualitas à ratione, & ipſa eadem a ſe, dum plus dedita infimis rebus inferior eſt, & ab his re uocata dignior: ſicut etiam videt, quomodo ſpiritus à ſe diuidatur, dum vel in deum inhiat de diuina vſia cogitās vel inferius cœleſtia cōſiderat, vel in terra inferius de mūdanis rectè agendis pertractat, vel etiam, quomodo ſpiritus, id eſt ratio à ſenſualitate ſecernitur, dum quod in ſe, id eſt, in ratione inferius eſt, ſuperat quod in illa alterius eſt [Compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius, omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo. Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cœlos Ieſum filiū dei, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem. Non enim habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.] Compagum quoque. q. dicat, & ipſe eſt pertingens etiam vſque ad diſcretionem. Compagum quoque & medullarum. Compageſque dicitur iunctura ipſius ſenſualitatis, & rationis, quam videt filius dei, ſcilicet, quomodo inter ſe cohæreāt in aliquo, vel quomodo hæc & illa, id eſt ratio & ſenſualitas in ſuis differentiis conueniant, dum ſuperior differentia ſenſualitatis conſentiendo conuenit, cum differentiis rationis quæ ſunt tres, vt iam oſtenſum eſt. Vel inferior differentia rationis preſſa, & captiua aliquando conſentit inferiori differentiæ ſenſualitatis. Medulla verò quæ interior eſt dicitur quicquid interius, vel ſubtilius eſt in anima, vel ſpiritu, quod etiam videt filius dei. Et, vniuerſaliter dico, nō in parte, ipſe eſt Diſcretor cogitationum & intentionum cordis, id eſt, etiā diſcreuit cogitationes cordis, ſcilicet Quæ, diuerſi diuerſa cogitant. Diſcreuit etiā intentiones earum cogitationum, ſcilicet, quo ſingulæ tendant, an ad bonum, an ad malum, Et, vt amplius dicam, Non eſt vlla creatura, terrena, vel cœleſtis. Inuiſibilis in conſpectu eius, id eſt, in præſentia deitatis. Vel ita ab illo loco, Et per-

pertingens est sermo dei vsque ad di.a.ac.sp.id est, ad discretionem carnaliũ & spiritualiũ peccatorũ. Anima enim viuimus cũ bestiis, spiritu intelligimus cũ angelis: ideoq; p aĩam intelligũtur carnalia pctã.i.quę actu fiũt corporis, vt luxuria: p spiritũ spũalia.i.q̃ mẽtis sũt vt supbia. Discernit sermo dei inter carnalia pctã & spũalia.i.discernit qd quis agit, & etiam quo animo, Vnde subdit, Compagum quoque & medullarum & discretor cogitationũ, &c. Vel ita, vt per animam accipiãtur carnales cogitationes, & malæ: per spiritũ, spirituales cogitationes, & bonæ. Et est sensus, Pertingens vsque ad discretionem animæ ac spiritus, id est, vsq; ad discretionem carnalium & spiritualium cogitationum. Compagum quoq;. & est ordo verborũ talis, Et, ipse est Discretor cogitationũ & intent. quod ipse apertius dicit subdens.s. Cogitationũ & intẽtionũ cordis. Compages enim dicit coniunctiones cogitotionum.i.cogitationes quæ sibi iunguntur, quando altera alteram sequitur. Medullas dicit subtiles intẽtiones earũ. si enim cogitatio cogitationi coniungitur, ipse nouit quæ sit secundum deũ, & quæ secundum sæculũ. Nouit quoque quò se vergat intentio earum. Et non est vlla creatura inuisibilis in consp. hoc non mutatur. Omnia autem. q.d. Dico quòd nulla creatura est inuisibilis, sed potius Omnia.s.cœlestia & terrena, Sunt nuda.i.discooperata & reuelata, & etiam Aperta.i.manifesta, quæ ex omni parte plenè visa Oculis.i.visioni Eius.s.filij dei. & quasi aliquis diceret, quid ad vos de his omnibus? subdit, Ad quem, dei filium, Nobis est sermo.i.cui oportet nos reddere rationẽ de operibus & cogitationibus & intentionibus vestris. Habentes ergo. hîc incipit agere de põtifice Christo, ostendẽs quomodo sit sufficiens ad omnia, & quomodo dignior veteri sacerdote quem & immutat, & legem quæ sub illo est, per meliorem legem suã, & quomodo necessarius nobis sit ad iustitiam & salutẽ.q.d. Quia talis sermo dei est, Ergo teneamus confessionem.i.fidem cordis cũ confessione oris, vt fides sit etiam in ore: quæ fides & confessio est, Causa spei nostræ.i.futuræ beatitudinis quam speramus. & merito tenere debemus, quia idem ipsæ sunt: imò dei pontifex nobis est qui obtulit se secundum quod homo, & hoc est

quod

quod ait, Nos dico, Habentes pōtificē magnum.s.qui est sup oēs pōtifices, Qui penetrauit.i.penitus intrauit vt seq possimus, nō dico sancta sanctorū tēpli, sed Cœlos, quē.s. Iesum filiū dei.q.d.q est etiā saluator & filius dei. Nō em. q.d. Dico teneamus & tenere debemus, qa cū sit potēs, est etiā misericors nostrā expert⁹ infirmitatē: & hoc est quod ait tenere debem⁹, quia Nō habemus pōtificē q nō possit. i. qui nō nouit, Cōpati.i. cōdescēdere, p simile hoc dicit, sicut medicus infirmo. Infirmitatibus.i. fragilitatibus Nostris. Hoc dicit ne p prioribus desperent q̄ ad eius ptinēt altitudinē. & si em̄ ita sit altus tñ potest cōpati. hoc dicit ne ideo qa altus est, videat̄ eos abiicere. Tētatū aūt.q.d. Nō habemus talem qui nō possit cōpati, sed potius, Tētatum, à diabolo, & hoībus, quia irrisus & crucifixus fuit, & ideo pōt cōpati. Tentatū dico, p oīa genera tentationū. & hoc, Pro similitudine, carnis peccati.i.quia similis adhuc erat hoībus secundū, vel, p similis.i. vt exēplū daret aliis similia sustinendi, ens tamē Absq; pctō, & ideo pōt liberare. Ex eo em̄ quod tētatus est, scit cōpati: ex eo verò quod sine pctō est, potēs est liberare. Impossibile est em̄ scire afflictorū afflictionē homini qui afflictionis experimētū nō habuit, & sensibiliter oīa non sustinuit. Christus verò scit nō solū p hoc quod deus secūdū quòd oīa nouit, sed p hoc quod hō & similia sustinuit. Adeam⁹ ergo, & qa habemus pōtificē q pōt cōpati nobis ergo adeamus fide, intētiōe, & opere. Cū fiducia.i. fiducialiter licet pctōres simus, qa cōpatiēs est, nō dico ad tribunal iudicij, sed, Ad thronū gra-

Chrysost. tię eius.i. Christū, in quo regnat gratia, Vt, p eū, cōsequamur mīam.i. remissionē pctōrum pcedētiū. Et, de reliquo, Inueniam⁹ gratiā in auxilio opportuno.i. inueniam⁹ gratiā p quā auxiliemur, ne recedamus vel recid. in hac vita.

Chrysost. Nūc em̄ tēp⁹ auxilij, nūc est tēpus donorū, cū post baptismū peccātes p gratiā inuenire pœnitentiā possūt. Cū aūt thalam⁹ fuerit clausus, cū intrauerit rex videre recūbētes, cū ad sinū patriarchæ venerīt, q eo facti fuerint digni, tūc malis erit desperatiōis tēpus, nūc aūt dū adhuc agon permanet, & palma pendet, nō est desperādū, sed cū fiducia.i. sine dubitatione accedendū, vt per gratiā inueniatur auxilium opportunū. est enim auxilium quod non congruit.

CAPVT

CAPVT V.

OMnis nanque pontifex ex hominibus assumptus pro hoĩbus cõstituitur in his q̃ sunt ad deũ, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui cõdolere possit his qui ignorant & errant, quoniã & ipse circundatus est infirmitate, & ꝓpterea debet quẽadmodũ pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre ꝓ peccatis. Nec quisq̃ sumit sibi honorẽ: sed qui vocatur à deo tanq̃ Aarõ: sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodũ & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in æternum, secundũ ordinẽ Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eum qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerẽtia.] Omnis nanque. Vult ostẽdere iam Apostolus quod multo melius test. no. q̃ vetus. Hoc autẽ facit lõgius à superioribus instruens & præseminans quasdã ratiocinatiões, & quia spiritualia nõ sic introducunt infirmos vt corporalia, ideo de his incipit agere, volens ostendere nouum test. esse melius veteri, & ponit quædã cõmunia Christo cũ sacerdotibus vet. legis, quędam altiora pertinentia soli Christo, quędã humiliora illis tantũ sacerdotibus conueniẽtia, quasi per eum omnia possimus consequi gratiam & misericordiam. quod à minori ostenditur. Omnis nanq; pontifex, secundũ legẽ, Ex hominibus. i. ex numero hominum, assumptus est ad aliquid dignius per quod valet alios iuuare, Pro hominibus constituitur, vt per eum impetrent à dño misericordiam. Constituitur dico, In his quæ sunt ad deũ offerendis. s. in muneribus, hostiis, precibus, quæ ducunt ad deum. i. vt offerat deo Dona. s. primitias & huiusmodi. Et sacrificia, de animalibus. Pro peccatis, dimittendis. Qui cõdolere. q. d. ex hominibus sumitur, & talis, Qui possit consueta bonitate, Cõdolere his qui ignorant. i. ex ignorantia peccant. & his Qui errãt. i. sciẽter peccant. Et merito cõdolere debet, Quoniã & ipse, vt illi, Circundatus est infirmitate peccati, nõ ita Christus: & ideo plus potest iuuare q̃ legalis sacerdos, qui circũdatus est infirmitate. Et propterea. s. quia infirmus est, vt alij, Quemadmodum. i. qua necessitate. Et pro se-

Chrysost.
Ambrosi.
Ambrosi.

pro ſemetipſo, ſimili aliis debet offerre. & quæ ſit illa neceſ ſitas aperit ſubens. ſ. Pro peccatis ſuis, & aliorũ. q. d. non ſolum debet offerre, vt iuſtus ſeruetur, ſed vt & ipſe & al. peccatores recipiantur, hoc non conuenit Chriſto. Chriſtus enim non niſi pro ſuis mẽbris obtulit. Nec quiſq̃. q. d. per hoc iterũ poteſt ille pontifex prodeſſe, ſic etia & Chriſtus: quia Quiſq̃ non ſumit ſibi honorẽ, vt ſibi imputandũ ſit, ſed deo qui vocat: ſed ille rectè fit pontifex, Qui vocatur à deo. i. qui rectè eligitur à deo vocatur; Tanq̃ Aaron, qui indicio virgæ & incendio æmulorũ electus eſt, & monſtratus placere deo. In his verbis percutit cupidos qui nõ vocantur ſed ingerunt ſe: Ita & Chriſtus, homo non Clarificauit, per ſuas virtutes, Semetipſum, vt ſibi ſumeret. i. ſibi tribueret. Non clarificauit, dico, Ita vt potifex fieret, ſicut ipſe ait, Ego non glorifico meipſum, ſed ille clarificauit eum in baptiſmo, & pontificem conſtituit. Qui alibi locutus eſt ad eum, dicens in pſalmo, Filius meus es tu, quod idem dicturus erat ei in baptiſmo & in trãsfiguratione: & addit, Ego hodie genui te, mihi conſubſtãtialem, quia idẽ eſt cum patre in ſubſtantia. Clarificatus eſt enim filius à

Ambroſi. patre cũ dixit, Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, quæ clarificatio longè ante per prophetam prædicta in pſalmo, vbi ait, Filius meus es tu, ego hodie genui te, per quod videtur dignus eſſe Chriſtus, in quo pſalmo oſtẽditur rex & ſacerdos. Quemadmodũ. q. d. ſic illud locutus eſt pater de generoſa Chriſti natiuitate, Quemadmodum in alio loco de pontificatu eius, Dicit, pater. Tu, tam dignus es Sacerdos. i. docens & orans, & offerens. & hoc, In æternum, non ad tempus vt Aaron: & hoc, Secundnm ordinem Melchiſedech. i. ſecundũ dignitatẽ & ritum ordinis. i. ſacerdotij Melchiſedech, qui non tẽporalis fuit, ſcriptura ſubiiciẽte initiũ, & finẽ vitę eius in figura Chriſti, qui caret initio & fine. Et ſicut ille obtulit in pane & vino, & ſemel, ſic & Chriſtus ſub ſpecie panis & vini cor-

Augu. in pſal. 109. pus & ſanguinem ſuum diſcipulis tradidit. Sacerdos autẽ Chriſtus eſt, non ſecundũ id quod natus eſt de patre deus apud deum, coæternus gignenti: ſed propter carnẽ aſſumptam, propter victimam quam pro nobis obtulit. Et quaſi quis quærat quid egit põtifex? ſubdit, ecce, Qui, Chriſtus,

In die-

In diebus carnis.i.mortalitatis Suæ,obtulit Preces,ſuppli cationesq;,ad eum.ſ.deum. Qui poſſet ſaluum facere illum,qui precabatur, A morte.i.eũ reſuſcitare, & quia hoc tẽpore mortalitatis fecit,quid ergo poſt faciet? multo magis. Has autem preces & ſupplicationes obtulit Chriſtus imminente paſſione quando orauit prolixius,& totũ fecit pro nobis,non pro ſe:quia non timore mortis neceſſario, ſed cauſa noſtræ ſalutis orauit. Obtulit preces dico, Cum clamore valido.i.cum intentione efficaciſſima, vt quando prolixius orabat, Et lachrymis, hoc in euangelio legitur, credendum tamen eſt eſſe factum. Et iſta offerens exauditus eſt,quia quod quæſiuit accepit in reſurrectione & aſcẽſione.& hoc, Pro ſua reuerẽtia.i. ſicut ſua religio meruit, quia amplius omnibus deum reueritus eſt. Hoc ideo dicit vt certi ſimus nos conſecuturos miſericordiam per eum. per hoc enim patet quòd per eum poſſumus conſequi miſericordiam cum ſit iam ad dexteram patris. Vel preces & ſupplicationes Chriſti dicit actionem & vitam Chriſti,cuius omnis actio fidelium inſtitutio,& ad deũ oratio. Quicquid enim egit Chriſtus preces ſupplicationesq; fuerunt pro hoĩbus ſanguinis effuſio : clamor fuit validus,in quo auditus eſt pro reuerentia eiuſdem paſſionis. Reuerentia eius quod ſine peccato paſſus eſt pro ſola charitate. Per hoc ergo illum curam de nobis habere aſſerit, & excellentiam charitatis eius oſtendit. [Et quidem cũ eſſet filius dei didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam, & conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ,appellatus à deo pontifex iuxta ordinem Melchiſedech. De quo nobis grandis ſermo & interpretabilis ad dicendum,quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendũ. Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis vt vos doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonum dei,& facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis enim qui lactis eſt particeps,expers eſt ſermonis iuſtitiæ. Paruulus enim eſt. Perfectorum autem eſt ſolidus cibus,eorũ qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus,ad diſcretionem boni ac mali.] Et quidem,quaſi dicat, Exauditus eſt,& merito quidem,quia Cum.i.quamuis, Eſſet filius dei,natura deitatis vnus deus

cum

cum patre, tamen secundũ quod homo. Didicit. i. expertus est. Obedientiã ex eis. i. p ea quę passus est. Vel, Didicit. i. voluntariè suscepit obed. Ex. i. in his. Quę passus est, vsq; ad mortẽ. q. d. non solum preces & supplicationes obtulit, sed etiá obediuit patri vsq; ad mortẽ: & quia obediuit ex. auditus, quod notat subdens. Et ideo cõsummatus est. i. ad perfectionẽ ductus quãdo in dextera dei collocatus est: & ipse qui cõsummatus est per obedientiã passionis, Factus est, sufficiens, Causa salutis æternæ. i. gloriæ, A eternę omnibus obtemperantibus sibi, tantũ enim valet eius passio, quod omnibus sufficit ad salutem: quæ salus bene potest per eũ esse, quia Ipse appellatus est à deo, qui realiter hoc ostendit non mentitur. Pontifex iuxta ordinẽ Melchisedech. De quo. i. de qua re. s. quomodo secundum ordinem Melchisedech sit sacerdos, & nõ secundum ordinem Aaron faciendus est, Sermo grandis. i. profundus & subtilis, Et interpretabilis. i. non habilis ad interpretandum. Ad dicendum. i. ad exponendum vobis, sermo enim de incarnato filio difficilis ad interpretandũ. Vel, Interpretabilis, quia multa sunt in eo sacramenta exponẽda de personę. s. dignitate & æternitate, & de ritus & etiã tribus mutatiõe, & de sacrificij eius & testamenti excellentia & nouitate, & de legis atq; sacrificiorũ illius temporis reprobatione, Et de aliis multis, de quibus, vt dictũ est nobis, grandis est sermo & interpretabilis ad dicendũ. i. nõ habilis ad interpretandũ vobis. Non ideo hoc dico quin ego hoc possim interpretari, sed Quoniã, vos facti, Estis imbecilles. i. debiles sensu ad audiendũ. i. ad intelligẽdũ pfunda mysteria. Vel ita cõtinua, iam dico grandis, Quoniã vos imbecilles facti estis ad audiendũ. i. ad intelligẽdũ. Etenim, interserit hîc increpationem de infirmitate eorũ, vt alta de Christo laborent intelligere. q. d. Verè imbecilles facti estis. Et enim. i. quia Cum deberetis esse magistri, aliorũ, Propter tẽpus, quia prius vobis annunciatũ est de Christo, & quia exercitati estis in lege & prophetis ab antiquo, Indigetis rursus. s. vt à principio catechizationis vestræ, Vt vos doceamini, sicut pueri quibus prima elemẽta literarũ dantur ad legendũ, Quæ sunt elementa exordij sermonũ dei. Exordiũ sermonũ dei est simplex doctrina. i. symbolũ fidei ele-

eleméta eius sunt materia quã cõtinet, vt natiuitas, passio. Et facti estis. i. ad hoc redacti, Quibus opus sit lacte, ad similitudinẽ infantiũ. i. humili sermone. Nõ etiã solido cibo, qui cõsumat cor. i. doctrina quę de arcanis dei. Oĩs eñ q.d. Ideo non est vobis opus solido cibo, quia estis participes lactis. i. simplicis doctrinæ. Oĩs enim qui est particeps lactis, quod estis vos. i. cui⁹ pars est lac. i. qui lacte nutritur, Expers est sermonis iustitiæ. i. illius q iustis & perfectis conuenit. & hoc ideo, Enim. i. quia, Paruulis est, vt vos in fide tenelli estis, & est apta cõparatio. Vt eñ paruulus nõ discernit cibos, & perit sumẽdo noxio, sic indoctus qui nec etiã minorũ nedũ maiorũ valet apprehẽdere rationẽ. qui eñ nõ capit, verbũ caro factũ est: qũo capiet In principio erat verbum? Mente adhuc paruulis & lacte nutriendis pcipere talia nõ valẽtibus, oĩs de hac re sermo quo agitur, vt nõ solũ credat̃, verũ etiã intelligat̃, sciatur quod dicitur, onerosus est: facilius illos premit, q̃ pascit. ex quo fit vt spũales ista carnalibus nõ omnino taceant, ꝓpter catholicã fidẽ, quę oĩbus est prædicãda: nec tñ sic differant, vt valẽtes eã pducere ad intelligẽtiã nõ capacẽ, facilius fastidiri, faciãt in veritate sermonẽ quã in sermõe pcipi veritatẽ. Perfectorũ. q.d. Paruul⁹ est partic. lact. sed Perfectorũ, sensu, & ope est, Solid⁹ cibus, de quo alibi ait, Sapientiã loqmur inter pfectos, quos aũt pfectos hîc intelligi velit, declarat, subdẽs. s. eorũ, Qui habẽt sensus. i. intellectus nõ modo naturaliter acutos, sed etiã Exercitatos ꝓ cõsuetudine. i. quia cõsueti sunt studio & lectione scripturarũ exercitatos, Ad discretionẽ boni ac mali, inter se. vel, Boni, à minus bono, Et mali, à min⁹ malo. Ecce hîc ostẽdit qd sit solidus cib⁹. i. separare bonũ à malo quod pfectorũ est, q habent sensus exercitatos. Qui aũt inualida & inexercitata mẽte hoc non possunt, ꝓfectò nisi fidei quodã lacte teneant̃, vt & inuisibilia q̃ nõ vidẽt, & intelligibilia quę nõdũ intelligũt, credãt, facilè ad vanas & sacrilegas fabulas ꝓmissione sciẽtiæ seducunt̃, vt etiã bonũ & malum nõ nisi corporalibns imaginibus cogitent, & ipsum deum nõ nisi corpus aliquod esse existiment, & malum nisi substãtiã putare non possint, cum sit potius ab immutabili substantia mutabiliũ substãtiarũ quidã defectus, quas fecit ex nihilo ipsa

Augu. super Ioan.

ipsa immutabilis & summa substantia quæ est deus: quod profecto quisquis non solum credit, verum etiam exercitatis in exterioribus animi sensibus intelligit, percipit, nouit, non est iam metuendum ne seducatur ab eis, qui malũ putando esse substantiam, quam non fecit deus, mutabilem substantiam faciunt ipsum deum, sicut Manichæi, vel si quæ aliæ pestes ita decipiunt.

CAPVT VI.

QVapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionẽ feramur non rursum iacientes fundamentum pœnitẽtiæ ab operibus mortuis, & fidei ad deum, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuũ, ac resurrectionis mortuorũ, & iudicij æterni. Et hoc faciem⁹, si quidẽ pmiserit deus.]

Chrysost. Quapropter, duriter eis increpatis & culpatis, eo quòd velint semper eadem ipsa discere, iterũ blanditur seipsum eis connumerando, hortans eos ad perfectionẽ. Quapropter, scilicet quia perfectorũ est solidus cibus, nos à modo Intermittentes, vel remittentes. i. dimittentes cum iam aliquid sumus & si nondum perfecti, Sermonem inchoationis Christi. i. quo Christus inchoat esse in nobis. s. de initio fidei, quo rudes catechizandi sunt, vt est symbolum fidei, & dominica oratio. feramur, nos docendo, vos audiendo. ideo dico feramur, me vobis annumerãdo, quia vestrũ portari mecum reputo. Feramur dico, Ad perfectionem, Christi, secundum intelligentiam & opera bona. Non rursum iacientes, &c. q.d. feramur ad perfectionẽ. Iacientes fundamentum, Quod prius dixit sermonem inchoatiõis, hîc appellat fundamentum: eo quòd ad religionem Christianam venientibus prius proponitur, & super hoc quod perfectionis est ædificatur. hoc autem fundamentum diuidit in sex, quæ sunt inchoatio. s. pœnitẽtia, fides, baptismũ doctrina, & impositio manuum, & resurrectio, & iudiciũ. q.d. Vos dico, Iacientes fundamentum pœnitentiæ. i. iacientes pœnitentiam. q.d. lapidem in fundaméto quæ pœnitentia, Ab. i. de Operibus mortuis. i. de peccatis, vel de hoc quia priora bona opera peccando fecerũt irrita. Mortua enim opera dicit peccata, quia occidunt animas. vnde in lege prohibebatur tangere mortuũ. Tangit enim mortuum

tuum qui facit peccatum, vel priora bona persequens malum, mortua. Pœnitere autẽ ab his est fundamentũ quo nihil boni ædificabitur. Quid est aũt à mortuis operibus pœnitere, nisi ab his quæ oportet mortificari vt viuamus? Et iacientes fundamentũ fidei, quæ sit, Ad deum, vt.s.oẽs partes fidei habeant, & non aliunde putant esse iustitiã. Contra hanc fecerunt qui in lege iustitiã quærunt, & fundamẽtum, Etiã doctrinæ baptismatum, pluraliter dicit, quia est baptismus in aqua, in pœnitentia, in sanguine, quia sic mũdatur homo à peccatis per pœnitentiã vel sanguinis effusionem, sicut per lauacrum baptismi. Vnũ tñ dicitur esse baptisma, qua vna forma nec iterari potest: vna eñ est triũ ꝑsonarum operatio. Nõ ergo ideo dicitur baptismus fieri in pœnitentia vel in sanguine: quod sacramentũ baptismi celebratur, nisi in aqua accedente verbo: sed quia vicẽ baptismi supplet effusio sanguinis, ꝓ noie Christi, etiã fides & pœnitentia ibi dũtaxat vbi articulus necessitatis nõ cõtemptus religionis sacramentũ baptismi excludit. Ideoq; sic intelligendum illud est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu san. non intrabit in regnum cœlorum. i. qui nõ fuerit renatus ea regeneratiõe qua renascuntur illi qui renascuntur ex aqua & spiritu sancto, nõ saluabit. Ea verò renascuntur hoĩes diuersis modis. Alij ꝑ pœnitentiam, alij per effusionem sanguinis, alij ꝑ baptismum. ideo pluraliter dixit baptismatũ. Fundamentum quoq;, Impositionis manuum, quia nisi quis credat quod ꝑ manus impositionem detur spiritusſ. ad remissionem & corroborationẽ nõ est fundatus, ac fundamentũ, Etiã resurrectionis mortuorum, quia nisi quis credat quod resurrectio Christi facit resurrectionem mortuorum nõ habet, quod superædificet. & fundamentum Iudicij æterni, quia quicquid ibi statuetur in æternum durabit. quod iudicium qui non credit non habet fundamentum, hæc illi quos supra arguit Apostolus nõ integrè credebãt. Si enĩ scirent oĩa in baptismate dimitti, & ꝑ impositionem manuum spiritum sctũm dari, lex superflueret nec præter Christum aliquid quærerẽt, si scirent per eum resurrecturos mortuos & viuificandos & iudicandos. Et nota hæc sex rectè dici fundamentum. Sicut enim eum qui ad doctrinam literarũ inducitur ele-

Augu. de fide & op.

 menta

menta oportet primum audire: sic Christianum hæc scire integrè, & nil dubitare de istis sine quibus vita non aderit integra. Ideoq; quicunq; aliquos ad fidem conuertit, prius facit pœnitere, in deum credere, baptizari in remissionem peccatorum, confirmari per impositioné manuũ, ac resurrectionem & diem iudicij præstolari. Hæc igitur omnia pertinent ad initia neophytorum. Hæc omnia nisi præcesserint in fundamento, nemo potest bene operari. Et quia hæc omnia illis necessaria sunt: dicit feramur ad perfectionem. Iacientes dico, Non rursus. i. non sicut olim. i. non ita negligenter vt olim, vt sicut prius ceciderunt, sic iterum cadant. Vel ita, Feramur ad perfectionem. Nó rursus. i. non amplius nisi modo, Iacientes fundamentum pœnitentiæ &c. i. ita modo iaciamus, vt amplius iacere nó sit opus. Ecce in istis non solum vitã, sed etiam aliud culpat veluti commotis & opus habentibus fundamentum constituere, cætera non mutantur. Et hoc. q. d. Feramur dico, ad perfectionem. & hoc, Faciamus. i. ad perfectionem feramur, Siquidem promiserit deus. i. si in hac vita spatiũ pœnitendi dederit. Ne verò quis existimet secundum vel tertium baptismum post peccatum posse fieri, & lapsos post perceptionem sacramentorum posse per baptismum renouari. subdit. [Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt spiritussancti: gustauerunt nihilominus bonum dei verbum virtutesq; sæculi venturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes semetipsis filium dei, & ostentui habentes. Terra enim sæpe venientem super se bibens imbré, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à deo, ꝓferens auté spinas ac tribulos reproba est, & maledicto proxima: cuius consummatio in cõbustione. Confidimus auté de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti: tametsi ita loquimur Non enim iniustus deus qui obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quã ostẽdisti in noíe ipsius, qui ministrastis sanctis & ministratis. Cupimus auté vnumquemq; vestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei vsque in finem, vt non segnes efficiamini, verum imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt

Augu. de fide & opere Remigius.

ditabunt promissiones. Abrahæ nanque promittens deus, quoniã neminẽ habuit per quem iuraret maiorem: iurauit per semetipsum dicens, nisi benedicens benedicã tibi, & multiplicãs multiplicabo te. & sic lõganimiter ferens, adeptus est repromissionem.] Impossibile est. q. d. Dico feramur ad perfectionem, sed nemo putet post lapsum peccati per baptismum secundò vel tertio posse renouari. Impossibile est enim, non tantum difficile ne quis in hoc diffideret, Impossibile est, inquam, eos qui semel sunt, Illuminati, per fidem & baptismum, & per spiritum sanctum. Et, per ipsam fidem, Gustauerunt. i. quasi suauem gustum & iocundum perceperunt, Donum cœleste i. remissionẽ peccatorum in baptismo. Et, qui etiam Participes facti sunt spiritussancti, habentes genera linguarum & alia dona, Et gustauerũt bonum dei verbum. i. diuinitatem Christi, vel euangelicam doctrinam nihilominus quàm vos. Vel, Nihilominus quàm facti sunt, participes spiritussancti, virtutesq; sæculi futuri. s. gustauerunt. i. qui impassibilitatem & immortalitatem futuram spe gustauerunt: & post hæc omnia, Prolapsi sunt. i. grauiter peccando lapsi sunt: eos, inquam, qui etiam hæc bona habuerunt nedũ penitus malos impossibile est, Rursus, iustitia recuperata, Renouari, per baptismũ motos. s. Ad pœnitentiã. Negat hîc Apostolus iterationem baptismi, sed non excludit pœnitentiã. Et est sensus, Impossibile est eos motos ad pœnitentiam, qui hoc acceperunt semel: rursus renouari. i. baptizari. i. vt baptizentur post pœnitentiam. Renouari enim, est nouũ fieri. Nouũ aũt facere lauacri est. Vnde, Renouabit̃ sicut aq̃la iu. t. hoc fit in baptismo, cuius virtus in cruce Christi constat. Vnde subdit, Rursus crucifigentes. q. d. illos dico, si rebaptizentur, Rursus crucifigentes filiũ dei, & ostentui habentes. i. irrisioni. & hoc, Sibimetipsis. i. quantum ad seipsos. Non enim in re crucifigunt Christum, sed similes sunt irrisoribus & crucifixoribus: quia vna mors Christi, vnum baptisma consecrauit: quod sufficit contra omnia peccata etiam sequentia si pœnitentia de eis agatur: sicut illa mors sufficit ad omnia peccata tollenda. Qui verò iterat baptismum quasi illa vna mors, & vnum ex ea baptisma non sufficiat: iterat & mortem, & vt ex ea iterata fiat

Remigius

Hierony.

iterata remiſſio quod impoſſibile eſt. Sicut enim impoſſibile eſt ſecundo crucifigere Chriſtum: ita ſecundo p̄ baptiſmum mori peccatis. Facti enim ſumus p̄ baptiſmum conformes ſimilitudini mortis eius, & cõſepulti ei ſumus per baptiſmũ. Proinde quia in baptiſmo ſumus cõformes morti eius & ſepulturæ, qui putat ſecundo baptizari, ſecundo quantum ad ſe, Chriſtum crucifigit, quod eſt eum habere oſtentui. Vt em̃ ſemel mortuus eſt in carne, ita nos in baptiſmo ſemel peccatis morimur, nõ ſecundo vel tertio. Baptiſmus em̃ nihil aliud eſt q̃ interitus eius qui baptizat̃ & reſurrectio. Vel ita, Rurſus cruci. & refertur ad hoc quod prędixit, Prolapſi ſunt. q. d. impoſſibile eſt eos qui poſt baptiſmum grauiter lapſi ſunt rebaptizari ꝓpter quod debét ſibi cauere ne ꝓlabantur. & in peccatis iacentes ſunt, Rurſus crucifigentes & oſten. habentes fi. dei, cuius gratia cõtemnitur. & hoc, ſibimetipſis. i. quantum ad ſe. In ſe enim crucifigunt filium dei, & cõtumeliæ habent qui gratiã ei⁹ vilipendentes in peccatis iacent, & oſtẽditur hîc ratio cur non debeãt prima fide relicta in peccatũ cadere. nõ em̃ vltra poſſunt rebaptizari in remiſſionem peccatorum, & inſuper cõtemnunt & oſtentui habẽt dei filium. Terra em̃. q. d. Impoſſibile eſt poſt lapſum aliquem rebaptizari, quia imbrem bibere poteſt: i. Chriſti doctrinã qua p̄ pœnitentiam tãtum fructificet. & hoc eſt quod ait, Terra enĩ &c. Poteſt etiã aliter hoc capitulum intelligi, vt dicatur ĩpoſſibile fore eos qui peccauerunt p̄ pœnitẽtiã renouari poſt hanc vitã. q. d. dico quod feremur ad perfe. ſi deus dederit nobis ſpatium pœnitendi in hac vita, & hoc rectè dixi. nã in alia impoſſibile eſt per pœnitentiã renouari. Et hoc eſt quod ait, Impoſſibile enim eos qui ſemel illuminati, & hęc quæ ſequuntur bona habuerunt, & poſt hæc oĩa, Prolapſi ſunt, rurſus. ſ. poſt hãc vitã, Renouari, ad. i. Per pœnit. q̃a licet hîc, nõ ibi, ideo impoſſibile eſt eos renouari in alia vita p̄ pœnit. quia impoſſibile eos, Rurſus eſſe crucifig. ſemetip. fi. & oſten. haben. i. quia nõ poſſunt efficere vt valeat ſibi iterum crucifixio Chriſti, ſi carnem ſuã crucifigerent cum vitiis & cõcupiſcentiis, quod hîc licet, non ibi: neque poſſunt habere Chriſtum oſtenſioni vt eum imitentur in nouitate vitæ. Terra enim. q. d. Verè in alia vita impoſſibile

possibile est renouari, quia hîc tantum vbi bibit imbrem. Terra enĩ. Vel ita cõtinua. Dixerat supra. Fera. ad pfect. subdens, & hoc faciemus, nunc addit, & iustum est hoc facere: quia Terra. i. mens auditorum. s. pficiens anima: Bibens, à simili aridæ terræ, Imbrem. i doctrinã sanctã, rorem cœlorum, quod sitienti terræ, Pluuit cœli. i. prædicatores verbi veritatis. Imbrem dico, Superueniẽtẽ, à deo, Super se, sæpe venit: quia si rara est, non sufficit: si assidua, vilescit. Et imbre irrigata, Generans herbã. s. fidem & bona opera, Opportunã. i. cõgruã, nõ solum facientibus, sed etiã Illis quibus colitur. i. prædicatoribus illorum qui glorificabuntur, inde qui sunt cultores terræ, quia vomere spirituali arbuta criminis conscindunt, & falce verbi dei noxia precidunt. Vel illis, A quibus coli. i. ipsis eisdem qui se colunt in bonis operibus imitando maiores: secundum illud, Et fecerunt fructum natiuitatis, quia patres suos qui ipsos in fide genuerunt imitantur. Terra, in qua Bibens imbrem & generans herbã accipit benedictionem à deo, hîc augmentum virtutũ & in futuro præmiũ, aliter nisi benedictionem à deo perciperet nõ generaret lętum fructũ. Et nota quia in his verbis significat illos Apostolus quibus scribit sæpe bibisse per legem & prophetas verbũ cœlestis doctrinæ, & nec sic fuerunt prõpti germina fidei proferre. Proferẽs autem. q. d. terra bona accipit benedictionem. Terra autem Proferens, in apertum vt videãtur. Spinas. i. peccata quæ pungunt, Ac tribulos. i. grauiora peccata quæ acutius pungunt. i. mens vitio suo ad mala fœcunda. Reproba. i. reprobata est à deo, Maledicto. i. dãnatiõi, Proxima, nondum incidit in maledictionem, sed etiã proxima est & adhuc licet reuerti. Cuius cõsummatio. i. finis si perseuerat, in combustione, æterni iudicij vel incendij. Confidimus autẽ. q. d. Duriter vos increpui, & terrui, Sed ô dilectissimi confidimus de vobis, quia talis affectionis estis, Meliora quàm cõbustionem, Et viciniora, saluti quã sint spinæ & tribuli. Tametsi ita loquamur, durè terrendo & increpando, quasi non dicimus hæc putãdo vos esse tales. s. spinis plenos. sed timendo ne tales sitis, terreo verbis ne ipsa re doleatis. Et nota ꝙ ait, Confidimus de vobis, quia enim de præsenti nõ habet vnde laudet de spe futu-

rorum eos attollit, ad quam per præterita allicit, & recreat animos eorum, & cōfortat antiqua eis in mentem reuocās: & facit eos non existimare deum oblitum bonorū quæ fecerunt. Vnde subdit, Non enim. q. d. Ideo de vobis confidimus quia olim multa bona operati estis, ꝓ quibus si pœnitetis, de malis benefaciet deus vobis. Sicut enim priora bona persequentia mala mortua fuerunt, & irrita facta: ita ipsa eadem per pœnitentiam, & alia bona sequentia mala reuiuiscent. & hoc est quod ait, Nō enim iniustus est de⁹, vt obliuiscatur vestri operis, boni. & Dilectionis quam ostendistis. s. ex qua bona opera illa fecistis. Et hæc omnia fecistis, In noīe ipsius. i. ad honorē dei. Et rectè dixi operis, quia Ministrastis, olim, adhuc Ministrastis sanctis, hoc est opus quod dixi magna testificatus est. Tria enim bona cōmendat in eis. s. quod oīa sua fecerunt cōmunia sanctis, ecce opus: & hoc ex dilectione fecerunt quæ informat actiōes, ecce alacritas: & hoc ad gloriā dei, ecce recta & pura intentio. Ecce triplex bonum, Cupimus aūt. q. d. ꝑ pręterita vos laudo. De futuro autem bonū vobis cupio. Et hoc est, Cupimus autem vnumquēq; vestrum ostentare. i. frequenter ostendere. Vsque in finē vitæ vestræ eandem Sollicitudinem, ministrandi sanctis. & hoc, Ad expletionem, spei. i. vt in futuro cōpleatur in vobis quod modo speratis. Multam dilectionem erga illos ostendit, & eandem circa singulos curam demonstrat, & maiorum enim & minorum curā similiter gerit, & oēs diligit: ita cupimus vos ostētare sollicitudinem. Vt non segnes efficiamini, in hac sollicitudine: verum imitatores eorum. s. sanctorum, Qui, non per genus, sed per Fidem & patientiam. i. merito fidei & patientiæ, Hæreditabūt. i. hæreditate possidebunt, Promissiones. i. promissam sępe beatitudinem. & quasi aliquis quæreret, An sunt factæ promissiones? Respon. & factas esse, & quæ sint, dicens, Abrahę nanq; &c. Sciebat placere Iudæis ꝓmissiones patrū memorari. Vnde modo his laudibus extollit eos quos supra obduratorum exemplo terruit. in hoc maximè Abraham elegit, cuius filij sunt si credunt. q. d. Et verè facta est promissio. Abrahæ nanq; promittens deus iurauit per semetipsum, ideo per se, Quoniā neminē habuit maiorē se per quē iuraret. Iurauit, inquam, dicens, ô Abraham, nisi hîc Benedicens benedicam te, in-

(margin: Chrysost. — beside "ris, quia Ministrastis")
(margin: Hierony. — beside "dunt. q. d.")

cremento virtutũ. Et multiplicans multiplicabo te, in futura beatitudine magnitudine gloriæ, Aposiopesis est hîc, defectio. q. d. si hoc nõ fecero nõ mihi credatur de aliquo. Vel ita distingue, Bñdicens bñdicã te. s. assidu è in his qui sunt stellæ. Et multiplicãs multiplicabo te, sine fine, in his qui sunt arena. Et sic, Abrahã cert⁹, Lõganimiter ferẽs. i. inter multa aduersa diu patiẽter expectãs tãdẽ Adeptus est repromissionẽ. i. sæpe ꝓmissam bñdictionem. i. æternã beatitudinem. Ecce hîc tria dicũtur. s. promissio facta Abrahæ, & per iuramentum firmata, & in Abraham iam impleta. [Homines enim per maiorem sui iurant, & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationẽ, est iuramentum. In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatẽ consilij sui, interposuit iusiurandũ, vt per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum, fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam ꝓpositam spẽ, quã sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiit Iesus secundum ordinem Melchisedech: pontifex factus in æternum.] Homines enim. q. d. Ideo iurauit deus, quia Hoĩes iurant, iurando enim humanæ condescendit infirmitati, & ideo per se cum maiorem non habuit, quia hoĩes per maiorem iurant. Et hoc est quod ait, Ideo iurauit dominus per se, quia homines iurant, Per maiores sui, id est. per deum qui solus verax est ex se. Et finis omnis controuersiæ. i. altercationis eorum est iuramentum, valens, Ad confirmationem, alterius partis. Si autem homini qui mendax est per iuramentum creditur, quantò magis deo credendum est qui mentiri non potest? In quo, id est, propter quod scilicet quia sic inter homines est, Deus volẽs ostendere abundantius hæredibus pollicitationis suæ, id est, his qui liberaturi erant quod promittebatur, Immobilitatem cõsilij sui, quod erat de saluandis per gratiam suã electis. quod rectè dicitur consilium dei, quia vix aliquis nouit per fidem Christi saluari homines: volens, inquam, Hoc interposuit inter promissionem & impletionem, Iusiurãdum, condescendeds consuetudini hominum vt certos faceret. Et nota quòd ait, Abundantius, Abundan-

ter enim ostendit per promissionem, Immobilitatem consilij sui. s. abundantius per iuramentum interposuit. Iuramentum dico, Vt per duas res immobiles. i. per promissionem & iuramentum, in Quibus impossibile est deũ mentiri habeamus, in procellis tentationum Fortissimum solatium. s. quod in omni aduersitate nos faciat fortes, volẽtes ad horã pati vt in æternum regnemus. qui in aduersis cõfugimus Ad tenendã spem, non pro aduersis deferendã.

Ambrosi. Fugit ille ad spem, qui spe beatitudinis tribulationes spernit. Spem, dico, iam Propositã, nobis in Abrahã & impletam. Vel, Proprio. i. omnibus oblatã, Quã spem habemus sicut anchorã animæ. Sicut enim anchora nauem, sic spes tenet animã: nõ emergatur in salo huius mũdi cõsentiẽdo

Augu. in psal. 103. iniqtati. Si ergo videris fluctuare in mari isto, noli abrũpi ab anchora, anteq̃ intres in portum: fluctuat nauis in anchoris, sed nõ longe à terra proiicitur: nec in æternum fluctuabit, & si ad temp⁹ fluctuet. Anchora ergo animæ, spes est. Vnde ait, Quam habemus sicut anchoram animæ tutam, quæ tribulationum impulsu non destruatur, Ac firmam, quæ nec etiam titubet. Et incedentem. i. nos incedere facientem, quia introducit nos in rem. i. Vsque ad interiora velaminis. i. ad interiorem & velatã beatitudinem quam nemo vidit sicut est in hac vita. Vbi. i. in quæ interiora Præcursor Iesus introiuit, pro nobis introducendis & ita patet nos posse sequi. Ad hoc enim ipse præcurrit vt nos sequamur qui bene dicitur cursor, quia nulla culpa eũ impediuit: secundum illud, Exultauit vt gigas ad currendam viam. Et alibi, In via peccatorum non stetit. Et præcursor, quia ante nos, & pro nobis cucurrit. Ipse, dico, factus pontifex in æternum, Secundum ordinem Melchisedech, non secundum ordinem Aaron. Vnde oportet Christianos quorum est pontifex superiores esse Iudęis, quantum distat inter Christum & Aaron, & melius sacrificium habere, scilicet rationabile obsequium quod ducit in cœlum, non pecudes, vel boues nõ sanguinem & adipem, quę secũdum carnem offeruntur: sed pro eis introducendũ est rationabile obsequiũ. Quid autẽ est rationabile obsequiũ? quod per animã & spiritũ offert̃ vt sunt virtutes. Spũs eñ deus est, & eos qui adorãt eũ in spiritu & veritate adorare oportet.

oportet. ecce qualiter ſacrificiis placatur deus, hæc igitur offeramus: illa quidem diuitiarum ſunt & diuitum, hęc autem virtutes: illa extrinſecus, iſta intrinſecus: illa quilibet operari poteſt, hæc autem pauci: quanto enim melior eſt pecore homo, tanto hoc ſacrificium illis. hîc enim animã tuam in ſacrificium offers, ibi pecora offerebantur.

CAPVT VII.

HIc enim Melchiſedech, rex Salem ſacerdos dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ regreſſo à cæde regum. & benedixit ei: cui & decimas omniũ diuiſit Abrahã. Primum quidẽ qui interpretatur rex iuſtitiæ, deinde autẽ & rex Salem, quod eſt rex pacis: ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neq; initium dierum, neq; finẽ vitæ habens: aſſimilatus autem filio dei, manet ſacerdos in perpetuum.] Hîc enim, &c. Interpoſitis multis de correctione eorũ illum grandem ſermonẽ de ſacrificio Chriſti, quẽ ſuperius tetigit, iam hîc incipit exequi, oſtendens, quomodo Ieſus ſacerdos, ſit ſecundum ordinem Melchiſedech, vſq; ibi, Aſſimilatus autẽ filio. q.d. benè dico, quod Chriſtus eſt ſacerdos ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Hîc enim Melchiſedech, fuit Rex Salem, & ſacerdos dei ſummi. ſ. qui nõ per hominẽ, ſed per deum conſtitutus eſt, qui obuiauit Abrahæ. Regreſſo à cæde regum. Sicut in Geneſi legitur quatuor reges aduerſus quinq; pugnauerunt, eoſq; vicerunt: ſub quinque deuictis degebat Loth, & captus à quatuor. Quod cum audiſſet Abrahã, cum .cccx. & .viij. vernaculis perſecutus eſt eos atq; percuſſit, reduxit Loth, & omnem ſubſtantiã, quam ceperant. Huic igitur Abrahæ redeunti occurrit Melchiſedech, Et bñdixit ei, Abrahæ. Cui, Melchiſedech, & Abraham Decimas. Omnium, nõ dico, dedit ſed diuiſit, quia de præcipuis donauit. Tradunt Hebræi iſtum Melchiſedech, fuiſſe Sem filium Noe. & quãdo Abraham natus eſt. ccc. nonaginta annos habuiſſe, & Abrahæ, vt nepoti obuiaſſe, & panẽ in refectionẽ eius, & ſuorũ protuliſſe, & vt ſacerdotẽ dei decimas accepiſſe. Salẽ plerĩq; dicũt fuiſſe Hieruſalẽ, ſed fuit oppidum regionis Sichem, quod & hodie Salẽ dicitur, vbi ex magnitudine ruinarum palatium Melchiſedech, oſtenditur. Vnde in euangelio, Erat Ioannes baptizãs in Ennon, iuxta Salẽ. Et iſte Hierony.

Quidem

Quidem primũ, dictus est Melchised. Quod interpretatur rex iustitiæ. Melchos enĩ, vel Melchi, dicitur rex: sedech, iustus, vel iustitia, ĩndè Melchised. i. rex iustitiæ. Deinde autem, dictus est rex Salem, quod est rex pacis. Salem enim interpretatur pax. Ipse, dico, Ens sine patre, & sine matre: non quod non habuit, sed quia scriptura prouide, non memorat in figura Christi. Sine genealogia. i. nõ habens prolem, Neque habens initium dierum, quod scriptura dicat, Neq; finem vitæ, scriptura in figura Christi subticente. Ideò ergo, hoc dicitur non habere, quia non est scriptũ illa habuisse. In omnibus autem, his præmissis Assimilatus est filio dei, & quomodo attendamus. Dictus est Melchisedech, Melchisedech dicitur rex iustitiæ. hic est Christus, qui filios per iustitiam regit inter procellas sæculi: similiter rex Salem, id est pacis Christus est, quia quos hîc in iustitia regit, in pace æterna regere, non desinit. Ipse etiam est sacerdos dei summi, qui se in ara crucis obtulit. ipse etiam obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum. i. obuiat, & occurrit dando gratiam cuiq; fideli. post cædé quatuor principaliũ vitiorũ quatuor virtutibus opposito rum, quæ per quinque sensus subintrant & dominãtur, sicut quatuor reges per quinque victos vinctum Loth tenebant, & benedicit ei, scilicet fideli dando incrementum fidei, & boni operis. Dat etiam panem, & vinum. i. corpus & sanguinem suum, quo pasti à præteritis mũdantur, & in futurum confortantur. Cui Abraham. i. fidelis dat decimas. Omnium. i. omnem perfectionem suam ei attribuit. Ité diligenter attẽde quæ sequuntur, quomodo Christo conueniant. Primum, quidem dictus est Melchisedech. i. Rex iustitiæ. hoc verè Christus, qui iustos facit, & regit, Deinde auté rex Salem. i. rex pacis. & hoc verè Christus, qui pacificauit, quæ in cœlo, & quæ in terra sunt. Quis homo est rex iustitiæ, & pacis nisi Christus? Nullus. Ité, nota prius dicturus rex iustitię, post rex pacis, quia Christus regit prius suos, hîc in iustitia, post in futuro reget eos in pace ęterna. Ipse etiam sine patre secundum carnem, & sine matre secundum deitatem: & sine genealogía, quia filios carnis non habuit, neque habens initium, neq; finem: & in his omnibus similitudo est huius & illius: & si ergo omnes

Chrysost.

Remigius

Chrysost.

omnes patriarchæ & prophetæ fuerunt figura Christi, Melchisedech tamen specialius, quia non de genere Iudæorum, vt quidam dicunt, præcessit in typum sacerdotij Christi, qui dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech multis modis, quia solus rex, & sacerdos fuit, & ante circuncisionem functus sacerdotio, vt non gentes à Iudæis, sed Iudęi à gentibus sacerdotium acciperent. & non fuit vnctus oleo visibili, vt Moyses instituit, sed oleo exultationis, & puritate fidei, nec animalia immolauit, sed pane & vino Christi sacerdotium dedicauit. nō verè sine patre, & matre, cum Christus secundum duas naturas, & patrem habuit & matrem, sed quia in Genesi inducitur subito occcurrisse Abrahæ, & nec antè, nec pòst genealogia eius inuenitur, vel nomen: huius autem exemplo affirmat Apostolus, quod sacerdotium Aaron, & principium habuit, & finem: sed ecclesię sacerdotium, & in pręteritum, & in futurum sit æternum, quia nec alius præcessit ante Melchisedech, neç post Christum succedet, vel post Christum nec olim successit, nec in futuro succedet alius. In omnib[us] autem Assimilatus est filio dei, manet sacerdos in æternū, vel in perpetuum, quia scriptura obticet, quod alius ei successisset. Vel mystice per eū loquitur de sacerdotio Christi. Manet ergo sacerdos in æternum, nō in se, sed in Christo, id est sacerdotium eius in Christo, & in ecclesia durat in æternum, quia non alius ei succedit, vt Leuitico. Chrysost. Ambrosi.

[Intuemini autē quantus sit hîc, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filiis Leui sacerdotiū accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundū legem. i. à fratribus suis, quanq̄ & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius autē generatio, nō annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abrahā: & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. Sine vlla autē cōtradictione, quod minus est à meliore benedicitur. Et hîc quidē decimas morientes hoīes, accipiūt: ibi autē cōtestatur, quia viuit. Et vt ita dictū sit per Abrahā & Leui, qui decimas accepit, decimatus est. Adhuc enī in lūbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedech.] Intuemini autē. Cōmemoratis, quibusdā quibus assimilatur Melc. dei filio. i. Christo adhuc immoratur in cōmendāda dignitate ipsius

& excel-

& excellentia ſacerdotij eius præferens eum ipſi Abrahæ patri omnium & omnibus leuitis.q.d.talis fuit Melchiſedech. Intuemini autem,etiam ex factis Quantus ſit hîc.i. Melch.cui Abrahã patriarcha.i.princeps patrum noſtrorum Decimas dedit,tanq̃ minor maiori.& hoc De præcipuis ſuis,hoc eſt propter quod ſuperius dixit diuiſit. Ecce hîc Melch.præfertur Abrahæ,quem Iudæi extollunt,de quo gloriantur,quem Chriſto Iudæi prępon*ere voluerũt dicentes,Nunquid tu maior es.p.n.Ab..&c.& quidẽ hîc præfert eum leuitis.q.d.hoc modo intuemini,quantus ſit. Et,id eſt quia,aliqui Quidem de filiis Leui accipientes ſacerdotium. Aliter enim nõ auderent ſumere:non dico ſumunt decimas,ſed Habent mandatum,in lege, ſine cuius authoritate nunq̃ præſumerent Sumere decimas,nõ ab aliquo ſummo viro,vel alieno,ſed A populo,humili,& ſibi carnis coniunctione coniuncto.i. A fratribus ſuis,in quibus melius licet confidere Sumere,dico,nec abſoluta licẽtia,ſed Secundum legem.i.non aliter quàm pręcipit lex. Hîc autem ſecũdum nullã legem accepit à patriarcha, cũ eſſet alienigena,& in hoc dignior. Quanquàm.q.d.in hoc quod ſumunt decimas pręſunt Quanq̃ & ipſi exierunt de lumbis Abrahæ.i. pares ſint in genere. Tanta eſt quippe ſacerdotij excellentia,vt etiam ſimiles genere,& eundem habentes progenitorem,multo amplius digniores ſint fratribus ſuis. Vnde Abraham patriarcha incircunciſo alienigenæ decimas,non dediſſet,niſi excellẽtior eſſet,in quo & iſti Leuitici ſacerdotes decimas, non dediſſet ſoluere, quia decimati ſunt in eo. Cuius autẽ. q.d.filij Leui à fratribus accipiunt,ſed Melchiſedech, Cuius generatio,non annumeratur in eis.i. in Iudæis. q.d. qui erat alienigena abſq; mãdato ſua authoritate,Sumpſit decimas,quaſi excellentior Ab Abraham,patriarcha,Et benedixit hunc.ſ. Abraham,tam magnũ Qui habebat.i.cui factæ ſunt Repromiſſiones,gentium in ſuo ſemine benedicendarũ.q.d. benedixit eum etiã tẽpore maioris dignitatis. Benedixit, dico,Sine vlla iam contradictione.quod minus eſt benedicitur à maiori. Proinde typus Chriſti melior eſt promiſſiones habente,quia hoc videtur minus,quod benedicitur ab aliquo ex communi omnium iudicio,& ſine vlla cõtradictione.

dictione. Et si ergo in acceptione decimarum contradicitur, quod non ideò sit maior, quia filij Leui accipiũt à fratribus, hîc tamen non potest contradici. Et hîc. q. d. hoc etiã modo intuemini dignitatẽ in Melchi. Et. i. quia. Hîc quidẽ. i. in sacerdotio Leuitico Homines morientes accipiunt decimas. Ibi autem, vbi agitur de Melchis. Scriptura contestatur. i. mecum testatur. Vel, Cõtestatur. i. idem in multis locis testatur. s. Quia viuit, quia de morte ei⁹ nihil dicit in figura Christi. Gerebat enim typum pontificis nostri cuius excellentiam potestatis per illius similitudinem ostenditur. Per Melchisedech, enim in quo rei futuræ figura præcessit decernitur sacerdotium Christi à sacerdotio. Leui. in cuius Christi figura dicitur, quod Melchisedech viuit. Vnde dicitur Christus, Sacerdos inæternum secundum ordinem Melchisedech, qui seipsum obtulit, non ex aliqua necessitate, sed ex voluntate propriȩ potestatis. Et vt ita. q. d. hoc etiã modo dignior est Melchisedech, q̃ Leui. Etiam. i. quia. Leui. i. Leuiticus ordo. qui à fratribus Decimas accipit decimatus est. i. decimas dedit Melchisedech. & hoc per Abraham, quasi per materialem causam, Vt ita dictum sit, per quendam. s. tropum. i. figuram loquendi, non enim propriè in sua persona Leui decimas dedit. s. circuncisus sacerdos incircũciso. Adhuc enim. q. d. bene dixi per Abraham, Adhuc enim. s. quãdo Abraham decimas dedit, Erat Leui in lumbis patris, scilicet, Abrahæ, Quãdo Melchisedech occurrit, vel obuiauit ei. s. patri Leui. i. Abrahæ, & ideò in eo decimatus. Sicut enim Adam peccante, qui in lumbis eius erant decimati sunt: sed hoc nõ sequitur in Christo, licet in lumbis Adæ & Abrahæ fuerit, quia non secundum concupiscentiã carnis indè descendit. Cum ergo Leui & Christus secũdum carnem essent in lumbis Abrahæ, quando decimatus est, ideò pariter decimati non sunt, quia secundum aliquẽ modum, non erat ibi Christus, quo erat ibi Leui: secundũ rationem quippe illam seminalẽ ibi fuit Leui. qua ratione per concubitum venturus erat in matrẽ secundum, quam rationẽ, non ibi erat corpus Christi, quãuis secundum ipsam ibi fuerit Mariæ caro, Leui secundum cõcupiscentiã carnalẽ, Christus autẽ secundum substãtiam corporalem indè

Chrysost.

Augu. super Ioan.

Ambrosi.

Indè venturus erat. Cũ enim ſit in ſemine, & viſibilis corpulentia, & inſenſibilis ratio vtrunq; cucurrit ex Abrahã, vel etiam ex ipſo Adam vſq; ad corpus Mariæ, quĩa & ipſum eo modo conceptum eſt, & exortum eſt: Chriſtus autem viſibilẽ carnis ſubſtãtiam de carne virginis ſumpſit. Ratio vero conceptionis eius, nõ ſemine virili, ſed longe aliter, ac deſuper venit Proinde ſecundum hoc quod de matre accepit, etiam in lumbis Abrahæ fuit. Ille eſt ergo decimatus in Abrahã, qui ſic fuit in lũbis eius, ſicut in lumbis ſui patris etiã ipſe Abrahã fuit. i. q ſic eſt natus de patre Abrahã, ſicut de ſuo patre natus eſt Abrahã per legẽ. ſ. in mẽbris repugnantẽ legi mentis, & inuiſibilẽ cõcupiſcẽtiã, quáuis eam caſta, & bona iura nuptiarũ non ſinãt valere, niſi quantum ex ea poſſunt generi ſubſtituendo proſpicere. Ille autem nõ ibi decimatus eſt cuius caro indè non feruorem vulneris, ſed materiam medicaminis traxit. Nã cum ipſa decimatio ad præſignandam medicinam pertinuerit, illud in Abrahæ carne decimabitur, qđ curabatur, nõ illud vnde curabatur. Eadem enim caro Abrahę, vel ipſius primi hominis ſimul habebat, & vulnus prȩuaricationis, & medicamẽtum vulneris. Vulnus præuaricationis in lege membrorum repugnãte legi mentis, quæ per omnem indè propagatam carnem ſeminali ratione, quaſi tranſcribitur. Medicamentum autẽ vulneris in eo quod indè ſine opere concupiſcentiali in ſola materia corporali per diuinam conceptionis, fornicationiſq; rationem de virgine aſſumptus eſt. [Si ergo conſummatio per ſacerdotiũ Leuiticum erat (populus enim ſub ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſariũ fuit ſecũdum ordinẽ Melchiſedech, aliũ ſurgere ſacerdotem, & non ſecundum ordinem Aaron dici? Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt, vt & legis trãſlatio fiat. In quo enim hæc dicuntur de alia tribu eſt, de qua nullus altario prȩſto fuit. Manifeſtum eſt enim, quod ex Iuda ortus ſit dñs noſter, in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt. Et amplius adhuc manifeſtũ eſt ſi ſecundũ ſimili tudinẽ Melchiſe. exurgat alius ſacerdos, qui non ſecundũ legẽ mandati carnalis factus eſt, ſed ſecũdum virtutẽ vitæ inſolubilis. Conteſtatur enim, quoniam tu es ſacerdos in æteruũ ſecũdum ordinẽ Melchiſedech.]

Si eago,

Si ergo,&c. Prætulit hactenus ſacerdotium Chriſti, quod ſecundum ordinem Melchiſ. Leuitico nunc addit. ſ. quod ſacerdotiũ Chriſti Leuiticũ deſtruit, quo deſtructo neceſſariò etiam deſtruitur lex, quia ſub illo data eſt. q.d. quia Chriſtus eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſ.& hoc ſacerdotium præeſt Leuitico. Ergo, ſi potes ô Iudææ ſolue, hoc Si conſummatio, id eſt perfectio Erat per ſacerdotium Leuiticum, quia Aaron de Leui fuit. Quid adhuc, poſtquàm conſummaret Neceſſarium, fuit dici à Dauid propheta Alium, ſecundum ritum,& ſecundum tribũ Sacerdotem, qui à peccato liberaret, quod non iſti, Surgere ſecũdum ordinem Melchiſedech. hoc non diceretur, ſi illud melius eſſet.& Non dici ſecundum ordinem Aaron, in aliquo? hoc addidit, ne vtrunq; tenere putes. q.d. ſi Leuiticum ſacerdotium conſummabit, fruſtra ſurgeret alius ſecundum ordinem Melchiſ. ſed ſurgit alius quod ibi notatur. Trãſlato enim ſacerdotio,& quod alius ſurgat ſubſubſequenter probat,& per tribum,& per ritum: per tribũ, ibi, In quo enim hæc dicuntur, per ritum ibi, & amplius, Adhuc manifeſtum eſt, & ſic conſtat alium ſurgere: ergo illud non conſummabat. Inſiſte literæ, Tranſlato. q.d. ſi Leuiticum ſacerdotium conſummaret, fruſtra alius ſurgeret ſacerdos, ſed ſurgit alius. trãsfertur enim ſacerdotium, & Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat quia enim ſimul ab eodem,& ſub eadem ſponſione vtraq; data ſunt, quod de vno dicitur, neceſſe, vt de altero intelligatur,& merito trãſlato ſacerdotio transfertur lex. Populus enim accepit legẽ ſub ipſo ſacerdotio, quia in manu ſacerdotis eſt lex,& per eũ impletur lex, quę dicitur cõſummare. Vel ita poteſt legi. Si ergo. De Melch. oſtẽdit quanto melior eſſet Abrahã,& multã differentiam prędicauit. hîc iam incipit veteris,& noui teſtamenti differẽtias dare, quia illud imperfectũ eſt, hoc autẽ perfectum, & recta via progreditur, oſtendens quia melius eſt ſacerdotium ſecundum ordinem Melchiſed. Leuitico. q.d. quia Chriſtus eſt ſecundum ordinẽ Melchiſedech: ergo reſponde ô Iudæe, Si conſummatio. i. perfectio, eſt Per ſacerdotium Leuiticum, quod vtiq; deberet eſſe. Populus enim ſub ipſo accepit legem quidem adhuc neceſſarium fuit, dici à propheta

Chryſoſt. Ambroſi. Chryſoſt.

Alium

Alium ſurgere ſecundum ordinem Melchi.& non ſecundum ordinem Aaron?q.d.non fuit neceſſarium. Tranſlato enim.q.d.dico,quod populus ſub ſacerdotio legem accepit. Si ergo tranſlatio eſt ſacerdotij neceſſario legis, nõ poteſt enim ſacerdos ſine teſtamento,& lege,& præceptis eſſe.tranſeundum ergo eſt à lege ad euãgelium.& hoc eſt quod ait,Tranſlato enim.q.d.ideò dico legem ſub ſacerdotio datam,quia ſic noto,quod Tranſlato ſacerdotio.i. destructo,Neceſſe eſt,vt & legis fiat trãſlatio.i. vt lex destruatur , quæ non niſi ſub eo. Hæc tranſlatio ſacerdotij præfigurata fuit in Samuele,quicum nõ eſſet de tribu Leuitica,ſed de tribu Effraim electus eſt ſacerdos à domino reprobatis filiis Heli domino dicente , Qui honorauerit me, honorabo eum : & qui me inhonorauerit, inhonorus erit.In quo enim, &c.q.d. Verè transfertur ſacerdotium ſurgit alius,quod idem eſt dicere,quia & per ritum, & per tribum.Primũ de tribu oſtendit , poſteà de ritu.q.d. verè ſecundũ cibum alius ſurgit.Chriſtus enim in quo.i. in cuius cõſideratione Hæc dicuntur.ſ. Tu es ſacerdos in æternum,&c.De alia tribu eſt,nõ de tribu Leui. De qua, alia Nullus præſto fuit altario.i. acceſſit ad miniſterium altaris.& verè de alia Manifeſtũ eſt enim,quod dominus noſter.ſ.Chriſtus Ortus ſit ex Iuda,de tribu ad tribum.trãſlatum eſt ſacerdotium de ſacerdotali ad regalem, vt eadẽ ſit ſacerdotalis & regalis , vt fuit Melchiſedech rex & ſacerdos.& intuere myſterium. Primum fuit regalis,poſteà ſacerdotalis facta eſt: ſic Chriſtus rex erat ſemper. Sacerdos autem factus eſt:quãdo carnẽ ſuſcepit,quando ſacrificium obtulit.In qua tribu. Nihil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt,vt de ea aliquis eſſet ſacerdos. Et amplius,quã per tribũ Adhuc manifeſtatum eſt, quod trãsfertur ſacerdotium,& ſurgit alius. Hęc eſt enim firmior probatio per ritum,quia ſi tribus in Samuele mutata erat,non tamẽ ritus.& verè manifeſtum eſt .Si.i.quia, Alius ſacerdos exurgit ſecundum ſimilitudinẽ.i.ritum Melch.vt enim ille panem,& vinum obtulit Abrahæ,ita hîc diſcipulis in eiſdẽ ſpeciebus carnem & ſanguinem dedit. Exurgit alius, dico,Qui alius,Non eſt factus, ſacerdos Secundum legem carnalis mandati.i.ſecundum præceptũ legis,quæ lex ſolum-

Ambroſi.
Chryſoſt.
Hierony.
Chryſoſt.

lummodo mandabat,& promittebat carnalia: Sed secundum virtutem vitæ insolubilis.i secundum deitaté,quæ in eo est per quam dat vitã æternam suis,sicut placuit deitati. Vel ita,Non est factus,sacerdos Secundum legem carnalis mãdati.i.secundum carnalé intellectum legis,vt faceret secundum carnales obseruantias,Sed secundũ virtutem vitæ insolubilis.i.secundum spiritualem intellectum ipsius legis,quæ exequentes.vitam habent æternam.Ecce distat inter sacerdotium,& sacerdotiũ : illud carnale,hoc spirituale illud téporale,hoc ęternũ.Contestatur auté,qđ secundum ordinem Melchis.sit sacerdos,probat authoritas.Contestatur enim,Dauid mecum,vel cum aliis multis scripturis quod Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech.sed fidelius ponit ipsa verba Dauid,dicés, Quoniam tu es.q.d.verè cõtestatur. Quoniam,dicit tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchi.Vel ita, Bene dixi secundum virtutem vitæ insolubilis. Contestatur enim,deus pater iureiurando de filio,Quoniam, dicit de eo,Tu es sacerdos in æternum secundum ordiné Melchisedech. [Reprobatio quidem fit pręcedentis mandati propter infirmitaté eius, & inutilitatem. Nihil enim ad perfectũ adduxit lex. Introductio vero melioris spei per quam proximamus ad deum: & quantum est,non sine iureiurando. Alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt:hîc autem cum iureiurando per eum, qui dixit ad illum.Iurauit dominus & nõ pœnitebit eum,tu es sacerdos in æternum.Intantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus.Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes:idcirco quod morte prohiberétur permanere:hîc auté eo quod maneat in æternum sempiternũ habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest accedés per semetipsum ad deum,semper viuens ad interpellãdum pro nobis.Talis enim decebat,vt nobis esset pontifex:sanctus,innocés, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus.Qui non habet necessitatem quotidie,quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi.Hoc enim fecit semel se offerendo.]

Chrysost.
Chrysost.
Ambrosi.
Ambrosi.

Reprobo quidem. Ostendit sacerdotium esse translatum ex tribu & ritu, pro quo constat legem quoque esse

translatam, sed quia fortè ad transferēdæ legis demōstrationem sacerdotij translatio sufficere non videretur, supponit hîc causam, quæ omnium hominum animis satisfacit, si causam alicuius rei cognouerint. Ostendit enī quare vetus testamentum sit destructum, cum deus illud dederit, & nouum substitutum: quia .s. tempore sui status, illud fuit infirmum, & nunc prorsus inutile. Hoc autem perficit, quod valet ad laudem noui sacerdotis. Ait itaque sic, Reprobatio quidem fit, vt sit locus gratiæ. Præcedentis mandati, id est veteris legis. Et bene ait Pręcedentis, quia aliud debet sequi. Reprobatio fit, dico, & non dico ꝓpter malignitatem eius, nec propter malitiā, sicut hæretici insurgentes mihi imponunt: sed Propter infirmitatem eius, quam habuit dum stetit, quia etsi aliquid tunc fecit, nō plenè iustificauit, Et inutilitatem, quam modo habet, nō solum enim infirma, sed etiam damnata est, nec si tenetur: quia post aduētum Christi inutile erat fieri ea quæ olim fiebant, vt hæc prædicerēt. Circūcisio enim, & cæt. huiusmodi priori populo per testamentum vetus diuinitus data sunt ad significationem futurorum quæ per Christum oportebat impleri, quibus aduenientibus remanserunt illa Christianis tantum legenda ad intelligentiam præmissæ prophetiæ, non autē necessario faciēda. q. d. adhuc expectandum esset, vt veniret reuelatio dei, quæ his significabatur esse ventura. Proinde nunc quisquis Christianorum similiter ea celebrare voluerit, quasi sopitos cineres eruens, nō erit pius deductor, vel baiulus corporis, sed impius sepulturę violator. Nihil enī. q. d. verè infirmata fuit lex, Tunc nihil eñ ad perfectum adduxit lex. i. neminem in iustificatione perfecit. & si eñ tunc aliqui perfecti fuerunt, nō tamen ex ea, vel per eā, sed per fidem venturi. Introductio vero. q. d. illa reprobatur. Introductio verò fit, per prędictū pōtificem. Melioris spei. i. melioris legis per quàm speratur gloria æterna. Ibi enim sperabātur temporalia, hîc cœlum. Per quam, spem Proximamus ad deum, & quantū est hoc ꝑtinet ad cōmendationem noui sacerdotis, decus ordinationis qualitate hîc agit. q. d. per multa eum commendauimus. & adhuc aliud dico, Et quātum est, hoc. s. quod non sine Iureiurando, Iesus factus est sacerdos

August.

Augu. in epist. ad Hierony.

cerdos? Alij quidem.i. Leuitici. q. d. quandoque mutandi, Sine iureiurãdo facti sunt sacerdotes. Hic aũt i. Iesus factus est sacerdos, Cum iureiurando, facto Per eum.s. per deum patrem, Qui dixit ad illum.s. Iesum. hoc, scilicet dixit, Tu es sacerdos in æternum, & quod in ęternum Iurauit dominus, hoc dixit propheta.i. inconcussa veritate firmauit. Et non pœnitebit eum. & hoc item dixit, id est nõ mutabit factum. Intantum, &c. ex laude sacerdotis infert commendationem legis, dicens, Intantum.i. per hæc quæ tãta sunt, scilicet, quod cũ iureiurando factus est sacerdos, & quod per eum approximamus ad deum. certũ est quod Iesus factus est sponsor, id est assertor Melioris testamenti, quàm sit vetus. Vt enim sacerdotium Christi præest Leuitico, ita & lex eius pręest veteri. Melius est ergo nouum testamentum quàm vetus, quia meliora, id est æterna promittit, vetus tẽporalia. Et alij, hoc iterum modo dignior est Iesus. Et.i. quia. Alij quidem.i. Leuitici, Plures facti sunt sacerdotes secundum legem idcirco, quod morte ꝓhiberẽtur permanere, in vita. Hîc autem.i. Iesus, Eo quod permaneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium: & sicut ille permanet, ita & lex quam attulit, in qua est vera remissio & perpetua gratia. quod quia vetus lex non potuit, exclusa est; quod autem permanet in æternum, ostendit ex pontifice: quia vnus est, quod nõ esset, nisi esset immortalis: sicut in lege multi erant, quia mortales. Vnde, scilicet quia manens sempiternum habet sacerdotium. Et saluare in perpetuum potest accedens, vel accedentes. Ostenso quod per sacerdotium Christi, vetus sacerdotium destruitur & lex, cõmendat actũm ipsius deprimendo per contrariam operationem veteris sacrificij. quasi dicat, saluare potest in perpetuum. Ipse, dico, Accedens ad deum, non per alium pontificem, nec per alienas hostias, sed Per semetipsum, sacerdotem & hostiam. Iesus ipse accedit ad deum per se viuam hostiam. Vel secundum aliam literá, potest saluare, quos? Accedentes ad deum, non per alium, sed Per semetipsum, secundum quod ipse ait, Nemo venit ad patrem, nisi per me: ideò potest saluare, quia est Semper viuens, ꝙ non alij, ad interpellãdum pro nobis repræsentatione sui. Ex ea natura, qua pontifex est, id est huma

Ambrosi.

Chrysost.

na quàm cœlis intulit, interpellat pro nobis. Talis enim. quasi dicat, dico quod per se est accedens ad deum, & merito. Est enim sanctus, interius positione virtutũ, & mente. Innocens, manibus quantum ad proximum, & Impollutus, corpore per remotionem malorum, & non modo est impollutus, sed etiã segregatus A peccatoribus, id est immunis ab omni peccato, quia, semper sine peccato. Vel Segregatus à peccatoribus. i. à prioribus sacerdotibus quibus dissimilis est, Et factus est excelsior cœlis, id est omni cœlesti creatura, quia eum omnes angeli adorant, & Decebat, vt talis pontifex esset nobis, filiis: serui alios pontifices habuerunt: Qui, cum talis sit non habet Quotidie necessitatem, non quod aliquando egeat, sed hoc dicit, vt remoueat, quod legalibus sacerdotibus conuenit. Non habet necessitatem, dico, prius, pro suis Delictis hostias offerre, deinde pro populi: quemadmodum facit Leuitici, qui tantum istius figura fuerunt, qui non hanc habuit necessitatem sacerdos incommutabilis. Hoc enim. q. d. verè non habet necessitatem hãc. Hoc enim, id est offerre Fecit, offerendo seipsum, non pro suis, sed pro populi delictis. & Hoc semel, quia sufficit omnib⁹ vna oblatio, & nõ est opus iterari. Adeò enim magnum est sacrificiũ, quod licet vnum, & semel oblatum sit, tamen sufficit ad æternitatem.

Ambrosi.

CAPVT VIII.

LEx enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes, sermo autem iurisiurandi, qui post legẽ est, filium in æternum perfectum. Capitulum autẽ super ea quæ dicuntur. Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis, sanctorum minister, & tabernaculi veri: quod fixit deus, & non homo. Omnis enim pontifex ad offerendum munera, & hostias cõstituitur. Vnde necesse est, & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terrã, nec esset sacerdos, cũ essent, qui offerrent secundũ legem munera, qui exemplari, & vmbræ deseruiunt cœlestium, sicut respõsum est Moysi cum cõsummaret tabernaculum. Vide (inquit) omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Nunc autẽ melius sortitus est ministeriũ, quanto melioris

testamenti mediator est, quod in melioribns repromissionibus sancitũ est. Nã si illud prius culpa vacasset, nõ vtiq; secundi locus inquireretur.] Lex enim. q.d. Leuitici sacerdotes habẽt necessitatẽ quotidie & nõ Christus. Et rectè, quia illi infirmi, hîc autẽ semel sufficit, quia filius perfectus. & hoc est, Lex em̃ cõst. hoĩes sacerd. hab. infir. peccandi, & moriẽdi, & ideò pro se offerebant. Ser. autẽ iurisiurandi, qui post legẽ, dictus est. per Dauid, constituit sacerdotem duraturum In æternum, ipsum Filium, gratia & veritate perfectũ. Capitulum. Cũ pauca dixisset de huius pontificis dignitate breuiter cõplectitur dignitatem eius, supra quam prius dixit. Capitulum est breuis multorũ cõplexio: sic dicta. eo quod breuiter totã summã capiat. q.d. Multa de eo dixit, sed modo facio Capitulũ super ea quæ dicuntur. i. dignius laudem Christi continens, quam prędicta. Talem. Ecce hîc incipit capitulũ, & finit ibi, Deus & non homo. Faciens ergo capitulũ ait, Talem habemus pontificem, qui, nõ dico sedit, sed Consedit, quia deus est, qui homo gigas geminæ substantiæ, in duæ naturæ vnitæ sunt. Cõsedit. q.d. iã diu est, quod quiescit & regnat secundum naturã ciuitatis in dextera Sedis magnitudinis. i. in æqualitate sedentis deitatis. s. dei patris. qui quiescit & iudicat. & Secundũ humanã naturã, locatus In cœlis. s. vel super materiales cœlos, vel super thronos & dominationes. & ibi est Minister sanctorũ, quia sanctis ministrat ibi vitã æternam, & his qui sunt, hîc alia bona indè ministrat. Sanctorũ, dico, Et, pro. i. Tabernaculi veri. q.d. nõ est minister vmbratilium sanctorũ, sed Tabernaculi veri, quod est animæ sanctorũ, quibus dat gaudia æterna in cœlo, & hîc gratiæ munera minister ergo est sanctorũ, hîc vel in futuro. Quod, tabernaculũ. i. cœlestẽ ecclesiã, & præsentẽ Fixit deus, & non homo. Et nota ꝙ ait, In dextera sedis magnitudinis. Hoc enim potestatis, & maiestatis diuinæ indicium est. Item nota ꝙ ait, Minister sanctorũ, hoc misericordiæ multæ, & amoris, quẽ nobis impendit. Per hæc ergo duo, & potens, & misericors ostenditur. Vel ita, Cõsedit in dextera sedis magnitudinis. hoc nõ mutatur. Ipse, dico, existens in cœlis Minister sanctorũ, quia ibi ministrat gloriã per sancta sanctorũ significatam, Et minister

Remigi⁹.

Remigi⁹.

Chrysost.

veri tabernaculi.i.veritatis,quam tabernaculũ præsigna-bat.ſ.iuſtitiã in præſenti eccleſia,& gloriã in futura, quæ vtraq; eſt verũ dei tabernaculum.Quod,verũ tabernaculum Fixit deus,vt in æternũ permaneat. Vmbratile verò erat nõ fixũ,ſed portabile.Et nõ homo hoc addidit, quia & vetus poſuit deus,ſed per miniſtrũ hominẽ. Omnis em̃ pontifex cõſtruitur ad offerẽda munera,vt panes,& thus, & huiuſmodi. Et hoſtias,de animalibus. Vnde.ſ.quia omnis cõſtituitur ad offerendum,Neceſſe eſt & hunc.ſ.Chriſtum,Habere aliquid quod offerat.ſ.carnẽ ex nobis quam prius nõ habuit.Si ergo,&c. Huius capituli litera minus continens eſt Et deciſa,ideóq; caliginẽ ingerit.q.d. dico quod neceſſe eſt Chriſtũ aliquid habere quod offerat, & cũ neceſſe ſit eũ habere aliquid ad offerendũ. Ergo,illud, vel erit ſuper terrã,vel cœleſte. ſuper terram eſt quicquid in carnalibus,vel pro carnalibus offertur,ſed nõ eſt ſuper terrã:quia ſi hoc eſſet.i.ſi eſſet ſuper terrã quod Ieſus offerret.i.carnale aliquid,Nec eſſet,Chriſtus Sacerdos,nedum pontifex,Nõ eſſet ſacerdos,dico, Cum eſſent,multi Qui offerrẽt munera ſecũdum legẽ.i.ſuper terrã: & ita ſuperflue carnalia offerret Chriſtus:ſed ne videretur Ieſus eadẽ dignius offerre,addit,Qui deſeruiunt exẽplari,& imbre cœleſti.i.plene oĩa implẽt,ſicut dictũ eſt Moyſi, & ita fruſtra hoc ſacerdotium aſſumeret Ieſus, quo carnale ali-

Augu. de trinit.

quid offerret,ergo cœleſte eſt,quod offert. Quid enim tã cõgruenter pro hoĩbus offertur,q̃ humana caro? Et quid tã aptum immolationi,q̃ caro mortalis? Et quid tam mundum ꝓ mundandis vitiis mortalium,quàm ſine vlla contagione carnalis cõcupiſcẽtiæ caro nata in vtero,& ex vtero virginali? Et quid tã gratè offerri,& ſuſcipi poſſet,q̃ caro ſacrificij veſtri? Vt quia quatuor conſiderãtur in omni ſacrificio.ſ.cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibꝰ offeratur: idẽ ipſe vnus verúſq; mediator per ſacrificium pacis recõciliauit nos deo,vnum cum illo maneret cui offerebat,& quod offerebat. Vel ita,Si ergo.q.d.&

Láfrãcus.

quia omnis ſacerdos offert:ergo ſi eſſet Aliquis ſuper terrã.i.ſi eſſet aliquis terrenus ſacerdos, qui poſſet mundare humanum genus. Nec eſſet aliquis ſacerdos ſecundum ordinẽ Melch. Cum,ſatis Eſſent,qui offerrent munus ſecun

dum

dum legē.i.qui offerrēt legalia. Sed quia illi mortales erát & peccatores, & ideò mundare humanū genus nō valétes, venit Christus, qui sufficeret. Vel ita, Si ergo. q.d. & quia Christus cōstituitur ad offerédum: ergo vel est terrenus, vel cœlestis sacerdos: sed terrenus non, quia si esset Super terrā.i. si terrenus esset pōtifex, vt Aaron, Nec esset, vtiq; sacerdos in æternū secundum ordinē Melchi. nec necesse foret. Cū esset, &c. sed Christus est sacerdos in ęternum, nō Aaron. Aaron enī, quia mortuus est, non est sacerdos. Christus vero qui viuit, sempiternus est sacerdos, nō talis quales sunt vmbratile sacerdotiū gerētes. Vel ita, Si ergo, ratio hîc ostendit cur Christus se obtulerit. q.d. necesse est Christum aliquid offerre, ergo seipsum. & verè necesse est, vt offerat: quia & Si esset super terrā, quod ꝓ pecca to totius mundi digne posset offerri, Nō esset, tamen Sacerdos, offerre dignus. Cum. i. quāuis Essent, qui offerrēt munera, & cæ. Ideò mundus se obtulit mundū. hoc verum enim sacrificium, nō ritè posset offerri, nisi per iustum, & sanctum. Quis auté, tā iustus & sanctus sacerdos, q̄ vnicus dei filius? qui nō opus haberet per sacrificium sua purgare peccata, nec originalia, nec superaddita? Vel ita, Si ergo? q.d. & quia omnis sacerdos cōstituitur ad offerendū: Ergo, & Christus obtulit, cuius rei merito, & in cœlum ascē dit, & sic oportebat fieri: quia Si esset super terrā.i. si nondum introisset in sancta sanct.i. interiora cœli, nec Esset sacerdos.i. sui sacerdotij ritus, nō celebraretur, cum adhuc superesset sacerdos secundū Aaron. Vnde subdit, Cum essent qui offerrent munera secundum legem. Restat ergo vt ipse se offerat, & sic introeat in interiora cœli. Qui, &c. essent qui off. munera, dico, quid tales Deseruiunt.i. plene seruiunt, Exēplari.i. figuræ. Et, ꝑ.i. Vmbræ cœlestiū, mysteriorum. Cœlestia dicit ecclesiā, cuius pars in cœlis regnās, pars secutura peregrinatur in terris. Exēplar autē & vmbras dicit figuras quę exēplar sunt, & exemplum respectu diuersarū rerū. Exēplar est ad cuius similitudinē aliquid fit: Exēplum quod indè trahitur. Deus in mōte veritatē Moysi ostendit.i. ordinē cœlestis curiæ, quomodo.s. angeli deo obediāt, laudēt, & diligant, séq; inuicem & nos diligāt, nostrísq; ꝑfectibus studeāt, & alia huiusmodi: in

Augu. de trinit.

Láfranc⁹.

Remigius

quibus à nobis imitãdi sunt. Sed quia carnalis propter veritatem capere, non posset, præcepit deus Moysi, vt figuris eam imaginaretur, in quibus puerilis populus enutritus aliquando veniret ad veritatem: & ita res prius ostensa, dicitur exemplar figurarum iuxta se factarum. Item figuræ dicũtur exemplar veritatis, quę postea impletę sunt, sicut illæ figuræ præsignauerunt: secũdum hoc dicit, Deseruiunt exemplari. i. figuris veritatem futuram præsignãtibus, & quoniam exemplar aliquando est veritas, non figura, addit, Et vmbræ, quia illa non erant nisi vmbra veritatis leuiter abitura veniẽte. Deseruiunt, dico, sicut respõsum est Moysi à dño, Cum cõsummaret tabernaculũ, nõ cum inciperet, sed Cum consummasset, quia iam multa figuris expresserat: sed cum per se non posset consummare, cõsuluit dominum, qui & de figuris sicut de veritate eum docuit. Quid est ei responsum? Ecce. Vide, inquit, dominus, Facito omnia. Omnia dicit, & de cõstructione tabernaculi, & de sacrificiis quæ in eo oblaturi essent. Facito, inquam, secundum hoc exemplar, id est, veritatem Quod tibi ostensum est in monte, quia ostendit ei deus visu in monte, quid esset facturus. Nunc autẽ, quasi dicat, illi deseruiunt exemplari & vmbræ, sed Iesus melius habet ministerium, quia & in spiritualibus ministrat, & spiritualia dat. Quod nunc patet, quasi dicat, cum ostensum sit non offerre super terram. & hoc est quod ait, Nunc autem. s. in in hac nouissima ætate Iesus sortitus est melius ministerium, sacerdotij quàm fuit in veteri lege. & tanto vtique melius, quanto est melior lex eius veteri. & hoc est quod dicit, tanto melius ministerium, Quanto & melioris testamenti, quia æterna promittit. Mediator. i. dator medius

Chrysost. inter deum, & hominem. Ecce iam à sacerdotio. & sacrificio transit ad differentiam testamentorũ veteri pręferens nouum. Quod, testamentum nouum Sanctum est. i. confirmatum est, vt duret In melioribus repromissionibus, quá

Augu. in psal. 83. essent promissiones veteris testamenti. Si enim discernimus duo testamenta, vetus & nouum, non sunt eadem sacramenta in vtroque, nec eadem promissa, eadem tamen pleraque præcepta. discussa enim pręcepta omnia ferè eadem inueniuntur in euangelio, moralia vtique eadem, vt

non

non occides,& cætera huiusmodi. Cærimonialia verò nõ eadem:sacramenta non eadem,quia illa promittebant,hęc dant salutem. similiter promissa non eadem:ibi promittebantur terrena,hîc cœlestia. Nac si,&c. Probat quod testamentum Christi melius est veteri, quia illud non vacat culpa,hoc vacat. si enim illud vacasset à culpa, nõ daretur secũdum:sed datur, & ita apparet illud fuisse imperfectũ, hoc perfectum.& hoc est quod ait, Nam si illud prius, testamentum Vacasset à culpa.i.perfectè mãdaret hominẽ. i.si inculpabiles essent eius obseruatores, Non vtiq; secundi locus.i.opportunitas Inquireretur, à deo qui prius paulatim instruxit per legem,& ædificauit per prophetas, vt post daret perfectum testamentum quod cõsummaret. Et nota quòd ait, Si vacasset à culpa. Ita enĩ hoc dicit quasi ipsum habeat culpam quod videtur,dum præcipit sine gratia & præuaricatores constituit. Si quæratur à nobis cur non eo ritu colamus deum quo coluerunt eum Hebręi patres. Respondemus, Aliud deum nobis præcepisse per patres noui testamenti. neque hoc contra vetus testamentũ est,cum & in illo idẽ sit ante prædictum, sic enim prænunciatum est per prophetam Hieremiam. Vnde sequitur. Remigi⁹. Augu. cõtra Faust. Augu. in eodem.

[Vituperans enim eos dicit, Ecce dies venient dicit dominus,& consummabo super domum Israel,& super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum, quorum vt educerem illos de terra Aegypti, quoniã ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos dicit dominus, dando leges meas in mente eorum, & in corde eorum superscribã eas, & ero eis in deum,& ipsi erunt mihi in populum.] Vituperans enim.q.d.Si illud vacasset à culpa, non inquireretur locus secundi,sed inquiritur Hierem. Enim vituperãs eos,qui in lege erant, Dicit,ecce dies veniunt.i.paulatim appropinquant.tempus Christi dies vocat, quia pulsis tenebris lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,mũdo apparuit. Dicit dominus,& cõsumũmabo.i.consummans,dabo & implebo Testamẽtũ nouũ, in quo fiet quod promissum est Abrahæ. Consummabo, inquam,

inquam, Super domum Israel, & super domum Iuda.i.super Iudæos qui in duo regna diuisi fuerunt post Salomonem, super quos dicit se consummaturum nouũ testamentum.s. vt dominetur eis, & ipsi ei obediant. Non secundũ. q.d. consummabo testamentum nouum, dico, quod Non, sit Secundum testamentum quod fecit patribus eorum.i. quod nõ sit de terrenis, sicut illud vetus.s. lex data in monte Sina: & quia quibusdam patrum spirituale testamentum fecerat vt Abraham, determinat, dicens, In die quando apprehendi illorum manum.q.d. per se de lecto surgere non valentium, vel quasi nutrix paruulorum, Vt educerem eos de terra Aegypti.i. non erit secundum legẽ quę post exitum de Aegypto data est. Quod enim ante legem Abrahę dixit.s. in semine tuo benedicentur omnes gentes, illud cõpleuit in euãgelio. Illa enim spiritualis promissio fuit ptinens ad gratiam. Ecce hîc prophetatur non perseueraturum vetus testamentum, sed futurum nouum. Cũq; multis locis hoc idem significetur & prænuncietur, non ita tamẽ ipsum nouum legitur expressum. Nempè in veteribus libris, aut nusquam, aut difficile præter hunc propheticũ locum legitur facta commemoratio test. noui, vt ipso nomine appellaretur. Considera igitur diligenter differentiam inter duo testamenta.i. vetus & nouum. Ibi est litera quæ sola occidit: hîc est spiritus qui viuificat. illud vetus, quia à vetustate peccati non liberat: hoc nouum, quia innouat. Si autem à nobis fuerit quæsitum, cur illius testamenti authoritatem teneamus, cuius ritũ non obseruamus. Ad hoc respondemus, quòd eam legi & accipi oportet ne prophetias extinguamus, quia in vmbra facta sunt omnia illa futurorum: sicut ait Apostolus, Hæc in figura contingebát illis, &c. Cur ergo aliquid tale legitur in instrumento veteris testamenti quale à nobis obseruari, vel iussum non est in nouo testamento, vel etiam prohibitum: quid significet quærendum est, non reprehendendum: quia eo ipso quo iam non obseruatur nõ damnatur, sed impletum probatur. Sed Quoniam.q.d. Apprehendi manũ eorum quasi paruulorum. Sed Quoniam ipsi non permanserunt in testamento, in eo.i. in lege data in synagoga, quia fecerunt vitulum in Oreb. & ad.scu. Ecce quomodo vituperauerũt

Remigius

Augu. cõtra Faust.
Augu. de bap. par.

Augu. cõtra Faust.

eos:ideo,inquam,quia non permanserunt, Et ego neglexi eos. Et ne indignemini si dico vos neglectos,quia Dominus dicit,in me. Patenter vitio eorum deputat quòd non permanserunt in testamento dei,ne lex quam tunc acceperunt culpanda iudicetur. Ipsa enim est quam non venit Christus soluere sed implere,non tamen ea iustificat, sed gratia. Hoc quippe agit viuificans spiritus,sine quo litera occidit. Vnde igitur illud vetus testamentum,hoc nouum dicitur? cum lex impleatur per testamentũ nouum pro veteris hominis noxa,quæ per literam iubentem & minantẽ non saluatur. Dicitur illud vetus. hoc autem dicitur nouũ propter nouitatem spiritus qui hominem sanat à vitio vetustatis. quod euidenter aperit,subdens, Quia hoc.q.d.verè testamentum nouum dabo,& non secundum illud.s.vetus,quia hoc est testamentum Quod disponam.i.ordinabiliter Domui Israel.i.omnium videntium deum: nõ vtiq;, sed Post dies illos,à me pręfinitos:& credite hoc,quia Dominus dicit,per spiritum sanctum in me loquentem, Dando,vel dabo.q.d.hoc est testamẽtum quod cõsummabo.s. Dabo,per spiritum sanctum Leges meas. Ecce testamentum. Vel ita secundũ aliam literam, Disponam testamentum,dico,ita.s. Dando leges meas. Ecce testamentum. In mentes.i.intelligentias illorum. Non in tabulis lapideis sicut vetus in lapide scriptum fuit. Et,etiam In corda eorum.i.in voluntates, quia intelligent, & voluntate seruabunt. Superscribã eas. Scribam, vt.s.in æternũ maneant. Super.q.d.quod superesse debet eisq; dominari. Istã hîc cõmendat distantiã quod leges suas daturus esset deus in mentes eorũ quæ pertinent ad nouũ testamentum,& in eorum cordibus eas scripturas nõ vtiq; atramẽto, vt alibi ait Apostolus:sed spiritu dei viui.i.ipsa præsentia sancti spiritus qui est digitus dei,quo præsente diffundit charitas in cordibus quæ est plenitudo legis & finis pręcepti. nã q̃a promissa veteris test.terrena sunt, nũc ipsius cordis bonũ promittitur.s.mentis bonum,spiritus bonũ.i. intelligibile bonum,cum dicitur, Dabo leges meas in mentem illorũ,& in corda eorũ superscribam eas, per quos significauit eos non forinsecus terrentem legẽ formidaturos.sed intrinsecus habitãtẽ ipsam legis iustitiam dilecturos. vnde & hæc

Augu. de bap.par.

Augu. de spũ. & lit.
Augu. de bap.par.

merces

merces additur. Et ero.q.d.scribam legem meam in mentibus eorum. Et,sic Ero illis in deum,& ipsi erunt mihi in populum:quia dicetur, verè deus in istis est,& isti sunt populus dei,hoc est, viuent ex me & mihi,& hoc quidem in hoc mundo. [Et non docebit vnusquisque proximum suum,& vnusquisque fratrem suum, dicens, cognosce dominum,quoniam omnes sciēt me à minore vsq; ad maioré eorum,quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum,veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit propè interitum est.] Et,in futuro Nō docebit vnusquisque proximum suum,quem amat. Et vnusquisque fratrem suum,quem plus diligit,Dicens ita,Cognosce dominum. Ideo alter alterū nō docebit,quia Oēs,in futuro, Sciēt.i. videbunt Me,sicut sum quod est perfectio,vt alter. s.alterum non doceat. Scient,dico, A minore vsq; ad maiorem eorum. Non interest si dicatur econuerso.s. à maiore vsque ad minorem,sicut dictum est, A minore vsque ad maiorem,quod intelligi diuersis modis potest, vt maiores dicantur, vel tempore,vel dignitate.i.tempore priores, vel intelligentia digniores. Maiores ergo intelliguntur, vel priores qui nos posteriores expectauerunt in denario accipiendo,vel scientia, vel virtute. qui.s.intelligere valuerunt lumen incorporeum atque incommutabile,quantum in hac vita potest,quod minores tantummodo credere potuerunt. Cum ergo venerit quod perfectum est & euacuatum fuerit quod ex parte est:tunc qui assumpta carne carni apparuit,ostendet seipsum dilectoribus, tunc oēs scient eum à minore vsque ad maiorem,quia etiam minimus tūc perfectè sciet eum per se non à maiore instructus. Hęc est ergo distantia veteris & no.test.quòd illud in lapide scriptum est,hoc in corde:ibi merces terra,hîc visio dei. Vel ita ab illo loco præcedentibus non mutatis. Et non docebit.q.d.Ego ero illis deus,& ipsi mihi populus. Et istud nouum factum existet quod in veteri test. non legitur factum.s. Non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum,quia quod latebat in litera, & discebat populus per traditiones magistrorum hoc spiritus adueniens repente docuit apostolos. & hoc est quod propheta

Augu. in eodem.

Augu. de spū, & lit.

August.

Chrysost.

pheta dicit, Non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens, cognosce dominum. Quare nõ? quia omnes scient à minore vsque ad maiorem eorum, sicut in euangelio legitur, Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. & ideo hæc oĩa in vtraq; vita faciam eis, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum illorum iam non memorabor, ad pœnã æternam. Distingue, Iniquitates dicit peccata quæ faciunt homines contra proximos, & peccata quæ in seipsis. Vel idẽ est. i. pro eodem accipitur hîc iniquitas & peccatum: sed distinguitur inter propitius ero, & memorabor, quia propitius est dum hîc non punit, & in futuro iam non memorabit quando non puniet. Sciendũ verò ꝙ in quibusdam libris vbi scribimus Peccatorum, inuenitur scriptum peccatum, & tunc de originali accipitur. Quare autem hanc de Hieremia authoritatem adduxerit, aperit, subdens, Dicendo autem. q.d. propheta dixit nouum. Dicendo autem nouum veterauit. i. vetus ostendit Prius. Vel, Veterauit. i. vetus factum est prius testamentum. & si vetus, ergo finiendum. vnde subdit, Quod autem antiquatur, vt est in inanimatis, Et senescit, quod fit in animatis. Propè interitum est, antiquatio enim & senectus sunt prænuncij mortis.

CAPVT IX.

HAbuit quidem & prius iustificationes culturæ, & sanctum sæculare. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum quæ dicitur sancta.] Habuit quidem. Hucusque differentiam testamentorum ostendit, & quod veteri nouum supereminet, & illud immutat. Nunc idem ostẽdit ex ipso tabernaculi schemate. q. d. vetus testamentum est prope interitum, tamen Habuit, olim Quidem prius, testamentum Iustificationes, non veras & spirituales, sed pro modo Culturæ, carnales, & habuit Sanctum, non spirituale, sed Sęculare. i. mutabile & putatiuũ quod putabatur ab hominibus sanctum. & verè habuit sanctum sæculare, quia tabernaculum primum & secundum. Tabernaculũ factũ est primum, &c. vsq; ibi, Quæ parabola est instantis, temporis, quia de tabernaculo loquendi locus se obtulit de eo quædam sub compendio videnda sunt. Sciendum est igi- Chrysost.

tur tabernaculum triginta cubitos habuisse in longitudi-
Augu. in lib. quæst. ne,& decẽ in latitudine,totidem in altitudine. Velum autem habebat ex quatuor preciosis coloribus contextũ, & quatuor deauratis colũnis appensum,quod separabat in viginti & decem cubitos.i.inter sancta quæ forinsecus erãt, & sancta sanctorum interius posita. Habebat enim sanctũ exterius viginti cubitos lõgitudinis, & sanctũ interius.i. sanctum sancti. x.& vocat Apostolus illud primum tabernaculum,hoc autem secundum tabernaculũ. In primo autem tabernaculo erat candelabrum aureum : sed Apostolus dicit candelabra pluraliter,quia licet vnum esset,septẽ habebat brachia. Erat enim in medio hastile per quatuor loca,cyphos,sphæras,& lilia.à quo procedebant brachia,tria à dextera parte, & tria à sinistra habentia ꝑ tria loca cyphos,sphæras, & lilia. In eodem etiam erat mensa quadrata,vt altare:& habebat quatuor pedes, & erat post introitum tabernaculi,quæ erat de lignis Cethym,& inaurata auro purissimo,quæ habebat labium aureũ per circuitum,ac desuper coronam auream interrasilem altam digitis quatuor:& super illam alteram coronam aureolã,habebat etiam per singulos angelos circulos aureos, quibus immittebantur vectes vt posset portari, qui erant de lignis Cethym,& auro circundati:& super mensam erant duodecim panes deo propositi,qui erãt de simila, & singulis sabbatis omnes mutabantur. Si verò ante sabbatũ aliquis erat necessarius nõ poterat sumi, nisi alius statim loco eius substitueretur. Et super panes erat patena aurea,& pugillus lucidissimi thuris. In eodẽ quoq; tabernaculo erat altare incensi,vbi.s.adolebatur incensum super cineres calentes,qui illuc deferebantur ab altari sacrificiorum,quod erat extra tabernaculũ in atrio sub diuo, & erat quadratũ quinq; cubitis latum,& totidem longũ. Primũ tabernaculum dicitur sancta pro veneratione illius tẽporis, & quia significat præsentẽ ecclesiã quæ est sancta. Secundũ verò dicitur sancta sanctorum,quia in maiori veneratione habebatur,& quia significat supercœlestẽ ecclesiã. vbi nihil peccati est. In quo erat thuribulũ aureũ,& arca testamenti intus & foris auro operta: in qua erant tria.s. vrna aurea habens mãna,& virga Aaron,quæ fronduerat,& tabulę in

quibus

quibus lex scripta fuit: & super arcã erat propiciatoriũ.s. tabula eiusdẽ lõgitudinis & latitudinis cuius arca. & erat tabula de purissimo auro quæ dicebatur propiciatoriũ siue oraculum, quia ibi angelus dei Moysi apparuit, loquẽs quando propiciaturus erat deus filiis Israel: & super propiciatorium erant duo cherubin siue seraphin.i. imagines gloriosissimè decorata, ac sese contuentia versis vultibus in propiciatoriũ. Arca autem erat de lignis Cethym habens cubitos duos, & dimidium in longitudine, vnũ & dimidium in latitudine, tantundem in altitudine: & in vnoquoq; angelo aureũ anulum, duos à dextris, & duos à sinistris, in quibus assiduè erant ad portandũ vectes de lignis Cethym auro purissimo deaurati: propiciatoriũ erat tabula super arcam eiusdem longitudinis & latitudinis, super quam stabant cherubin in quem semper aspiciebant. Ad hoc sanctum sanctorum nisi summo sacerdoti non licebat intrare cum sanguine semel in anno. & si fortè aliquando exigebat necessitas pro peccato sacerdotis vel vniuersæ synagogæ: in priori autem tabernaculo quotidie intrabant sacerdotes ritum sacrificiorũ explentes. Hoc autẽ totũ parabola est & vmbra cœlestium. Primum enim tabernaculum præsens ecclesia est, quæ rectè dicitur tabernaculum, quia in ea militatur deo antequam veniatur ad cœlum. Tabernaculum nanque propriè belligerantium est, in qua est candelabrum aureum, id est, Christus fulgens virtute & sapientia in medio fidelium, quia & ipsi candelabra aurea sunt, quia sapientia lucent. Aurum enim sapientiam significat, ipse Christus stipes est qui portat tria brachia à dextris, & tria à sinistris: quia ipse est vitis vera, in qua fundati sunt tres ordines palmitum, id est, fideliũ. Illi qui tempore gratiæ sunt, dextri sunt, id est, digniores: qui verò ante gratiã quasi sinistri fuerunt, hi tres ordines fidelium significati sunt in tribus viris quos Ezechiel saluandos vidit.s. Noe, Daniel, & Iob.i. rectores, continentes, coniugati. Isti etiam sunt qui secundũ euangelium dicuntur esse, & in agro, & in lecto, & in mola. Legitur enim ibi, Et erunt duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur: & duo in lecto, vnus assumetur, & alter relinquetur: & duo molentes in mola. vnus assumetur, &

Augu. in lib. quæst. Exodi.

alter

aliter relinquetur. Per illos qui ſunt in agro, ſignificantur rectores, ſicut & per Noe: Per illos qui ſunt in lecto, continentes, ſicut & per Daniel: Per eos verò qui ſunt in mola coniugati, ſicut & per Iob. Prima pars haſtilium erat quaſi calami aurei, poſt erant cyphi, inde ſpherulę aureæ, tandem lilia. Calami ſunt ſancti qui in humidis diuini fontis nutriti ſunt, & ſunt concaui ad recipiendũ & ad transfundendum liquorem gratiæ aliis: ipſi ſunt etiam cyphi dum aliis propinant quod biberunt, ſapiẽtiam. ſ. & ſcientiã dei, inde ſpherulæ. i. rotundi, & perfecti, & volubiles cõtra aduerſa & proſpera, per quos nihil detineat, donec veniant ad lilia æternæ iocunditatis qui non habent timoris angulum, nec elationis ſuperciliũ. Super his ponebantur ſepté lucernæ. i. ſeptem dona ſancti ſpiritus quæ in Chriſto pleniſſimè manſerunt, & fidelibus ſecundum volũtatem eius diſtributa ſunt. Menſa ad hoſtiũ diuina ſcriptura eſt, quæ

Beda. permanet, quæque intrãtibus proponitur. Quæ dum æterna gaudia, & quomodo ad ipſa perueniatur, oſtendit, cibũ vitæ ſuggerit. In ea panes mundi erant. i. duodecim apoſtoli & eorum vicarij qui thus orationis deo offerũt: quorum ſi quis moritur, ſtatim loco eius alius ſubſtituendus eſt, ſed in ſeptima ætate omnes auferentur. Secũdum poſt velum eſt eccleſia cœleſtis quæ velatur quandiu hîc viuimus. Thuribulum Chriſtus igne charitatis plenus interpellans ſemper pro nobis. Arca Chiſtus in quo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ: ex omni parte aurea, quia in cogitatione, & ſermone, & opere eius non niſi pura veritas. Longitudo, perſeuerantia doctrinæ, quę per cubitum vnũ: & operationis, quæ per cubitũ alterũ deſignatur, ad cuius perfectionem humanus intellectus imperfectus eſt, quod ſignat dimidius. Latitudo pfectio charitatis, altitudo perfectio ſpei, ad quam nos dimidij. i. imperfecti ſumus quatuor anuli. Quatuor euangeliſtæ perfecti, per quos Chriſtus portatur per quatuor mũdi partes, quibus ſemper adherent vectes aurei. i. prædicatores ſapiẽtia fulgentes ſemper parati contra hoſtes. In arca vrna habens manna. i. anima Chriſti continens plenam ſapientiam qua reficiuntur & angeli. Virga, ſacerdotalem poteſtatem Chriſti ſignificat. Tabulæ, quod ipſe eſt dator legis. Propitiatoriũ

Chriſtus

Christus qui propiciatur nobis. Duo cherubin omnes ordines cœli qui in eo consistunt, qui inuicem dilectione cõnexi sunt: qui etsi sapientes, tamen eum obumbrant quantum in se est. In primo autẽ tabernaculo quotidie introibant sacerdotes sacrificium intus consummantes, quia in præsenti ecclesia quotidie debent se offerre fideles carnẽ suam cum vitiis & concupiscentiis mortificantes. In secũdo autem introibat summus pontifex cum sanguine semel in anno, benignitatis effuso sanguine in remissionẽ peccatorum: in interiora cœli introiuit ianuã paradisi ante clausam fidelibus patulam faciens. His decursis insiste literæ. Tabernaculum enim. Ostẽdit quã necessarius erat Christus, cum per omnia illa legalia nullus introiret in cœlũ. Hierony. q.d. prius test. habebat sanctũ sæculare. & verè quia tabernaculum primum & secundũ. Factum est enim primũ tabernaculum. i. sanctum quod extrinsecus erat, quod intus habuit altare incensi ante fores sub diuo altare holocaustorum quod dicitur tabernaculum, quia ad tempus durauit quod fuit factum in figura huius sæculi. i. ecclesiæ præsentis, in qua quotidie ministrant sacerdotes accendentes lumen doctrinæ, & pascentes populum pane dei qui super mensam est sacræ scripturæ, à sabbato spei vsq; ad sabbatum spei, in quo erant Candelabra & mensa, & propositio panum quod dicitur sancta, pro veneratione illius temporis, & maximè quia significabat præsentem ecclesiã, in qua sunt candelabra. i. Christus & eius fideles: luce virtutis & sapientiæ fulgentes, & mensa sacræ scripturæ cui studio inhęrent duodecim Apostoli eorumq; vicarij, vel candelabra sunt dona sancti spiritus quæ in ecclesia lucẽt. Panis super mensam. i. verbũ sacræ scripturæ præsto est sabbato spei, vbi in Christo à turbine sæculi tuti sumus vsq; ad sabbatum plenæ quietis vbi spes implebitur. [Post velamentum autem secundum tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum aureũ habens thuribulum, & arcã testamenti circuntectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulę testamenti: super quæ erant cherubin gloriæ obumbrantia propiciatoriũ, de quibus non est modo dicendum per singula. His verò ita compositis, in priori quidem taber-

naculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes, in ſecundo autem ſemel in anno ſolus pontifex non ſine ſanguine quem offerret pro ſua & populi ignorantia: hoc ſignificante ſpiritu ſancto, nondũ propalatam eſſe ſanctorum viam adhuc priore tabernaculo habente ſtatum.] Poſt velamentum autem erat ſecundũ tabernaculum, quia velo interpoſito diuiditur primum à ſecundo. Tabernaculum verò ſecundum ſignificat cœlum, intra quod Chriſtus ſacerdos noſter intrauit non ſine ſanguine. vel tabernaculum quod foris erat, ſignificauit vetus teſtamentum, & eſt figura figuræ, quia figura eſt veteris teſtamenti. Tabernaculũ verò quod intus erat ſignificabat nouũ teſtamentum, & erat figura veritatis, quia noui teſtamenti. Hanc autem allegoriã nõ proſequimur ſecundum ſeriem literæ, ſed præcedentem. Quod dicitur ſancta ſanctorum, pro maiori veneratiõe illius temporis, vel quia ſignificat cœleſtem eccleſiã. Habens thuribulum aureum, quo ſignificatur Chriſtus igne charitatis plenus, in quo offeruntur orationes ſanctorum. Et arcam teſtamenti. i. quę continebat teſtamentum. Circũtectam auro ex omni parte. i. in circuitu. nõ extra tantum, ſed etiã intus, quæ ſignificat Chriſtum, in cuius cogitatione, & ſermone, & opere, non niſi pura veritas fuit. In qua, arca erat Vrna aurea. ſ. gomor Habens mãna, in memoriã antiqui beneficij: qua figuratur anima Chriſti plenã habens ſapientiã, qua reficiuntur & angeli. Et virga Aaron quæ fronduerat, per quam ſignificatur ſacerdotalis poteſtas Chriſti, Et tabulæ teſtamẽti, in quibus lex ſcripta fuit, quibus ſignificatur quod Chriſtus dator legis eſt. Vel per arcã ipſa caro Chriſti intelligitur, in qua mãna eſt diuinitatis, & tabulę duorum teſtamentorum, quorũ Chriſtus author eſt, & virga pro ſacerdotio. Vrna eſt populus in quo eſt Chriſtus, panis qui de cœlo deſcendit. Solus enim populus pane cœli paſcitur, qui in Chriſto cõtinetur. Super quod eam, arcã erant Cherubin gloriæ. i. glorioſe decorata. ſ. duo angeli glorioſi & decori. Obumbrãtia, alis cõnexis. Propiciatoriũ. i. tabulã quæ ſuper arcã erat duo cherubin angelos cœli ſignificãt, qui charitate cõnexi ſunt, & ſciẽtia pleni. Cherubin enim interpretatur plenitudo ſcientiæ. Propiciatorium

Aug. in liquęſ. exodi

Ambroſi.

rium super arcā Christus est, quia ipsi Christo specialiter à deo patre datum est, vt esset propiciatio pro peccatis nostris. Potest & aliter hoc intelligi. Magnum etenim hîc sacramentum est, aurum quippe significat sapientiā, arca significat secretum dei. In arca iussa sunt poni lex, & māna, & Aaron. In lege, præcepta sunt: in virga, potestas significatur: in māna gratia, quia non nisi cum gratia potestas est faciendi præcepta. Verum quia lex à quouis proficiente non ex omni parte impletur, desuper est propiciatorium. Ad hoc enim opus est vt deus sit propicius: & ideo superponitur, quia superexultat misericordia iudicio. Duo cherubin propiciatorium pennis obumbrant. i. velando honorant, quoniā mysteria ista sunt, & inuicē se attendunt, quia consonant. Hæc enim sunt duo testamenta, quia cherubin in tempore ple. sci. quā continent duo testamenta quę obumbrant propiciatoriū, quia misericordiā dei in qua spes, vel conciliant, vel commendāt. Vel per duo cherubin quę interpretatione multitudinem scientiæ habent, rationalis creatura significatur. s. angelica. Ideo duo sunt vt societatem charitatis commendent, ideo pennis propiciatorium obumbrant, quia duo non sibi tribuunt pennas. i. deum honorant virtutibus quibus præibant, & vultus eorum non sunt nisi in propiciatorium, quia non est eis spes, nisi in dei misericordia. De quibus, quasi dicat, vetus testamentū habuit ea quæ numerata sunt, & huiusmodi alia. De quibus, scilicet his, & huiusmodi. Non est modò dicendum per singula, quia pauciora sufficiunt ad executionem nostræ demonstrationis His vero. q. d. de illis non est dicendum per singula: sed hoc dicendum est quod sequitur. His, tabernaculis, Ita compositis, In priori quidē tabernaculo, quod minus erat, id est, minoris venerationis, & significabat præsentem ecclesiam, semper quotidie Introibant sacerdotes consummantes sacrificiorum officia, scilicet intus incensum ponentes, & extra sacrificia. Ecce quod supra dixit sanctum sęculare, scilicet sęcularia sacrificia quæ non ducunt ad perfectionem. In secundo autem, tabernaculo Semel in anno solus pontifex introibat: Non sine sanguine, sæpe quidem sine sanguine introibat, sed cum sanguine non nisi semel. Iste ex parte si-

Augu. sup Exodum

August.

gnificat Christū, qui semel ingressus est in cœlum, quem nō mox sequimur: quod singulis annis intrabatur, significabat nondū venisse perfectionē. Nō sine sanguine dico, Quem offerret pro sua & populi ignorantia, Christus aūt pro populo obtulit, pro se verò non nisi in membris suis.
Ambrosi. Vnde ipse ait, Verba delictorū meorum.i. delictorum sui corporis. Delicta enim nostra sua dicit, quia ea suscepit, non ad habendum, sed ad delēdum. Attende quod ait, In priori tabernaculo semper introibant sacerdotes, quia hîc quodie debent se fideles sacrificare. Aliter enim ad cœlestem patriam non poterunt peruenire. Pōtifex qui semel in anno cum sanguine introibat, Christus est, qui anno benignitatis semel in cœlum intrauit p̄ sanguinem suū quem pro peccatis hominū fudit. Hoc significante. q.d. illa prędicta fiebant in veteri test. Hoc significāte, in istis, Spiritu sancto, qui ita fieri instituit. s. Viam sanctorū, secundorum, Nōdum. s. donec Christus venit. Esse propalatam.i. nondum licere, ad cœlestia introire quousq; Christus venit, post cuius aduentum & cœlum adhuc inaccessibile est mortalibus secūdū corporis cōditionē. Ante vero etiā secūdū animas, sed patienter expectāda est resurrectio, in qua etiā corporibus per Christū patebit in cœlū accessus. Vel, Nōdum esse propalatā viā sanctorum, secūdorum.i. Christum, vel spiritualē intelligentiā. Via enim sanctorū Christus est, qui ducit in cœlū: vel spiritualis intelligētia per quā ascēditur in interiora cœli. Adhuc. q.d. hoc significabat spiritussanctus. Priore tabernaculo adhuc habente statum.i. carnalibus obseruantiis adhuc statum habentibus, quod autem hæc de sacrificiis cōsummandis, vel in primo, vel in secundo tabernaculo secundū significationem dicta sunt, aperit, subdens. [Quę parabola est temporis instantis, iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiā perfectum facere seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, & in variis baptismatibus, & iustitiis carnis, vsq; ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorū peramplius & perfectius tabernaculum non manufactū, id est, non huius creationis, neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per proprium sanguinē introiuit semel

in sancta,

in sancta, æterna redéptione inuenta. Si enim sanguis hircorum & taurorũ, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti?] Quæ est parabola. i. mystica similitudo. Instantis temporis. i. temporis gratiæ quod nunc est, Iuxta quam, parabolam, Munera & hostię offeruntur, à sacerdotibus figuratiuis. Distingue inter hostias & munera. hostiæ sunt de animalibus, munera de aliis. s. de thure, de simila, de panibus, & hæc iuxta parabolam offeruntur: quia & hæc aliquid designãt in instanti tempore. Quæ. s. munera & hostiæ non possunt facere Seruientem, deo Perfectum. i. plenè mundatũ. & hoc Iuxta conscientiam. i. in cõscientia intus, & si ad visus hominum extra. Vel, Iuxta cõscientiã. i. teste cõscientia. Seruientem deo, dico, Solũmodo in cibis & in potibus, discernendis. Et variis baptismatibus. i. ablutionibus. Et, in aliis Iustitiis carnis, non spiritus. His omnibus, dico, Impositis quasi in onus ad refrenandas transgressiones, Vsque ad tempus correctionis, id est, vsque ad tempus gratiæ quo in melius corrigendi erant, qui vsque huc sub pædagogo fuerunt, & ideo non poterant illa perfectum facere. Nõ tamen eo tempore debebant cessare. Christus autem, de sufficientia vnius & veri sacrificii noui testaméti plene hic tractat, per quod & remissionem peccatorum, quam in verbis Hieremiæ supra tetigit, præstari dicit, & saluté. q d. hæc prædicta legalia nõ possunt facere perfectũ, sed, Christus assistens pontifex, patri, ad interpellédum pro nobis, vel fidelibus ad auxiliandum dator. Bonorum, non præsentium, vel carnalium, sed Futurorum, id est, præsentis iustitiæ, & æternæ beatitudinis, quæ tempore legis futura erant. Christus, inquam, Introiuit tabernaculũ. i. cœlum. nomine nẽpe significantis. i. tabernaculi: designat significatum. i. cœlum. Peramplius, quia plures capit quam illud terrenũ. Et perfectius, quia ibi est æterna beatitudo. Tabernaculum non manufactum, non dico non factum operatione dei, sed hominis. vnde exponédo subditur, Id est, non huius creationis, cuius fuit illud in eremo. i. humanę,

ficut fuit illud vetus quod fixit homo, sed longè aliter à deo factum est. Introiuit, dico, Neq; per sanguinẽ taurorum, hircorum, aut vitulorũ, effusum, vt in veteri testamento fiebat: Sed per proprium sanguinem introiuit in sancta. i. in cœleste tabernaculum. s. in sancta sanctorũ. i. cœlestia. Introiuit, dico, Semel per sanguinẽ, dico fusum Semel, quia non est opus iterari, quia perfectum est. Vel ita, vt per tabernaculum accipiatur Christi caro quam pro nobis obtulit, in qua & diabolum expugnauit. Est enim Christus rex & sacerdos: rex pugnauit pro nobis, sacedos obtulit se pro nobis: quãdo ꝓ nobis pugnauit, quasi victus est, imò verò tunc vicit: crucifixus est enim, & de cruce in qua erat fixus, diabolum occidit: & inde rex noster. Sacerdos autem quid pro nobis obtulit? nihil mundum inuenit in hominibus quod offerret, ꝓ eis seipsum obtulit. Ecce mũda, & fœlix, & vera victima. Carnem verò de vtero virginis accepit, vt mundam offerret pro immundis. Hanc vocat tabernaculum, dicens, Christus pontifex, dator Futurorum bonorum introiuit semel in sancta, neq; per sanguinem taurorum, hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem. Ipse, dico, Perfectius tabernaculũ, & peramplius non manufactum. i. non huius carnis. i. per carnem quæ plura bona confert & perficit, quæ & sine semine viri concepta est & formata. Assistens, patri, ad interpellandum. Dico quod introiuit in sancta per propriũ sanguinem: per hoc Inuenta, à nobis, vel à Christo nobis Aeterna redemptione, quia redempti sunt æterni, quæ redemptio non potuit inueniri in illis legalibus sacrificiis. Si enim, quod per Christum potuerit esse redemptio, à minori probat: quia per illa legalia fiebat mundatio corporalis. q. d. verè per Christũ potest esse redemptio. Enim. i. quia. Sanguis hircorũ & taurorũ, & cinis vitulę aspersus, qui significat memoriã passionis Christi, Inquinatos, contactu mortuorũ. Sanctificat. i. à peccato mundat. i. à pœna. Vnde subdit, Valens ad emundationem, non animæ, sed Carnis, quia à pœna legis liberat. Omnis enim anima hominis qui mortuum tetigerat, immunda erat septẽ diebus: purificabatur autem die tertio & die septimo, & mũdus erat. & hîc nihil aliud intelligendũ video esse inquinationem, nisi

Augu. sup Exodum

August.

August.

nisi contactum mortui hominis. Vel, Sanctificat inquinátos.s.à corporali macula lepræ Valens ad emundationem carnis.i.vt caro emūdata sit propter legis præceptum, sed in Christo est perfectio. Vnde subdit, Quanto magis.q.d. Etsi, hoc est, Quanto magis sanguis Christi qui obtulit deo semetipsum immaculatum, alius sanguis nō est immaculatus. Obtulit, dico, Per spiritum sanctum, omnia ei dictantem. Vel immaculatum, dico, Per spiritum sanctū, de quo conceptus & immunis à peccato fuit. Emundabit, nō carnem tantum, sed etiā interiorem Conscientiā nostram ab operibus mortuis.i.à peccatis, quæ qui tangit consentiendo inquinatur, sicut qui tāgebat mortuum coinquinabatur, nec intrat iste in cœlū, sicut nec ille in tēplū emundabit à peccatis. Dico, Ad seruiendū, deinceps per iustitiā Deo viuenti? q.d. multo magis. Et nota q duo efficit sanguis Christi à peccato.s. mundat, & restituta libertate facit seruire deo qui dat viuere, qui est vita ex se viuēs: nemo ergo potest ei seruire q mortua opera habet, vel facit. hoc merito Christus præstat, in cuius figura illa legalia præcesserunt. Hircus enim significat Christū ꝓpter similitudinem carnis peccati: & taurus qui à duorum testamētorum cornibus ventilat inimicos. De iuuenca autē rufa cuius cinerē ad aquā aspersionis eorumq; mūdationem qui mortuum tetigerunt proficere lex mandauit, nō est tacendum. Euidentissimū enim in ea signum noui test. præfiguratur. De hac legitur ī libro Numeri dn̄m dixisse Moysi, Loquere filiis Israel, & accipiant à te iuuencā rufam sine vitio, quæ nec habet in se vitium, & nō est impositum super eā iugum, & dabis eā ad Eleazar sacerdotem, & eiiciēt eā extra castra in locum mundum, & occident eā in conspectu eius, & accipiet Eleazar sanguinem eius, & asperget contra faciem testimonij septies, & cremabunt in conspectu eius, & eius pellis cum carne, & sanguis cū stercore eius cōburetur, & accipiet sacerdos lignum cedrinū, & hysopum, & coccinū, & mittet in mediū cōbustionis iuuēcæ. & congregabit homo mundus cinerem iuuencæ, & ponet extra castra in locū mundū, & erit filiis Israel, & Proselitis legitimum sempiternū. ex isto cinere fiebat aqua aspersionis, vnde mundabātur à contactu mortuorū. Ait enim.

Aug. in li. quæs. Nū.

Omnis enim anima hominis qui tetigerit mortuum, immunda erit septem diebus. hîc purificabitur die tertio & septimo, & mundus erit: si verò non purificatus fuit, non erit mundus. Omnis qui tetigerit mortuū, & mortuus fuerit non purificatus, tabernaculum domini polluit, & exercetur anima illa ex Israel. Item ait, Et accipiens hysopum tinget in aqua vir mundus, & asperget super domum, & super vasa, & super animas. Vitula rufa, est caro Christi infirma. Fœmineus enim sexus positus est propter infirmitatem carnalem. Rufa est, quia passione caro Christi cruentata est. Hanc accipiūt à Moyse, qui est figura legis, quia secundum legem sibi visi sunt occidere Christum, qui secundum ipsos sabbatum soluebat, & obseruationes legitimas prophanabat. Sine vitio est iuuenca, quia immunis à peccato caro Christi. Ad confirmationem autem repetit, dicens, quæ non habet in se vitium, vel ad determinationem. s. quod & si in aliis qui sunt membra eius habeat vitium, in se tamen non habet, & non est positum super eam iugum, quia nō est subiugata iniquitati, imò ei subiugatos inueniens liberauit, & eorum vincula dirupit, & potestatē ponendi animam, & iterum sumendi habuit. Non ad Aaron, sed ad Eleazar data dicitur: quia nō ad tempus quod tunc erat, sed ad posteros illius sacerdotij domini passio erat prouentura. Eiecta est extra castra, sic & dominus extra ciuitatem eiectus est, & eiecta est in locum mundum, quia dominus non habuit causam malā. Occisa est in conspectu Eleazar, sic occisa est caro Christi in conspectu eorum, qui futuri in nouo testamento domini sacerdotes. Eius sanguinem aspersit contra faciem testimonij septies, quia Christus secundum scripturas fudit sanguinem in remissionem peccatorum: ideo contra faciem testimonii, quia non aliter declaratum est, quàm fuerat diuino testimonio prænunciatum: ideo septies, quia ipse numerus ad munditiam pertinet spiritualem. Extra castra iussa est cremari, puto, quia continuatio signum est resurrectionis. Natura enim ignis vt in superna moueatur, & in eum conuertitur quod crematur, & ipsum verbum cremare de Græco in Latinū ductū, secundū Græcū à suspēsiōe dicitur. In cōspectu Eleazar cremata dicit̄, quia illis appa ruit

Augu. in Exodum.

ruit resurrectio Christi, qui futuri erãt regale sacerdotiũ. Pellis eius cum carne & sang. cõ. combusta dicuntur, quia nõ solum substantia mortalis corporis Christi, quæ pelle, carnibus, & sanguine intimata est, sed etiam cõtumelia & abiectio plebis, quę nomine stercoris significatur cõuersa est in gloriã, quam cõbustionis flãma significat In mediũ cõbustionis mittit sacerdos lignum cedrinum, hysopũ, & coccinum. Lignum cedrinũ est spes, quæ in supernis firmiter habitat: hysopus fides, quæ cum sit humilis radicibus hæret in petra. Coccinum est charitas, quia feruorẽ spiritus igneo colore testatur. Hæc tria debent mitti in mediũ cõbustionis. i. in resurrectionẽ Christi, vt cum illo abscondita sit vita vestra. Cinis autẽ. i. reliquiæ combustionis, & interfectionis fama est, quæ secuta est post passionẽ, & resurrectionem Christi. Hunc cinerẽ homo mundus cõgregabat, & in locum mundũ extra castra reponebãt, quia hęc fama apud eos maximè claruit, qui non erant de cõsortio Iudæorum, & erãt mundi ab interfectione Christi, & extra celebrationẽ Iudaicæ cõsuetudinis. Ex isto sinere fiebat aqua aspersionis per quam significatur baptismus, qua mundabãtur homines à cõtactu mortuorum, quia ab iniquitate huius moribundæ, vel morticinæ vitæ per baptismum Christi mundamur. Illa aqua tã proseliti, quàm Iudæi mundabantur, quia baptismus Iudæis, & Gentibus prodest. Hysopo quæ fidẽ significat aqua illa aspergebatur, quia fide mundãtur corda, & sine fide nõ prodest baptismus. A viro mundo, hoc fiebat, quia verè mundi debẽt esse ministri ecclesiæ, qui personã domini portãt. [Et ideò noui testamenti mediator est, vt morte intercedente in redemptionẽ earum præuaricationũ, quę erãt sub priori testamento repromissionẽ accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Vbi enim testamentũ, mors necesse est intercedat testatoris. Testamẽtum enim in mortuis confirmatum. Alioquin nõdum valet, dũ viuit, qui testatus est. Vnde, nec primum quidẽ sine sanguine dedicatum est. Lecto eñ omni mãdato legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinẽ vitulorum, & hircorum, cũ aqua, & lana coccinea & hysopo, ipsum quoq; librum, & omnẽ populũ aspersit dicens, Hic sanguis testamenti, quod mãdauit ad

vos

vos deus. Etiam tabernaculum, & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione, non fit remissio. [Et ideò, quasi obtulit Christus semetipsum, Et mediator est, id est medius inter deum, & homines dator est, Noui testamenti. q. d. põtifex nobis est & dator nouæ legis, sine qua nec sciremus, quæ deus vellet nos operari, nec quæ speraremus. Noui testa. dator est dico, Ideò vt qui, à deo, Vocati sunt. i. ab æterno electi, Accipiant repromissioné æternæ hęre. i. hæreditatem æterná frequenterpromissam. Et hoc Morte Christi, sine qua lex non iuuaret, Intercedente. i. interueniente inter dispositionem & completionem, quæ mors erat necessaria. In redemptionem, non modo Gentîlium, sed etiam earum, Præuaricationum, quæ erãt sub priori test. i. quas faciebat lex non soluebat. tantum vtiq; fuit peccatum nostrum, vt saluari non possemus, vbi vnigenitus dei pro nobis moreretur debitoribus mortis: sed sic dignos nos fecit testaméti, & promissę hæreditatis, & ita testamentũ factũ firmum sicut subsequenter ostenditur. Ecce patens inter testamenta diuersitas. Inter vetus eñ test. & no. in quibus nõ solũ sacraméta sunt diuersa, sed & ꝓmissa, distinctio est passio Christi in cuius morte cõstat, nõ terrena sed ęterna ꝓmitti. In morte enĩ vnigeniti necesse est magna sperari. Vbi enim dixit, quod Christus est dator noui testamenti morte intercedente, nunc quod per confirmationem eiusdem oportuerit eum mori, probat consuetudinem humanæ legis. Poterant enim infirmi ex eo quòd Christus mortuus est, nõ credere promissiones, & ideo hoc probat humana cõsuetudine. q. d. rectè dixi morte intercedéte, quia Vbicunque est testamentum, necesse est vt mors, Testatoris intercedat, id est interueniat ante confirmationem. & verè, Testamentum enim semper confirmatum est in mortuis, per mortem testatoris, sic & nouum testa. i. promissio æternæ vitæ & doctrina euãgelica. Vtrunq; enim nouum test. dicitur, Christi morte cõfirmatũ est. Sicut ergo test. morte testatoris confimatur, sic & tépus in assertione eorum, quæ testabatur se daturum voluit mori, nequis de eis dubitaret, nec aliter poterat nobis esse vita. morte etiam euan-

Aug. in li. de sacrificio vesper tino

euangelium in nobis confirmauit, vt quia pro nobis mortuus est, præcepta eius diligamus & in authoritate habeamus, & per mortem gratiam nobis impetrauit, qua cõplere possimus. Alioquin. q. d. morte cõfirmatur test. Dum. i. quandiu, Viuit, ille, Qui testatus est, potest enĩ mutare si vult. Vnde. s. quia test. morte firmatur, Nec primũ quidẽ, testamentũ, dicatũ est. i. firmatũ, roboratum, Sine sanguine, & hoc in figura futuri, quod sanguine Christi cõfirmatum est, & verè non sine sanguine vetus test. confirmatum est. Lecto enim prius à Moyse vniuerso populo omni mãdato, legis vt totum cõfirmaret. Lecto, inquam, Accipiẽs, ipse Moyses, Sanguinẽ hircorũ, & vitulorũ, mixtum, Cũ aqua, q̃ significat mũdationẽ futurorũ per aquã baptismi, Simul eñ aquã & sanguinẽ accepit, quia nostrũ baptisma ibi figuratũ est, & passio Christi q̃ simul sunt, alterũ enim sine altero non valet. Accipiens, inquam, cum aqua, Et cũ lana coccinea, & cũ hysopo de quibus aspersorium fecit. ipsum quoque legis. Et omnem populum aspersit dicens, Hic est sanguis, confirmator, Testamenti. i. fusus ad confirmandum test. Quod mandauit ad nos deus. Ecce quam ꝓpriè prædixit Moyses verba quibus posteà Christus vsus est in cœna quãdo corpus, & sanguinem suum discipulis suis tradidit, Et etiam tabernaculum, sicut librum, Et omnia vasa ministerij. id est, quæ pertinebant ad ministerium tabernaculi, Sanguine similiter aspersit. ideò sanguine. Et, id est, quia: Secundum legem omnia pene mundantur in sanguine. Pene dicit, quia quædam vasa sola aqua baptizabantur, sed in nobis sine sanguine Christi nihil mundatur interius, & quicquid de aliis sit, Remissio peccati non fit, in veteri lege sine effusione sanguinis, facta in sacrificio aliquo. Hæc determinatio, ideò apponitur, quia per aquam aspersionis quæ fiebat de cinere vitulæ rufæ fiebat remissio peccatorum aliquando, quando non effundebatur sanguis, sed tamen effusus erat in immolatione vitulæ. In illis autem sacrificiis, quamuis magis ea peruerso populo fuerint congruenter imposita quam deo desideranti oblata, figuræ tamen veritatis fuerunt, quæ Christus est, cuius sanguine redempti, & mundati sumus, quia nostra emundatio, & dei propitiatio nobis sine sanguine

Chrysost.

Aug. contra Faust.

guine nulla eſt. Sicut ergo Moyſes ſanguinem prædictorum animalium accepit, vt eo aſpergeret, & mūdaret prædicta: ſic videtur Moyſes. ſ. Chriſtus data noua lege ſuum ſanguinē, qui vitulus dictus eſt propter virtutē crucis, cuius cornibus impios ventilauit, & hyrcus pro ſimilitudine carnis peccati, & quia hoſtia pro peccato eſt, congreſſum cum aqua de ſuo latere, ad hoc opus accepit per aquā, ſcilicet baptiſmū ſignificās precio ſanguinis nos redimēs. lana coccinea q̄ ignei coloris eſt ſignificat ignē dilectiōis Chriſti. Charitas enī Chriſti nobis eſt lana de qua veſtē faciamus. i. qua induamus. Hyſopus qui valet cōtra tumorem pulmonis humilitatem Chriſti ſignificat, qui per feruorem dilectionis, & humilitatem pro noſtra redemptione ſanguinē ſuum fudit, eo ſanguine librum. i. euāgelium ſanctificauit. i. confirmauit, & populū fidelium abluit dicens, Hic eſt ſang. n. teſt. confirmator, quod mandauit ad vos deus. aſperſit tabernaculum. i. eccleſiā de qua dicit Apoſtolus, Templū dei ſanctum eſt quod e. v. & aſperſit. o. va. miniſterij. i. habentes officia in eccleſia. Quia omnes doctiores eccleſiæ in quibus continentur myſteria ſua, & ſanguine redemit, & redemptis ſapientiæ, & ſcientiæ ſpiritum tribuit, & omnia mundantur per ſanguinem Chriſti. & ſine eo nullius fit peccati remiſſio. Poteſt etiā per prædicta populus dei ſignificari. Ipſe eſt enim liber & tabernaculum, & vaſa pro quo effuſus eſt ſanguis precioſus. Inquit enim, Qui ꝓ multis effundetur, hi ſunt populus dei. i. electi qui ſpiritualiter mundantur fuſo ſanguine in remiſſionem peccatorum. alia non mutantur. [Neceſſe eſt ergo exemplaria quidē cœleſtium his mundari, ipſa autem cœleſtia melioribus hoſtiis q̄ iſtis. Non enim in manu facta ſancta Ieſus introiuit exemplaria verorū, ſed in ipſum cœlum, vt appareat nūc vultui dei pro nobis. Neq; vt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos ī ſanguine alieno. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mūdi. Nunc autem ſemel in conſummatione ſæculorū, ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuā apparuit. Et quemadmodum ſtatutum eſt hoībus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium, ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt, ad multorum exhaurienda

pecca

peccata,secundò sine peccato apparebit oĩbus expectantibus se in salutem.] Necesse est.q.d. quandoquidẽ Moyses ita fecit,& lex ita præcipit, Ergo necesse est exemplaria quidẽ.i.figuras,Cœlestium.i.ecclesię quæ ad cœlũ ducitur.i.sanctorum de quibus dicitur, Vestra cõuersatio in cœlis est: Mundari,corporaliter his prædictis. Ipsa autem cœlestia.i.significata per illa.s.ecclesiã quę licet sit in terra tamen cœlestis est,Necesse est mundari melioribus hostiis q̃ istis.i.hostia Christi pluraliter tamen dicit Hostiis quia Christus est omnes illæ hostiæ, quia in oĩbus significatus est,Christus ergo,qui in illis significatus est,nõ indiguit mundari, sed omnes sui, sed tamen signa eius quia in tabernaculo vsum ministrationis præstabant,sanguine mundata sunt. Non enĩ. Probat quod Christus mũdauit cœlestia.i.hoĩes suo sanguine mundatos fecit cœlestes.i. cœlestiũ participes.nã ipse per hostiã suã,Introiuit in cælum,Non enim introiuit Iesus in manufactis sanctis, vel sanctorum,cur nõ?quia illa non sunt vera sancta,sed tantum,Sunt exemplaria.i. figuræ verorum sanctorũ : & verus sacerdos nõ in vmbratilia, sed in vera intrare debuit. vnde addit,Sed,introiuit,In ipsum cœlum,per illa significatum,ad quid?vt nunc.s.post cõsummationem Appareat vultui.i præsentiæ Dei pro nobis.i. vt pro nobis interpellat, ibi,vt præsentia dei videatur sicut est, & post se trahat nos ad eandem videndam. Ecce apertè in his verbis exponit Apostolus meliores hostias,quæ est vna.i.Christus,& nota quia vsus loquendi: sic vellet & approbaret scriptũ esse hîc.s.in manufactis sanctis exemplaribus verorũ,vel in manufacta sancta exemplaria verorũ qualiter, & in codicibus Græcis reperitur, Neq; vt sæpe,probauit,quia Christus per hostiã suam cœlestia mundauit,modo ꝓbat quod melioribus hostiis.i.quod sua hostia fuerit dignior & efficacior omnibus aliis,quia illæ hostię sæpe iteratæ sunt,sine consummatione,hæc semel oblata ad patriam reducit, quasi nunc apparet vultui dei. Neq; verò ita,vt sæpe offerat semetipsum.i.sæpe patiatur in cruce,quia sufficit omnibus semel oblatus,& non est opus per singulas generationes iterari,ꝙ si his nõ sufficeret, neq; antiquis,qui similiter erant redimendi,quod subsequenter ostẽdit, Quemadmo-

Hierony.

Remigi⁹.

admodum.q.d.nō apparet,vt ſæpe ſe offerat. Quemadmodum pōtifex legis intra ſancta ſanctorū per ſingulos annos in ſanguine alieno. Chriſtus autem ſemel in cœlo in ſanguine ſuo. Intuere quantę differentię ſunt inter vetus, & nouum teſta. pro exemplari.i. templo quod ibi erat,eſt hic cœlum. Differt etiam magnus ſacerdos,quia conſiſtit vultui dei ſemper viuus ad interpellandum pro nobis. Ibi ſæpe offerebat,hîc ſemel:ibi in ſanguine alieno,hic in ꝓprio. Idem ergo eſt ſacerdos,& hoſtia. Alioquin.q.d. Nō ſæpe offert dico, Alioquin.i.ſi oporteret eum ſępe ſe offerre. Oportebat eum frequenter pati, incipiendo, Ab origine mundi,quod vtique non fuit opus, quia ſuffecit vna eius oblatio. Si enim ſemel oblatus nō ſufficeret omnium credentium in ſe peccata exhaurire, oportuiſſet eum pati ſæpius ab origine mūdi, quod ne fieret ſemel paſſus eſt in conſummationem ſęculorum. Vnde ſubdit, Nunc autem, per incōueniens prędictum conſtat Quod apparuit patri, per hoſtiam ſuam,non ſæpe, Sed ſemel, oblatam ad deſtructionem Peccati.ſ.vt reatus dimittatur,vt vitium iam non dominetur in nobis, quod nulla alia hoſtia facere potuit. In cōſummationem ſæculorum, in vltima ætate ſæculi in qua ſunt omnia adimpleta,quæ ante erant imperfecta, & ideò non opus fuit,vt inciperet pati ab origine mundi. Et quemadmodū. Item per hoc probatur quod niſi ſemel pati debuit,quia lex naturę hoc omnibus hominibus ſtatuit. q.d. lex etiam naturalis oſtendit, quod per inconueniens probatum eſt. Etiā.i.quia Quemadmodum ſtatutum eſt, hominib⁹ lege naturæ, Semel mori, poſt hoc autem.i.poſt ſemel mori reſtat Iudicium, in quo accipient ſecundum, quod meruerunt.i.vt iudicentur ſecundum merita, nō reſtat,vt iterum ſurgant,& iterum moriētur, ſic & Chriſtus eadē neceſſitate,& iure naturæ, Oblatus eſt,non ſemel ſed ſæpe,aliter eſſet miſerabilior oībus hominibus. nō eſt intelligēdum,quod aliqua peccati ſui neceſſitate oblatus ſit, etiam ſemel imò ſola volūtate. Verum,vt homo ſemel moritur neceſſitate, & iure naturæ amplius non moritur, ſic & Chriſtus eodem iure ſemel oblatus non poteſt amplius mori,ſed nec indigemus,quia illa vna oblatio ſufficit, Ad exhaurienda pec. Non dico omnium, Sed multorum,quia

Ambroſi.

non omnes credunt. Secundo, autem aduentu veniens ad iudicium, Apparebit expectantibus se in salutem eorum, quia non necessitate, sed voluntate pro peccatis mortuus est. Apparebit dico, Sine peccato, scilicet sine similitudine carnis peccati, sed potius in carne gloriosa. Vel, Apparebit, scilicet pec. id est ita quod tunc non erit hostia pro peccato, sed iustitia in remunerando, vel damnando, & si nec in die iræ hostia erit multo minus in aliis temporibus.

CAPVT X.

VMbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos eisdẽ ipsis hostiis, quas offerunt indesignenter, nunq̃ potest accedentes perfectos facere. Alioquin cessassent offerri, ideò q; nullam haberent vltra conscientiam peccati cultores semel mundati. Sed in ipsis cõmemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. Ideò ingrediẽs mundum dicit. Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata, & pro peccato, nõ tibi placuerunt.] Vmbram enim. Probauit quod semel mortuus est Christus: sed quare, vel semel, quia lex nõ poterat perfectos facere, ideò agnus sine macula erat offerẽdus. q.d. oblatus est Christus ad exhaurienda peccata, & ita opus erat: quia Lex habens vmbram futurorũ bonorum. i. extraneam similitudinem eorum bonorum, quæ futura erãt, Non ipsam imaginem rerum, quæ melius exprimit rem quam vmbra, id est non ipsam veritatem, vt in pictura vsquequo ponat quis colores, vmbra quædam est. subtractio enim vmbra quædam nõ imago, cum vero flores ipsos colorũ, quis imposuerit, tunc imago efficitur. Lex ergo vmbram habens nõ imaginem, Nunquàm potest facere perfectos virtutibus, & beatos pontifices accedentes, Per singulos annos, in sancta sanctorũ, Cum iisdem hostiis, qua lex præcipit, Quas offerũt indeficienter. i. licet indesinenter offerrẽt, & semper facerent. Alioquin. i. si perfecti fierẽt. Cessassent, illæ hostię, Offerri. ideò vtique, Quod cultores semel. i. perfectè vna hostia mundati, Nullam conscientiam peccati, sed illis semper oblatis semper habent. Chrysost.

Vna

Vna autem hostia Christi perfectos facit, etiam si milies peccāt, non indigēt alia quia sufficit ad omnia & omnem conscientiā à peccato lauat, quod non vetus, Si enim hoc faceret vetus non esset opus iterari. Sicut medicamentum cum fuerit forte, & salutis efficax, & valens cunctam valitudinem replere semel impositū totum operatur: si verò semper apponitur manifestum iudicium est non cōtulisse: sic, quia illis sacrificiis nemo curabatur frequenter offerebantur, quia enim prima hostia nil valebat, ideò etiam secundo offerebatur, quę quia nil proficiebat, offerebātur & alia. erat enim hostiarum frequentatio, non culparū consumptio. Sed potius in ipsis, hostiis, Per singulos annos, oblatis, Fit cōmemoratio peccatorum, quia pro eis offerūtur, & ita constat habere peccatum offerentes illas hostias in quibus Est cōmemoratio peccatorum, nō absolutio infirmitatis: accusatio nō virtutis ostēsio. ꝓpter infirmitatē ergo ostēdēdā, & vt memoria peccatorū fieret, imperauit deus illa semꝑ offerri. Quid ergo nos? Nōne per singulos dies offerimus? offerimus quidē. Cęterū, & si nos quotidie offeramus ad recordationem mortis eius faciamus, & vna hęc hostia est nō multæ, quia semel tātum oblata est: Hoc autem sacrificium exemplū est illius, inidipsum semper offerimus, nec à multis hoībus multi Christi offeruntur, sed vnus vbiq; est Christus. & hîc plenus existens, & illic plenus. vbiq; vnum est corpus quod offertur, ita & vnū sacrificium non multa, pontifex noster hostiā mundantē, nos obtulit: ipsam nos offerimus, & nunc & tunc oblata nunq̄ cōsumi potest. quod nos agimus, recordatio sacrificij est. nec causa suæ infirmitatis repetitur, quia perficit hominē, sed nostræ, quia quotidie peccamus. In legalibus ergo hostiis erat cōmemoratio non abolitio. hîc autem peccatorū deletio, & virtutis cōsummatio, & infirmitatis nostræ ostēsio: & celebratur duabus de causis. s. & pro nostra infirmitate, vt dictum est, & vt maior Christi dilectio nostris infigatur mentibus cum recolimus, quanta ꝓ nobis gessit. Impossibile est. q. d. in ipsis cōmemoramus nos esse in peccato, Nā impossibile sanguine taurorū & hircorum auferri, peccata. Ideò &c. q. d. quia Christi hostia sufficit, & vetus test. perfectū non facit. Ideò, ad confirmandum nos,

Chrysost.
Ambrosi.

Deus

Deus ingrediens mundum.i. homo factus per quod visibilis in mundo apparuit, Dicit, verbis vel rebus loquẽs patri sic, ô pater, Hostiam, de animalibus, Et oblationem, de aliis, Noluisti, à tempore passionis, Corpus aũt, quod præ omnibus sacrificiis est. Aptasti mihi.i. aptum & idoneum corpus mihi dedisti, quia sine peccato, & passibile & mortale, quod valeat offerri in redemptionem omnium. Ablata ergo sunt signa, quia exhibita est veritas, tunc cum tempus fuit, vt illa auferrentur, & veritas veniret, nec vnq̃ in odorib⁹ illis delectatus est dñs, nisi in fide & desiderio offerentis, præcepit tamen hæc sibi offerri potius q̃ offerrentur idolis, imposuítq; in seruitutem, nec in iustificationem. & vt figura essent futuri, de quorũ reprobatione adhuc addit, dicens, Holocaustomata, quę aliis sacrificiis digniora videbantur, quæ tota cõburebantur, Et pro peccato, fiebant. quædam enim non pro peccato fiebãt. Illa, inquam, quæ cæteris erant digniora, Non tibi placuerũt, ex quo veritas venit. A tempore enim passionis in qua cõsummatio omniũ hostiarũ cœperunt illa displicere, antè nunq̃ ea destruxit, sed illis subditus fuit, dũ in templo, cũ hostiis fuit pręsentatus, In figuris illis veritas pręnunciabatur. celebrabant figuras futuræ rei, multi sciẽtes, sed plures ignorantes: quæ cessare debebant re exhibita. vnde subdit. Hierony. Augu. in psalmo. 3.

[Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt faciã deus voluntatem tuã. Superius dicẽs, quia hostias, & oblationes, & holocaustomata, & ꝓ peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi, Ecce venio, vt faciã deus volũtatem tuã: aufert primum vt sequẽs statuat. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et omnis quidem sacerdos præsto est, quotidie ministrãs, & easdem sæpe offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata, Hic autem vnam pro peccatis offerens hostiã in sempiternum sedet in dextera dei, de cætero expectans, donec ponãtur inimici eius scabellũ pedũ eius. Vna eñ oblatione consummauit in sempiternũ sanctificatos. Contestatur autẽ nos & spiritus sanctus. Postq̃ enim dixit, hoc autẽ testamentũ, quod testabor ad illos, post dies illos dicit dñs, dabo leges meas in cordibus eorũ, & in mentibus eorum

ſuperſcribam eas, & peccatorū & iniquitatum eorum iam nō recordabor amplius.] Tunc.ſ.quando vidi omnia illa diſplicere tibi,& corpus idoneum adhoc mihi datum, Dixi,ecce,ſine aliqua retardatione venio ad me offerendum ipſe offerens,ipſe oblatio eſt: cuius rei ſacramentū quotidianum voluiſſe eſſe eccleſiæ ſacrificiū:huius veri ſacrificij multiplicia variáq; ſigna erant ſacrificia priſca. Per illa multa ſacrificia, hoc vnum ſignificabatur, quaſi multis verbis vna res diceretur,vt ſine faſtidio multum cōmendaretur,huic ſummo veroq; ſacrificio cuncta ſacrificia ceſſerunt,vt in ipſo ſacerdote, ac ſacrificio fieret peccatorū remiſſio.i.per hominē Chriſtū. Vnde ait, Venio,ad me offerendum, Vt faciā,& compleā, Voluntatem tuā.ſ. vt quod lex non potuit per me cōpleatur:quia tu es deus meus,inquantum homo ſum.ideò venio ad implendā voluntatem tuam. Quia ita ſcriptum eſt.i.præfinitum, De me capite libri.i.conſilio deitatis, quæ eſt meum caput, qui ſum liber humani generis in quo legāt omnia ſibi neceſſaria,& ideò non eſt opus lege. Vel ſcriptū eſt in ca.li.i.in.j.pſal. Beatus vir,qui caput pſalterij dicitur. Superius dicēs,quid ſentiat de illa ſcriptura Apoſt.aperit hic.q.d.non ſolū notat veteres hoſtias hæc authoritas nō feciſſe perfectos,ſed ſolam hoſtiā Chriſti etiā abolitionem vet.teſt.& cōſtitutionem noui,ſi diligenter notātur verba, quia ſuperius propheta,Dicens oblationes & holocauſta,& ꝓ peccato iam Noluiſti,& ſi prius, Nec placita ſunt,tibi. Quę tamen offerentur ſecundū legem,hoc dicit, ne viderentur ideò diſplicere,quia nō ſecundū legē offerent̄.hæc, inquā,dicēs, addit,Tunc dixi, Ecce ve. vt faciā deus vo.tuā.& hæc dicens, Aufert primum ſacrificium,& cū eo vetus teſt.quod per Moyſen datum eſt,vt ſtatuat quaſi ſtabile, Sequens.i. nouum ſacrificium,& cū eo no.teſt.i.euangelium. In qua voluntate.i.in ſui oblatione ſecundum voluntatem dei facta, Sanctificati ſu.i. peccatorum purgatione facta reconciliati deo.ſ. Per oblationem corporis Ieſu Chriſti,ſemel factā,& ideò hoc ſtatuto primum cadit,quia hoc non potuit præſtare. Et omnis. Amplius exponit virtutem huius hoſtię.& ne videretur ſanguis per pontifices ſemel in anno oblatus minus profuiſſe, Et ſacrificia quotidie, facta

per

per sacerdotes perfectos facere, hoc addit.q.d. Pontifex per singulos annos offerens non peruenit ad consummationem: sicut etiam Omnis quidem sacerdos, legis, præsto est vt spontaneus, Quotidie ministrans, orationes & munera multa, & easdē hostias de animalibus, Sæpe offerens, quia non integre mundant. Vnde subdit, Quę nunquàm, id est nullo tempore quantumcunq; fiant, Possunt auferre peccata, à conscientia. Nota quòd ministrare est famulorum, sedere est dominorū. ideò illos famulos ostēdit Apostolus, Christum verò dominum, quem subsequenter dicit sedere. subdens, Hic autem. s. Christus, cuius hostia sufficiens est, Pro peccatis, omnium offerens, Vnam hostiam, quæ saluare potest peracta obedientia, Sedet. i. quiescit & regnat, In sempiternum in dextera dei. i. in potioribus bonis. non enim iterum laborare, & iterum offerre eget. Bene ergo potest consummare, qui sic meruit exaltari. Sedet dico, De cætero. i. de eo quod restat. s. de gloria bonorum & pœna malorum, Expectans, non ita vt aliquid pro sua, vel suorum imperfectione patiatur, sed sine sui passione differt & tolerat, Donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius, id est plenè subiiciantur & appareāt, subiecti ei. hoc & modo potest facere, sed patitur vsq; ad cōmune iudicium, nisi inimici verè scabellum eius erūt, quia & si modo repugnant ei, & non videantur subiici, tūc omnibus apparebunt ei subiecti cuius imperio suberunt pœnis. Vna enim, ideò vnam tantum obtulit hostiam, Quia vna oblatio est, & à pecato sanctificauit electos: Et sanctificatos, in omnibus virtutibus, Consummauit. & hoc, In sempiternū, scilicet quandiu durabit hoc sæculum. Contestatur autem. q.d. Non solum ego hoc affirmo, Sed etiā sanctus spiritus contestatur nobis. i. verba nostra confirmat de sanctificatione. Postquàm enim. q.d. Verè testatur, vera enim quæ promittit, & nō nisi iusta præcipit. i. no. test. postq̄ dixit spiritus sanct. in Hieremia. Hoc autē est test. no. s. quod testabor ad illos post dies illos, mihi prænunciatos, Dicit dominus, addidit, Dando. q.d. postq̄ illud dixit. s. quod nō valet ad probationem nostram, adiecit hæc alia quæ corroborant vtrunque quod diximus. s. Dando leges meas, quod pertinet ad cōsummationem. Et iterum,

Peccatorum eorum iã non record.amplius,quod pertinet ad sanctificationẽ,& ita per authoritatem Hieremiæ, confirmat vtrunq; quod dixerat.literam sic prosequere,testabor dico,Dando leges meas,nõ sicut patribus dedi in tabulis lapideis,sed in cordibus.i.intellectibus illorum, Et in mentibus.i.in voluntatibus , Eorum superscribã eas.s. præcepta mea.non dicit scribã,sed superscribã, quia leges illæ super vires hominis sunt in quarum.s.cõpletione nullus sufficeret,nisi ope gratiæ.Ecce in his dicitur,quod cõsummat virtutibus,deïnde subdit de sanctificatione dicẽs, Et peccatorum,quæ in se,Et iniquitatum eorum, quæ cõtra proximum fiunt. Iam.i.post tẽpus gratiæ, Non recordabor,ad æternam pœnã,Amplius.s.nec in futuro. Ecce hîc dicitur,quod sanctificat. Vel ita distingue literã eadẽ manẽte sententia. Postq̃ dixit hoc est test. qđ te.ad il.post di.il.dicit do. Testator dico, Dabo leges meas in cordibus eorum,& in mẽtibus eorum superscribã eas, subintulit,Et peccatorum & iniquitatũ eorum iã nõ recordabor am.& ideò iã non est necessaria hostia. quod aperit subdens, [Vbi autẽ horum remissio, iam nõ est oblatio pro peccato. Habentes itaq; fratres fiduciã in introitu sanctorum in sanguine Christi,quam initiauit nobis viam nouã & viuentẽ per velamẽ.i. carnem suã, & sacerdotẽ magnũ super domum dei,accedamus, cum verò corde in plenitudine fidei aspersi corda à cõscientia mala,& abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ cõfessionem indeclinabilẽ. Fidelis enim est, qui repromisit. Et consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operũ, non deserentes collectionem nostrã , sicut consuetudinis est quibusdã,sed consolantes,& tanto magis, quãto videritis appropinquãtem diem. Voluntarie enim peccãtibus nobis,post acceptã notitiam veritatis,iam nõ relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædã expectatio iudicij,& ignis æmulatio,quę consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi , sine vlla miseratione duobus,vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei cõculcauerit,& sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est , & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus

enim qui dixit, Mihi vindictam, & ego retribuã. Et iterũ, Quia iudicabit dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Rememoramini autẽ pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum, & in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti, in altera autem socij taliter conuersantium effecti.] Vbi autem. Hîc ostendit, quod non solũ ex hac authoritate videri potest, quod Iesus sanctificat & consummat, sed etiã quod oblatio iã post tẽpus gratiæ non est facienda pro peccato, quia facta est remissio. q. d. Ecce hîc dicitur remissio peccatorum facta. Vbi autem horum iã remissio non est facienda. Oblatio pro pec, i. cessat oblatio legalis. Habentes itaq;. Finito grandi sermone de põtifice magno eiúsq; noua lege & sacrificio, quæ veterib⁹ prætulit, subditur moralis instructio, in qua eos hortatur ad multa, sed maximè ad fidem, patientiã, pacem, munditiã, & fraternitatis charitatem, & infert ex omnibus superiorib⁹. q d. quia vna hostia cósummat, & quia nobis est. s. or. m. & quia ostensa est tanta distantia, quod illa minora hæc maiora sunt: itaque, O fratres, habemus, Fiduciã in introitum sanctorum in sang. Christi. i. certi sumus quod intrabimus in sancta sanctorum cœlestia per sanguinem Christi, Quam viã. i. quem introitum, Nunciauit, nobis Christus, qui primus ascẽdit, & per hoc certi sumus de nobis. Viam, dico, Nouam, quia nullus ante illum intrauit, Et viuentẽ. i. permanentem, peruiam, quia posteà nulli fidelium clausa fuit, & illã viam aperuit, & per viam cõseruauit. Per velamẽ. i. per carnem suã, quæ dicitur velamen, quia ipsa caro velabat, & celabat deitatẽ. Vel ideò dicitur velamen, quia sub velamine fidei sumitur à fidelibus. q. d. per hoc permanet via illa peruia, quia sumunt fideles, vt viaticum carnẽ Christi velatã omni sensui. Videtur enim panis, & tamen verè est caro Christi: quod fit vt augeatur fidei meritũ, quia non habet fides meritũ cui humana ratio. i. humanus sensus prębet experimentũ. Per ve. ergo, i. carnẽ quæ velata sumitur, permanet via peruia, & per hoc quod ille sacerdos semper interpellat ꝓ nobis. Vnde subdit, Et per sacerdotem. s. Christum præ oĩbus, Magnum super domũ, i. populum Dei, & hanc, Habẽtes, Chrysost.

fiduciã, Accedamus. Vel ita, Et sacerdotẽ magnum.q.d. Habemus hanc fiduciam,& hanc habentes,& habentes sacerdotem magnum super do.dei.s.qui semper viuit ad interpellãdum pro nobis, Accedamus, ad introitum sanctorum, Cum vero corde.i. cum vero intellectu & non simulato.& si hoc non potest esse,saltẽ accedamus in plenitudine fidei.i.in plena fide. Quia nihil horum iam est visibile, nec sacerdos, nec hostia, quod & debemus, & possumus, quia sumus Aspersi corda.i.spirituali aspersione habemus corda mundata, A conscientia mala.i. à cõscientia prauitatis. Illi verò corpora tantum habent abluta, Et abluti sumus corpus aqua munda.i.peccatũ corporale.s.originale, quod per carnis cõcupiscentiam trahitur ablutũ est aqua baptismi.per hoc ostenditur quòd nõ fides sola,sed bona vita,cum virtutibus quæritur.indè hortatur ad ea quæ cõueniunt fidei,subdens, Teneamus.q.d.& quicquid occurrerit, Teneam⁹ indeclinabilẽ, vt nõ ad terrena declinem⁹,
Ambrosi. Confessionem spei nostræ,quæ est de æternis.i.teneamus confessionem,& spem quæ est causa eius,quæ spes non est vacua,non cõfundit. Fidelis enim est.i. verax in promissis deus,qui repromisit ea quæ speramus:& sicut deus fidelis est in promissis: ita nos sibi vult fideles esse in promissis nostris. Teneamus dico, Et consideremus,inuicem.alter.s.alterum,non vt inuideat & insidietur,sed In prouocatione charitatis,quæ in animo est: Et bonorum operũ, scilicet, vt alter alterius exemplo prouocetur ad dilectionem,& benè operandum. Et est sensus, Fidem & confessionem habeamus quantum ad nos,& consideremus inuicẽ.s. perfecti minores eos hortando, & minores perfectos imitando eos. Consideremus nos inuicem dico, Nõ deserentes,tempore persecutionis, Collectionem nostrã.i.collectos in fide nobiscũ, sicut est Consuetudinis quibusdam vestrum, qui vel timore persecutionis cedunt, vel propria præsumptione à peccatoribus vel imperfectis, vt iusti videantur recedũt. Culpat ergo scindentes vnitatẽ charitatis,quasi inter alios non possent habitare causa sanctitatis suæ,qui potius suo exẽplo debuerunt cõsolari alios. Vnde subdit,sed potius Consolãtes eos,cõsolatur laborantẽ,qui pariter in labore consistit,quia subleuatio laboris est visio
collabo-

collaborantis,vt in itinere fit:& tāto magis consolemur, Quanto,magis, Videritis,diē retributionis par passionē, Appropinquantē.q.d.quo propiores estis fini, & præmio retributionis,aut tāto magis instate,ne quis culpa vestra desit. Voluntarie enim.q.d.charitas vtique tenenda est,& à malis cessandum, Voluntarie enim pec.nob.i.nobis in voluntate peccandi manentibus: Non relinquitur hostia pro peccatis.i.non prodest Christus qui est hostia, ꝓ peccatis.nō relinquitur dico iam.f.in hoc præsenti, per quod constat,quod nec in futuro.nō relinquitur iam dico, Post acceptam notitiam veritatis,i.postq̃ venissemus ad fidem per quā quidā securi sunt,quasi nunq̃ perituri sint. Et attēde ꝙ non ait volentibus peccare, Sed voluntariè peccantibus,quia voluntaris , est qui in aliquo assiduus est, volēs qui ad tempus. per hoc ergo significat perseuerantes vsq; in finem. Vel ita, Iam non relinquitur hostia ꝓ peccatis.i. Chrysost. nōn iterum immolabitur Christus,qui est hostia pro peccatis.i.non relinquitur locus secundæ hostiæ, sicut in veteri lege datum est sæpius offerri hostias pro peccato. Nō enim Christus iterum immolādus est ꝓ peccato, quod semel factum est,& secundo nō est opus,sed magis opus est manere in fide & veritate. ꝙ si non facis,iudicium damnationis te expectat,nisi per pœnitentiam renouaris.& ideò subdit, Terribilis autē. Sed sciendum,quod hîc quidā exurgunt horum verborum occasione pœnitentiam auferētes,quasi per pœnitentiam nō valet peccator post lapsum surgere secundò & tertiò,& deinceps. Verum in hoc pœnitentiam non excludit,nec propitiationē quæ fit per pœnitentiā. Non enī inimicus est ita salutis nostræ, sed secūdum excludit bapismū. non enim dicit,nō est vltra pœnitentia vel remissio,sed hostia.i.crux secunda quæ vna suffecit, volens ne vltra hoc expectemus, sed pœniteamus. Terribilis autem.q.d.nō relinquitur h.pro pec.sed relinquitur quædā terribilis Expectatio iudicij, hæc pœna interim est. Et ignis æmulatio.i.infestatio.i. ignis infestās, Quæ consumptura est aduersarios Christi, quod probat per minus.nam quis. Faciens irritam.i. præuaricās legem Moysi, Duobus, vel tribus testibus, conuictus, Sine vlla miseratione moritur, morte quam lex præcipit. Quid Hierony. ergo

ergo illi facient contra quos perhibebunt angeli testimonium & sancti & ꝓpria cōscientia? q.d. multo grauius punientur, Vnde subdit, Quanto, ergo magis, Illum putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit.i. vilipenderit si non sufficere credat ad salutem, sed animalia; Et sanguinem Christi, confirmatorem no.test. Pollutum duxerit.i.peccatū purgare nō valenté? In quo tamen sanctificatus est.i.remissionem accepit, & ita contra eum grauiter peccat. Poll.enī sanguinē Christi ducit, qui per carnales obseruantias credit peccata dimitti, à quibus retrahit nos sanguis Christi: ita pollutus est, & nos polluit, si ab eo vnde est remissio nos retrahit. Et spiritui gratiæ, id est spiritui sctō gratis dato, vel qui dat gratiam, Contumeliā facit, spiritui cōtumeliā facit, qui remissioné quam ipse spiritus facit ascribit carnalibus obseruantiis, vel qui eum male viuendo à se abiicit. Vel cōculcat ille Christū, qui libere peccat absq; timore & pœnitentia, & qui eo indigne participat, sanguinē pollutum ducit, si ab eo mūdatus ad vomitum redit & pœnitere negligit. Spiritui est iniurius, qui eius beneficium grate nō suscipit. Scimus enī. q.d. Verè talis punietur. Scimus enim illum.i. quàm verus & potens est ille, Qui dixit mihi, seruate, Vindictam, iniuriarum vestrarum, & ego Reddā. Si alienas vindicat iniurias, Et suas, iterum scriptura dicit, quia dñs iudicabit purgando, separádo à malis, Populū suum, quanto magis puniet inimicos, Horrendum. quasi dicat, Dominus puniet inimicos & non leniter, Et ideò horrendum est incidere in manus Dei, id est, Incidit ille qui nō prouidet, sed subito deprehenditur. Dei dico, Viuentis, scilicet, qui semper est efficax, & potens facere quod vult. Rememoramini, sicut optimi medicorum, cum alios secuerint, & per incisionem doloris augmentum fecerint, solatium mitioribus medicaminibus afferunt & remedium: illi loco, vbi dolor inest & perturbatam refouent animam: sic Apostolus facit postquàm concussit animas eorum terruit, refouet eos per laudem priorum, scilicet rememorando priora eorum bona, vt facilius excitet ad cætera. quasi dicat, vt autem non incidatis in manus dei, Rememoramini pristinos dies. quasi dicat, diu est quod credidistis, & ideò magis

magis assueti estis. In quibus,diebus vos, Illuminati, fide, pro qua venit tribulatio, Sustinuistis magnum certamen passionũ, Passiones enim quasi contra eos certabãt vt patientiá & fidem extorquerent. Si autẽ rudes sustinuerunt, si modo deficiũt. passiones autẽ erant eis, tum ex propriis doloribus, tum ex doloribus aliorum quibus cõpatiebantur. vnde subdit, Et in altero. q. d. sustinuistis magnũ certamen, & ita magnum certamen, Et. i. quia, In altero quidem. i. in altera parte certaminis. s. In opprobriis & tribulationibus propriis, vos ipsi patientes. facti estis, Spectaculum omnibus, quod grauissimum est. Graue enim est opprobrium, sed grauius est cũ spectaculũ omnibus fit, & nõ secreto exprobratur. In altero autẽ. i. in altera parte certaminis. s. in dolore quem habetis pro aliis, estis effecti Socij taliter conuersantium. i. assiduè patientium, quo exemplo pati debetis. i. compassi estis apostolis, & aliis huiusmodi. Et est sensus, Certamẽ passionis sustinetis, & in ꝓpriis passionibus, & in cõpassionibus aliorum, & hæ sunt duæ partes certantium contra vos passionum, & verè socij facti estis. [Nam & vinctis compassi estis, & rapinã bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorẽ & manentem substantiã. Nolite itaq; amittere cõfidentiã vestrã, quæ magnã habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatẽ dei facientes reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulumq; qui venturus est veniet & non tardabit: iustus autem meus ex fide viuit. Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos aũt nõ sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ, Nam & vinctis, qui nõ poterãt sibi necessaria quærere, Cõpassi estis, subministrando necessaria, pro qua causa vestris vobis oblatis cõpassi estis. Et hoc est ꝙ subdit, Et rapinã bonorum vestrorũ suscepistis. q. d. donum dei. & hoc, Cum gaudio, quia sperastis meliora. s. æterna. vnde subdit, vos dico, Cognoscentes, vos habere meliorem, Et manentem substantiam. i. vitam æternam. Nolite. q. d. quia sic passi estis & confisi de substãtia meliori & manente. Nolite dico, Amittere, per impatientiã, Confidentiam vestram, quæ non modo in futuro habebit, sed etiam iam,

Haber

Habet, dum sperat, Magnam remunerationě, & ideo non est leuis eius amissio. Ad hoc autem vt non amittatis hoc vnum vobis opus est.s. patientia. Patientia enim nobis est necessaria. hîc ostendit quomodo iam nō amittatur, confidentia.s. si patientia habeatur. In patientia enim (inquit) dominus.po.a.v. Ideo ait, Patientia nobis necessaria est, ideo vt per eam Voluntatem Dei facientes reportetis in futuro, qui hîc seminatis, Promissionem.i. vitā ꝓmissam. Adhuc enim.q.d. tenenda est patientia: nā nec longa est. tribulatio verò vehemēs. & hoc est quod ait, Adhuc enim modicum.i. paruo tempore, Et aliquantulū.i. non vehementer patiendum est & mox, Qui venturus, quandoque, Veniet, retributor, & nō tar. quia in martyribus post mortem statim gloria datur, in quibus nihil purgandū est per quod differantur à gloria. Iustus autem. Hîc dicit quod ꝑ solam fidem si patiendi necessitas non ingruat, salus datur ad quod confirmandum inducit verba dei loquentis per prophetā Abacuc.q.d. nō solū ille qui patitur, sed etiā qui solam fidem habet si non imminet passio saluabitur. quia ita dicit dominus per prophetam, Iustus meus.i. apud me est aliquis, Ex fide, per hoc, Viuit.i. viuet in futuro vita ęterna quam meretur fide, Ecce quantū valet fides quæ sola saluat, & quod ex fide viuat per cōtrariū ostendit, quia si subtrahit se à fide, nō viuit. Vnde subdit, Quod si se subtraxerit. Vel ita, Iustus aūt.q.d. Veniet dominus & nō tardabit. interim autem dicit dominus. Iustus meus.s. qui per me est iustus, nō per carnales obseruantias, Venit ex fide, non per speciem, & ideo hæc ne quærat coronam, sed ferat laborem. Quod si.q.d. Verè ex fide est vita, quia acquisitio est animæ, & verè, Quòd.i. quia, Si subtraxerit se, aliquis, Non placebit animæ meæ.i. voluntati dei. Nos autē. q.d. ille qui subtrahit se à fide, viuet. Nos aūt non sumus filij subtractionis in perditionem.i. apostasiæ, per quā perditur anima, quia nondū prorsus apostatauerant, sed fide geniti erāt. Vnde subdit, Sed sumus filij dei, quæ valet, In acquisitioně, & ideo nūc nō debēt se subtrahere à fide. vel, Nō sumus filij subtract. in per.i. paganorū infidelium qui perdendi sunt, Sed fidei in acquisitioně animæ.i. filij prophetarum fidelium, quorū fides est in acquisitione animę.

CAPVT

CAPVT XI.

EST autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparētium.] Est autem fides, quia de fide cœpit agere eius dignitatem, & vsum ipsius fidei assignatione, & plurima exemplorū luce ostēdit, & est hîc laus & cōmēdatio fidei, cuius descriptionem ponit in qua tria notat. s. quid efficiat in nobis, & quod fundamentum est omniū bonorū, & quod de nō apparentibus est, de qua in epistola ad Romanos plenè dixeramus. & ideo hoc breuiter perstringamus. q. d. Iustus ex fide viuit. Est aūt fides substantia rerum sperandarum. i. causa quæ res sperandas faciet quandoq; subsistere in nobis. quod est dicere, faciet nos cōsequi futura bona. & propriè dicitur fides substantia, quia sperādis substat, & facit ea esse in credente in alia vita, & quia fundamentum est omniū bonorum quod nemo mutare potest sine quo non est bona ædificatio. Vel, Fides est substantia rerū sperandarū. i. speranda iam etiā in hac vita facit esse in corde credentis. per eam enim futura bona quasi iam sunt in nobis, quia facit subsistere in anima nostra ea quæ non videntur de quibus propriè fides est. De visis enim nō est fides, sed agnitio. hæc est laus fidei, si quod creditur nō videtur. Nam & Thomas cui dictum est, quia vidisti credidisti: nō hoc credidit quod vidit, sed aliud vidit & aliud credidit. Vidit enim hominē, credidit deū. cernebat quippe & tangebat carnem viuentē quam viderat morientē, & credebat deum ipsa carne latentem. Credebat ergo mēte quod nō videbat, per hoc quòd sensibus corporis apparebat. Si autē dicūtur credi quæ videntur, sicut dicit vnusquisq; oculis suis credidisse, nō ipsa est quæ in nobis ædificatur fides, sed ex rebus quæ vidētur agitur in nobis, vt ea credātur quæ nō videntur. Et est argumentū vel cōuinctio nō apparentiū. i. præmōstratio & certitudo, & probatio rerū quæ nō apparēt, quia si quis de eis dubitat per fidē probantur, vt adhuc probatur futura resurrectio, quia ita crediderunt patriarchæ, Apostoli, & alij sancti. Probatio ergo rerū quæ nōdū sunt, fides est, quia si quis cōsideret Abrahā & alios quid merito fidei acceperūt, idē de se pōt credere & sperare. [In hac em̄ testimoniū cōsecuti sunt senes. Fide intelligim⁹ aptata esse secula

Chrysost.

Chrysost.

cula verbo dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierēt. Fide plurimā hostiā Abel quàm Cain obtulit deo, per quā testimonium consecutus est esse iustus: testimoniū perhibēte muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.] In hac enim. q. d. Verè fides est causa rerū sperandarum, quia est causa iustitię per quā sunt sperāda. & hoc est quod ait, In hac enim. i. propter hanc fidem, Senes. i. antiqui patres, Sunt consecuti, à deo vel ab hominibus, Testimoniū, iustitiæ, quia propter fidē deus testatus est esse iustos. Senes dicit non quia senes essent ætate, sed quia antecessores horum, & sic constat fidē nō esse nouā cū antiqui tenuerūt eam. Fide intelligimus. Exēplis vtitur ad commendationem, & ad ostendendū quod nō de apparentibus sit fides. q. d. Fides est argumentū non apparēt. i. credere debemus quæ nō apparent. Sicut fide tantū intelligimus sæcula esse aptata. i. sapienter disposita, Verbo dei. i. præcepto dei: ita vtiq;, vt Ex inuisibilibus: i. ex informibus elementis, Visibilia formata fierent. Ante enim quàm deus rerum omniū formas locis, & sedibus suis ordinata distinctiōe disponeret, tenebræ erant, & erant inuisibilia elementa, sed in eorum separatione nata est lux. Prima ergo materia facta est confusa & informis, vnde omnia fierent quæ distincta & formata sunt quā credo à Græcis chaos appellari: & ideo rectè Deus creditur oīa de nihilo fecisse, quia etiam si oīa formata de ista materia facta sunt, hæc ipsa tamē materia de nihilo facta est, quā Moyses significauit dicēs, In principio fecit deus cœlum & terram, &c. Informem enim materiam & cōfusam quæ chaos dicta est, vnde omnia facta sunt, noībus cœli & terra quæ inde futura erant significauit. i. noībus visibiliū rerum propter infirmitatē paruulorum, qui minus idonei sunt īuisibilia apprehendere, & tūc erant tenebræ. i. lucis absentia. Nō enim tenebræ aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia, sicut silentiū nō aliqua res est, sicut in corpore vbi tegumentum nō est, nuditas dicitur, sicut & inanitas nō est aliquid, sed locus vbi corpus non est, inanis dicitur. Hæc eadē informis materia etiam terra inuisibilis & incōposita appellata est: terra ideo, quia inter omnia elementa mūdi, terra minus speciosa est q̄ cætera: inuisibilis autē, propter obscuritatem: eadē materia informis

Aug. contra Mani.

mis etiam aqua dicta super quam ferebatur spiritus domini, sicut superfertur fabricandis rebus voluntas artificis. Ideo verò aqua dicta illa materia, quia omnia quæ in terra nascuntur, siue animalia, siue arbores vel herbæ, & similia ab humore incipiunt formari atque nutriri. Eadē etiā materia dicta est abyssus, quia confusa erat & cōmixta specie carens. Hæc ergo omnia cœlum & terra: terra inuisibilis & incomposita & abyssus cū tenebris, & aqua super quam ferebatur spiritus, illa informis materia vocata est, vt res ignota notis vocabulis infirmaretur imperitioribus & non vno. Nam si in vno, hoc esse putaretur quòd consueuerant hoīes in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo omnibus nominibus significata est materia illa inuisa, & informis, quæ nulla specie cerni atq; tractari poterat, de qua deus condidit mundum quem significat Apostolus dicens, Visibilia ipsa verò informē naturā significat dicens, Ex inuisibilibus, vel per inuisibilia significatur mundus inuisibilis, qui erat in dei sapientia, ad cuius similitudinē factus est hîc visibilis mūdus. hæc vtiq; visibilia anteq̄ fierant non erant. Quomodo ergo deo nota erant quæ non erant? Et rursus quomodo ea faceret quæ sibi nota nō erant? Non enim quicq̄ fecit ignorās. Nota ergo fecit, nō facta cognouit. Proinde anteq̄ fierēt & erant & nō erant. Erant in dei sciētia, nō erāt in sua natura. Ipsi aūt deo nō audeo dicere alio modo innotuisse cū ea fecisset quā illo quo ea nouerat vt faceret, apud quem nō est transm. nec vi. ob. ideo ait, vt Ex inuisibilibus. i. ex intelligibili mūdo qui erat in sapientia dei, hæc est dei dispositio qua disposuit omnia, Visibilia, ista Fierent. i. iuxta inuisibile exemplar quod erat in mente dei, fierent hæc. Fidē plurimā, vel plurima, quia patres antiqui per fidem sint cōsecuti testimoniū iustitiæ ostendit, ponens aliud exemplum ad commendationem fidei. q. d. senes per fidem cōsecuti sunt testimonium iustitiæ sicut apparet in hoc, Abel, fide. i. per fidē inuisibilium, Obtulit deo hostiā plurimā. i. acceptabiliorem & pluris precij q̄ Cain. Vel, Abel obtulit deo hostiā plurima fide. i. per plurimā fidē quàm Cain, quia Abel p̄ fidem iustus erat. Vnde subdit, Per quam, fidē meruit, Esse iustus, & huius rei consecutus est testimoniū. Vnde etiā

Augu. sup Genesim.

ipse

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD SEVILLA

ipſe Ieſus ait, A ſanguine Abel iuſti,&c. Cõſecutus eſt di co deo, Etiã perhibente teſtimoniũ muneribus eius, quia ea recepit.i. approbauit quod apparuit cũ ea cœleſti igne cõſumpſit,& per Illã, fidem, Defunctus loquitur adhuc.i. materia eſt nobis loquendi, vt de eius fide exẽplũ demus. Non enim mors extinxit famam fidei tãta fuit fides quod eam mors nõ extinxit. Ex fide & patientia præcedentiũ patrũ cõſolatur iſtas, ideo dicit quòd Abel adhuc loquitur, quia alios ſuo exẽplo admonet, vt iuſti ſint. interemit eum quidem mors, ſed nõ cum eo interemit eius gloriam & memoriã. [Fide Enoch trãſlatus eſt, ne videret mortẽ, & non inueniebatur, quia tranſtulit illum dñs. Ante tranſlationem enim, teſtimoniũ habuit placuiſſe deo. Sine fide autem, impoſſibile eſt placere deo. Credere enim oportet accedentẽ ad deũ, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Fide Noe reſponſo accepto de his quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcã in ſalutẽ domus ſuę, per quam damnauit mundũ, & iuſtitiæ quæ per fidẽ eſt, hęres eſt inſtitutus. Fide qui vocatur Abrahã obediuit in locũ exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exiit neſciens quo iret. Fide demoratus eſt in terra repromiſſiõis, tanq̃ in aliena, in caſulis habitando cũ Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatẽ. cuius artifex & cõditor deus. Fide & ipſa Sara ſterilis, virtutẽ in cõceptione ſeminis accepit etiam præter tempus ætatis, quoniã fidelem credidit eſſe eũ qui repromiſerat. Propter quod & ab vno orti ſunt, & hoc emortuo, tanq̨ ſydera cœli in multitudinẽ, & ſicut arena quæ eſt ad orã maris innumerabilis] Fide, hîc ponit aliud exemplum ad cõmendationẽ fidei dicens, Fide. i. fidei merito, Enoch tranſlatus eſt in paradiſum, vnde eiectus eſt Adam, Ne videret, nõ dico ne ſentiret, ſed nec etiam quaſi de longe videret in aliis, Mortẽ & nõ inueniebatur vſquam. hoc dicit ne putaretur eſſe in aliqua parte mundi: ideo nõ inueniebatur, quia Tranſtulit illum deus, qui ab omnium aſpectu poterat eum abſcõdere. Ante &c. q.d. Verè per fidẽ tranſlatus eſt, quia per fidẽ iuſtus fuit, & verè quia ꝑ fidẽ placuit deo. & hoc eſt quod ait, Ante trãſlationem enim habuit teſtimoniũ.i. iuſti teſtabantur eum,

Placuisse deo,& verè per fidẽ placuit deo, Sine fide enim impossibile,est aliquẽ Placere deo, adeò est fides necessaria quod sine ea quisq̃ nõ placet deo. & verè sine fide aliquis nõ potest placere,quia nec potest accedere. Credere enĩ oportet,quẽlibet, Accedẽtẽ ad deũ, hoc.s.oportet credere.Quia,deus vnus Est,esse ꝓpriè deo cõuenit, quia immutabiliter est,Et,ꝙ remunerator sit inquirẽtib' se. Quid ergo ei lex? Et notandũ ꝙ sine hac fide nemo vnq̃ potuit saluari. Hæc tamẽ fides nõ sufficit ad salutẽ. Fide. Aliud exemplũ ponit de Noe ad cõmendationẽ fidei dicẽs, Noe responso accepto,à deo,De his quæ adhuc nõ videbantur, metuens aptauit arcã in salutẽ domus suæ, & hoc, Fide.i. per fidẽ:quia credidit deo dicenti, Finis est oĩs carnis, & si nulla signa videret diluuij. Adeo enĩ credebat quod nõ videbat,quòd metuens fabricauit arcã. per Quam.s.fidẽ vel arcam,Dãnauit.i.damnabilẽ ostẽdit, Mundũ, quia dũ videret eã fabricari,nõ credidit. Et,ipse Noe, Est institutus hæres iustitiæ,quæ ꝑ fidẽ est.i.fuit iustus ex fide,sicut patres sui,nisi enim iustus esset,hoc ei dñs nõ præcepisset. Fide &c. Hîc ad patres Iudęorũ descẽdit, ostendẽs in eis, & in prioribus omnem iustitiã ex fide habuisse originẽ,& ponit exemplũ de Abrahã dicens ita, fide. i. ꝑ fidem ille, Qui vocatur,nunc,Abrahã,cum prius vocaretur Abram, Obediuit exire in locũ, quẽ accepturus erat in hæreditatem,& exiit nesciens quò iret. Adeò credebat deo cui obediuit dicenti, Exi de ter.& de cognatione, &c. Hoc autẽ iam fecerat. Hoc enim dictũ ei iã egresso de terra Chaldæorum,& iã cõstituto in Mesopotamia. Non autem dñs ait,vt corpus eiiceret à terra sua,sed vt animũ euelleret ne velit reuerti. Non enim exierat in animo,si redeundi tenebatur desiderio:quod desideriũ deo iubente ac iuuante,& illo obediente fuerat amputandũ. Fide, melioris terræ.i. vitæ æternæ,Demoratus est, Abrahã, In terra promissionis,& in ea quanquam sibi promissa erat, Tanquam in aliena, & in casulis. Vnde subdit, demoratus est dico in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus eiusdem, Repromissionis,id est, sicut Isaac & Iacob habitauerunt ibi. Non enim eodem tempore cohabitauerunt. Expectabat enim, quasi dicat, cur ita habitauit ibi Abraham,

August.

ham,quia Expectabat ciuitatem,cœlestem habentē, Fundamēta quia stabilis est,& firma. Cuius,ciuitatis, Artifex & conditor deus est. Fide.i.per fidem,& ipsa Sara sterilis, in propria persona non in vicaria, Accepit virtutem. i.fœcunditatem, In conceptione seminis, etiam cum esset prę ter Tempus ætatis.s.cum esset sterilis & in senio,hac vtiq; fide. Quoniā credidit eum esse fidelem qui repromiserat, prius quidem risit,& si ex gaudio nō tamē plena fide, sed post verbis angeli in fide solidata est:riserat aūt Abraham quando ei promissus est,sed risus ille admirationis fuit & gaudij nō dubitationis,Propter quod.s.quia fidelē credidit deum,Orti sunt ab vno,vtero Saræ.vel,Ab vno,patre Abrahā.& hoc.s.vtero vel Abraham, Emortuo, emortuū dicit ad opus concipiendi Saræ vterum quantum ad virū seniorem. Vel ipsum Abrahā ad opus generandi emortuū dicit quantum ad seniorem fœminā. Ambo enim seniores erant,sed illa etiam sterilis erat,& cruore menstrui iā destituta:propter quod iam parere non posset. etiā si sterilis non fuisset. Senior enim fœmina etiam si adhuc fluant illi solita mulierum de seniore parere non potest,de iuuene potest. Senior verò gignere potest , sed de adolescentula, sicut Abrahā post mortem Saræ de Cethura quæ iuuenis erat potuit generare,quia viuidam inuenit eius ætatē. Ad hoc ergo dicit Abrahæ fuisse iam corpus emortuum,quia nō ex omni fœmina cui adhuc esset tempus pariendi generare ipsum in illa ætate adhuc posset. Ad aliquid ergo erat emortuum corpus eius,& nō ad omnia. Ab vno,inquā, tot orti sunt, qui sunt tāq̄ sydera cœli in multitudine.hoc dicit quantum ad bonos qui luce virtutum & multitudine cōparantur syderibus, Et sicut arena innumerabilis, quæ est ad oram .i.littus. Maris,hoc dicit quantū ad malos, qui instabilitate & numero comparantur arenæ. Mare,est gētilitas:ora maris:ritus gētilitatis:tibi propinqui facti sunt aliqui Iudæi, non tamen in gentilitate omnino fuerunt. [Iuxta fidem defuncti sunt oēs isti,nō acceptis repromissionibus,sed à longe eas aspicientes & salutantes, & confitentes,quia peregrini & hospites sunt super terram . Qui enim hoc dicunt,significant se patriā inquirere. Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt, habebant vtique

temp[...] reuertendi. Nunc auté meliorem appetunt.i.cœlestem. Ideo non confunditur deus, vocari deus eorum. Parauit enim illis ciuitaté. Fide obtulit Abrahá Isaac cũ tentaretur, & vnigenitũ offerebat, in quo susceperat repromissiones, ad quem dictum est, quia in Isaac vocabitur tibi semen. arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est deus. Vnde eum & in parabolam accepit. Fide & de futuris benedixit Isaac, Iacob, & Esau.] Iuxta fidem.q.d. Quorundam proposui exempla ad cõmendationem fidei. & rectè vtique. nam Oés isti, præter Enoch translatũ, Defuncti sunt iuxta fidem.i.adhærẽtis fidei nõ Acceptis, plenariè in hac vita, Repromissionibus. Vel ita, Oés isti sunt defuncti non acceptis, in terra Repromissionibus, & hoc iuxta fidem illorum. sperabãt enim promitti sibi cœlestia, non terrena, non acceperunt hîc. repromissionibus dico, Sed, potius erant aspicientes eos, A longe, implendas.s. post mortem in aduentu Christi, Et salutantes eas.i.promissionibus applaudentes, licet essent remotæ. Vtitur verbo translato à nauigantibus qui longè prospiciunt desideratas ciuitates, quas anteq̃ ingrediantur salutatione præueniunt, ex metaphora nanq; nauigantium dicit, Et salutantes eas.i.gaudentes & desiderantes eas, vt faciunt nautæ longè visis ciuitatibus, Et, ideo erant Cõfitentes.i.cõfitebantur, quia Peregrini & hospites sunt, morantes, Sup terrã, peregrini sunt qui in aliena patria nihil habent. Hospites qui de patria non sunt. & isti cõfitebantur se nõ esse de hoc mundo, neq; aliquid se habere in mundo. ideo cõfitebantur. Qui enim dicuntur hoc.s.quia peregrini sunt, & hospites, significant se inquirere patriam.i.dant intelligi, quod aliam quærũt patriam quod ipsi significare volebãt. & ne putaret quis quod illam quærerent de qua exierant: subdit, Et siquidé meminissent illius patriæ de qua exierũt habebant vtiq; tempus reuertendi. Nunc aũt, patet ꝑ hoc quod nolebant reuerti. Quod meliorem appetunt.i.cœlestem patriam, & quia hanc petunt, Ideo non confundunt. i.non erubescit, Deus vocari deus eorũ.s. Abraham, Isaac, & Iacob, qui dicitur deus angelorum. In istis honoratur, sicut per malos blasphematur, & ideo deus eorum dici voluit tanq̃ illorum solorum esset deus, qui est deus vniuersę creaturæ, Aug. contra Iulin.

creaturæ.non frustra vtiq; tantum eis tribuit honorē, sed quia in eis nouit synceram & præcipuā charitatem,& quia in eis tribus patribus cōsummauit magnū & mirabile sacramentum futuri populi sui. per liberas enim genuerunt & in libertatem, vt Abrahā per Sarā, Isaac per Rebeccā, Iacob per Lyam & Rachel:& in seruitutē, sicut ab Isaac per Rebeccā genitus est Esau,cui dictū est,seruus eris fratris tui,& per ancillas genuerunt nō solum in seruitutem, vt Abraham per Agar Ismaelem,sed etiam in libertatem, vt Iacob,per Balaan genuit Dan,& Neptalim,& per Zelphan Gad,& Aser.Ita & ī populo dei p̄ spirituales & bonos nascuntur boni & liberi, sicut per Paulum illi quibus ipse dicit,Imitatores mei estote,sicut & ego Christi:& mali serui,vt per Philippum Simon Magus natus est. & per carnales seruos nascūtur, nō solum mali in dānabilem seruitutem qui eos imitantur:sed etiā in laudabilem libertatem quibus dicitur, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere.hoc autem sacramētū quisquis in populo dei prudenter agnoscit,vnitatem spiritus & vinculo pacis vsq; in finem quibusdā coherendo quosdā tolerando custodit. Parauit enim.q.d.nō frustra appetūt cœlū, vel merito nō erubescit vocari deus eorum,quia Parauit illis ciuitatem, in qua erunt sui conciues.Fide,etiā inuisibilium, Obtulit Abrahā,nō ira,sed volūtate,Isaac cum tentaretur,à deo.i. cum deus ostenderet qualis esset ad exemplum aliorum. non enim tentauit deus Abrahā quasi qui fidē eius ignoraret,sed vt ipse Abrahā & mundus fidei eius vnitatem & firmitatem cognosceret,& vnigenitū offerebat,Qui susceperat.i.in quo factæ erāt, Ei repromissiones ad quem dictum est,quia in Isaac vocabitur tibi semen, quasi aliquis quæreret,Quomodo ergo deū veracem credebāt, subdit, Arbitrans quia potens est deus,& à mortuis suscitare illū,

Ambrosi. sicut & de nihilo facere. Non trepidauit Abrahā credere quando promittebatur:non trepidauit offerre quādo exigebatur eius dextera:erigitur ad sacrificium, vt moreretur cuius cor erectū est ad fidem,vt nasceretur. nec fuit religio credētis cōtraria deuotioni obtēperātis. Promissionem enim pius pater fideliter tenens q̄ per hūc oportebat impleri quem deus iubebat occidi, nō hæsitauit quòd sibi

reddi

reddi poterat immolatus, qui dari potuit nõ ſperatus: non ſibi fecit quęſtionẽ quaſi de cõtrariis, & ſibi aduerſantibus verbis dei ꝑmittentis filiũ naſciturũ, & poſtea dicentis, occide mihi filiũ tuũ, ſed erat in corde eius fides inconcuſſa, & nõ deficiens qua credidit deũ, qui dedit, vt ille de ſenibus naſceretur poſſe etiã de morte reparare. Vnde. ſ. quia tantã habuit fidem, Et accepit eũ in parabolã. i. nõ ſolũ in re, ſed etiã in ſignificatione. Intellexit enim Chriſtum ſignificari cuius deitas nõ moritur, ſed aries hærens cornibus inter vepres. i. caro Chriſti laborans inter Iudæos in cornibus crucis potuit deo offerri ſpinis Iudaicis ante coronationem. Fide & de futuris, quę nõ videbãtur habita, Benedixit Iſaac, Iacob, & Eſau, Iſaac enim fidem habuit qua credidit, nõ ſolũ quod benedictus eſſet melior, ſed etiam quòd Chriſtianus populus ſupplãtaret benedictionẽ Iudæis. [Fide Iacob moriens ſingulos filiorum Ioſeph benedixit, & adorauit faſtigium virgæ eius. Fide Ioſeph moriẽs de profectiõe filiorũ Iſrael memoratus eſt, & de oſſibus ſuis mandauit. Fide Moyſes natus, occultatus eſt mẽſibus tribus à parentibus ſuis, eo ꝙ vidiſſent elegantẽ infantem, & nõ timuerũt regis edictũ. Fide Moyſes grãdis factus, negauit ſe eſſe filiũ filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, q̃ temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias æſtimãs theſauro Aegyptiorũ improperiũ Chriſti. Aſpiciebat eñ in remuneratiõe. Fide reliquit Aegyptum, nõ veritus animoſitatẽ regis. Inuiſibilem enim tanq̃ videns ſuſtinuit. Fide celebrauit paſcha & ſanguinis effuſionem, ne qui vaſtabat primitiua tãgeret eos. Fide tranſierunt mare rubrũ tanq̃ ꝑ aridã terrã, quod experti Aegyptij deuorati ſunt. Fide muri Hierico corruerũt circuitu dierũ ſeptẽ. Fide Raab meretrix nõ periit cum incredulis, excipiens exploratores cũ pace.] Itẽ, Iacob moriẽs fide, habita de his quę nõ videbantur. Bñdixit ſingulos filiorũ Ioſeph. ſ. Ephraim & Manaſſe, quia ſingulis cãcellatis manibus propriã benedictionẽ dedit: & dextera ſuꝑ Effraim poſita, læua aũt ſuꝑ Manaſſem minorem maiori prępoſuit. Et adorauit faſtigiũ, vel ſuꝑ faſtigium virgæ eius. Quid eſt quod adorauit ſuper cacumen virgæ Ioſeph, fortè tulerat à filio virgã, quãdo ei idẽ filius iura-

August.

bat,& dum eam tenet post verba iurantis nondum illa red dita mox adorauit deum. Non enim pudebat eũ ferre tantisper insigne potestatis filij sui, vbi virga magnæ rei futuræ præsignabatur.i.regni Christi futuri in Gentibus. Et est sensus, Et adorauit deum.s.erectus & incumbens. Super fastigium.i.cacumen, Virgæ eius. Vel mystice sine super, Adorauit fastigium eius.i. Christum per quem in Aegypto dominum & disciplinæ virgam habuit. vel, Adorauit super fastigium virgæ eius.i.super regnum Christi.i. pro regno Christi futuro in Gentibus, quem in illo significabatur, orauit. Item Ioseph moriens fide, habita de futuris. Memoratus est de profectione filiorum Israel, de Aegypto vbi significabatur fidelium redemptio à peccatis,& fide futuræ resurrectionis. De ossibus suis mandauit, adiurans filios Israel, vt asportarẽt ea in terram promissionis, & reconderent ea in sepulchro patrum suorum.s.in spelunca duplici, in qua sepulti sunt Abraham, Isaac, & Iacob,& cæteri patres, vbi Adam & Eua quiescebant, quod ideo voluerunt, quia in ea terra præuiderunt nasciturum Christum, vt cũ eo resurgerent. Item Moyses, ex quo, Natus est, occultus est à parentibus suis mensibus tribus. & hoc, Fide.i.per fidem ipsorum parentum, qui credebant deum esse futurum aliquid magnum per eũ cum esset adeò elegantis formæ. Vnde subdit, Eo quòd vidissent eum elegantem infantem, quia, ab ortu fuit illi infusa magna gratia venustatis, non natura, sed dono dei, Et, propter hoc, Non timuerunt, parentes eius. Edictum regis, qui omnes masculos Hebræorũ filios necari præceperat. Item Moyses grandis factus fide.i. per fidem inuisibilium, Negauit se esse filium filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cũ populo dei, q̃ habere iocunditatem, carnalem, Temporalis.i. transitorij peccati. Peccatum enim esse putauit, se lętari in aula regis, dum fratres sui affligerẽtur. maximę verò fidei est, spernere iocunditatem. Ipsi dico, æstimans improperium Christi esse maiores diuitias thesauro Aegyptiorũ. i.maius æstimauit esse ferre Improperium Christi, quàm affluere diuitiis Aegyptiorum. Improperium Christi dicit, vel illud quod pateretur pro Christo, vel quod significabat in ꝓpria Christi figura: vel quod Moyses sustinuit

à suis

ā suis fratribus quos liberare volebat, sicut Christus à suis Chrysost.
quos redimere venerat. Illi enim dixerunt Christo, dęmonium habes. Isti Moysi, vis nos interficere, sicut interfecisti Aegyptiū? quod tamen patiēter sustinuit, sicut Christus. Aspiciebat enim, in æternum patienter sustinentium Remunerationem, vel remuneratorem, ad quā ibat Fide, etiā Moyses reliquit Aegyptum educens filios Israel non veritus animositatem regis. cui contrarium videtur, quòd mortuo Aegyptio discessit īde in terrā Madian. sed quòd prius fugit in terrā Madian, nō fuit metus, sed fides, quia credebat se à deo liberari. noluit ibi manere ne esset causa iactantiæ si in apertū periculū se præcipitaret, & sic deum tentaret, quod diabolicum est. Sancti enim quādiu habent quid faciant, nō debent deū tentare, sed cedere, vt & dominus locum dedit, qui etiā suis præcepit, dicens, Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Inuisibilem enim. q. d. ideo nō fuit veritus, quia Inuisibilem. i. deū quē nō videbat, Tanq̄ videns. i. ac si videret, Sustinuit, & in eo confidit expectans, quòd Promiserat, & ideo nō. Item Moyses, Fide. i. per fidem Celebrauit Pasca, quod causa trāsitus fuit. Hac vtiq; fide, quia sic credidit populū saluādum. s. & illos à Pharaone, & nos à diabolo. Et, celebrauit Effusionem sanguinis, quo linierunt vtrosq; postes, & superliminare domus, Ne, angelus percutiens Qui vastaret primitiua, vel primogenita, Aegyptiorū tangeret eos, sanguine exterritus. quod vtiq; factum est in figura liberandorum per sanguinem Christi. Item, Fide. i. ꝑ fidem qua credebāt deo ꝓmittenti. Trāsierunt per mare rubrū tanq̄ per aridā terrā, & ne videretur hoc casu factū esse, nō fide, vel ne videretur fantasia fuisse, addit, Quod experti Aegyptij deuorati sunt, sic & per baptismū fideles trāsierūt remissis peccatis, tanq̄ Aegyptiis cū diabolo principe tenebrarum submersis. Fide, etiā quā filij Israel habebant, Muri Hierico corruerunt, cōpleto à Leuitis arcā dñi portantibus, & æneis tubis clangentibus, Circuitu septem dierū, sicut huius mundi obstacula cadunt ad voces prædicātiū, dum in hoc tempore ecclesia nouatur, vel mouetur Christo duce tanq̄ Iosue circuiens orbem terrarū. Item, Raab, licet esset Meretrix, nō periit cū īcredulis. & hoc, Fide. i.

 per

per fidem hanc.s.quia credidit terrã à deo Iudęis tradendam,& ideo excepit exploratores eorũ. Vnde subdit, Excipiens exploratores cum pace. Quid ergo vos facere debetis qui ꝓphetas & Christũ audistis? Vtiq; debetis duo testaméta per apostolos tanq̃ exploratores à Christo missos credẽdo excipere, & ita cum infidelibus nõ peribitis. [Et quid adhuc dicã? Deficiet enim me tempus enarranté de Gedeon, Baruch, Sãpson, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonũ, extinxerunt impetum ignis. Effugarunt aciem gladij, cõualuerũt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.] Et quid. q. d. Multa fidei facta dixi, & plura credentium exempla posui. Et quid adhuc dicã? Si volo singula ꝓsequi quæ fide facta sunt. q. d. infinita sunt. Deficiet enim me tempus, epistolæ huius. vel, Tẽpus, vitę, Enarrantem de Gedeon, qualiter accepto signo velleris à dño iuit contra Madianitas cum ccc. viris, expugnauitq; eos noctu. & De Baruch, de quo in libro Iudicum legitur, quod Iabin rege Canaan affligente filios Israel de Bora prophetissa quæ iudicabat Israel tẽpore illo, præcepit Baruch filio Abynoen vt assumeret decem millia pugnatorum: fecit: vt iret contra Sisaram principem exercitus Iabin, qui dixit se ire si ipsa cum eo iret, itaq; & iuit cum ipsa eo. Dñs aũt exterruit exercitũ Iabin, quem cõgregauerat Sisara ad torrentem Cison. Fugitq; Sisara ad tentoria Iabel vxoris Abercinei, vbi cum absconditus dormisset Iabel clauum tabernaculi percussum cũ malleo defixit in cerebrum eius vsq; ad terrã, & mortuus est. Et ecce Baruch sequens Sisarã veniebat, egressaq; Iabel in occursum eius, dixit ei, Veni & ostendã tibi virum quem quæris. Qui cũ introisset, vidit Sisaram iacentem mortuũ. Humiliauit ergo deus die illo Iabin regem Canaan coram filiis Israel. Et de Sampson, qui vt legitur in libro Iudicũ, afflixit vehementer Philistæos. Et De Iepte, qui cum iret ad pugnam cõtra hostes vouit dño, quoniam si triumphũ de hostibus daret, vel assequeretur, rediens quod primo occurreret offerret dño, occurritq; ei filia quam immolauit. nec lauda-

datur Iepte quod filiam occidit, sed ꝙ per fidem deo iuuante hostes superauit. Abraham verò nō solū nō culpatur crudelitatis crimine, verūetiam laudaī pietatis noīe ꝙ filium nō scelerate, sed obedienter voluit occidere. & merito quæritur, vtrum ꝓ iussu dei sit habendū quòd Iepte filiam sibi occurrentem occidit, cū id se vouisset deo immolaturū quod ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset. Nec Sampson aliter excusatur quòd ipsum cū hostibus ruina domus oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui ꝑ illum mirabilia faciebat. Et de Dauid, & de Samuel, & de Aliis ꝓphetis qui ꝑ fidē deuicerūt regna, & operati sunt iustitiam. i. æquum iudicium. Et si recusabat dicere quæ singulis fecerunt, dicit tamen quę quidā fide operati sunt. Sapiēter historiarū cōmemorationem vitat, ne sermonem suum protelet, breuiter quædā tangens: nec enim omnino tacuit, nec dicens molestus effectus est. fugit densitatē, lōgitudinē, ne fatigaret auditorem. Et Adepti sunt, fide, Repromissiones. i. ea quę repromittebantur, vt victoriā & alia. Promissiones multæ factæ sunt, vt Dauid, Abrahæ, & aliis. Obturauerunt. q. d. nō tantum hoīes vicerunt, sed etiam bestias: quia Obturauerūt ora leonū, vt Daniel. pluralem numerum pro singulari, sicut in sequē ti, vbi ait, Secti sunt. Solus em̄ Daniel significatur ora leonum clausisse, & solus Isaias sectus est, sicut & in Psalmo etiam pluralis numerus ꝓ singulari ponitur, vbi dicitur, Astiterunt reges terræ, & principes cōuenerūt in vnum. Nam reges dixit ꝓ Herode, & principes pro Pilato. Extinxerunt impetū ignis, vt tres pueri missi à Nabuchodonosor in fornacē ignis. & Effugarūt aciem gladij. i. exercitum accinctū gladio, vt Iosue, Dauid, & alij multi. & Cōualuerunt de infirmitate, vt Ezechias, & Iob. & Fortes facti sunt in bello. i. in prælio, vt Iosue, & Iudas Machabeus, & alij. Et Castra exterorum. i. inimicorū sæpe Verterūt, in fugam. Mulieres etiā acceperunt Mortuos suos, venientes De resurrectione. i. resuscitatos, vt ꝑ Heliam, & ꝑ Helisæum factum est. Attendendum est quòd in veteri testamento sæpe patribus in his quæ dicta sunt, & aliis huiusmodi temporalis fœlicitas mōstratur exhibita in nouo testamento, non est tempus talium rerum: ante dedit deus

Augu. de ciui. dei.

Chrysost.

Augu. in lib. de gra. n. t.

talia ad veterem hominem pertinentia, vt prçter eũ nõ intelligatur alius largitor etiã terrenæ fœlicitatis, quç ad veterem hominem pertinet. In Christo autem nouo homine nouis noua promittit. i. æterna. Vnde & ipse in cõspectu inimicorum voluit pati, & irrisus mori tanq̃ derelictus à deo, vt gratia noui test. commendaretur, qua disceremus aliã quærere fœlicitatem pro æterna cõtemnere, vsque ad mortem pertulit persequentes ac sæuientes, & quasi victo & oppresso superbo illudentes. quòd verò carnem suã resuscitauit, & discipulorũ aspectibus & contactibus reddidit, eisq; videntibus in cœlum ascendit, ipsos ædificauit, & quod expectare deberent, & prędicare euidentissima veritate monstrauit. Vnde & Iacobus veteris & noui test. diuidens sustinentiam, inquit, Iob audistis, & finem Christi vidistis. q. d. mala temporalia patiamini, vt Iob. sed ꝓ hac sustinentia nõ temporalia bona sperate quæ illi aucta redierunt, sed æterna potius quæ in Christo præcesserunt. [Alij autem distenti sunt nõ suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionẽ. Alij verò ludibria & verbera experti insuper, & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisiõe gladij mortui sunt. Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem, deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.] Alij aũt. Ecce supradictum est quanta per fidem fecerunt, modo dicit quanta pro fide passi sunt. q. d. prędicta ꝑ fidẽ opati sunt. Hęc Autẽ, ꝓ fide passi sunt. Alij. s. Distenti sunt, in æquuleo, & aliis tormẽtis nõ Suscipiẽtes redẽptionẽ. i. euasionẽ præsentẽ de manu inimicorũ, Vt ĩuenirẽt resurrectionẽ. i. vitã æternã. Meliorẽ, illa redẽptiõe. i. liberatiõe. Vel, Inuenirẽt resurrectionẽ, tãto Meliorẽ, quãto magis patiebãtur. Quãto magis eñ quis patiť, tãto gloriosi⁹ coronabiť. Alij verò ludibria & verba experti sunt, insuper & vincula & carceres, per hoc quod dicit, Insuper, notat hęc in eisdem personis fuisse. Lapidati sunt, vt Hieremias in Aegypto, Ezechiel in Babylone. Secti sunt, vt Isaias. Tentati

Chrysost.

sunt,

ſunt promiſſionibus in occiſione gladij .i. gladio facta. Mortui ſunt, vt Vrias, Ioſias. Ecce per hoc patet, quod in illis patrib⁹ veteris teſtamenti, quãuis rara fuerunt: tamẽ etiã vſq; ad mortem exempla patientiæ à ſanguine Abel, vſq; ad ſanguinem Zach. quorũ ſanguinem dicit dñs ab eis exigendũ, qui in patrum ſuorũ à quibus illi occiſi ſunt iniquitate perſiſterent. & in nouo teſt. nec defuit, nec deeſt bonorum fideliũ multitudo, qui in iſta temporali fœlicitate præpolleât, & in ea largitoris dei bonitatem miſericordiámq; experiantur. Deinde adhuc etiã ſubdit alia antiquorum patientiæ exempla, dicens, Circuierunt, multa mundi loca In melotis. Melota veſtis eſt de pilis camelorum, vel melotus eſt animal, quod & taxus dicitur, cuius pellis melota dicitur, & eſt valde hiſpida. Et In pellibus caprinis, vt Helias, & alij. Egentes, neceſſariis. Anguſtiati, cura animi. Afflicti, laboribus. Quibus.i. quorũ conuerſatione. Dignus nõ eſt mundus.i. amatores mũdi. & ideò ne viles habeantur iſti pro tribulationibus. Vel, Quibus dignus non mundus.i. adeò viles erant hoĩbus. q.d. non erant digni habitare inter eos. In ſolitudinibus errantes, vt Mathathias, & ſequaces eius. & ante eum, Helias & filij prophetarũ ſub Ieſabel. & In montibus, & in ſpeluncis, & in cauernis terræ. Diſtingue, Speluncæ ſunt, quę naturales ſunt, Cauernæ quæ aliquo caſu fiunt. Et hi. q.d. tanta per fidem antiqui fideles operati ſunt, vel paſſi ꝓ fide. Et, tamẽ Hi omnes probati teſtimonio fidei.i. quod fides de his perhibuit. Non adhuc Acceperunt repromiſſionem.i. plenã corporis, & animæ beatitudinem.i. duas ſtolas etſi ſingulas Deo aliquid pro nobis melius ꝓuidente, vt Nõ conſummarentur.i. perficerentur. Sine nobis.i. in cõmuni gaudio omnium, vt maius fieret ſingulorũ. & ſi enim ſingulas acceperunt, non tamen geminã ſtolam habebunt vſque ad cõmunem reſurrectionẽ, vt omnium conſummatio fidelium ſimul fiat. Vel illi priores Non acceperunt, ſtatim Repromiſſionem.i. permiſſam vitã vſq; ad Christum. cur nõ? Deo ꝓuidente aliquid melius.ſ. vt naturã noſtram aſſumeret, & glorioſius eos nobiſcum exaltaret. vnde addit, Vt nõ ſine nobis conſummarentur.i. requie & viſione dei fruerentur. & ſi illi tenuerũt fidẽ, qui tãdiu expectauerunt

Aug. in li. de gr. n. t.

runt requiē,multo magis nos teneam⁹q ſtatim accipimus?

CAPVT XII.

IDeóq; & nos tantam habentes impoſitā nubem teſtiū, deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatū per patientiā curramus ad propoſitum nobis certamen aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione cō tempta, atq; in dextera ſedis dei ſedet. Recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemet ipſum contradictionē,vt ne fatigemini animis veſtris deficientes. Nondum enim vſq; ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes, & obliti eſtis cōſolationis, quæ vobis tanquàm filiis loquitur,dicens,Fili mi noli negligere diſciplinam domini, neq; fatigeris dnm ab eo argueris. Quem enim diligit dominus caſtigat: flagellat autem omnē filium quem recipit. In diſciplina perſeuerate. Tanquàm filiis vobis offert ſe deus.] Ideóq; & nos.poſt fidei cōmendationem ad illud quod cœperat redit exhortans eos ad patriā pluribus modis,& pręcipuè ipſius Chriſti exemplo.q.d.quia alij ſuſtinuerunt. Ideóque.q.d.propter hanc cauſam,ſicut & propter alias. Et nos habemus tantam nubem teſtium.i.tantam multitudinem ſanctorū, qui ſunt teſtes fidei,qui vt nubes exemplo ſuo in æſtu tribulationum nos refrigerant,& doctrinis compluunt. Impoſitam,nobis in exemplum fidei,& operum. Deponētes prius omne pondus,peccatorum quod eſt iam,Et peccatū circunſtans nos.i.peccatum, quod circunſtat & imminet nobis.& ſi nondum inſit. Vel,Deponentes pondus,tædiū quod fit per tribulationes,vt.ſ.iā non tædeat pati. Et peccatum circunſtans nobis.i.renunciantes peccatis quę vndiq; circunueniunt. Per patientiam,ſuccincti atq; expediti. Cur minus, ſine dubitatione Ad certamen, martyrij: quia propoſitum nobis. Curramus,dico, Aſpiciētes in authorem fidei,in præſenti. Et in Ieſum conſummatoré, noſtri in futuro.q.d.quia tantus eſt dator fidei currere debemus,& quia idē cōſummat plena beatitudine,& quia idem paſſus eſt. Vnde ſubdit,Qui,æterno Gaudio,ad quod per paſſionem itur. Sibi propoſito ſuſtinuit crucem confuſione contempta.i. neglecta verecundia humana. ſic & nos

æterno

æterno gaudio propoſito nobis poſthabita cõfuſione debemus currere. Vel, Propoſito ſibi gaudio, temporalis regni. Potius ſuſtinuit crucem confuſione contempta, quia voluerũt turbæ eum rapere, vt facerẽt regem quod noluit, quia ipſe erat via humilitatis. Omnia enim bona terrena contempſit homo Chriſtus, vt cõtemnenda monſtraret: & omnia terrena mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda pręcipiebat, vt nec in illis quæreretur fœlicitas, nec in iſtis timeretur infœlicitas. Natus eñ de matre, quæ quãuis à viro intacta conceperit, ſemperq; intacta permanſerit, fabro tamen deſponſata erat, omnẽ carnalis nobilitatis tumorem extinxit. Natus & in ciuitate Bethleem, quæ inter omnes ciuitates Iudææ erat exigua, noluit quẽq; de terrenæ ciuitatis ſublimitate gloriari. Pauper etiã fons eſt cuius ſunt omnia, ne de terrenis diuitiis quiſquã extolleretur, noluit rex ab hoĩbus fieri, quia humilitatis viã oſtendit miſeris. Eſuriuit qui omnes paſcit, ſitiuit qui eſt fons ſitientiũ, fatigatus eſt ex itinere, qui viã nobis fecit in cœlũ: obmutuit, & obſurduit, per quem mutus locutus eſt, & ſurdus audiuit. vinctus eſt, qui infirmantiũ vincula ſoluit, mortuus eſt qui mortuũ ſuſcitauit. amore itaq; eius ſimilia patiamur. Tunc enim impletur lex dum non cupiditate rerũ temporalium, ſed charitate illius qui præcepit, fiunt quæcunque præcepit. Recogitate enim. q. d. quod Ieſus ſuſtinuit crucem debet nos animare, quia hoc etiã minus. ſ. quod Contradictionem, quaſi dicat, aſpicite Ieſum qui ſuſtinuit crucem. Recogitate enim, vt ſequamini eũ. Qui ſuſtinuit, nõ dico in membris, ſed Aduerſus ſemetipſum, id eſt, in ſua propria perſona. Talem, id eſt tam vehementem Contradictionem, in omnibus aduerſis. & hoc A peccatoribus, quod valde indignum eſt. Recogitate, dico, vt hæc attendentes Non fatigemini, quibuſlibet aduerſis. Deficientes veſtris animis, quaſi dicat, & ſi corpus deficit, animus ſtet. Deficere eſt tribulationis timore fidem negare. Nondum enim, quaſi dicat, & non debetis deficere. Nondum enim reſtitiſtis vſque ad ſanguinẽ, id eſt vſq; ad effuſionem ſanguinis, & ſi veſtra amiſiſtis. Perfectior in hac vita dilectio nulla eſt ea ad quam ſancti martyres peruenerunt, qui cõtra peccata vſque ad ſanguinem certauerunt. Ideóque

Aug. in li. de catheci zã. rudib.

Au. in co.

Augu. de ver. apoſt.

iniuria est in ecclesia pro martyre orare debemus orationibus cõmendari,pro aliis auté defunctis oratur. Vos,dico, Aduersus peccatum.i. infidelitatem, vel alia quælibet peccata Repugnantes,quod bonũ est.& item ideo nõ debetis deficere,sed adhuc facere idem.Et.i.quia. Estis,vos Obliti consolationis.i. Christi in scriptura consolantis? q.d.non debetis obliuisci.Quæ,consolatio.i. Christus cõsolator,Loquitur vobis tanq̃ filius eius.i.Christi à quo fit consolatio.Loquitur,inquam,Dicẽs,Fili mi,hæc sunt verba Christi in Prouerbiis Salomonis. Noli negligere disciplinam domini.i.tribulationes quibus eruditis à domino: Neq; fatigeris,vsq; ad defectum.Dum argueris ab eo,qui purgat peccata.&non debes fatigari,dũ argueris,Quẽ em̃ diligit dominus,vt coronet,Castigat.i.castum facit corripiendo.Flagellat autem,quolibet modo.Filium quem recipit.i.quem recepturus est in hæreditatem æternam.addit,Omnem,etiam innocentem qui sine omni peccato. si ergo exceptus es à passione flagellorum,exceptus es à numero filiorum.Vnicus ille de patris substãtia natus, ęqualis patri in forma dei,verbum quo facta sunt nõ habebat, vnde flagellaretur.Ad hoc autem carne indutus est,vt sine flagello non esset.Qui ergo flagellat, vnicum sine peccato relinquit adoptatũ,qui est cum peccato.Vnicus sine peccato,nõ tamẽ sine flagello. exemplũ nobis ꝓposuit in passionibus suis.Nõ ergo cõturbari debemus,cum aliquis sanctus grauia &indigna perpetitur,si obliti sumus q̃ pertulerit iustus sanctusq; sanctorum. Et attende hîc iustitiã & misericordiam dei:iustitia est in eo quod flagellat,misericordia in eo quod recipit. Attende etiam ꝙ non ait, omnis qui flagellatur filius est , sed omnis filius flagellatur. Aliter em̃ nullus recipitur,& quia flagellat omnẽ filium. Ideò perseuerate,vsq; in finem.In disciplina,patienter ferendo,& debetis:quia in hoc quod disciplinã dat, Offert se tanq̃ filiis.i.patrem se esse ostẽdit.qđ ꝓbat per similitudinem humanã subdens. [Quis enim filius quẽ nõ corripit pater?Quòd si extra disciplinam estis,cuius participes facti sunt omnes : ergo adulteri,& non filij estis. Deinde patres quidẽ carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Num multo magis obtẽperabimus patri spirituum,

Augu. de pastorib.

Augu.in psal.80.

rituum,& viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum,secundũ voluntatem erudiebant nos: hîc autẽ ad id quod vtile eſt,in recipiendo ſanctificationẽ eius. Omnis autẽ diſciplina in præſenti quidẽ videtur,non eſſe gaudij,ſed mœroris:poſteà autem fructũ pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite,& greſſus rectos facite pedib⁹ veſtris,vt non claudicãs quis erret, magis autem ſanetur. Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniá, ſine qua nemo videbit deũ.] Quis enĩ filius,eſt Quẽ non corripit pater.i.cui non det diſciplinã,vt nõ auferat miſericordiã. Augu.in pſalm. 89. cædit cõtumacem,vt reddat hæreditatem. ſi promiſſa patris benè audiſti, vel agnouiſti, non timeas flagellari,ſed exhæredari. Curre ſub manu patris flagellãtis,quia dum flagellat,erudit ad hæreditatem. Noli eſſe iniquo ſenſu & puerili,vt dicas,Plus amat pater meus fratrem meum,cui permittit facere quicquid vult,quam me:quia ſi me mouero contra iuſſionẽ eius flagella inuenio. Potius gaude ſub flagellis,quia tibi ſeruatur hæreditas. illis ad tẽpus parcit quos & in ęternũ dãnabit.Quòd ſi extat.q.d.vos filij ſtate in diſciplina. Quòd ſi extra diſciplinã eſtis,cuius diſciplinæ Participes facti ſunt omnes,filij dei. Ergo eſtis adulteri.i.adulterini filij,& non legitimi. Vel, Adulteri.i. diaboli poſſeſſio,Et nõ filij dei. Nota non iure vocari patrem qui ex adulterio genuerit, quia ab eo geniti non dicuntur filij legitimi. Deinde. Itẽ indè hîc oſtẽditur quare debẽt eſſe in diſciplina.q.d. ex præmiſſis patet quod in diſciplina debetis perſeuerare. Deinde.i. ex his quoq; ſequentibus idem poteſt intelligi.ſ.quod Habuimus quidẽ patres carnis noſtræ,non animæ eruditores. Et reuereamur eos. Reuereri eſt cũ timore honorẽ impẽdere. Nónne ergo multo magis obtemperabimus patri ſpirituum.i. animarum,quæ non ſunt de materia,vt corpora ex patribus. Et vi.q.d. Item ideo debemus obtemperare,quia per eum viuemus in æternum.contra. Et illi. Item alia ratio hic oſtenditur quare obtemperandũ eſt deo. Et.i. quia,Illi quidem.ſ.patres carnis.& In tempore paucorũ dierum erudiebant nos. & hoc Secundum voluntatem ſuam.i.in his quæ volebant.ſ.in vanis. Hic autem.ſ.pater ſpirituum

erudit

erudit nos Ad id quod vtile est.i.ad fidem & bonam vitã. Erudit, dico, si sumus In recipiendo sanctificationem, id est si recipimus disciplinam eius, quæ nos sanctificat. Vel ita erudit Ad id quod vtile est.s. In recipiendo.i. vt recipiamus Sanctificationem eius.i. Munditiam eius. Omnis aũt. Hic dicit qđ poterãt obiicere vt soluat.q.d.state in disciplina.sed verum est quod Omnis disciplina, nõ vtique illa quæ à discendo nomen accepit, & dici potest scientia, sed illa quæ pro peccatis est correctio. Disciplina enĩ quæ Græcè dicitur pædia est eruditio per molestias, quando pro peccatis suis mala quis patitur vt corrigatur, quæ hîc intelligitur. Est enim disciplina quę à dicẽdo nomen accepit, quæ scientia dici potest, & dicitur Græcè episteme-ne, Omnis, inquam, disciplina, In pręsenti quidem nõ videtur esse gaudij, sed mœroris, sed non est ita. si quis modo cogitat futura. Posteà autem.i. in alia vita, Exercitatis per eam disciplinam, Reddet deus fructum iustitiæ.i. qua iustitiam meretur. Fructus, dico, qui non erit sicut fructus huius mundi, qui nunq̃ in tranquillitate est. Sed pacatissimum.i. in omni quiete possidendum.i. pacẽ qua maior non est. Propter quod.s. vt habeatis talem fructũ. Manus.i affectum charitatis, quo deum olim complectabimini modo, Remissas.i. pigras ad eleemosynas. Et genua soluta.i. fortitudinem qua firmiter statur in gẽtibus, quę soluta est refrigidata charitate. Erigite, sursum ad deum, vt nec otio torpeatis, nec debilitate hæsitetis. Et facite pedibus vestris.i. fidei vestræ Rectos gressus, vt.s. fides vestra rectè incidat, confitendo quod credit. & si opus est patiendo. quæ fides rectè dicitur pes, quia totum portat. ita rectos facite Vt ne quis.i. non aliquis Erret à via rectitudinis.i. vt non aliquis deuiet à vera vita fidei, sicut & ille qui carnales obseruantias recipit. quod est errare. Et non sit Claudicans.i. nõ claudicet, vt qui timore passionis titubat. Magis autẽ sanetur, si errauerit vel timuit. Vel recti gressus sunt pedibus, recta intentio in operibus. Et est, Facite rectos gressus pedibus vestris.i. habete rectã intentionẽ in operibus. Vt nõ claudicãs, quis in bono opere erret à via rectitudinis.i rectę intẽtionis. Magis autẽ sanetur, à peccatis bona intẽtione operãdo, & Sequimini pacem cũ omni-

Chrysost.
August.
Augu. de trinita.
Haimo.

omnibus.q.d.vſq; adeò patiamini, vt pacẽ etiam cũ tribulatoribus veſtris habeatis,quę eſt dilectio & cõcordia. Et ſequimini Sanctimoniã.i.perfectionem in operibus,quia fides ſola non ſufficit. Vel,Sanct.i.caſtitatẽ mentis & corporis. Vnde,Beati mũdo corde, quoniã ipſi deũ videbũt. Sine qua.ſ.pace & ſanctimonia. Nemo videbit deũ, adeò neceſſaria,cõtundendo enim oculum extinguimus. Ecce qũo exterruit amatorem boni,nõ formidatorẽ mali. Ait, Sine qua nemo videbit deũ, ex eo ipſo quod deſideras te terret. Aliud eſt timere pœnã,aliud eſt amare iuſtitiam.ſi timore gehennę nõ facis malũ,eſt quidem vitę fides,quia credis futurũ dei iudiciũ. gaudeo fidei tuæ, ſed adhuc timeo malitiæ tuæ. Sit ergo in te pax & ſanctimonia, ſine qua nõ videbit deus. Nã vnde videamus deum, nõ habebimus, ſi cõtundẽdo in nobis ipſum oculũ extinxerimus: ſimus pacifici,vt agnoſcamur filij: ſimus mundi corde,vt videamus deũ. Beati eñ pacifici,quoniã filij dei vocabuntur. Beati mun.corde,&c. Au.in ſer. quodã de viſiõe dei. Au.in co.

[Contemplãtes ne quis deſit gratiæ dei,ne qua radix amaritudinis , ſurſum germinans impediat,& per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator,aut prophanus,vt Eſau qui ꝓpter vnã eſcam vendidit primitiua ſua. Scitote eñ,quoniã & poſteà cupiens hæreditare benedictionẽ reprobatus eſt. Non eñ inuenit pœnitentiæ locum, quanq̃ cũ lachrymis inquiſiſſet eam. Nõ enim acceſſiſtis ad tractabilem,& acceſſibilẽ ignem,& turbinem,& caliginem,& ꝓcellã,& tubæ ſonum,& vocẽ verborum.] Contemp.q.d. Hortor vos ad pacem & patientiã,& ne dubitetis poſſe eſſe tã patiẽtes,quia gratia dei prę ſto eſt,ſed cauete ne deſitis ei.& hoc eſt. Sequimini pacẽ. Vos,dico,Cõt.attẽtione multa. Ne qs,nõ ſolũ vos Deſit gratię dei.q.d.non ſolũ de vobis,verũetiã de aliis ſit cura vobis. Diligẽter attẽdite & cõſiderate ne quis veſtrũ deſit gratiæ,quã hũanę prauitatis meritũ ſępe repellit. hoc aũt modo poteſtis retinere gratiã. Cauete, Ne q̃ ra.ſ.mala cogitatio. Amari.i.noxiæ delectationis,ex qua ꝓuenit amaritudo,Surſum germinãs.i.ad conſenſum & operationem veniens,Impediat,illã gratiam. Et per illã, amaritudinẽ, non ſolum ille in quo eſt,ſed etiam eius exemplo. Inquinent̃ multi,alij.& ideò graue eſt. Radix amaritudinis mala cogitatio eſt, quia ſicut radix amara dulces fructus nõ Aimo.

profert:sed sui similes.i.amaros & fons sulphureus aquas non habiles ad bibendum. ita mala cogitatio non dulces fructus.i.dilectionem & operationẽ:sed amaros generat, quibus impeditur iter ad cœlum. Deinde quomodo contẽplari debeant ne qua radix amaritudinis germinet.ostendit per partes in quibus aliquos de illis notat,subdens, Ne quis,&c. q.d. Estote contemplantes. Ne quis, vestrum sit Fornicator,vt cum fide teneat carnales obseruãtias, quasi concubinam,quę est spiritualis fornicatio. Aut prophanus.id est prorsus fidem negligens,& alienus à deo. Prophanus enim dicitur, quasi porro. id est longe à phano.i. templo dei.i.penitus irreligiosus. Vt Esau. Vel ad literã, Ne quis sit fornicator,aut prophanus,vt Esau. Erãt enim inter Iudæos aliqui sectatores Esau in fornicatione etiam in gastrimargia. Esau dicitur fornicator,quia contra voluntatem patris & matris vxores alienigenas duxit. Prophanus dicitur, quia gastrimargus.i.vẽtris seruus extitit, & gulosus. vnde vẽdidit primogenita pro lenticula rufa. vnde subdit, Qui propter vnam escam vẽdidit primitiua, vel primogenita sua. i. dignitatem primogenitorum. Primogenita enim hîc appellat honorem & dignitatẽ sacerdotij,quia ante sacerdotiũ Aaron omnes primogeniti sacerdotes erant sicut fuit Sem. & hæc erat dignitas,quia & de substantia & hæreditate paterna maiorem sumebat, vestiúmq; ornatu locupletior splendebat,eiq; benedictio dabatur. Ecce quàm procul à religione fuit Esau.pro ventre dedit benedictionem,cuius factũ iam cõmemorat, vt dehortetũ ab illius similitudine. Scitote enĩ, ne sitis vt Esau, quia ipse reprobatus est. Scitote enim,quoniam & posteà cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est à deo, Isaac cõfirmante benedictionem, quod fecerat Iacob. Ita cauendum est istis,ne cum post mortem deberent accipere benedictionem reprobentur,& pœnitentia eis non valeat:tunc enim infructuosa erit pœnitentia,in cuius rei figura nec Esau profuit. Vnde subdit, Non enim.q.d.verè caruit benedictione. Non enim inuenit locũ pœnitẽtię.i. venię,& locũ benedictionis per pœnitentiã:non quod nõ pœniteret,sed quia nõ pœnituit vt debuit,dicens. Veniẽt dies luctus patris mei Isaac,& occidã fratrem meũ Iacob.

Aimo. Aimo. Chrysost. Aimo. Chrysost.

Non

Non inuenit,dico,Quãq̃ inquisisset eã, benedictioné Cũ lachrymis,nõ cũ veris. Lachrymæ em̃ illæ potius fuerunt Aimo. ex indignatione cõtra deum, & ex dolore amissi honoris, quã ex humilitate veráq; pœnitẽtia. Nõ.n. dixerat & monuerat ne qs desit gratiæ,his modis quos subdidit:nec debet aliquis deesse,parata est em̃ gratia.& hoc est quod hîc ostendit,Non.n.accessistis,ad asperitatã legis quã describit,vt ecõtrario intelligat̃ suauitas gratiæ.Mos em̃ cõparantiũ rem rei est, vt alterã deprimãt, & alterã extenuent vt sic alterius eminentia clarescat.sic Apost.ex comparatione illorum, q̃ fuerunt in veteri testa.nostra maiora declarat & meliora. Illorũ ergo asperitatem describens ait, Non em̃ accessistis ad ignem tractabilé.i.palpabilem. Et accessibilé, quo.s. motu corporis acceditur, sed ad spiritũ sanctum, qui est ignis cõsumens peccata, ad qué nõ motu corporis,sed spiritu mentis itur. Et,nõ accessistis. Ad turbinem. Turbo est vis ventorũ cum grãdine & pluuia.hæc ad literã in datione legis facta sunt. Turbo autem significat ĩpetum vitiorum q̃ per legem magis dñata sunt,modo autem venit̃ ad serenitaté virtutum p gratiam. Vel turbo Aimo. significat cõminatioué ipsius legis.si qs hoc vel illud fecerit,moriat̃. Et caliginem. Caligo est tenebrositas ignis & fumi qua significatur,qa obscura erat lex. Caligo em̃ mentis obscuritatem significat, modo verò clara intelligentia Aimo. est. Et ꝓcellã,q̃ maior est quã turbo.i. tépestas,q̃ quocũq; modo ꝓpellit.hæc est seruitus peccati scđm operationem q̃ per legem trahebat hoĩes,modo autem requies est à vitiis imperfectis. Vel ꝓcella significat ipsam vindictam legis. Et tubæ sonum, q̃ est signum monitionis ad bellum, quo Chrysost. significant̃ motus delectionis,q nõ per legem, sed p gratiam extingunt̃. Vel sonus tubæ significat p̃sentiã & aduentum dei oĩpotentis. Vnde etiã idem Apost. alias dicit,loq̃ns de aduentu Christi ad iudiciũ. In tuba dei descédet,descendet de cœlo.i.in voce angelorũ. Hæc ad literã Aimo. in datione legis facta sunt,vt corda Iudæorũ ꝓna ad peccandũ cõuerterent̃,ne auderent legé transgredi. Non hîc Idem. terror est euangelio. Et vocem verborũ. Vox verborum intelligitur,nõ ipsius dei,sed ang. Per subiectã em̃ creaturam.i.per angelũ loquebat̃ deus Moysi. [Quã qui audie- Idem.

runt excusauerunt se,ne eis fieret verbum. Non enim portabãt quod dicebatur,& si bestia tetigerit montem lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit, Exterritus sum & tremebundus. Sed accessistis ad Syon montẽ,& ciuitatem Dei viuẽtis Hierusalem cœlestem, & multorũ milium angelorum frequentiam,& ecclesiam primitiuorum,qui conscripti sunt in cœlis,& iudicem omniũ deum,& spiritus iustorum pfectorum, & testamenti noui mediatorẽ Iesum,& sanguinis aspersionẽ,melius loquentem q̃ Abel.] Quam,vocẽ tubarum & angelorũ illi,Qui audierunt excusauerunt se,ne eis fieret verbum.i.ne eis loqueretur,dicentes Moysi, Loquere tu nobis,nõ loquatur nobis dñs deus ne fortè moriamur,nimio timore fuerunt percussi. Nõ eñ portabant quod dicebatur.i.nõ poterant ferre vocẽ angeli præ timore videntes totũ mõtem Synai fumare. pcellas quoq; & tonitrua, & voces tubarũ audientes, Et,dicebatur eis,longe state à monte,qa Si bestia etiã tetigerit montẽ lapidabitur,grãdine, sicut pręceperat dñs dicens,longe faciant filij Israel à monte,quia si homo,vel bestia tetigerit montẽ lapidibus grãdinis interficietur.& ita, Erat terribile,qđ videbatur,vt nec audire auderẽt,nec accedere ad montem, Nam etiã Moyses dixit exterritus

Aimo. sum,& tremundus. Multũ fuit terribile quod Moysen terruit,& si Moyses est territus. Quid ergo alij? vtiq; multo magis territi sunt. Sciendũ quod voce illa verborum significatur legis pręceptio,& cõminatio,quam populus grauẽ putauit & intolerabilem,qa sola pręceptio erat sine gratia adiuuante. Non eñ portabant quod dicebatur , quia sine gratia insufficientes erant,ad obseruãda legis pręcepta.& dicebatur. Si bestia tetigerit montẽ lapidabitur. Mons est diuinitas,bestia defectus rõnis, quod est quando verbum blasphemiæ pfertur in deum:tangere,est offendere. Tangit ergo montẽ vt bestia q offendit deũ blasphemia: quem pcipit lex sine misericordia lapidari: sed si in ecclesia vult reuerti misericorditer recipitur . Moyses ibi territus est, quia tãta erit legis asperitas,vt imperfecti terrerẽtur,quia nõ erat ibi adiutrix gratia.modo autẽ,nec imperfectis est grauis pręceptio . cùm iugũ suaue est & onus leue,p charitatẽ infusam in cordibus per spiritum sanctũ. Vide ergo

distan-

diſtantiā,ibi poſt paſcha quod agni immolatione celebratum erat primo die deſcēdit deus in Syna in igne,ſed plebem lōge ſtantē territans, & digito ſuo ſcribens in lapide non in corde,hîc verò ſpiritus ſan.q eſt digitus Dei venit vbi cōgregati erant fideles in vnū in igneis linguis, nō de longinquo territās:imò ſedit ſupra ſingulos eorum,de cœlo quidē factus eſt ſubito ſonus, quaſi ferreretur flatus vehemens ſonuit,ſed nullus expauit. Ibi ignis & fumus,hîc autē ignis ſerenus. Sed acceſ. Ex ſuperioribus iſta pendēt, vbi dicit ad q̄ acceſſerint,poſt remotionem illorū ſuperiorum.ſ.nō ponit contraria eorum q̄ ex oppoſito intelliguntur,ſicut ſuprà aſſignatū eſt,ſed præmium qđ ex eis ſequitur,vt per hoc magis ſuadeat tenendam eſſe gratiam.q.d. nō acceſſiſtis ad tā aſpera. Sed acceſ.ad Syō mō.i.ad eos, qui in alto deum ſpeculātur, quem ſpeculari magnum eſt prę̄miū. Et,pro.i. Ad ciu.dei vi.i.ciuibus ſuis vitā æternā dantis,quia in eis deus habitat,qui eos viuificat.ſ.ad Hieruſalē cœleſtē.i.ad viſionē cœleſtis panis. Et,ad,frequentiā mul.mil.ang. quorum ſocij futuri eſtis. multorum dicit,quia cum pluribus maior erit beatitudo. Et ad eccleſiā primit.i.apoſtolorum,qui primi crediderunt, quorū fidei illi adiuncti ſunt. Qui, Apoſtoli Cōſcr.ſunt in cœlis,à ſimili,hoc dicit,vt olim dicebātur patres cōſcripti,quia eorū nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. Ac ſi diceret, Ne dubitetis ad angelos peruenire, quia veſtri anteceſſores peruenerunt. Et hoc eſt quod ait, Qui conſcr.ſunt in cœlis.i. cū eis qui ſunt in cœlis ſcripti ſunt.i in eorum ordine ſcripti ſunt,deinde ſubdit aliud pręmium dicens, Et ad deum iudicem om.i. Chriſtum, cui pater dedit omne iudicium, ita & vos iudicabitis cum eo. Et ſpiritus, vel ſpirituum, vel ſpiritum,diuerſæ literæ,ſed ita ꝓſequere, Et ad deum, Spirituum iuſtorum perfe.i.ad deum , qui erit poſſeſſio ſpirituum iuſtorum perfectorum,cum erit omnia in omnibus: erit quidem &aliorum,ſed magis perfectorum,& per hoc ſuadet ad perfectionem. Vel, Acceſſiſtis ad ſpiritus , id eſt ad animas, Iuſtorum perfectorum,quibus ſocij in fide & opere fuerant, vel ad Spiritum iuſtorum perfectorum, id eſt ad ſpiritum, qui facit perfectos iuſtos, per quem autem hæc omnia habent , ſubdit dicens, Et, acceſſiſtis,

Augu.de ver.apoſt.

Aimo

Ad Iesum no.test.med.i.datorem medium inter deum & hoĩes per quẽ fieri possũt socij angelorũ,qa incredibile videbatᷓ qđ ꝑmittebat de⁹.s.ex hac mortalitate,corruptiõe, abiectione,informitate,puluere futuros hoĩes ęquales angelis dei,nõ solũ scripturã fecit hoĩb⁹,vt crederẽt,sed etiã fidei suę ponit mediatorẽ nõ quẽlibet principẽ,vel angelum,sed vnicũ filiũ , vt qua nos via ꝑducturus esset ad illã ineffabilem immortalitatẽ,& cum angelis æqualitatem, ꝑ ipsum filium ostenderet & ꝓberet. Parum.n.erat deo facere filiũ suum demõstratorem viæ:ideò fecit illum via,vt ꝑ illum iremus. Missus est ergo medicus,quẽ tñ non cognouit ægrotus,ideóq; eũ occidit:sed Aspersus sanguis medici valuit ad medicamentũ ęgroti. Venit,vt visitaret:occisus est,vt sanaret.ideò addit, Et accessistis Ad asꝑsi.sang.

Chrysost. Christi.i.ad sanguinis Christi emũdationẽ.q.d. Hæc oĩa habent ꝑ Iesum,qui dedit testamẽtum no.& ꝑ sanguinem Christi, Melius loquentẽ quã loquitur,sanguis Abel,quia iste veniã,ille vindictam:iste salutẽ,ille damnationem clamat. Iste etiam ꝑsecutoribus vitã & indulgentiam implorat,dño dicente, Pater ignosce illis,qa nesciunt qđ faciũt. Et nota ꝙ Abel qui fuit primus iniuste occisus , posuit ꝑ oĩbus aliis quorum sanguis nullam remissionem facere potuit,tunc multominus sanguis aĩalium,sed sanguis Christi fecit,& ideò dicitᷓ melius loq: vel certè meli⁹ loqtur.i. melius nos loquẽtes facit.s.qđ Christus est fili⁹ dei à quo redempti sumus, q̃ sanguis Abel qui facit nos loqui Abel fuisse virum iustum,& in figura Christi immolatum.

[Videte ne recusetis loquentem.Si eñ illi nõ effugerunt recusantes eum,q sup terram loqbatur,multo magis nos q de cœlis loquentẽ nobis auertimus,cuius vox mouit terrã tunc,nunc autem repromittit,dicens, Adhuc semel,& ego mouebo non solum terrã,sed & cœlum. Quod autẽ adhuc semel dicit,declarat mobilium trãslationem tanq̃ factorũ, vt maneant ea q̃ sunt immobilia. Itaq; regnum immobile suscipientes habemus gratiã per quã seruiamus placentes deo cum metu & reuerentia. Etenĩ deus noster ignis consumens est.] Videte.q.d.quia ad deum accessistis, cuius sanguis melius loquitur quàm Abel.ergo Videte ne recusetis.i.contemnatis Loquentem Christum, per euangeliũ

Aimo.

quia

quia carnalia prohibet,spiritualia pręcepit.Si enim illi.s. patres vestri non effugerunt.i. nō euaserunt pœnam'recu tes eum.i.Christum Qui loquebatur, eis Super terram.i. qui terrena.s.carnales obseruantias mandabat, per Moy sen & terrena ꝓmittebat. Vel,Recusetis eum.s.Moysen, vel angelum.Qui loquitur super terram.i.terrena. Multo magis, nos non effugiemus, Qui aduertimus, Christum. Loquentem nobis de cœlo.i.loquentem nobis spiritualia & promittentem æterna. nec debemus recusare, quia ipse idem,Cuius vos tunc.s.cum de terra loquebatur,cum legem dabat in monte Syna,Mouit terram,vt cōminaretur ne recusarent.Nunc,non dico minatur, Sed repromittit. & ideò multo minus debetis recusare.Promittit,inquam, dicens,Adhuc ego semel mouebo.In Aggeo hoc legitur. Non solum terram,sed Etiā Cœlum, quod inferius est.s. aereum.vnde dicitur aues cæli.s.totus,aut pœnè totus aer iste ventosus quē cœlum, vel cœlos scriptura vocat. istos vtiq; imos,nō illos summos,vbi sol,& luna,& sidera cōstituta sunt.Dicit hîc scriptura mouendos & alibi perituros ꝓpter quandam magnam sui cōmutationem.huius autem authoritatis Aggei sensum exponit,dicens.Quod autem dixit adhuc,addens Semel,per adhuc Declarat trāslationem mobilium.q.d.iam fuerunt mota:sed adhuc mouebo quod potest,quia fecit. Vnde subdit, Tanq̄ factorum.q. d.potest ea mouere tanquā sua facta.per semel vero quod addit,notat se illa sic mouere,Vt maneant,posteà ęternaliter Immobilia,secundum Ea quę,ipsa Sunt.i.secundum id quod sunt:quia quicquid erunt,vel in principalibus essentiis,vel in formis extrinsecus sumptis, scd̄m id immobilia erunt. Per semel ergo notat ꝙ vlterius non sunt mouenda:per adhuc,notat ea mouenda.Itaq;.q.d.quia cœlū & terrā immobilem ꝓmittit deus.Itaq;,patet quod nos suscipientes,nunc in spe,posteà verò in re, Regnum immobile habem⁹ gratiā.i.fidem,spem,& charitatē cum sancta operatione , sine qua non possemus ad illud ꝓmissum ꝑuenire : sed per eā suscipimus illud regnum immobile, & ideò nullus desit gratiæ.Vel secundum aliā literā.s. Habeamus.q.d.quia immobilia ꝓmittit.Itaq;,nos Suscipiētes regnum immobile habemus gratiā.i.agamus deo gra-

Aimo.

Aimo.

tias de omnibus non murmurantes in aliquo, quia sic benè seruitur deo. vnde subdit, Per quam gratiam Seruiamus placentes deo. & hoc Cũ metu, quia deus est. i. timentes eum vt deum, & iudicẽ omnium. Et, cũ Reuerentia. i. cum amore honoris, quia pater est. i. diligẽtes eũ vt patrẽ. Etenim. q. d. verè per gratiã possum⁹ placere illi. Etenĩ. i. quia. Deus. i. spiritussanct. qui est gratia & donum factus, Noster, quia gratis nobis datus est. Ignis, quia amor patris & filij Consumens omnia peccata. Spiritus enim dicitur ignis consumens, quia rubiginẽ peccatorum cõsumit, & ad charitatẽ ascendit corda hoĩm. & per hoc quod purgat nos & facit seruire in virtutibus, placemus deo.

Aimo.

CAPVT XIIII.

CHaritas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc eñ placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Mementote vinctorũ tanq̃ simul vincti, & laborantiũ tanq̃ & ipsi in corpore morantes honorabile cõnubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores eñ & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaritia, cõtenti præsentibus. Ipse enim dixit, Non te deseram neq; derelinquã: ita vt confidenter dicamus, Dñs mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo.] Charitas. Ab hoc loco moraliter instruit eos Apostolus. quasi dicat, & quia charitas est habenda. ergo Charitas fraternitatis maneat in vobis, id est, charitas sit inter vos, quia fratres estis, vt vos inuicem tãquàm fratres diligatis. Et hospitalitatem nolite obliuisci. Obliuisci dicit, quia hanc habuerunt antequàm expoliarentur suis rebus. Merito, dico, vt non obliuiscamini. Per hanc eñ placuerunt quidam deo angelis receptis hospitio, vt Loth recepit eos nesciens esse angelos, sciẽs tamen quod in eis esset deus, vnde alia translatio habet. Per hãc enim quidem nescientes hospitio receperunt angelos, vt Abraham & Loth, nescientes esse angelos, sed arbitrantes esse homines in quibus deus esset & loqueretur. Abraham enim humanitatis officia præbens, quæ necessaria nisi infirmæ carni esse nõ possent, mirum est, nisi homines esse arbitratus est, sed in quibus deum loqui intellexit, quibusdam diem maiestatis existentibus & apparentibus signis, sicut in homi-

Aimo. Augst. in lib. quæst. Au. in co.

nibus dei sæpe apparuisse scriptura testatur, posteà verò angelos esse cognouit, cum se vidente in cœlos irét. sic & Loth qui occurrit angelis, & adorauit in faciem. videtur intellexisse quod angeli essent, sed rursus cũ ad refectionẽ corporis inuitat, quę mortalibus necessaria est, videtur putasse quod homines essent. Ergo potest hîc dici, sicut dictum est de tribus qui venerunt ad Abraham. s. apparebat quibusdam signis diuinitus esse missos, qui tamen homines esse crederentur. Exhibuit itaque hospitalitatem, vt sanctis hominibus dei, quia deum esse cognouit cum eis, sicut ipse Abraham angelos esse nesciret. & Abraham in tribus, & Loth in duobus deum esse nouerunt. cui cũ per singularem numerum loquebantur eos homines esse arbitrabantur, cum eis tanquàm indigentibus humanam refectionem ministrabant. Memẽtote, hîc monet eos ad aliud bonum, scilicet, vt vinctis subueniant ministrando, quasi dicat, præter hospites. Mementote, etiam benè faciendo Vinctorum, pro fide Christi, ita eis compatientes. Tanquam, scilicet Vincti, essetis, & ita compatiamini, & subuenite eis, quasi cum eis vincti essetis. & mementote. *Laborantium*, eorum, quibus imminet labor, Tanquam, & ipsi in corpore commorantes, per quod experti estis, quid necesse est laborãtibus. Et est sensus, Subuenite vinctis & laborantibus, sicut velletis subueniri vinctis, & laborantibus vobis. Honorabile etiã connubiũ, nõ meretricale sit: In omnibus, vt. s. amore filiorũ vxor ducatur legitima temporibus, quia certis ab ea abstineatur. Et thorus immaculatus, non adulterium. i. sine macula fornicationis, sit in vobis. Fornicatores eñ & adulteros iudicabit deus. i. ęternaliter cõdemnabit. & si aliter quidã putant dicentes peccata carnis deum non curare. Sint mores. i. vita. Sine auaritia. i. largiendi tenacitate. monet vt non sint tenaces in habitis. & sint Cõtenti præsentibus, per hoc monet, vt nõ sint cupidi non habitorũ. Auarus est, qui tenax est in largiendo, cupidus in accipiẽdo. hoc ideò dicit, quia isti fortassis postq̃ perdiderant propriã facultatem volebant congregare iterum diuitias quod prohibet hîc. sed ne fortè dicerent: quid facturi erimus, si suffragia necessaria nobis defecerint, protinus subdit consolationem adhibens

Aimo. Aimo. August. Chrysost.

testimoniũ de libro Iesu Naue. Ipse eṁ, dn̄s omnipotẽs, Dixit, ad Iesum Naue, Nõ te deserã, quin dem necessaria: Neq; derelinquã, derelinqueret̃ ille qui fame periret, sed q̃a hoc nõ est nõ vt hõ cupid⁹. Hoc post mortẽ Moysi dixit dn̄s Iosue, ita sicut fui cũ Moyse, ita ero tecũ. Cõfortare & esto robustus, nõ te deserã, neq; derelinquam. Hoc aũt dicit, omni sperãti in se sicut Iosue. Hoc eṁ nobis ꝓmittit, si in illo spẽ nostrã ponim⁹. Nõ tenacibus, nõ cupidis fit ista ꝓmissio, sed sperantib⁹ in deo. Vñ subdit, Ita. s. est nobiscũ vt cõfidẽter dicam⁹, Dn̄s mihi adiutor est, supplendo necessaria. & ideo, Nõ timebo q̃d faciat mihi hõ, etiã si auferat mea, hoĩs noĩe intelligit̃ oĩs aduersarius etiam diabol⁹, quia hõ appellat̃ ab officio suo quòd hoĩem decipiat: & quia longũ est de singulis dicere, monet sequi magistros, dicens, [Memẽtote p̄positorũ vestrorũ, q̃ vobis loquuti sunt verbũ dei, quorum intuentes exitũ cõuersatiõis, imitamini fidẽ. Iesus Christ⁹ heri & hodie, ipse & ĩ sæcula. Doctrinis variis & ꝑegrinis nolite abduci. Optimum est eṁ gratia stabilire cor, nõ escis, quę nõ ꝓfuerũt ambulantib⁹ in eis. Habem⁹ altare, de quo edere nõ habẽt potestatẽ qui tabernaculo deseruiũt. Quorũ eṁ aĩaliũ infertur sanguis ꝓ pc̃ õ in sancta ꝑ põtificẽ, horum corpora cremant̃ extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret ꝑ suũ sanguinẽ populum, extra portã passus est. Exeamus igit̃ ad eum extra castra ĩproperiũ ei⁹ portantes. Nõ eṁ habem⁹ hîc manentẽ ciuitatẽ, sed futurã inquirimus.] Memẽtote, vt imitemini, Præpositorũ vestrorũ, q̃a boni erant. s. Apostoli & eorũ successores. iõ mementote, q̃a ipsi sunt Qui nobis loqu. sunt ver. dei qu. int. e. vt eos morte imitemini. si opus est moriendo ꝓ Christo, vt illi Cõuersatiõis eorũ imitamini fidẽ. i. imitemini eos ĩ cõuersatione bonæ vitæ, & in fide ꝑfecta. Iesus Xp̄s, hoc ꝑtinet ad superiorẽ sententiã vbi testat⁹ est deũ dixisse, nõ te deserã neq; derelinquã. Poterat eṁ illis videri quod hęc ꝓmissio ad Iosue tm̃ ꝑtineret. Ad q̃ Apostolus rn̄det dicẽs, q̃ & hos iuuabit, sicut iuuit illũ. q. d. nõ est dubitandum de ꝓmissiõe, q̃a Iesus Xp̄s q̃ heri. i. ĩ p̄terito adiuuit Iosue, Ip̄e hodie. i. in p̄senti adiuuat vos & alios fideles. & adiuuabit in futuro. In sęcula. i. sine fine. Doctrinis, q̃a ꝑ gratiã licitũ est omnibus cibis vti. prędicabant aliqui nõ esse pc̃m̃ escis af

Aimo.

Aimo.

fluere, sed bonum esse. Alij verò superstitiosè dicebãt abstinendum esse à quibusdã cibis quos lex ꝓhibet, quosdã cócedens ꝗ escarum differentia & obseruatione multos se ducebant, cõtra quos oẽs Apost. agit hîc, dicens, Doctrinis variis. s. q̃ variæ sunt à vestris. i. diuersæ. Et ꝑegrinis. i. extraneis. Nolite abduci, à veritate. hi nõ absurdè cõparãtur leprosis, ꝗ scientiã veræ fidei non habentes varias doctrinas ꝓfitentur erroris. Nõ eñ abscõdunt imperitiam suã, sed ꝓ summa peritia ꝓdunt in lucem, & iactantiã sermonis ostentant. nulla porro falsa doctrina est q̃ nõ aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate ꝑmixta in vna disputatione, vel narratione, velut in vnius coloris corpore apparentia, lepræ cõparantur humana corpora diuersis coloribus varianti atq; maculanti. tales vitãdi sunt sicut hîc docet Apost. Nolite abduci, dico, Optimũ eñ est stabilire cor gratia. s. vt habeatis fidem ꝑfectam, credentes oĩa esse munda mundis, nec escarum abundantiæ, varietati, & differentię esse studendũ. Vnde subdit, & Nõ escis. i. nõ differentiis, vel in affluentia ciborum. Quæ nõ ꝓfuerunt ambulantibus in eis. i. obseruatoribus, ac discernentibus cibos, & studentibus ciborũ affluentię. Et est sensus, Gratia q̃ omnia ꝑmittit soluendo à lege cõfirmare cor debetis, & nõ studere obseruationi, vel affluentiæ escarũ, quæ nõ ꝓfuerunt ad salutem ambulantibus: nõ dico se sustententibus, sed ꝗ perseueranter se student in eis, vel discernendo, vel nimis affluendo. Abstinẽtia ꝗdem qua abstinetur à peccato ꝓdest. ciborum verò illa custodia nihil ꝓfuit, sed fides. similiter abundare gratiarũ donis ꝓdest. ventrem verò obruere escarũ mole nocet. Habemus eñ. Item hîc ostendit nõ esse studendũ in differentiis ciborũ, vel affluentiis ciborum. q. d. verè nõ est studẽdum in differẽtiis ciborũ. Habemus. n. altare de quo nõ habẽt potestatẽ edere, ꝗ deseruiunt tabernaculo. i. obseruantiis legis, vt qui cibos discernunt, & alia hmõi legalia seruant, q̃ noĩe tabernaculi significat, ꝗa ad tp̃s sunt posita. Vel ita, Ideò nõ est studendum escarũ affluẽtiæ, ꝗa Habemus altare. i. corpus Christi fide, cuius p̃ces & oblationes sunt acceptę, quod in altari cõsecratur atq; sumitur. De quo nõ habent potestatẽ. i. licẽtiã. Edere ꝗ deseruiunt. i. ex toto seruiunt Tabernaculo. i. corporum voluptati, & ciborũ affluentię.

Hierony.

Chrysost.

Corpus aũt dicitur rectè tabernaculũ, q̃a ad tempus in eo manendũ est, & iõ nõ ei seruiẽdũ in desideriis. Refert aũt hîc Apost. legis cõsuetudinẽ ac mysteriũ spũalemq; sensũ. legis. siquidẽ p̃ceptum fuit, vt decima die septimi mẽsis à festiuitate Paschali, in festiuitate videlicet ꝓpiciatiõis acciperent vitulum & hircũ, & ĩmolarent intra castra quorũ sanguinẽ ferret solus põtifex in sctã sctõrũ oraturus ꝓ populo. carnes verò illorũ portarent̃ extra castra, ibiq; cremarent̃, nec esset alicui tabernaculo deseruiẽti licitũ ex illis comedere. Spũaliter aũt illa duo aĩalia, vitulus videlicet & hircus figurã tenent dñi saluatoris. Ipse. n. est vitulus quẽ pius pater in regressiõe filij ꝓdigi ĩmolauit. Ipse est hircus q̃ ꝓ pctõribus oblatus. Põtifex etiã ille q̃ cũ sanguine illorũ aĩaliũ intrabat in sctã sctõrũ oratur ꝓ populo, typum gerebat Christi, q̃ cũ sanguine passiõis suæ interiora patriæ cœlestis intrauit oraturus ꝓ fidelib⁹. Immolabant̃ illa aĩalia intra castra, sed carnes extra castra cõburebãtur, & redẽptor noster in Hierusalẽ, quasi intra castra immolatus vocib⁹, & iudicio Iudęorũ, sed carnes illi⁹ extra Hierusalẽ in cruce cõbustę sunt igne passionis. Qñ. n. adiudicatus est morti, clamãtibus Iudæis crucifige, quodãmõ quãtũ ad illos ptinet ĩmolatus est. Vñ Marcus dicit eum crucifixũ hora tertia. Nã hora sexta in cruce leuatus est. Altare aũt vbi extra castra carnes cremabãtur, altare ecclesię est, vbi quotidie cõsecratur corpus Xp̃i. Habemus, ergo Altare, ecclesię vbi cõsecrat̃ corp⁹ dñicũ, De quo nõ hñt ptãtẽ edere q̃ tabernaculo. i. corpori seruiũt. s. fornicatores, adulteri, ebriosi, oẽsq; q̃ voluptatibus & desideriis carnis suę deseruiunt. Qui. n. mãducat & bibit indigne, sibi iudicium mãducat & bibit. hæc quomodo ad dominum pertineant, satis vt reor dictum est. Sed quia ipse est caput omniũ electorum, per carnes illorum animalium possunt intelligi oẽs electi. sicut ergo Christus, sic & sui extra castra. i. extra cõuersationem sæcularium carnaliũq; hominum. feruore spiritussancti accensi cõsumũt quicq̃d carnale est in eis atq; fluidum & libidinosum macerando se & mortificando corpora sua cum vitiis & concupiscentiis, vel etiam martyrium pro Christi nomine sustinendo. Infertur sanguis illorum in sancta per pontificem. i. vita illorum laudabilis præsentatur patri deo per Christum

Aimo.

verum sacerdotẽ,qui est aduocatus noster interpellans ꝓ nobis. Vel sanguis illorũ infert̃ in sancta,dũ illorũ animæ cũ triumpho passionis in cœlũ ferunt̃. bñ quoq; in altari cõsumunt̃,qa oẽs sc̃ti martyres ĩ altari fidei offerunt̃ deo. Ista oĩa adĩplentes p fidẽ qua credunt se à deo remunerari,ad quos nõ audẽt accedere carnales seculũ amãtes.q.d. tabernaculo seruientes ꝑpter quod mysticũ adĩplendũ, Iesus extra castra passus est,sicut postea dicit̃:sed prius qꝛ ad eandem legalẽ cõsuetudinẽ spectat,addit referẽs ad spũalem ĩtelligentiã,dicens. Quorũ em̃. Per duplicẽ allegoriã vnã ve. aliã no.test.i.p allegoriã surgentẽ de duplici historia.s.vet⁹ & nouũ test. ꝓbat corp⁹ Xp̃i nõ esse edendũ ab his q tabernaculo.i.corpori deseruiũt Ad hoc.n.significãdum & corpora aĩaliũ olim extra castra cremabantur , & ꝓpterea extra Xp̃s passus est,vt nos q corpore & sanguĩe ei⁹ à pc̃tõ mundari volum⁹ ĩproperia & angustias passuri, tabernaculi delitias & voluptates deseram⁹. Et pri⁹ ꝓbat p allegoriã veteris historiæ hoc mõ.q.d. Verè q deseruiũt voluptatib⁹ nõ possunt cõicare corpori & sanguini Xp̃i, qa his tm̃ q sunt Extra castra.i.extra delitias & voluptates corporis. Corpora cremãtur horũ aĩalium.i.mẽoriale, & ꝓficuum est corpus Xp̃i,& sanguis significatur p corpora horum aĩaliũ,Quorum sanguis infertur ꝓ pc̃tõ in sc̃tã p põtificẽ,ita & sanguis Xp̃i p se põtificẽ.i.ipse Xp̃s oblatus patri q nõ tm̃ p vitulũ & hircũ,sed etiã p alia aĩalia q̃ scd̃m legem offerebantur significatur. Et rectè Xp̃s p illa carnalia significatur. Est em̃ agn⁹ scd̃m mansuetudinẽ & innocentiã. Hircus ꝓ similitudĩe carnis pc̃ĩ, qa caro eius passibilis & mortalis. Aries qui vitia propulit gemino cornu charitatis . Taurus fortitudine resurrectionis, qd̃ crematur,cinis efficitur. Per cinerẽ,memoria rei p̃teritæ accipitur,extra castra esse, est voluptates carnis exire. His ergo q sunt Extra castra.i.extra corporis delitias, Cremantur corpora.i.mẽoriale efficitur corpus Xp̃i,significatũ p corpora illorũ aĩaliũ q̃ cremabantur. Si qs.n.voluptuosè viuit,nõ habet efficacẽ memoriã Xp̃i. Sanguis aũt ei⁹ significat⁹ p sanguinẽ illorum aĩaliũ,q illat⁹ est ĩ sc̃tã sc̃tõrum p põtificẽ,qa p se põtificẽ Xp̃s oblatus est patri,vt sic ĩtroirem⁹ in sancta cœlestia. Vel ita põt legi litera eodem penè sensu manẽte.q.d. Verè seruientes tabernaculo non

possunt cōicare corpori & sanguini Christi, qa Corpora horum, sctōrū, Cremantur.i.ieiuniis & aliis laborib⁹ affligūtur. Extra castra.i.extra voluptates carnis, Quorum est sanguis aīaliū, q īfertur pro pctō ī sancta p pōtificē.i. quo est sanguis Christi p sanguinē illorū aīalium significatus, qa horum tm̄ sanguis Christi qb⁹.s. pdest p quē intrant in sancta cœlestia, quod totum est dicere, illis tm̄ pdest sanguis Xpi q voluptates deserunt & corp⁹ affligūt. Deinde p allegoriā nouum test.idē pbat subdēs, Propter qd.i. ppter illud idē designandum.s. vt extra carnales cō cupiscētias viuam⁹, & Iesus extra portā passus est. Ad hoc vtiq;. Vt sctificaret populum, suū: nō ppter sua merita, sed Per suū sanguinē, porta ciuitatis est corporis sēsus, ī quorum nullo peccauit Christus, & iō extra carnis voluptates passus est, & nos ei⁹ exēplo hostiū sensuū vitiis clauso extra carnis desideria patiamur. Et qa p nobis Xp̄s passus, hortatur nos Apostol⁹ vt imitemur illū dicens, Exeamus igitur. q.d. qa ipse extra castra passus est, vt nos sctificaret. Igitur exeamus, fide & charitate. Extra castra, corporum mortificātes mēbra cū vitiis & cōcupiscētiis. Ad eū imitādum. Nos dico, Portātes, patiēter vt ipse Improperiū ei⁹. i.passionē crucis, q̄ videtur esse īproperiū īfidelibus. nobis aūt sctificatio & redēptio. Et debemus exire extra castra. Non.n.habem⁹ hîc manentē ciuitatē.i.in hoc statu manens corp⁹. Sed futura inqrim⁹.s. scdm futurū statū corp⁹. vt ergo futurā ciuitatē cōsequamur, & īproperiū pertem⁹. [Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis semp deo.i.fructum labiorū cōfitentiū noī ei⁹. Bn̄ficentiæ aūt & cōionis nolite obliuisci. Talib⁹.n. hostiis pmeretur de⁹. Obedite p̄positis vestris, & subiacete eis. Ipsi.n. puigilāt quasi rōnē p aīab⁹ vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciāt & nō gemētes. Hos.n.nō expedit vobis. Orate p nobis Cōfidim⁹.n. qa bonā cōscientiā habem⁹, ī oīb⁹ bn̄ volētes cōuersari. Ampli⁹ aūt depcor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis]. Per ipsum.i.p Xp̄m, q est nobis via à quo sum⁹ exēplum ad martyriū. Offeram⁹ deo semp hostias laudis, q̄ p ppriora significatur.i. Fructū labiorū cōfitētium noī eius.i.confiteamur nomini eius, quod est laus Dei, & hostia fruct⁹, qa alij p hoc ad fidem trahūtur. Ergo qui timetis deū, laudate eū, vt liberè colatis eum. amare discite

quē timetis,& poteritis laudare quē amatis. Timentes.n. eum hoīes vetus test. ꝓpter literā terrentē,& occidentem, nō hn̄tes spūm viuificātē,currebant cū sacrificiis ad tēplū, & in figura sanguīis Xp̄i quo redēpti sumus,quanuis nescientes q̄d p̄figuraretur, cruētas victimas īmolabāt: nunc verò ī gratia no.test .speciale sacrificiū laudis offerī, quo de⁹ honorificatur,cuius inuisibilis sacrificij illud visibile sacrū signū erat. Bn̄ficētiæ aūt. Euacuata sn̄ia prauorū de gula,redit ad bonos mores ꝑsuadēdos.q.d. nō mō p̄dicta faciatis,sed etiā nolite obliuisci,Bn̄ficentię.i.largitatis in alios. Bn̄fic⁹.n.dicitur largus & eleemosynę distributor, inde bn̄ficētia d̄r largitas eleemosynarū,Et cōionis.i.charitatis,qua oīa putātur cōia.q.d.& si vestra substātia sit ablata,tn̄ ex his q̄ habetis, eleemosynas date, hoc est ꝙ supradixit,nō deserētes collectionē vestrā. Talib⁹ eīm.q.d. Ideo nolite obliuisci,q̄a Talib⁹ hostiis.s.mūerib⁹ eleemosynarū,Promerēt de⁹,nō illis antiq̄s legalib⁹,q̄a ꝑ eleemosynas hostes vīcunī & pc̄tá extīguūt,vita acq̄rit. Vn̄ dn̄s ꝑ ꝓphetā dicit,Mīam volo & nō sacrificiū. Itē, Obed.p. ve.quātū ad p̄cepta, vt.s.faciatis q̄ p̄cepit ꝑ eos ecclía. Et subiacete eis,vt reuerētiā exhibeatis. Obediēdū vtiq; est p̄latis & p̄dicatoribus,īquātū doctrīa & mores illorū,& pietas exist āt. si aūt à via rectitudinis deuiauerīt, nō faciam⁹ qualia agūt,sed qualia dicunt:nisi fortè & ī doctrīa aberrēt. Vn̄ dn̄s, Quæ dicūt facite,q̄ aūt faciunt,nolite facere. hn̄t q̄dē dignitatē licet vitę sint ꝑditę, & iō nō ad vitā eorum,sed ad sermonē ītendite. Ipsi.n.q.d. Iō debetis obedire q̄a ipsi Peruigilāt.i. ꝓ vobis solliciti sūt p̄dicādo,bonū exēplū dādo,exteriora ꝓuidendo.q.d. ꝓ aīab⁹ vestris rationē reddituri,iō obedite, Vt cū gaudio & cum lętitia & hilaritate mentis,q̄a vidēt ꝓficere. Faciāt hęc.i.vigilēt & curā vestri agant. Et nō gementes id cūmurmure & tristitia,facimus vtiq; ista cū gaudio,qn̄ oēs videmus ꝓficere,ī verbis dei,tunc.n.cū gaudio laborat operarius ī agro qn̄ attendit arborē,& fructū videt : qn̄ segetē attendit & videt vbertatē, tunc ītelligit ꝙ nō sine cā laborauit, nō sine cā dorsum curuauit,nō sine cā man⁹ attriuit: nō sine cā frig⁹ æstusq; tolerauit. Iō ait, Vt cu gaudio hoc faciāt & nō gemētes. Hoc eīm.s.vt gemētes, Nō expedit vobis, q̄a tūc nō ꝓderit vobis cura eorū si de vobis tristes īgemuerīt,eo ꝙ Ambros.

nõ ꝓficiatis. Et nota ꝙ ait, nõ expedit vobis, nõ dico non expedit, illis qbus ꝓdeſt teſtari de vobis: nã illi ꝑpoſiti qñ triſtãtur de malis veſtris, expedit illis illa triſtitia, & ꝓdeſt illis, ſed nõ expedit vobis. Simul ergo in dñico agro bonũ

Ambroſi. opemur prȩlati & ſubditi, vt ſimul de mercede gaudeamꝰ.

Chryſoſt. Vel ita, Vt cũ. ideo obedire debetis illis, vt in die iudicij, Faciãt hȩc. i. reddãt ꝓ vobis rationẽ deo cũ Gaudio. i. ſecuri de ꝑmio vero, Et nõ gemẽtes. i. nõ anxij vel hȩſitantes de noſtra dãnatione. Hoc. n. vt gemẽtes ꝓ vobis rationẽ reddãt, Nõ expedit vobis. Orate ꝓ nobis. Supbam elatione mẽtis quorundã põtificũ pcutit, q dedignãtur deprecari ſuos ſubiectos, quatenꝰ ꝓ eis orationes fundãt. Orate dico, Cõfidimus. n. de vobis, qa Habemꝰ bonã cõſcientiã. i. bonã voluntatẽ de ꝑteritis In oĩbus, nõ ſolũ in Gẽtilibus, Volẽtes, etiã in futuro, Bñ cõuerſari, tã Iudȩos q̃ Gẽtiles. hoc iõ dicit, qa culpabatur Apoſtolus à quibuſdã qđ ſua negligeret: ſed oñdit ſe affectu bonũ habere ad oẽs. ſ. Iudȩos & Gẽtiles, de quorũ ꝑteritis bonis gaudet, eiſq; in futuro meliora optat. Vñ ait, Cõſcientiã habemꝰ bonã. q. d. Cõſcientia noſtra in nullo nos accuſat, nec nobis cõſcij ſumus ꝙ vobis inſidias fecerimus, nihil cũ fictiõe ꝓtulimus, vel negociatiõis gratia fecimus. Ne ergo ſiniſtrè qd arbitremini de nobis. fortaſſe. n. in talibꝰ accuſabaſ. Amplius aũt. q. d. Dico, vt oretis ꝓ me. Amplius aũt deprecor vos hoc facere. ſ. orare ꝓ me. Quò celerius reſtituar vobis. q. d. nõ ſolũ mea cã, ſed magis ꝓ veſtra humilitate rogo vos hoc facere. ſ. orare ꝓ me. [Deus aũt pacis, qui eduxit de mortuis paſtorẽ magnũ ouiũ in ſanguine teſtamẽti ætȩrni dñm noſtrũ Ieſum Xp̃m, aptet vos in oĩ bono, vt faciatis eius voluntatẽ, faciẽs in vobis qđ placeat corã ſe p Ieſum Chriſtũ, cui eſt gloria in ſæc. ſæc. Amen. Rogo autẽ vos fratres, vt ſufferatis verbũ ſolatij. Etenim ꝑpaucis ſcripſi vobis. Cognoſcite fratrẽ noſtrũ Timoth. dimiſſum, cum quo ſi celerius venerit videbo vos. Salutate oẽs ꝑpoſitos veſtros, & oẽs ſc̃tõs. Salutant vos de Italia fratres. Gratia cũ oĩbus vobis. Amen.] Deus aũt. q. d. Ego ſuadeo vos ad bonũ. Deus au. q aptare põt, qa dator eſt pacis, vt. ſ. vitia nõ inquietent, Qui edu. de mor. i. reſuſcitauit de ſepulchro,

Aimo. q locus ꝓpriè mortuorũ eſt. Eduxit noſtrum Ieſum Chriſtum mag. paſt. o. i. humilium qui paſtor eſt effectus,

In sanguine test.æter.id est, p̃ effusionem sanguinis sui, qui confirmauit test.nouum, quod dicitur æternũ, quòd aliud ei nõ succedet. Ipse, inquã qui hoc fecit, Aptet vos.i. aptos vos faciat, In omni bono, vt velitis, Et, vt etiã opere, Faciatis voluntaté eius. i.ea q̃ ipse vult. Aptet vos dico, Faciẽs in vobis quod placeat corã se, quia nõ est ex vobis bonum: sed ipse facit. nihil enĩ boni habere potestis, nisi illo præueniente & subsequenti. Faciat bonũ in vobis dico. & hoc, Per Iesum Christũ, non p̃ carnales obseruãtias, Cui, Christo vna cũ patre & spiritu sctõ nõ carnalibus obseruãtiis, Sit, vel est gloria in sęc. sęc. i. sine fine. Amen, cõfirmatio. q. d. Ita fiet, vel ita verũ est, vt dixi. Ro.a.v.fr.vt suf. patienter, Verbũ solatij.i.hanc epistolã, q̃ est cõsolatio & adoratio, ne dicã admonitio q̃ est quasi pigrorum: Consolatio verò illorũ qui pusillanimes sunt. Et debetis patienter ferre. Etenim perp.scr.timens vobis oneri esse.q.d.nõ potest quisq̃ longitudinem sermonis abnuere. hoc quippe erat quod aduersarij faciebant, & ideo latenter hoc tangit. Cognoscite, etiam seruiendo & honorando, Fratrem vestrum Timothæum, scilicet coapostolum & coadiutorem in prædicatione: à me Dimissum, in iter quod volebat, vel ad prædicandum directũ. vel forsitan, Dimissum, à carcere in quo ante detentus fuerat, Cum quo celerius. i.celeriter, Venerit videbo vos, in hoc reddit attentos, & mansuetiores. Salutate oẽs præp. vest. & omnes, subiectos, Sanctos.i.sanctificatos in baptismo. Sicut generaliter omnibus scribit, ita generaliter omnibus.s. prælatis & subditis salutem optat. Salutare enim, est salutem optare. Salutant vos omnes fratres de Italia. Per hoc nota eum à Roma scripsisse. Gratia.i.purgatio peccatorũ, & alia dei munera sint Cum omnibus vobis. Amen.

Aimo. Chrysost. Aimo. Chrysost. Aimo. Chrysost.

Finis Collectaneorum Petri Longobardi, Parisiensis Episcopi, & Sententiarum Magistri, in omnes D. Pauli Apostoli Epistolas. M. D. X L I I I. Mense Septembri.

14

144


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm